uandum Reum vel Actorem vtque ei adsistat (vt in præsenti nostro casu) tunc in eo statu causam prosequatur, quo prosequebatur ipse principalis, hoc est, quo erat tempore interuentionis, vt probatur per *c. fin. vt lit. pend. in 6.* Vbi sic respondetur, sane si ad defensionem ipsius litis aliqui quorum interierit, petierint se admitti, eos in illo statu, in quo ipsam inuenerint decernimus admittendos. Ex quibus
3 colligitur, non esse tertium † admittendum ad hoc, vt nouum statum causæ prosequatur, si ipse accesserit ad defensionem alterius, qui iam causam fuerat prosecutus: Imo tenetur etiamsi defensio eius interierit, in eo statu causam prosequi in quo erat tempore oppositionis seu interuentionis, vt voluerunt Felin. *in cap. cum super. numer. 15. de re iud.* Vbi etiam Innocen. Panormitan. Imola & Bald. *in authent. nunc si hæres. ad fin. C. de litigios.* & plures quos allegat Couarr. *cap. 13. numer. 1. pract. quæst.* Et ideo si tempore interuentionis concluſum vel renunciatum sit in causa, non potest tertius vllo prætextu, causam iam ad finem perductam, quo minus sententialiter decidatur, impedire: Secundum claram decisionem Franc. Marci. *quæst. 101. numer. 1. & 3. part. 2.* qui ad hoc allegat Pet. de Anchar. Gemin. & Phil. Francum. *in d. c. hi qui vt lit. pend. in 6.* Quod idem etiam contra Bartol. dicendum concludit Couarr. *d. cap. 13. numer. 2. pract. quæst.* Quando tertius etiam ignorans testes produci, post publicationem eorundem ad defendendum principalem vult interuenire, allegare, & alios testes producere: vt scilicet ad hoc non admittatur: quam sententiam ideo dicit de iure procedere, quod ta-
4 lis defensor † seu interueniens, assumere teneatur litē in eo statu, in quo versabatur tempore oppositionis sine vlla distinctione, siue is sciens siue ignorans fuerit, per express. tex. *in d. c. vlt. vt lit. pend. in 6.* Non enim (inquit ibidem Couarr.) erit admittendus ad ea probanda, quę non posset Reus principalis allegare nec probare, vt exemplis demonstrat. Et melius idem Couarr. *cap. 14. num. 2.* Et hanc opinionem videtur etiam sequi Marcus *d. quæst. 161. nu. 5. part. 2.* Refert quoq; & ad longum prosequitur Gail. *obs. 71. nu. 12. vsque ad fin. lib. 1.* Quod sane in hoc nostro casu eo minus dubii habere videtur, cum Duces S. productionis testium nequaquā fuerint ignari, Sed ante tempus productionis (vt ex ipsorummet protestatione clare appareat) scientiam de ea habuerint, & tamen per integrum septennium, adeoq; diu post publicationem totuli tacuerint. Ex quo sane magna præsumptio oritur, hanc Ducum S. defensionem, nullam aliam ob causam, quam deductis iam attestationibus, ad protelandam & differendam hanc litem, factam: quam quidem collusionis & subornationis præsumptionem non parum auget, quod articuli interuentionales in effectu nil aliud contineant, quam id ipsum, quod per ipsos Reos ad nauseam vsque iam allegatum & deductum est. Sed sic est:
quod tertius † defendendi animo interue- 5
niens non possit, maxime ex iam deductis, nouum libellum dare vel nouum processum instituere: multo minus super iisdem articulis, alios testes de prætenso suo iure producere, sed tantum causam cœptam prosequi, vel iuuando principalem, vel ei assistendo, secundum doctrinam Innocent. *in d. cap. cum super. num. 6. de sent. & re iudic. per authen. nunc. si hæres. C. de litig. lib. 8.* Sicut enim principalis † publica- 6
tis attestationibus, etiam in secunda instantia non potest producere testes, super eodem iure: Ita quoque tertia † persona interueniens 7
desuper non admittitur ad nouos testes producendos, per *c. fraternitatis extra de test.* vbi sedes ordinaria; vt longissime prosequitur Couarr. *d. cap. 13. per tot.* Præsertim vero *numer. 2. vsque ad fin.* & melius *cap. 14. numer. 3. pract. quæst. & Gail. d. obseru. 71. numer. 11. & 12. lib. 1.* Sed admittitur † tantum (vt iam sæpius dictum) in 8
eo statu, in quo causa tractatur, litem prosecuturus absque vllo præiudicio conclusionis & diffinitionis inter partes principales, hoc est, vt per talem defensionem nulla in parte differatur litis distinctio inter Actorem & Reum, quoad eorū præiudicium, præsertim vbi tempore interuentionis facta fuerit testium publicatio, vt in nostro casu factum, per ea quæ formalibus his verbis notat idem Couarr. *capit. 14. pr. quæst. numer. 4. circa finem.* vbi dicit, secundum hanc opinionem in regio Granensi prætorio sæpe iudicatum, eamq; æquitati potissimum conuenire, ob frequentes hasce interuentiones, † quæ plerunque dolo & fraude 9
fiant, non aliam ob causam, quam quod Reus iustissimam condemnationem timens, diem, adeoque ipsam executionem differre velit, vt pulchre admonet Couarr. *d. cap. 14. numer. 4. prope finem pr. quæst. & facit etiam d. cap. fin. ibi. Ne propter noues aduersarios, qui malitiose interdum petitoribus subrogantur, &c. vt lite pend. in 6.* At quando nonnihil præsumptionis est de malitia seu calumnia contra tertium interuenientem, quod scilicet veniat ad causam tantum, vt in fauorem Rei eam impediat ac sententiam eiusque executionem differat, tunc audiri vel admitti non debet ad effectum impediendi. *argum. cap. suscitata extra de restitut. in integr. & gloss. in cap. super eo verb. tenebat. de offic. deleg. Afflict. dec. 235. num. 5. Franciſc. Marcus qu. 538. numero 8. p. 2. 8.* Iam igitur ad nostram hypothesin redeundo, cum ex actis constet, dictos articulos interuentionales, diu post testium publicationem adeoque in ipso limite concludendi exhibitos, sequitur ex iam deductis, eosdem in hac instantia, ad effectum impediendi vel differendi sententiam definitiuam inter

partes

partes principales, admitti vix posse, cum (vt
10 iam ostensum est) non possit tertius defensor † post testium publicationem nouũ libellum exhibere, aliosve testes desuper producere, vel denique ea allegare, quæ litigator ipse principalis in medium proferre non posset, vt eleganter & ad longum deducit Couar. *d. cap.* 14. *num.* 3. *circa med.* Alioquin enim inquit, multis fraudibus pateret aditus, nec vnquam finirentur lites: quibus incommodis subueniendum esse expresse statuitur *in d. cap. fin. vt lit. pend. in 6. & notat Gail. de obseru.* 71. *num.* 11. & 12. Nec puto dictos Duces S. vti tertios defensores releuare, quod tempore examinis ratione sui interesse protestati sunt. Nam etsi plerique velint, damnum illud & præiudicium, quod ratione scientiæ, tertio alicui infertur, omnino tolli & vitari, si quis coram iudice protestatus fuerit, se minime consentire in causæ illius examinationem, & quod nullum sibi paretur præiudicium: Imo quod extraiudicialis etiam pro-
11 testatio † sufficiat, dummodo ea Iudici innotescat, vel parti. *Felin. in cap. quamuis. numer.* 3. *Panorm. numer.* 8. & 11. *de re iudic. Bartol. in leg. sæpe. §. sed scientibus. in* 5. & 8. *quæstione.* vbi etiam latissime Alexand. *num.* 18. *ff. eod. titul.* Et plures alii quos refert Couar. *d. cap.* 15. *num.* 8 *vers. scribit. tamen Bartolus. & Gail. obseruat.* 70. *num.* 21. *lib.* 1. Loquuntur tamen dicti DD. in terminis à nostra hypothesi plane diuersis. Et quidem in casu, vbi tertius aliquis sciens causam cum alio agi ratione proprii sui interesse, principaliter vult interuenire, non vt aliquem defendat, sed potius vtrumque litigantem excluſurus,
12 &c. Quo casu protestatio † sufficit, ad hoc ne sibi præiudicet, quin in quacunque parte litis, & post conclusionem in causa, imo post sententiam latam, in ipsa executione admittatur, nec tenetur litem assumere in eo statu, in quo versatur, vt notat Couar. *d. cap.* 13. *à pr. & cap.* 14. *numer.* 3. *in fine, & numer.* 4. *per tot.* Secus est in nostro casu, vbi Duces S. non ad excludendum litigantes, sed ad iuuandum & defendendum Reos se immiscent, quo casu iura disponunt, litem in eo statu, quo reperitur prosequendam esse, vt iam sæpius dictum. Non igitur protestationi interpositæ tanta vis tribuenda, vt post publicationem testium, tertiis defensorib. ea licere dicamus, quæ ipsi Rei principales facere non possent: Alias enim sequeretur, † quod protestatio plus operaretur ac
13 induceret, quam ipsa iuris dispositio, super quam protestatio esset facta, quod fieri non
41 debet: cum protestatio † tantum conseruet ius protestantis, non autem augeat, vel de nouo det, Vt in terminis dicit Parisiens. *consil.* 104. *numero decimo, libro tertio, Franciſc. Burſatus conſilio decimoſexto, num.* 86. *Bartol. in l.* 1 *C. de his qui ſponte public. mun. ſubeunt. Roman. ſingular.* 189. Fa-
15 cit, quod † alibi dicitur, quod quando potestas aliquid agendi (vt in præsenti casu potestas interueniendi seu assistendi) est limitata iure, tunc protestatio vltra eam operari non possit, vt not. Bald. *in lege terminato, in vltim. colun. verſicu. Quæro quid ſi iudex. Cod. de fruct. & lit. expenſ.* Item quoties † aliquid implendum est à re- 16
testante debito modo & tempore, id nisi impleat, protestatio nullius sit effectus, secundum Ryminaldum *in consil.* 63. *num.* 11. *volum.* 1. & tenet Bartol. *in leg. non solum. §. morte, in ſecunda ſpecie proteſtationis. verſ. circa tertium. ff. de noũ oper. nunc.* Ex quibus omnibus concludo: supr. dictam petitionem articulatam Ducum S. admittendam non esse, sed ea reiecta, inter partes principales definitiue pronunciandum, condemnandos dictos Duces in expensas super hoc puncto factas, cum luce clarius appareat, hanc interuentionem, nullam aliam ob causam, quam ad differendam litem esse factam, &c. Saluo &c. si tamen domini putarent, dictis Ducibus protestationis factæ ius prosequendi suum interesse principale in alia instantia, reseruandum esse, non admodum refragarer, per ea quæ notat Marcus *quæstione centesima sextagesimaquarta, numero septimo, parte secunda*, vbi videtur velle, quod tertio † defen- 17
sori debeat ius prosequendi suum interesse in alia instantia reseruari. Qua in re eo minus nos peccare posse existimo, cum alias etiam tertio † defensori saluum maneat ius appellan- 18
di, vt factum in causa B. contra B. ad proprii iuris defensionem, vel impediendi executionem, in his casibus, in quibus ipsi non nocet res † inter alias acta, siquidem non noce- 19
bunt ei acta cum principali Reo vel Actore, nisi quæ vel ipso sciente vel defendente in iudicio fuerint tractata, ex eo quidem tempore & statu, à quo sciuerit causam agi, vel defensionem assumpserit, vt notat Couar. *d. cap.* 14. *numero tertio, circa fin. & d. cap.* 15. *numero octauo.* Et talis reseruatio nuper quoq; in causa W. contra V. facta est A. de V. qui vti tertius interueniens, definitiuam inter partes principales impedire volebat. Saluo.

D. F. concludit petitionem non admittendam.

Primo, quod post interpositam protestationem septennium integrum tacuerint.

II. Quia hæc sententia receptior.

III. Quia interueniunt tantum ad defendendum non principaliter. Quoad clausulam reseruatoriam videtur mihi tutius, vt addatur.

D. S. Si reseruatio facienda, putat opus non esse pronunciare super hac submissione, ad quam etiam non admittendus, nisi cum cognitione causæ, hoc est si appareat, quod noui quid velit principaliter deducere. Reseruatio quoque talis facta in causa B. contra B. Cum ex actis colligatur, nil fere noui per

Duces 3. adduci posse, sed tantum ad differendam litem esse factam interuentionem, putat ipsos admittendos non esse, concludit cum Referente, definitiue pronunciandum, & denegndam petitionem articulatam.

D. B. Interuentionem hanc factam ad differendam litem, concludit, non esse admittendam petitionem articulatam, nec reseruationem opus.

D. F. Cum Referente expresse pronunciandum sine reseruatione, cum expensis.

D. I. Quia hi tertii venerunt ad defendendum Reos, siue igitur sciuerint, siue non, petitionem simpliciter vult denegare sine reseruatione.

VOTVM DOMINI REferentis D. M.

In eadem causa M. contra K. Mandati de non turbando, &c.

SYndicorum & Procuratorum mandata, videntur mihi sufficientia.

Processus legitimus: nisi quod de validitate
20 † Rotuli Reorum dubitari potest, propterea quod examen non per ipsos Commissarios, sed per substitutos seu subdelegatos eorum fuerit expeditum. Sed puto hoc nihil obstare, Primo: Quia per Actores nihil contradictum. Secundo: Quia tam de iure communi, quam
21 de stylo Cameræ potest Commissarius † vel Delegatus summi Principis pro arbitrio subdelegare; etiam (vt plerique volunt, Gailius tantum & Mynsing. citato loco putant necesse esse quod partes consentiant) inuitis partibus,
22 † cum is non nudi examinatoris, sed receptoris vicibus fungatur. Habet enim † Receptor
23 iurisdictionem in recipiendis testibus, citationibus decernendis, ad testimonium perhibendum & dandum interrogatoria, deferendo iuramentum, testes contumaces & inciuiles puniendo, cæteraque omnia expediendo, quæ ad examinationem pertinent, *l. nullum, C. de testibus.*

24 Examinator vero † subdelegare nequit, cum nullam iurisdictionem habeat, sed tantum nudum ministerium examinandi testes, postquam à delegato citati sunt & iuramentum præstiterunt, vt prolixe deducit Andre. Gail. *libro primo practicalium obseruationum, obseruatione nonagesimaseptima, numero octauo & decimo,* vbi *numero sexto* dicit, se meminisse in Camera subdelegationes, quæ fiunt à Commissariis ad examinationem testium datis, admissas. Præiudicium allegat in causa T. contra Abbatem in F. & ante eum Mynsinger. *centuria tertia, obseruatione quadragesimaprima.* Et quotidie videmus Imperatorem dare Iudices, & committere causas Principibus & statibus Imperii, qui postea per suos subdelegatos, puta Consiliarios, mandatam iurisdictionem exercent. Concludo itaque, processum seu examen à nullitate defendi, vel saltem nullitatem, si quæ sit, dissimulari posse. *Mynsinger. dict. obser. 41. Hart. Hart. titul. de testib. capit. 15. pr. forens. libr. 2.*

De Iurisdictione.

Iurisdictio nostra dici potest fundata ex eo, quod vtraque pars immediate Imperio sit subiecta. Cum enim ciuitates Imperiales † be- 25
neficium seu priuilegium der Außträg aduersus nobiles Imperii habere non reperiantur, sequitur quod in Camera eos † conuenire 26
possint, vel etiam *ex §. 1. tit. 21. ordinat. par. 2.* ibi, Ob hinfüro zween oder mehr / vmb Innhaben oder Possession eines Guts oder Gerechtigkeit / irrig vnd streittig würden / also daß sich ein jeglicher für einen Besitzer deß streittigen Guts oder Gerechtigkeit (prout in nostro casu) hielte / &c. Vel si domini dubitent, An Rei † imperio im- 27
mediate sint subiecti, forte etiam *ex §. secundo, titulo vigesimoprimo*, ibi, daß jeder Theil vermeinen wolte / dieselbige Güter oder Gerechtigkeit gegen inn seiner oder seines Herren oder anderer Obrigkeit / fundati essemus, cum §. ille expresse exponat de partibus imperio immediate subiectis. Accedit quod Rei nihil exceperint de iurisdictione, tacite ergo prorogasse censentur, *l. si conuenerit, ff. de iurisd. omn. iud.* Concludo iurisdictionem fundatam.

De Actione.

Si conclusionem, tam petitionis summariæ, quam articulati libelli Actorum intueamur, eisque simpliciter (non attentis narratis) inhæreamus, vix alia actio dari posse videtur, quam Actio in factum ex edicto prætoris, *Si quis ius dicenti non obtemperauerit, &c.* Vtrobique enim nil aliud petunt Actores quam Reos ob non factam paritionem, in pœnam emanati mandati declarari, dimidiamque sibi, alteram vero dimidiam partem fisco adiudicari. *Rofred. parte tertia, rubric. si quis ius dicenti, &c. Godofred. in summa eiusdem Rubric. Francisc. Duaren. libro primo anniuers. disput at. capite quinquagesimo. Zas. libro primo singul. intell. &c. singulari secundo tomo & numero sexto circa finem.* Et quamuis plerique sint, qui putent nullam omnino actionem parti ad pœnam consequendam ex hoc edicto dari, sed fisco vel magistratui tantum eam competere, vt sentit Zas. *in parat. libr. 2. titul. 3. si quis ius dicenti, &c. num. 7. tom. 1. per text. in l. 1. §. fin. eod tit. & Oldendorp. classe 1. act. 2. in quæst. Cui & aduersus quem, &c. nu. 5. & 8.* Tamen non desunt † etiam (quorum forte com- 28
munior est opinio) qui pœnam inter fiscum & Actorem diuidendam esse statuunt. Ita sentit Bartol. *in d. l. 1. §. hoc iudicium. d. titul. si quis ius*

dicen-

licenti, &c. nu. 4. post gloss. ibid. Alciat. eod. titu. nu. 11. tom. 5. Et ita videtur tenere Olden. *d. loc. in 5. defensione rei, circa fin.* vbi dicit, propter varietatem opinionum, id more receptum esse, quod quidem in nostro casu eo minus dubii habere videtur, cum emanato mandato hoc expresse sit
29 insertum, vt dimidia pars † Actoribus, altera vero dimidia fisco applicetur, &c. Verum quicquid sit, cum d. mandatum non pure, sed cum clausula emanarit, & per comparitionem Reorum in vim simplicis citationis sit resolutum, *Gail. obs. 19. nu. 6. lib. 1.* puto, huic actioni inhærendum non esse: sed potius ex narratis † dicti
30 mandati, quæ loco libelli repetuntur, atque
31 ex medio † concludendi actionem formandam esse. *Bartol. in lege certi condictio à princip. numero secundo ff. si certum petat. l. non debet. in fin. ff. de dolo. & ibi DD. Alexand. consil. 117. numer. 1. volu. 2.* & plures, quos additio ad Bart. *ad dict. leg. num. 2. versic. medium concludendi.* allegat. Nec enim nouum
32 est, vt ex narratione declaratio † libelli sumatur. *Contard. ad dict. l. vni. C. si de moment. possess. app. fuerit. qu. 13. num. 41. vers. declaratio.* Vnde DD. tradunt, istam actionem intentatam censeri, quæ ex verbis, seu materia deducta colligi possit, vt notat Bart. *in l. Gallus. §. quidam recte. nu. 12. ff. de libe. & posthu. Cyn. in l. edita. C. de edendo. Hieronymus de monte Brix. cap. 42. n. 8.* præsertim, quando petitio vel conclusio ambigua, & narrata clara sunt. *Dec. in leg. petens. numero 5. de pact. Menoch. rem. 15. recup. num. 250. Contard. loco, quo supra. num. 49. vers. declara tamen.* Narratis igitur ac medio concludendi, tam emanati mandati, quam articulorum positionalium bene examinatis atque perpensis, liquido apparebit, remedio aliquo possessorio (Retinendæ scilicet) actum esse. In mandato enim narratur, daß Rei den Klägern offtermals an jren Priuilegien vnd Freyheiten/auch wol hergebrachter Gewehr vnd Possession/Inntrag/ Abbruch vnnd Schmälerung zu thun vnterstanden / quamobrem ipsis iniunctum sit, daß sie die Kläger an solchen jren Priuilegien/Freyheiten/Gerechtigkeiten/ Oberkeit vnnd Jachten ferner vnbetrübt vnnd vnbeschwert lassen sollen. Quemadmodum & in dictis Actorum articulis, præsertim in 2. 4. 5. 8. 10. 12. 13. & 14. Additionalibus, antiqua & quieta possessio territorii, iurisdictionis, merique & mixti imperii, venationis, & similium iurium, multique desuper actus possessorii ex parte Actorum: turbatio quoque aduersæ partis innumeris casibus deducitur & articulatur. Ex quibus meo iudicio recte dici potest, vtili in-
33 terdicto † vel quasi vti possidetis esse actum. Turbato enim in iure aliquo incorporali, vtili interdicto vti possidetis, succurritur. *notat glossa, & ibi quoque Baldus in leg. vni. Cod. vti possidet. Menoch. 3. retinendæ. numero 108. Alexand. cons. 136. numero 7. libro 2. Marian. Socin. in capit. conquestus. numero octauo. de foro compet.* Et in specie, quod pro iurisdictione turbata competat, habetus apud Speculatorem, sub titul. *de restitut. spoliat. §. Nunc dicamus. num. 7. & 14. & Ferrar. in forma libelli, pro turbata possessione. verb. coram vobis. numero tertio.* vel, vt alii loquuntur, actione in factum vtili. *Mynsing. respons. 16. num. 1. & consil. 25. num. 2. & 3.* Cum hodie generaliter statutum sit, loco interdictorum posse agi † actione in factum, 34
in omnibus casibus, ex quibus olim ex interdictis agebatur. *§. finali. institut. de interdict. Salycetus in l. incerti, quæst. penult. Cod. cod. titul. Hostiens. de causa possess. & propriet. num. 3. Cæsar. Contar. d. l. vni. C. si de moment. possess. &c. in amplis actionibus, seu quasi. num. 59.* Et quod Actores nostri hoc interdicto agere voluerint, clarius patet ex conclusione ac petitione † libelli in causa attenta- 35
torum, vbi se in posterum non turbari, aut molestari, idoneamque cautionem eo nomine præstari petunt. Hoc enim in casu possessorium retinendæ intentatum censetur, quia in hoc possessorio ita concluditur, vt notant DD. *in d. l. vnica. C. vti possidetis. Bart. in l. 1. §. interdictum. ff. eod. tit. Rebuffus de materiis possessor. articul. 7. gloss. 1. numer. 4. Tom. 3. Ferrar. in forma libelli. pro turbata possess. verb. cessandum.* Et ita consuetudo tenuit. Georg. de Ecclesia *in suo cons. 60. quod est vltimum inter consilia feudalia. num. 1.*

Sed & negatoria vtilis vel quasi, simul cum interdicto vti possidetis, recte intentata dici potest, præsertim si libellum attentatorum, eiusque petitionem (quod de iure fieri potest, vt postea dicetur) cum causa principali coniungamus. Quæ actio fundatur ex *§. æque. Institut. de actionibus.* Et datur ad instar † alia- 36
rum seruitutum pro iuribus incorporalibus, sicuti rei vindicatio pro corporalibus, vt notant DD. *in d. §. æque. Iason numero trigesimoquinto. Fab. numero tertio. Zas. circa finem. Ferrar. in forma libelli actionis confessoriæ. in verb. plenam & omnimodam. numer. 7.* Et in specie, quod pro iurisdictione aliisque iuribus incorporalibus competat actio vtilis vel q. non directa, ostendit Bald. *in rubric. de vsufruct numer. 1. in fine. Ias. in l. si prius. de nou. oper. nunc. numer. 3. & seqq. Specul. de causa possessionis & proprietatis. §. & sequitur. nu. 16. & de restitut. spoliat. §. 1. numero septimo. & §. nunc dicamus. numero secundo.* Actores enim in 5. articulo positionali ponunt, daß den Beklagten in der Kläger Landwehr/ vnd deren Bezirck kein Zent oder Gerichtszwang gebühre oder zustehe. Et in primo articulo libelli attentatorum, daß niemandt in eines andern Gewalt oder Gehöls/ one Vergünstigung deß Herrn / dem solch Holtz zuständig / Holtz abzuhawen vñ hinweg zuführē gebüre/& in 2. art. daß auch niemandt Actorum Landwehr/Graben zu verwüsten/Weg oder Steg darüber absq; consensu Actorum zu machen gebüre / prout etiam pronuntiari petunt. Ex quibus verbis negatoriam competere tradit Innocent. *in c. conquerente. de off. ord. n. 2. & ibidem Butr.*

col.4. Ioan. Andre. col.1. etiamsi implicite tantum ius non esse aduersario contendatur. *Mynsi. resp. 11.nu.12. decad.2.* Sunt enim quædam verba, quæ
37 ex vi propria, & † sui natura ostendunt, petitorium simul cum possessorio intentatum esse, prout est verbum *spectare, pertinere, restituere, &c.* De quibus Contard. *in d.l.vni. quæst.13. à numero 34. vsque ad numerum 42.* Accedit, quod Actores in 2. posit. & alibi passim conqueruntur daß Rei jhnen an jren wol ersangten/habenden Keyserlichen vnd Königlichen Priuilegien vnbillichen Eyntrag zu thun offtermahls vnter-
38 standen. Vbi enim de priuilegio † agitur, petitorium tractari videtur. *Afflict. decision.183. Chassanæus consilio 83. numero 4. verficul. secus autem. Contard. in dicta l. vnica. qu.13. Quid sit petitorium? num.76.77.78. Roland. cons.6.num.50. lib.4.* Quæ actio eo magis hic locum habere videtur, cum
39 possessorium † iurisdictionis alias dicatur habere mixtam causam proprietatis, quia raro absque titulo, aut aliis adminiculis dominium probantibus defendi solet. *Contard. ad d. l. vnic. C. si de mom. poss. appell limitat.2.§.8. nu.21. & Bald. eod.tit.nu.6. vers. quæro, &c.* Quod autem interdi-
40 ctum † Retinendæ, cum petitorio cumulari vel coniungi possit, præsertim in incorporali-
41 bus † certi iuris esse arbitror, notat Bartolus *in l. naturaliter. §. nihil commune. nu.18. & plerisq; sequentib. quam omnes ibi sequuntur. de acquir. poss. Paris. consil.31.nu.54. vol.4. Ripa resp.5. nu.2. & 4. de diuers. rescript. Ferrar. in forma libelli, pro turb. possess. verb. ad cessandum. numero septimo.* Et in spe-
42 cie, quod † confessoria & negatoria, cum interdicto Retinendæ cumulari possint, plane notatur per gloss. Bart. & communiter Doctores *in dicto §. nihil commune.* Et est bonum consilium de hac re cuiusdam Georgii de Ecclesia, quod est vltimum inter consilia feudalia, *nu. 4. & 5.* Et prolixe dictum in causa E. contra M. præsertim in prima conuentione. Concludo itaque, actionem negatoriam vel separatim, vel simul cum vtili interdicto, Vti possidetis vel Quasi, intentatam esse.

De Requisitis.

Circa requisita harum actionum non puto insistendum, cum ea sint satis nota, & apud Rofredum, Odofredum, Ferrariensem, & alios practicos, de iis videre liceat. Omissis igitur superfluis, quoad interdictum, *vti possidetis*, expeditum est, possessionem iurisdictionis ex parte Actorum, & turbationem ex parte Reorum probandam esse: vel forte rectius, vsum
43 & exercitium † iurisdictionis cum patientia aduersarii: qui vsus in incorporalibus possessionis loco haberi solet; notatur *in capitul. cum Ecclesia. de caus. possession. & proprietat. & per Rebuffum in præfatione tituli, de materiis possessoriis, numero 151.*
44 In incorporalibus enim possessio † vel quasi nihil aliud esse dicitur, quam patientia aduersarii: Sunt verba Bart. *in l.3. §. vnde vi. numer.17. ff. de vi & vi armata. & in lege prima. §. huius. nu.3. ff. vti possid. Rolan. à Valle consil.9.n.143. par.3.* Quod idem fere in quasi negatoria, hoc nostro casu dicendum mihi videtur. Nam etsi actio directa † non competat, nisi domino prædii, *l. loci* 45
corpus. §. competit. ff. si seruitus vindicetur, &c. Et sic probatio dominii necessario quoque in ea videatur requiri, cum † dominium sit causa 46
negatoriæ actionis, *l. do e ancillam. C. de rei vindicat. &c. Mynsi. resp.1.num.5. & 6.* DD. tamen tradunt, si intentans hanc actionem probet, se in possessione vel vsu iuris incorporalis esse, quod id † sufficiat, quia tali casu probata pos- 47
sessione præsumatur de dominio, cum solum incidenter de eo quæratur. *Ferrar. in forma actionis negatoriæ, verb. per quandam. numer.3. Guid. Papæ decision.28. Boer. decision.42. numer.6.* Cum igitur Actores nostri, quasi possessionem iurisdictionis, aliorumque iurium, in ipsorum districtu seu territorio non tantum deducant, sed etiam (vt mihi videtur) probent, putarem illud sufficere, non obstante, quod appellatione territorii, proprietas † vel dominium ne- 48
cessario non veniat. *Chassan. des iustices & droutz. §.1. verb. an territorii, numero quarto.* Præterea etiam dici potest, nos hic versari in † materia 49
quasi negatoriæ (scilicet iurisdictionis) in qua nullum est subiectum prædii vel rei, pro cuius libertate præsumatur, sicut in actione negatoria directa. Licet enim iurisdictio † concernat 50
territorium, *l.139. ff. de verb. signif.* Attamen ipsa non debetur prædio, sicut seruitus, sed personæ. *Petr. Iacob. in libello de iurisdiction. numer. 4. & pulchre Barto. in lege prima. numero 16. ff. de iurisdict.* Hoc ipsum igitur hic est in controuersia: An iurisdictio † sit penes Actores, quæ etiam sine 51
territorio apud eos esse potest, quandoquidem dominium, territorium † & iurisdictio 52
inter se sint separata, nec de vno ad aliud recte inferatur: potest enim esse iurisdictio † sine 53
dominio & territorio, & territorium sine iurisdictione, vt pulchre deducit Bartolus *in lege prima. numer.15. ff. de iurisdict. omn. iud. Chassan. des iustices & droutz. verb. an territorii. nu.16.* Aliud est in negatoria directa, vbi † Actor in seruitute 54
vel iure deducto obtinere non potest, nisi dominio probato. *Boer. dicta quæst.42. num.8. Socin. in l.1. in princip. num.20. ff. de acquir. poss. Contard. d. l. vni. limitat.21. §.1. num.21.* Quia dominium deducitur tanquam fundamentum intentionis, Contard. *ibid. numer.22. &c.* Quod hic non est. Sed illud inprimis requiritur, vt probetur iurisdictio, vel ius venandi, cum similibus in specie, quo facto sequitur intentionem Actorum esse probatam.

An igitur intentatæ † actiones probatæ? 55
Colligitur ex actis, præcipuam controuersiam huius causæ positam esse in quasi possessione

& vsu iurisdictionis, adeoque meri & mixti imperii; nec non exercitio iuris venandi zu S. vnd desselben Zugehör. Reliqua enim iura, von Verwüstung der Landwehr/vnd Straff der Vbertretter/auch vō Abhawung deß Bawholtzes/ per consequentiam magis quam principaliter veniunt. In primis igitur de iurisdictione videndum. Ad quam probandam Actores tali argumento vtuntur: Senatum M. ab immemoriali tempore in quieta possessione vel quasi fuisse. [*Maior.*] In bürgerlichen vnd hoch peinlichen sachen vber Halß vnd Kopff zu richten/ auch die gesprochene Vrtheil durch jrē Schultheissen zu vollstrecken/ prout adhuc in possessione sint, allen Gerichtszwang in peinlichē vñ bürgerlichen Sachen zu vben/ idque non solum in ciuitate, sondern auch in Dörffern/Flecken/Weilern/Höfen/Wälden/Hölzern vnd Fluren in jrer Landwehr gelegen/prout in 4. & 5. additionalibus Actores ad longum deducunt. [*Minor.*] Porro, negari non posse, allodium S. in dictorum Actorum territorio seu Landwehr situm, vt in 4. positionali deducunt. [*Conclusio.*] Ex eo igitur conclusiue sequi, omnem iurisdictionem, merumq; & mixtum imperium in d. allodio, eiusque pertinentiis ad ipsos spectare.

Maior videtur probari. Primo: propria Reorum confessione, dum in responsionibus ad 2. 4. & 5. additionales expresse fatentur, Daß Actores obberührte Herrlichkeit in jhrem Bezirck besitzlich herbracht/ ea tamen conditione vel exceptione adiecta, daß jhr (Reorum scilicet) Gut/so darunter verstehnt vnd vereynt/vnd seine sondere Gerechtigkeit habe/ darinnen nicht begrieffen.

Secundo clare probatur testium depositionibus, vt per secundum testem septuagintaquinque annorum ad 4. addit. Er wisse nicht anders/ dañ dz Actores von alters her in jrer Landwehr allein Gericht vñ Recht gehabt haben/ vnd sonst niemand dañ sie/ vber Halß vñ Haut Gericht habe/ habs von alters gehöret: Et idē testis ad 3. interrog. d. 4. addit. Er wisse nicht anders/ dañ daß Actores, so weit jre Landwehr gehe/das Gericht haben. & ad 5. addit. Actores haben die Macht/es sey Heintz oder Cuntz/wenn ers nicht recht macht/ daß sie jhn inwendig der Landwehr greiffen/schleiffen/gen M. führen/ vnd darumb straffen mögen. Tertius Actorum testis 78. annorum 4. additionalem simpliciter verum dicit, & ad 5. addi. semper se audiuisse, wo Actores jemand begrieffen jnnwendig der Landwehr/ der vbels gethan/ daß sie denselben in die Statt M. führen/vnd darumb straffen/ rationem allegās, denn er Zeug selbs bißweilen mit gewesen. Quartus Testis quinquaginta annorum quartum additionalem verum dicit, audiuisse à patre: & ad quintum additionalem, Er wisse nicht anders/ dann was in der Landwehr lige/ sey deren von M. Gerichts. Sic quintus testis sexaginta annorum quartum & quintum additionales veros dicit. Ratio: Dann die von M. viel gekrieget/vnd jnen jhr Recht gethan. Sextus testis 70. annorum ad 4. additional. Actores haben Gericht vnd Recht/als weit d Landgraben sey. Semper ita audiuit, so lang er gelebt/ & ad 5. addit. verum, jnnwendig der Landwehr von einem Ort zum andern/haben Actores macht die Vbelthäter zu greiffen/vñ in die Statt zu Gefängnuß zu führen vnd zu straffen. Octauus testis ad 4. addit. nunquam audiuit, daß Rei, noch sonst jemand/er sey hoch oder niderig/in diesem Bezirck Gericht oder Recht gehabt/dañ die von M. Et ad 5. addit. nunquam aliter audiuit, denn was in der Landwehr ergrieffen/ sey hereyn in die Statt M. geführet worden/hab es/dieweil er gutes vnd böses verstanden/ also gesehen vnd gehöret/ ꝛc. Nonus testis ad quartum additionalem verum, daß Actores in bürgerlichen vnd peinlichen Sachen vber Halß vnd Kopff zu richten/ zu vrtheiln/vñ die Vrtheil zu exequirn/in besitz seyen/ recenset casum mit Raythel. Decimus tertius testis 4. addit. verum dicit. Ratio: Er hab derselbigen Gesellen viel holen/vnnd in die Statt M. bringē helffen/welche daselbst gericht wordē sind. Et sic in effectu omnes reliqui testes ad d. 4. & 5. additionales vnanimiter deponunt, nimirum, daß sie die Tage jres Lebens anders nie gehöret/dañ daß Actores allein vnd sonst weder K. noch jemand anders/ er sey hoch oder niderig/ in jrer Landwehr vber Halß vnd Haut Gericht vnd Recht gehabt vnd noch habē. Et quamuis maior pars horum † testium de auditu tantum de- 56
ponat, ipsorum tamen dicta per præcedentes testes iuuantur, qui se vidisse & interfuisse deponunt. Testes enim & coniunguntur & probant, quando vnus de auditu vel fama, alter de veritate & visu deponit, *Bartolus in tract. test. versicul. testes magis idonei. numero 119. per gloss. in lege tertia. §. Diuus ff. de testibus. & per Bald. in l. penultima. in 4. oppos. C. de conditionib. insert. in lectura antiqua.* Et de quieta Actorum possessione deponit aperte 28. Actorum testis, Er hab nie gehöret/dz Actoribus an dero Gericht vnd Recht/ davon in quarto articulo, einiger Jnntrag jemals beschehen. Et ad 5. addit. Man habe Actoribus die Vbelthäter jnnwendig der Landwehr zu greiffen niemal gewehrt/ sondern man hab sie gefangen in Wein, vñ Hopffengärten/ in Häusern/Schewren/ vnnd im Felde/ jnnwendig der Landwehr/vñ in die Statt hineyn geführt. Tertio, videtur iurisdictio in Actorum † territo- 57
rio oder Landwehr (hæc enim duo vocabula in 2. additionali, & passim in actis pro eodem ponuntur) vel iuris præsumptionibus satis probari. Naturali enim ratione territorium ciuitati accedit, vt qui ciuitatē habet, † intelligatur 58
etiam territorium habere ratione cōnexitatis. *Bal. cons. 357. n. 1. vol. 5.* Sequitur Nat. *cons. 636. n. 180.* vbi addit: Et qui territoriū † habet, intelligitur 59

pro-

procul dubio habere iurisdictionem. *Bald. in l. 1. §. initio. n. 2. de offic. præf. vrb.* vbi dicit: Nota, quod
60 in concessis nomine ciuitatis † includitur territorium. Et hoc quidem, quod dominus, vel qui iurisdictionem habet in ciuitate, dicatur eam quoque habere in territorio eiusdem, de iure communi satis tritum esse videtur, vt late Soarez *allegat. 6.* in concessione & donatione ciuitatis aut castri per rationes ibi traditas,
61 quia scilicet iurisdictio † indiuisibilis & acces-
62 sorium † sequatur principale, nec vnum to-
63 tum debeat diuerso iure censeri. Est † enim territorium de pertinentiis & accessoriis ciuitatis. *Innoc. in c. cum ad sedem. n. 2. de restitu. spol. Oldradus cons. 176. in fin. Socin. cons. 74. n. 1 part. 1. Boerius quæst. 227. n. 7.* Ideoq; iurisdictio (puto insc-
64 rendum vocabulum *Territorii*) dicitur † dependere ex iurisdictione ciuitatis vel castri, quasi à capite, idque *ex l. prima. §. cum vrbem. ff. de officio præfect. vrb. quem textum notabilem dicit Bartol. ibid. n. 9.* & est pulchra decisio Fr. Marci, *q. 365. per totam.* præsertim *nu. 4. & 5. part. 1.* idem notat Socin. Senior *cons. 74. p. 1. Schurff. cons. 26. nu. 3. cent. 1.* Et quod alias maleficium in districtu ciuitatis per potestatem & rectorem eius primatus puniatur, firmat Bal. *in l. vni. C. vbi de poss. agi oport. n.*
65 3. Facit, quod appellatione Territorii † vel Castri iurisdictionalia & honorificentiæ venire dicuntur, secundum Bal. *in l. fin. n. 48. C. si de moment. poss. limit. 2. §. 8. n. 30. & 31. Chass. des iustices & drouz. §. 1. verb. an territorio. num. 1. & 2.* vbi dicit, quod istud verbum *Territorium*, denotat superioritatem coercitionis, & Oldrad. *cons. suo 176. incip. Factum tale est, in verb. vbi quoad hoc.* territorium & districtum comparat; denotat etiam in tantum habere ius superioritatis territorium, quod per illud donatur exercitium iurisdictionis. Chass. *d. tit. des iustices. §. 1. verb. an territorio. nu. 4.* Cum igitur Territorium seu districtus ciuitatis M. (in qua iurisdictionem ad Senatum pertinere extra controuersiam est) sit accessorium quoddam dictæ ciuitatis: habet is quoque de iure communi fundatam intentionem ad hoc, quod etiam in territorio iurisdictio ei competat, vt probat in simili Oldradus *cons. 21. n. 15. & seqq.* Quarto, Pro confirmatione prædictorum videntur etiam facere antiqua documenta & priuilegia per Actores exhibita, præsertim vero primum documentum Imperatoris L. sub dato Nürnberg/ an S. Martins Abendt/ Anno 1337. Item secundum documentum eiusdem L. Imperatoris sub dato München/ am Freytag vor Simonis & Iudæ, Anno 1337. Sic & tertium documentum, quod continet concessionem seu donationem B. Comitis ab H B. sub dato Arnstatt/ an dem nechsten Freytag nach vnser Frawe Tag/ als man Würtz weyhet/ Anno 1323. Ex quibus clare patet, mit was sondern Gnaden ein Rhat zu M. mit dem Schultheissen ampt vñ Gericht/ nit allein in der Statt/ sondern auch in Dörffern/ die da gelegen seyn vmb die Statt/ in deß Reichs Gericht/ von der Keys. Mayest. vñ dem H. Reich von vndencklichen Jaren hero/ berechtiget/ gefreyet vnd begnädigt gewesen/ vnd noch sind. Nec puto obstare, quod Rei in exceptionibus contra attestationes in primo additionalium, vers. der ander Articul/ &c. obiiciunt, dicta documenta nullam mentionem facere der Landwehr/ vel quousq; prætensum territorium se extendere debeat, &c. Cum per testium dicta, ad 2. addit. id satis clare demonstretur, qui non modo dictum articulum verum dicũt, sed limites quoque & confines territorii, wo dasselbig anfahe/ kehre vnd wende/ satis expresse deducant, & digitis quodammodo ostendant, præsertim 2. testis, 75. annorum, qui dum d. articulum 2. verum dicit, rationem allegat, dann von dem Thurn die H. Wahrt genandt/ rechne man eine Meyl Wegs (prout in articulo) gegen M. vnd stehe der Thurn inwẽdig der Landwehr/ cum quo concordat 3. testis, 78. annorum, qui dicit, Er wisse dieser dinge kein Anbegin/ recenset casum. Quartus testis 50. annorum, die Landwehr gehe nach außweisung der Contrafactur. Quintus testis 60. annorum dicit articulũ verum, dann er vnd seine Eltern seyen dero Ort geboren vñ erzogen/ habe die Landwehr selbst gesehẽ/ vñ sey dabey gewesen/ wo die Landwehr kehre vnd wende. Quæ depositio de iure sufficit, Ob wol der Zeiger von jhm wie von andern vnterschiedlich nit erkläret/ probare enim testem, qui dicat, rem in conspectu suo agitatam esse, licet eam non determinet, docet Bart. *in l. iubemus nu. 9. C. de erog. milit. annon. lib 12.* Sextus testis 70. annorum dicit, Er habe die Landwehr offt gesehen/ fange bey der E. Wahrt an/ vñ gehe biß in dz M. Feld. Septimus dicit articulum verum. Ratio: denn es sey auß der Statt biß zu seinem Dorff W. ein Meil Wegs/ vñ gehe die Landwehr/ wie die Contrafactur außweiset/ hinder S. hin/ nach M. Octauus testis 50. annorum 2. art. verum dicit simpliciter, denn er sey im M. Gericht erzogen vnd geborn/ vnd sey fast an allen örtern der Landwehr vmb vnd vmb gewesen vnd gesehen. Et sic fere omnes reliqui testes deponunt, optimas rationes scientiæ allegantes, videlicet, daß sie die Landwehr selbs außwerffen/ verbessern/ begehen/ bereiten/ besehen vnd erhaltẽ haben helffen/ vnd noch heutigs Tags helffen. Vnde dictum articulum vnanimiter quotquot sunt, verum adfirmant. Nec me mouet, quod nonnulli testes in descriptione seu designatione limitum, diuersis nominibus vtuntur, dum primus dicit, die Landwehr fahe an der E. Warth an/ quod idem & sextus testis affirmat. Secundus vero deponit, Sie fange an von der H. Warth/ &c. Non enim ob id varii vel singulares dici possunt. Nam licet in nominibus videantur modo esse discordes, ex oculari tamen inspectione,

aliisq;

aliisque circumstantiis patet, circa rem ipsam, puta territorium, eiusque confines ac limites, nullam inter eos contrarietatem vel discrepantiam esse. Imo optime eos inuicē conuenire, cū omnes deponant, was jnnerhalb der Landwehr lige/sey M. Gericht vñ Gebiet/de quo postea la-
66 tius dicam. Testes autem singulares † aut varii dici non possunt, quando in effectu in eo conueniunt, de quo controuersia est. *Augustt. Beroius cons.* 175. *n.* 55. *part* 3. sufficit enim eos concordes
67 in † facto principali, licet in aliquibus circumstantiis discordent. *Crauet. cons.* 267. *nu.* 6. *Beroius cons.* 201. *nu.* 35. & 36. *vol.* 3. Hinc DD. tradunt, fines & rei qualitatem, an scilicet concordent cum re, de qua agitur, magis inspiciendam esse quam vocabulum, vt pulchre deducit Hieron. à monte Brixiano, *c.* 84. *n.* 3. & *seqq.* vbi omnino videndus: Daß aber die obberührte Warte von etlichen die H. von andern die E. Wahrt genandt wirdt / hinc forte factum est, dieweil das Dorff E. nicht weit von dem Dorff H. gelegen/ vt sic mirum non sit ab vno die H. ab alio die E. Wahrt appellari. Error igitur & discordia in
68 nomine † non vitiabit ipsorum dicta, dummodo re ipsa, puta circa confines seu limites conueniant. *l. idem Pomponius.* §. *cum. ff. de rei vind. l. in venditionibus.* §. *nihil enim facit error nominis. ff. de contrah. empt.* Nam & alias fines potius attenduntur, & rei qualitas, quam nomē proprium, quando nomen fundi discordat in finibus. *Brixien. cap.* 85. *num.* 1. *per l. si quis in fundi vocabulo. ff. de legat.* 1. Accedunt quinto plerique casus possessorii, † seu actus speciales exercitæ iurisdictio-
69 nis in dicto Actorum territorio, ex quibus iurisdictionem plene probari notant Menoch. *remed.* 3. *retinendæ. nu.* 585. *Roma. cons.* 20. *n.* 3. *Socin. senior. cons.* 187. *n.* 19. *vol.* 2. In incorporalib. enim
70 quasi possessio † proprie in actibus possessoriis
71 consistere debet, cum nil aliud sit, † quam vsus & exercitium. *l. quoties. ff. de seruitu. Menochius de retin. possess. reme.* 3. *n.* 147. adeo vt sine exercitio
72 vel † vsu acquiri non possit, vt dicit Rebuff. *ad consuetud. regias. Tom.* 3. *in præfation. titul. de materiis possessoriis.* Testis igitur tertius ad 4. addit. verum dicit, dz Actores peinlich vñ bürgerlich Gericht jnnwendig der Landwehr haben/ rationem assignans, dann er solchs nicht allein gehört/ sondern zum theil auch selbst gesehen/ vnd sonderlich einen von H. zu E. in der Landwehr fangen/ vnd vor die Statt auff ein Rad legē sehē. Et ad quartum interrogat. d. 4. addit. weylandt der alte K. habe einen in der Landwehr gefangen/ der habe jnen zu M. zu recht stehen müssen. Alium casum recenset nonus testis, ad 4. addit. von einem / so K. genandt/ vnd der Statt feindt gewesen / welchen sein (Zeugen) Vatter in dem Landgraben gegriffen/ vñ gen M. geführt/ da er dañ folgends gericht worden. Cum quo concordat 89. testis ad 9. & 10. addit. welcher selbst mit gewesen / den Feind innwendig der Landwehr ergrieffen / vnd in die Statt M. führen helffen. Et plures alii, puta 14. 15. 16. 17. 19. 24. 31. & 37. so alle sämptliche bey angeregter Nachfolge gewesen/ vñ den alten K. selbst jnnwendig der Landwehr greiffen helffen. Decimus testis ad 5. addition. recenset casum mit dem E. H. den er selb dritt vor dem Holtz nach S. gefangen/ vñ in die Statt geführet/ welcher allda für M. auff ein Rad gelegt. Decimusquartus testis ad 4. additional. dicit, Es sey vor 40. Jahren einer auff der Landwehr gegrieffen/ vnd durch Weinberg geführet worden. Decimustertius ibidem, Er habe derselben Gesellen jnnwendig der Landwehr selbst holen/ vnd gen M. bringen helffen. Vigesimusnonus testis, Er habe etliche in der Statt M. richten sehen/ die in der Landwehr gegrieffen/ vnd in die Statt geführet worden. 34. testis, Er sey mehrmahlen mit drauſſen gewesen/ an Gericht gestanden/ vnd den Kreiß/ da die Leut gericht wordē/ machē helffen. Qui testes cum in specie deponant, adeoq; de proprio † ipsorum visu, facto & scientia, 73
maiorem prould dubio fidem merentur. *Crau. cons.* 2. *nu.* 9. & *cons.* 94. *n.* 3. *Boerius cons.* 94. *num.* 7. *vol.* 3. *Alexand. cons.* 88. *n.* 8. *lib.* 5. *Paris. cons.* 88. *nu.* 31. *par.* 3. Quinimo iurisdictio † eiusque confines, 74
per testes singulares probatur, videlicet, si vnus deponat de vno iurisdictionis actu, & alter de alio actu. *Hieronym Mont. cap.* 52. *num.* 2. *Bald. in l. finali. C. de testib.* Vnde Lanfran. *in c. quoniam contra. verb. testium. n.* 30. *de prob.* voluit, quod si vnus testis dicat, tale † castrum habere merum impe- 75
rium, & interrogatus respondeat, ideo se scire, quia vidit officialē illius loci decapitare vnum in tali loco: Et alius testis dicat, quod vidit in eodem loco dictum officialem suspēdere fecisse vnum, ex eorum depositionibus resultat plena probatio per Innoc. *in c. qualiter. el* 2. *de accusation.* Et sic ratione exercitii iurisdictionis ille
locus † præsumitur esse illius, qui iurisdictio- 76
nem exercet, vt per Abbat. *cons.* 62. *nu.* 18. *vol.* 2. Facit, quod traditur per Innocent. *in ca. dilectus. in prin. verb. possessio. & columna secunda. verb. possessionum. de capell. monach.* qui dicit, generalem possessionem territorii seu iurisdictionis ex singularibus etiam actibus acquiri, aut saltem retineri seu conseruari. Sequitur Castrensis *in leg. restituta. numero secundo, ad Trebellian.* vbi Alexander *numero quarto* plura allegat ad hoc, quod sub vnoquoque genere comprehensa acquirantur per vnicum actum, & Panorm. *in c. vnico.* 3. *de relig. domib.* dicit, exercitium vnius comprehensi sub vniuerso ad vniuersalem possessionem referri, præsertim cum fundatur intentio alicuius de iure communi. Item, quando non constat alium in possessione esse, præcipue vero, quando plures actus ad eundem finem tendunt, vt prolixe Felinus *in c. auditis. numer.* 18. *de præscr. Gabr. lib.* 5. *concl. tit. de præsc. concl.* 2. *Ias. in l. imperium. n.* 23. *ff. de iurisd. om. iud.* etiam in diuersis speciebus, si alius non possideat. *Chassa.*

rulz.

rub.1. in verb.iuſtices droit & nu.33. & n.94. & num. 112. Ex quibus omnibus arbitror tam merum quam mixtum imperium cum iuriſdictione in dicto territorio ad Actores ſpectare, eoſque in quieta poſſeſſione vel quaſi omnimodam iuriſdictionem exercendi fuiſſe, & adhuc eſſe. Idque vel ex ipſa iuris communis diſpoſitione, quæ ſtatuit, & hodie dominum vel poſſeſſorem eſſe, qui olim, medioque tempore dominus vel poſſeſſor extitit. *vulgata l. ſiue poſſidetis.*
77 *C. de probat.* Meri enim Imperii † poteſtas præcipue in cauſarum criminalium capitaliumque cognitione verſatur. *Bart. in l. imperium. numer. 8. de iuriſd. om. iud. Bald. ibid. nu. 6. Caſtrenſ. n. 8. Longauallus in repetit. d. l. imperium. nu. 77. Speculat. ſub titul. de iuriſdict. §. 1. nu. 24. pulchre Chaſſan. d. tit. des iuſtices de Droit & d' icellu. rubric. 1. num. 1. & pleriſ-*
78 *que ſeqq.* Mixtum vero imperium † & ſimplex iuriſdictio, ad pecuniarias cauſas pertinent, vt Chaſſan. *d. loc. num. 79. &* 98. Et quod is dicatur
79 habere merum † imperium, qui cognitionem habet, tam in criminalibus quam ciuilibus cauſis, confirmat Bald. *in tit. de pace Conſtantiæ. verb. iuriſdictione, tam criminalib. quam ciuilib.* Sic quo-
80 que captura, † traductio, & incarceratio delinquentium in Actorum territorio, proculdubio meri & mixti imperii indicia ſunt. Nam etſi hæc alias ſimplicis ſeu baſſæ iuriſdictionis eſſe dicantur, quando ſcilicet capturam vel carcerem quis habet ad hoc tantum, vt carceratos poſtea alteri tradat vel remittat, vt de captura notat Petrus Iacobi *in libell. de iuriſdiction. nu. 59.* & de carcere Bart. *in l. imperium. nu. 8. Alexand. num. 21. de iuriſdict. Capua ſingulari 2. Chaſſan. rubric. 1. §. des Droit & d' icellis. nu. 100.* Secus tamen eſt, ſi capturam vel carcerem ille habeat, qui cauſam quoque carceris examinare poteſt, (prout in noſtro caſu Actores poſſe, omnibus fere teſtibus probatũ eſt) tunc enim abſq; dubio meri ſeu mixti imperii eſſe dicuntur, vt notant omnes *in d. l. imperiũ. Iaſ. poſt alios. n. 24. Curt. Iunior nu. 88. Purpuratus nu. 225. Capua d. ſingula. 2.*
81 vbi dicit, carcerem † hic non eſſe imperii, ſed in carcere tenere, & de eo cognoſcere animaduertendo, vel exinde dimittendo. *Natta conſil. 636. nu. 122.* Et quod captura delinquentium in noſtro caſu quaſi poſſeſſionem iuriſdictionis & imperii probet, allego Bald. *in l data opera. nu. 28. C. de his qui accuſ. non poſſ. Alexan. conſ. 43. in fin. lib. 1. Brunus conſil. 34. in fine. Menoch. 3. remed. retinend. num. 586. Brixienſ. cap. 52. numer. 4.* Facit, quod notat Baldus *in l. 2. de iuriſd. omni. iudicum.* qui ad hoc allegat Schurff. *conſil. 71. numero 13.*
82 *cent. 3.* dicens: Capturam de mero † imperio eſſe, ideoque delegari non poſſe. Porro, ſen-
83 tentiam † quoque in criminalibus, cuiuſque executionem (quæ omnibus teſtibus ex parte Actorum probata exiſtit) meri imperii eſſe nemini dubium eſt. *Pet. Iacobi in d. libello. de iuriſdict. num. 41. & 42. Roman. conſ. 70. num. 13. Socin. ſenior conſ. 187. nu. 13. verſ. Iam ergo tempus. libr. 2. Menoch. remed. 111. retinend. nu. 585.* Sed & pignorationes mulctarumque † receptiones. *Muſcor. in tract. de* 84
iuriſdict. numer. 113. quem ſequitur Longouall. *in l. 3. ff. de iuriſdict.* mulctæ irrogationem meri imperii eſſe ſcribens. Cuius ſententia eatenus vera eſt, quatenus pœna infligenda corpori, quæ ſæpe ex cauſa mutatur in pecuniariam. Peinlich Halßgerichts Ordnung Caroli V. *art. 157.*) mixti imperii, & iuriſdictionis actus eſſe dicuntur, prout de pignoratione, idem Petr. Iacobi *d. libell. de iuriſd. nu. 48. per l. nominatori. C. de pignorib. & leg. 4. §. an tamen. ff. de damno infecto. Guid. Papæ quæſt. 193. num. 1. verſ. decimo credo. Hierony. à monte Brixiano cap. 58. nu. 15. circa fin.* Et de mulctarum receptione Roman. *d. conſil. 70. num. 10. & ſeq.* Quod autem Actores in quieta poſſeſſione vel q. ſint, pignorandi & mulctandi eos, ſo jhre Landgraben vnd Landwehren verwüſten / fere omnibus teſtibus ad 4. Addit. probatum eſt. Ita enim deponit quartus teſtis, wann jemandt vber die Landwehr riete oder führe / ſo nemen ſie den an / vnd führten jhn in die Statt M. Quintus teſtis vidit, dz die Holtzförſter / vñ deren Leute etliche die Bäum abgehawen / betretten / vnd die Thäter in die Statt zu Gefängnuß geführet / ſo darumb geſtrafft worden. Sextus teſtis, weil ime gedenck / ſey es alſo gehalten / dz man die Verwüſter der Landwehr gepfändet. Octauus, Es ſey alſo gehalten worden / weil er gedencke. Viceſimus quartus recenſet caſum, Daß einer / ſo in der Landwehr gehawen / vmb 10. Malter Habern gebüßt worden. Viceſimus ſeptimus teſtis ad 2. interrog. 14. articuli, Es ſey einer vmb 10. fl. gepfändet worden. Vltimus teſtis, wo man jemand gekriegt / der durch die Landwehr führe / den habe man pfänden mögen / vnd in die Statt führen.

Non puto obſtare, quod Rei paſſim in actis, præſertim in exceptionibus, contra atteſtationes in primo additionalium obiiciunt: Teſtes de † vniuerſitate, in cauſa vniuerſitatis, idone- 85
os non eſſe, ſed ſuſpectos, cum videantur in propria cauſa deponere, ſecundum Decium, *in c. quoniam contra. de probat. in tit. Teſtes. nume. 37. quos refert Franciſc. Viuius in communibus opinionibus. verb. teſtes de collegio, &c.* Quia id tum verum eſt, quando † cauſa vniuerſitatis concer- 86
nit commodum ſingulorum in particulari, puta, ſi vniuerſitas habeat nemora vel paſcua, in quibus quilibet poteſt immittere animalia ad paſcendum. Et tunc hoc caſu, quia ſingulariter cuique de vniuerſitate obuenit vtilitas, nemo de vniuerſitate admittitur in teſtem, prolixe Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. Rubric. 13. des Foretz §. 5. verb. ſi non par parcoues. num. 7. & ſeq. Hieronym. à monte cap. 58. n. 10. Guid. Papæ deciſ. 193. num. 4. & ibi additio. in verb. Teſtes.* Et Canoniſtæ, præſertim Panormit. & Felin. *in ca. inſuper. & in cap. cum nuntius: extra de Teſt.* quam particularem ſingulorum teſtium vtilitatem ego in hac

cauſa

causa videre non possum. Quid enim commodi vel vtilitatis homines plerumque rustici, operarii, artifices, & maiori ex parte extra vrbem, in villis & pagis vicinis degentes ex iurisdictione, quam Senatus in Ciuitate exerceat, iureque forensi vel sperare vel consequi possunt? Crederem equidem magis ipsos de rebus suis rusticis, artificiis, adeoque de victu quotidiano quærendo, quam de iurisdictionis & venationis exercitio, sollicitos esse. Quamobrem nihil obstare puto, quo minus depositiones ipsorum de iure subsistere dicamus, præsertim cum omnes fere quotquot sunt ad generalia interrogatoria deponant, se nullum prorsus commodum ex hac causa vel dictis suis sperare, per ea quæ notant Bartol. & alii post gloss. *in l. in tantum. §. vniuersitatis. ff. de rer. diuis. gloss. in l. si municeps. vbi Bald. & Ang. ff. quod cuiusq; vniuers. nom. Cyn. Bald. Salicet. & Alberic. in l. parentes. C. de testib. Ioan. Andr. & Specul. in tit. de test. §. 1. verb. sed nunquid in causam vniuersitatis, &c.* Imo & si commodum aliquod reportarent in communi vel vniuerso, non tamen vt suspecti vel minus idonei, reprobari vel reiici possent, cum tales non tam in propria causa, quam causa omnium dicantur deponere, vt dicit Bald. *in dict. l. in tantum. §. vniuersitatis. de rer. diuis. & notant fere omnes in locis supra citatis.* præsertim Guid. Papæ *in dict. decis. 193. numer. 2. & 4. & ibi quoque Additio in verb. Testes pro vniuersitate, & Hieron. de monte Brixiano, cap. 58. num. 7. per Cin. in d. l. parentes. C. de testib.* Præterea etiam dici vix possunt omnes testes Actorum ex eadem communitate seu vniuersitate esse, siquidem ex depositionibus eorum colligitur, quod non in vno loco, sed in diuersis oppidis & villis (vt supra quoque dictum) etliche zu W. etliche zu Z. etliche zu A zu K. zu H. zu S. zu D. zu E. aliique aliis in locis extra ciuitatem sparsi, minor autem pars in ciuitate M. habitent. Quemadmodum enim constat, non omnes testes subditos Actorum esse; sed plerosque etiam extraneos; aliorumque Magistratuum iurisdictionibus subiectos, vt in puncto positionalium 1. 2. 3. qui dicent, Sie sey denen von M. in 24. Jahren nicht verwandt gewesen. Quartus, Er sey den Zeugenführern in keinem wege verwandt/ Sic quintus, sextus, trigesimusprimus, Er hab dem Raht in dreyen Jaren nit geschworen. 34. Er sey denen von M. in keinem wege verwandt/ 35. Er sey den Herrn Producenten mit Pflichten oder in andere wege nit zugethan/ allein daß er eine Tochter zu M. hab. Et in puncto additionalium primus & secundus, &c. Vnde cum testes vniuersitatis alios quoque non subditos adiunctos habeant, eo magis probāt, *leg. si quis ex argentariis. §. 1. iunctis ibi notabilib. per Bald. in leg. 1. C. de testam. Salicet. in leg. in bona. C. de reb. cred. Alexand. consilio 88. numer. 16. vers. & ita in actis apparet, lib. 5.* Facit quod alibi Dd. tradunt subditos † ratione iurisdictionis non repelli a testimonio, quamuis ratione dominiorum vel patriæ potestatis excludantur. Cinus *in leg. eos. C. de testib.* vbi quærit, quod si Dominus † alicuius prouinciæ causam habuerit cum aliquo, an subditi suæ prouinciæ possint esse testes? Et arguit primo quod non: per *l. Idonei. ff. de testib.* Contrarium tamen dicit tenere Dd. cum quorum sententia & ipse transit: alias enim sequeretur † maximum absurdum & inconueniens, quia tales Domini persæpe de iure suo docere non possunt, & ita de consuetudine seruari dicit Alexand. *consil. 88. nu. 16. libr. 5. quem refert Brixiensis in tract. finium, cap. 58. nu. 4.* Quæ omnia in nostro casu eo magis locum obtinent; cum Actorum testes habeant pro se iuris communis adminiculum ratione scilicet territorii, ex qua iurisdictio præsumitur. Habēt enim ciuitates † & Domini terrarum, fundatam intentionem de iure communi, respectu iurisdictionis, quoad res intra limites territorii sitas, & res p̄sumitur esse † de iurisdictione eius, cuius est territorium, nisi contrarium ostendatur. Ita Hostien. Panorm. & alii *in c. si diligenti. de præscript. & in c. nimis. de iureiur. Chassan. Rub. 9. §. 9.* Et hæc quoad propositionem maiorem. Iam vero ad minorem quod attinet, allodium S. in territorio Actorum situm esse; eam quoq; sufficientissime probatam esse arbitror.

87 88 89 90 91 92

Primo, propria Reorum confessione, dum ipsimet in primo articulo defensionali, in causa principali, & in primo defensionali, in puncto attentatorum verum ponunt, daß S. mit seinem Zugehör/ in dem Bezirck / dero von M. Landwehr gelegen. Quod idem etiam in responsione ad 4. positionalem Actorum pure & sine vlla conditione adiecta fatentur. Qua propria † confessione nulla maior probatio esse poteſt. *Ludou. Roman. cons. 391. in fin. Maran. par. 6. act. 5. de confess. num. 31.* Probatur secundo ex productis inuestituris Ducum S. quarum singulæ hæc verba inserta habent, mit S. bey der hohen Wart in der M. Landwehr gelegen. Tertio probatur omnium quotquot sunt testium depositionibus, ad 4. positionalium, qui dictum articulum vnanimiter nullo penitus verbo excepto, simpliciter ac pure verum dicunt. Vnde profecto mirandum est, qua fronte vel temeritate potius Rei in dictis suis exceptionibus, contra attestationes in puncto additionalium contenta secundi articuli, daß nemlich M. ein territorium oder Landtwehr genant/ besitzlich herbracht/ &c. negare ausint. Cum tamen id nedum testibus & inuestituris, sed propria ipsorum confessione (vt dictum est) euidentissime probatum sit: Imo ab ipsismet Reis, in propriis eorum defensionalibus, expresse articulatum existat: Vt sic non male huc quadrare videatur dictum illud Imperatoris Iustiniani: Nimis indignum † esse 93

iudicamus, vt quod sua quisque voce dilucide protestatus est, id in eundem casum infirmare testimonioq; proprio resistere. *l. generaliter. C. de non numer. pecun. &c.* Nec quicquam obstare puto, quod Rei in d. suis exceptionalibus. §. der ander Articul/ &c. cauillandi animo obiiciunt, atque præcipue vrgent nullum testium quid territorium sit intelligere, quare tantum abesse, vt desuper testificari potuerint. Nam vt demus Actorum testes tanquam homines plerumq; rudes & imperitos id ignorare: Sufficit tamen, meo iudicio, passim ex actis intelligi
94 posse, vocabula ista, † Landwehr/ Landgraben/ Bezirck/ Grentz/ Gebiet/ Boden/ Zäun/ & similia, tam à testibus, quam ab ipsis Actoribus promiscue & indifferenter vsurpari ac sumi, & in effectu nihil aliud esse vel significare quam hoc
95 ipsũ, ꝙ apud ICtos † territoriũ vel districtus dicitur, agrorum scilicet vniuersitatem, intra fines vel limites Ciuitatis M. *l. pupillus. §. territorium. ff. de verb. sign.* vel vt alii territorium describunt,
96 spacium † terræ iurisdictione munitum, vt per Bal. *in rub. Quæ sunt regalia. nu. 2. Fel. in c. Rodolphus. n. 13 & 23. de rescript. & Boer. decis. 227. n. 7.*

Secundus enim Actorum testis 75. annorum ad tertium interrog. 4. Addit. dicit, er wisse nicht anders/ als daß Actores, so weit jre Landwehr gehen/ das Gericht haben/ 4 testis. 50. annor. ad 5. add. dicit, er wisse nichts anders/ denn was in der Landwehr lige/ das sey deren von M. Gericht zuständig/ 16. testis 50. annorum, nunquam aliter audiuit, dann was in Actorũ Bezirck lige/ darüber haben sie zu gebieten. 18. testis 60. ann. ad 2. add. verum audiuit, dieweil er ein Mañ gewesen/ wo die Landwehr were/ alda auch Actorum Gericht. 29. testis 60. annor. ad d. 2. addit. Er habe nie anders gehöret/ dann daß der Landgraben (quem alii vocant die Landwehr) dero von M. Gebiet scheide. Ex qua depositione
97 clare apparet, vocabulũ Landwehr † seu Landgraben non aliter quam pro finibus seu limitibus territorii à testibus accipi. Triceſimus primus 75. annor. ibid. dicit, es sey ein Zaun gemacht vor mancher lieber Zeit/ den er dick vnd viel gesehen/ von einem Ende zum andern.

Ex quorum testium dictis satis intelligi po-
98 test, supradicta vocabula, † æquipollentia esse, ac proprie pro confinibus, limitibus, & loco iurisdictionis, imo pro iurisdictione ipsa accipienda, prout & testes ipsi, ea vsurpent atque
99 intelligant. Nam & territorium † aliquando pro iurisdictione, & iurisdictionis exercitio accipitur. Hieron. de monte Brixien. *capite sexto, numero nono, Chassaneus rubrica prima, des Iustices & droit Z. § primo, verb. an territorie, numero 4.* 28. testis ad d. 2. addit. dicit, Was inwendig der Landwehr sey/ da halten sich die Herrn von M. an.

100 Comprehendit † enim territorium, quicquid est inter territorii fines, ita quod nulla persona aut locus excludatur. *l. 1. §. cum vrbem. ff. de offic. præf. vrb. Bald. consilio 31. incipien. Rex Romanorum, numer. 6. volum. 1.* Idem tenet Socinus *consil. 127. num. 2. volum. 1. & consil. 86. num. 6. eod. volum.* quod consilium multum facit ad nostrum propositum. Plerique testes dicunt, die Landwehr beschleußt die Beklagten/ vt tertius testis ad 4. position. dicens: S. lige auff M. Boden/ darumb daß es beschlossen sey/ in jhrer Vestung/ wie jederman sehe. Vndecimus testis ibidem, die Landwehr sey gerings vmb S. hero. Quod idem etiam deponit 25. testis ad 1. position. 23. testis ad 1. position. Der Graben gehe hinder S. her/ vnd sey so wol beschlossen/ als andere M. Dörffer. 27. testis ibid. Der Rhat beschliesse Reos mit der Landwehr. Et 4. testis ad 2. addit. Actores haben eine Landwehr/ das sey jhr Beschluß. Et sic plerique alii, quorum depositionibus satis demonstrari existimo, Landtwehr/ † Landgraben/ Bezirck/ Grentz/ &c. in effe- 101
ctu nihil aliud in hac nostra causa esse vel significare, quam inclusionem seu potius clausuram quandam finium, limitum ac terminorum, quibus territorium & iurisdictio ipsa denotatur ac terminatur. Quemadmodum & olim per clausuras & burgos prouinciarum territoriumque confines probari dicebantur. De quibus Imperator Flauius Iustinianus *in l. in nomine. §. in Sardinia. C. de offic. præfect. prator. Affr.* & meminit additio ad Guidonem Papæ *decis. 193. nu. 1. verb. decimo.* Confinia enim † mensu- 102
ram indicant, & rem designant, & quicquid est intra, includunt. Late Paris. *consil. 27. num. 13. volum. 1.* Prolixe idem Paris. *consil. 4. num. 1. vol. 4. Brixien. cap. 88. num. 1.* prout econtra terminus † terminans dicitur, quicquid est extra fines 103
agri, secundum Bart. *in l. si fines, in fin. C. de euict. Brixien. cap. 107. numer. 4.* Vt sic non obstet, quod testes, quid territorium sit, ignorent, cum ex eorum depositionibus (vt iam dictum est) satis intelligi possit, per supradicta vocabula, Landwehr/ Landgraben/ Bezirck/ &c. hoc ipsum denotari, quod apud ICtos territorium dicitur.

Sic quoque parum obstare puto, quod Rei nodum in scirpo quærentes, differentiam inter Landwehr & Landgrentz fingere conantur. Si quis enim testium depositiones penitius introspiciet, facile inueniet, inter hæc duo vocabula, nomine tantum, † reipsa nullam omnino 104
differentiam esse. Nam quod Rei vocabulum Landgrentz † explicant, vel definiunt esse di- 105
stinctionem limitatam, quæ habet insignes notas, vel naturales, vel artificiales; hoc idem etiam vocabulum Landwehr in nostro casu significare vel importare omnium supra relatorum testiũ dictis, certũ est, qui clare deponunt, daß die Landwehr oder Landgrabẽ dero von M. Gebiet scheide/ vt sic non minus quã Landgrentz in præsenti casu, distinctio ac separatio quædã

finium

finium dici possit, vt supra deductum. Certum
106 est enim territorium, † confines, eiusmodi signis artificialibus, puta fossis manu factis, arboribusque ante missis (quæ verba ego in terminis ac proprie intelligo, von Landgraben/ Hecge/Gepieck vnd Landwehren) prout & lapidibus affixis, aliisque notabilioribus signis, tam artificialibus, quam naturalibus, plerunque distingui, puta fluminibus, iugis montium, viis, vepribus, & aliis similibus. De quibus Brixien. *in d. tr. de fin. reg. cap.* 14. *n.* 1. & 5. vbi alias allegat Ioan. Andr. *in c. cum causam. ext. de pro-*
107 *bat.* Frustra igitur de nomine † disputant Rei, vbi qualitas certa esse reperitur. *Bald. in l. si quis in fundi vocabulo, & ibi quoq; Alexand. ff. de legat.* 1.
108 vbi dicit, qualitatem † certam idem operari, quod finium expressionem, & quod propter
109 qualitatem † expressam locus reddatur certus, refert Brixien. *cap.* 85. *n.* 3. *& notat Paris. cons.* 4. *n.* 7. *& nu.* 32. *&* 33. *volum.* 4. Huc quoque facit, quod supra diximus, sufficere scilicet, quod testes in substantia conueniant, licet diuersis verbis, idem tamen importantibus vtantur. Aug. Beroi. *cons.* 173. *n.* 17. *vol.* 3.

Minus obstat, quod Rei in dictis exceptionibus iterum obiiciunt, daß ein Landwehr sich offtmals weiter/ als die Gerichte/ mit Verwilligung der benachbarten Gerichtsherrn erstrecke. Nam vt ponamus hoc ita fieri posse, tamen de tali extensione ac vicinorum Principum vel magistratuum consensu ac concessione nil quicquam in actis probatum reperitur: Imo contrarium potius ex omnium testium depositionibus, præsertim ad 2. addit. apertissime constat, qui deponunt, wo die Landwehr wende (die erstrecke sich nun so nahe oder fert/ als sie wölle) da wende auch Actorum Gericht. Vel, vt alii dicunt; Daß Actores, so weit jhre Landtwehr gehe/ das Gericht haben/ daß auch Reorũ Hauß S. innerhalb solchem Bezirck der Landwehr gelegen/ quod & ipsimet Rei, tam articulando, quam respondendo, vltro fatentur. Hæc igitur obiectio tanquam friuola ac nuda quædam & imaginaria assertio partis non erit attendenda. Quibus in iure & facto ita præmissis, iam necessaria sequitur conclusio, merum & mixtum imperium, omnimodamque iurisdictionem zu S. cum pertinentiis ad Actores spectare. Ex quo enim de generali seu principali iurisdictione territorii ex parte Actorum probatum est, facillime præsumitur de quantitate & qualitate; vt notat Menoch. *libro primo arbitrar. quæstion. quæstion.* 36. *numer.* 14. facit,
110 quod alibi dicitur, quod fundans † se in toto territorio, dicatur se fundare in qualibet eius
111 parte, quia quod iuris † sit de toto, quoad totum, idem sit de parte quoad partem, vt pulchre notat Socin. senior *cons.* 127. *nu.* 2. *vol.* 1. *per l. quæ de tota. ff. de rei vind. & c. si diligenter, de præscri-*
112 *ption.* vt sic omnia loca † in territorio alicuius ciuitatis existentia, ad eandem, præsertim quoad iurisdictionem, imperium & regalia de iure dicantur pertinere, iuxta notata per Host. Ioan. Andr. & Panormit. *in c. nimis, de iureiur. & notat idem Panormitanus in c. cum diligenti, nu.* 2. *de præscript. glos. in c. fin. verb. situm sit, de officio Archid. Curtius Iunior cons.* 184. *n.* 8. *Soarez. alleg.* 7. *n.* 17. *per text. in l.* 1. §. *cum vrbem, ff. de offic. præfect. vrb.* vbi
113 quoque Bart. *nu.* 5. dicit, quod omnis † villa vel castrum in Comitatu alicuius ciuitatis sita vel situm, sub eadem ciuitate esse videatur, nisi speciale habeat priuilegium, *argument. l. nulli.* §. *quod si in vico, Cod. de episcop. & cleric.* Cum igitur Rei, (vt sæpius dictum) expresse fateantur, daß S. in M. territorio oder Landwehr gelegen/ fieri non potest, quin ipsorum intentio, daß nemlich S. seine sondere Ober Herrlich vnnd Gerechtigkeit habe/ præsumptioni adeoq; depositioni iuris communis repugnet, nisi vel de iustiori titulo, vel de legitima præscriptione, aut denique de speciali aliquo priuilegio & exemptione docere possint. Iurisdictio † namq;
114 inseparabiliter territorio adhærere dicitur, & eius qualitas appellari solet; de quo Bartol. *in lege prima, numer.* 15. *&* 17. *ff. de iurisdict. omn. iudic. Alexand. in l. prætor. Zas. in l. imperium. ff. eodem titulo.* Vnde illius † esse censetur, cuius & ter-
115 ritorium esse reperitur. Non obstante, quod bona quædam particularia in eodem sita, alterius dominio sint subiecta, *vulgata l. deprecatio, & quæ ibi notantur, ff. ad legem Rhod. de iact. Hostien. & alij in c. si diligenti, de præscript. Bald. in l. vn. colum.* 3. *Cod. si de moment. possess. Bossius in tractat. de Principe, & eius priuilegiis, numer.* 243. Vnum
116 enim iurisdictionem † habere posse in territorio & alium proprietatem, nemo est qui ambigat. *Brixien. cap.* 11. *nu.* 14. *Bart. in l.* 1. *n.* 15. *de iurisdict. omn. iudic. Chassan. des iustices & droitz, verb. an territorie, n.* 16.

Porro licet intentio Actorum, quoad iurisdictionem in S. eiusque pertinentias, per iam deducta satis probata esse videatur: potest tamen ea plerisque etiam in casibus specialibus exercitæ iurisdictionis, So sich nicht allein in Actorum territorio oder Landwehr/ Sondern auch in specie zu vnnd vmb S. vnnd also auff Reorum angemassten Lehengütern zugetragen/ vltra rationes hactenus deductas, confirmari ac roborari. Quorum primus ac præcipuus est, daß nemlich Actores vor etlicher Zeit einen Vbelthäter mit Namen R. so der Statt Feind gewesen/ im S. Feld betretten/ begriffen/ in die Statt führen vnd richten lassen/ &c. Qui casus multorum testium depositionibus ad 9. 10. 11. addit. eorumq; interrogatoria, sufficientissime probatus est: quorum nonnulli de auditu, plerique de proprio visu & facto, vt quia ipsimet capturæ interfuerunt, opemque tulerunt: Maior quoque pars de certo tempore huius actus possessorii, aliisque circumstantiis deponunt,

Et quia hic casus cum suis circumstantiis & qualitatibus, ad probandam iurisdictionem in S. (meo iudicio) plurimum facit, non abs re esse putaui, præcipuorum quorundam testium dicta hoc loco breuiter repetere. Quartus igitur Actorum testis septuaginta annorum ad nonum, decimum & vndecimum additionales dicit, R. sey hart hinder S. in Reorum Feld im Vorgehölz ergriffen / audiuit ab illis, so jhn gefangen. Quod idem etiam deponit octauus testis quinquaginta annorum ad decimum additionalem, vidit, vnnd ist selbst mit gewesen. Decimustertius testis sexaginta sex annorum, qui ipsemet capturæ interfuit, ad eundem articulum deponit: Als R. wider zurück in Reorum Gehölz gelauffen / haben sie jhn mit einer Keulen hernider geschlagen / vnd jhn also auff Reorum Boden jnnwendig der Landwehr gegriffen / ibique alias circumstantias capturæ recenset. Decimusquartus testis 60. annorum ad d. 10. articul. vidit & audiuit, daß sie (Actores scilicet) R. auff der Landwehr im S. Feld gefangen. 15 testis 70. annor. ibid. Er sey selbst mit gewesen. Et ad 5. interrog. R. sey im S. Feld gefangen / zwischen den Büschen vnnd der Landwehr. Quod idē etiam in effectu deponit ibid. 17. testis 60. annor. & rationem allegat, Er sey neben R. als er in Reorum Feld an dem Ort jnnwendig der Landwehr gegriffen worden / hergangen. 18. testis 60. annorum ad 5. interrog. 10. addit. Er sey hart am Graben in K. Holtz am Geneig gegriffen worden. 27. testis 70. annorū, Er sey selbst mit gangen / vnd sey R. hart auff der Landwehr in Reorum Feld / nit ferr vom Landgraben gegriffen / recenset nomina eorum, so jn haben fangen helffen. 25. testis 68. annorum, hinder S. in dem Winckel / audiuit von denen / so jm nachgefolget. 33. testis ad 10. addit. & 5. interrog. eiusdem articuli in K. Feld / im K. Loch / bey S. in den Büschen. Et ita fere omnes reliqui testes, ad d. 10. addit. eiusq; interrogatoria. Quemadmodum & 13. 23. & 30. Actorum testes ad 2. interrog. 6. positionalis, se vidisse, au-
117 diuisse deponunt. Qui sane testes † eo magis probare videntur, cum in tempore etiam optime inter se concordent, quia maior pars deponit, daß es vor 40. oder 42. Jaren vngefährlich geschehen. Vt octauus testis ad 5. interrog. 11. additional. Nonus testis ad 2. interrog. eiusdem articuli. Vndecimus testis ad nonum additionalem, Es sey bey seinem Gedencken kurtz vor der Bäwrischen Auffruhr geschehen. 12. 18. & 20. ad 9. & 10. additional. 23. 24. 25. 27. 33. 35. 37. ad 2. interrog. d. 10. addit. Ac licet quidem trigesimusquartus testis quadraginta septem annorum, ad d. 10. additional. de triginta quatuor annis tantum deponat, tamen in eo singularis est, & de auditu tantum loquitur, ideo ipsius dictum reliquis testibus nihil potest detrahe-
118 re: nam & alias testibus de maiori † tempore deponentibus, si numero plures sint (vt hic) magis creditur, quam testibus deponentibus de minori tempore. *Ruin. consilio quinto, numero quinto, volumine quarto.* Nec impedit, si quis obiiciat (prout Rei in dictis suis exceptionibus, §. im neundten vnd zehenden Articul / obiiciūt,) supra dictos testes circa descriptionem seu demonstrationem loci, da R. gefangen / inuicem contrarios ac varios esse, dum nonnulli dicunt, Er sey in Reorum Feld / alii in Reorum Gehölz / quidā im den Büschen / multi im Landgraben / pleriq; in der Ecken hinder S. gegriffen worden. Quia sufficit ad iurisdictionem adeoque Actorum intentionem probandam, quod omnes testes vnanimiter atque expresse affirmant, daß mehrberührter M. Feind auff S. vnd also auff Reorum Gut (das sey nun gleich Feld / Graben / Busch oder Holtz) gefangen worden / cum nouum non sit, vnum atque eundem locum (præsertim ab hominibus rusticis ac idiotis) interdum diuersis nominibus seu vocabulis appellari ac denotari. Quodque secundum communem vsum loquendi vocabulum † Feld (prædium scilicet seu fundus) 119
tanquam generalis dictio, quoscunque agros, syluas, hortos, vineas, adeoq; omnia bona ruralia immobilia, ad fundum seu prædium pertinentia sub se comprehendat. Accipitur enim fundus pro † omni eo, quod solo continetur, 120
& fundi censentur † esse omnia, quæ intra se 121
tenet, *l. Iulianus, §. vlt. & l. fundi, ff. de action. empt.* vt sic (meo iudicio) nulla contrarietas dici possit, daß etliche Zeugen von Reorum Feld / in genere, die andern vom Gehölz / oder den büschen in specie gesagt haben. Nam & alias pars fundi † recte fundus appellari debet, *l. plane. §. fin. ff. de* 122
legat. 1. & videatur hac de re Lexicon Spiegelii, *in verb. fundus, &c.* Verba igitur vulgari † modo, 123
& secundum communem vsum erunt intelligenda, *l. liberorum, §. quod tamen Cassius. de legat. 3. Alex. cons. 82. par. 1. & per Fel. in c. cum clamor, de testib.* Et facit etiā, quod alibi dicitur, verba † po- 124
tius sumenda esse, secundum quod idiotæ capiunt, quam secundum dispositionem iuris cōmunis. *Chass. rub. 13. des fores. §. 5. verb. au seigneur. n. 5. &c.* Vnde satis esse puto, testes in substantia & facto principali, (daß nemlich R. auff Reorum Gut zu S. gefangen worden) concordes esse, licet in eo videantur dissentire, quod nonnulli von S. Feld in genere, alii von Reorum Holtz in specie deponant, argum. eorum, quæ notat Crauetta *consil. 267. num. 6. & Aug. Beroius consilio 173. numero decimoseptimo, volumine decimotertio.* Quod autem eiusmodi actus, † captu- 125
ræ seu prehensionis delinquentium, iurisdictionem, merumq; imperium denotent, supra satis ostensum est. Et notat Menoch. *rem. 3. retinendæ. nu. 586. Brixien. c. 52. n. 4. Bal. in l. data opera, nu. 28. C. de his qui accus. non poss.* Sed & vltimum supplicium de d. R. per Actores sumptum esse

pleri-

plerique ex iam relatis testibus, puta 12.18.19. 25.27.33 & 34.ad 9.& 10. addit. quemadmodũ & 13.& 32.30.ad 2.Interrog.6. position. expresse affirmant, ac licet hic iterum videantur esse discordes & varii, in eo, quòd nonnulli dicunt, Er sey in die Statt geführet / vnd daselbst enthauptet: reliqui vero,& quidẽ pro maiori parte & numero) deponunt, Er sey auff ein Radt gelegt worden. Tamen & illud parum obstare puto, cum vtroq; verum esse possit, videlicet, daß er erstlich enthäuptet / vnd hernacher (wie ich selbst ein Fall gesehen) allererst auff ein Radt gelegt worden. [Sic in text. Euang. Vnus Euangelista dixit, Dominum esse crucifixum hora 3. alius hora 6.quia Iudæi crucifixerunt eum hora 3.lingua: Milites vero hora 6.manibus. Con-
126 stat enim testium † dicta, quocunq; modo fieri potest, concordanda; iuuanda & concilianda esse, vt contrarietas & falsitas tollantur; vt est notab. text. & gloss. *in cap. pernicioſe. de pœnit. distinct.1 & in c.cum tu, in textu*, ibi. Nos dicta Testium benigne interpretari volentes, ne periurii reatu notentur, quod vtrumque esse potuerit, decernimus. *Paris.cons.152.num.18.lib.4. Bart. in l.1.n.13. in Const.de nou.C. dic.fac.&c.* Vbi dicit,
127 contrarietatem † testium, per distinctiones & diuisiones iuuari debere. Facit quoque, quod notant Ioan. de Imol. & Alexand. *in l.inter stipulantem. §.1.de verb.oblig.* Testes contrarios, isdem modis, quibus & leges contrarias, conciliandos esse: quod idem etiam dicit Felin. *in d. cap.cum tu.numer.13. Quinto not.de testibus.* Præterea etiam respondeti potest, quod licet in vna circumstantia (scilicet genere mortis) discordent: ex eo tamen constat, quod concordes sint in ipso facto principali (hoc est, super vltimo supplicio de eo sumto, daß er sey gericht worden.) Item super loco & tempore, exercitu huius actus iurisdictionalis, & sic in circumstantiis & qualitatibus substantialibus, inter ipsos conueniat, dicantur sine dubio concludenter probare, licet varient super quibusdam non substantialibus, nec admodum necessariis, vt voluit Alexand. *in l.ob carmen. § 1. ff.de testibus.* Et idem *consil.53.num.4.& consil.13. num.1.volum.3. Bald.in rub. de controuers. inu stitutarum.& in l.testium.C.de testibus.* Vnde Dd. tradunt, quod si vnus testis diceret, Titium occidisse Sempronium cum ense, & alius diceret, cum pugione seu lancea, plene & concludenter probarent homicidium, nec dicerentur singulares nec varii, ex quo super facto principali concluderent, vt voluit Ioan. Andr. *in ap.1. de pact.in 6. Alexand.in l.inter stipulantem. § 1. de verb.oblig. Refert & sequitur Beroius consil.200. numer.36 vol.3.*

Quinimo & scientia & patientia cum taciturnitate temporis, ex parte Reorum, eorumque Antecessorum satis mihi probata videtur. Octauus enim Actorum testis ad 10.& 11.additionalem dicit, als R. in Reorum Feld in Vorgehölz gefangen worden/ habe Zeug selbst gesehen/ daß der alt K. (Reorum Vatter) da gehalten. Et magis in specie, ad 5 interrog.d.addit, locum designat, videlicet K. hab an seinem Feld gehalten. Nec obstare puto, quod hic testis ad generalia interrogatoria deponit se esse ætatis 50.annorum. Vnde necessario sequi videtur, daß er zur Zeit / als R. gefangen / nit viel vber acht Jahr alt werde gewesen seyn/ &c. Nam quod testis valide possit deponere de eo, quod vidit impubes † etiam 8. annorum, expresse 128
voluit Alexan. *cons.88 num.20.& 22. volum.5.* in materia possessoria. Præterea etiam respondeti potest, quod hic testis, dum deponit de tempore ætatis, non simpliciter dicit, se esse 50.annorum, sed subiungit voculam illam, *circa* vel *iuxta.&c.* videlicet bey fünffzig Jahren/ quæ dictio referri potest ad aliquod parum plus vel parum minus, vt in terminis, & quidem formalibus hisce verbis notat idem Alexandr. *in prælleg.consilio 88.numero 21.volum 5* Sic quoque deponit 4. Testis similiter 50. annorum, ad d. 11. addition. se audiuisse à vicinis, daß H. K. Reorum pater, als R. gefangen worden/ mit einem Knecht nicht weit davon gehalten hab / & 11.testis ad 2.Interrog.d.11.art. Reorum Vatter habe am Landtgraben beim Thurn gehalten/ audiuit ab illis so mit gewesen. quemadmodum & 12.18.& 28.ibidem deponunt. Nec refert quod hi Testes, † de auditu tantum loquantur, quia 129
dum octauum testem (qui de proprio visu, & sic de sensu corporeo deponit) contestem habent, procul dubio plene probant *Beroius consil. 49.num.62.volum.3.gloss. in l.3.§. diuus.ff.de Testibus. Bartol.in tract. testium, vers. Testes magis idonei, n.119.& Bald.in rubr.de controuers.inuestitu.in 1.col. vers. est ergo duplex singularitas,&c.*

Sic etiam me parum mouet; quod 24. Testis ad 4.Interrogator. 11. additionalis deponit, K. sey nicht beim Gefängnuß gewesen. Quia in hoc singularis & vnicus est, omnibus iam proxime relatis testibus (quorum sex sunt) contrarius, seu contradicens. Maiori igitur numero erit standum. *Fel. in dicto capitulo cum tu.numero quinto, De test.glossa in capitu. cum contingat, verb. vtriusque partis, de offic.del.eg.* Accedit quod hic testis † negatiue, superiores vero omnes affir- 130
matiue deponunt; igitur hac quoque ratione affirmantes sunt præferendi. *leg diem. §.si plures, & ibi Bartol.& Dd.ff.de arbit. Bald.in lege prima, in quinta quæstione, Cod. de testamen. & in leg. actor. columna tertia circa finem, versicul item ex dictis Nicolai, &c. Cod.de probation.* vbi rationem esse allegat, quia causa † affirmatiua sit credibilior. 131
Hinc que fit, vt vni † affirmanti plus credatur, 132
quam duobus negantibus. *Bartol.in lege prima, in pr. incip. versicul. vlterius nota. ff. de ventre inspicien.* vbi etiam *in versicul. vlterius hac lex, &c.* dicit, dictum † vnius negantis non lædere duos affir 133

mantes. Ideo & in nostro casu magis credendum erit sex testibus, præsertim cum & hic ipse testis ad additionalem fateatur, als sie auff der Nachfolg gewesen / sey jhnen K. im K. Feld begegnet / vnd gefragt / ob sie den Feind hetten angegriffen / vnde verisimile est, er werde auch vom Angriff oder Gefängnuß nicht fern gewesen seyn / licet 4. ad interrogatoria ibid. contrarium deponat.

Minus obstat, quod 25. testis ad d. 4. interrogatoria 11. addit. deponit, Er habe den alten K. nicht sehen da halten / &c. Nec enim sequitur, Titius non vidit Sempronium in captura, ergo Sempronius non fuit præsens, quia esse potest, vt alii ipsum viderint, prout etiam testes se vidisse, & ab aliis audiuisse deponunt, vt in simili notat Bald. *in leg. testium, columna tertia, vers. modo hic insurgit dubium. Cod. de testib. Bartol. in lege prima, §. final. de auth. tut.* Ergo nec huius
134 quoque testis † depositio, veritati aliisque testibus affirmatiue deponentibus præiudicare vel obesse poterit. Sed vt ponamus (citra tamen veritatis præiudicium) Reorum patrem in ipso momento capturæ, præsentem non fuisse, quis tamen credat, quod non statim, & quidem illa ipsa die, qua R. captus est, & de captura, & de loco capturæ notitia ad ipsum peruenerit, tum quia in vicinia, & quidem hart hinder dem Hause S. prehensio facta, quæ so-
135 la vicinia † præsumptionem scientiæ inducit. *Paris. consilio 23. numero 218. lib. 1. Roland. consil. 3. numero 101. volumine 1. gloss. & Dd. in leg. si vero. §. 1. ff. qui satisdare cog. &c.* Tunc etiam, quia palam & publice magno conuentu seu frequentia hominum interueniente, prehensio facta, vt 16. testis ad 10. addit. deponit, Es sey ein Landgeschrey gewesen / daß R. gefangen / & 25. ad 9. addit. Die in Dörffern seynd auffgemahnet worden / & 27. ad 10. addit. Es seynd die nechsten Dörffer kommen / vnnd das Holtz / die H. genannt / belegt. Ideo fieri non potuit, quin hæc omnia per publicam saltem vocem & famam Reorum patri innotescerent. Cum ignorantia
136 † non possit allegari eius, quod palam & publice fit. *leg. sed si pupillus. §. de quo palam. ff. de institut. act. Bartol. in leg. is potest, numero 16. versicul. si vero non est consanguineus. numero 18. ff. de acquir. hæred. Ruin. consilio 66. numero 13. circa finem, libro tertio,* facit quod notat Rolandus *consilio 9. numer. 44.*
137 *volumine 3.* Scientiam † nimirum præsumi eorum, de quibus in loco, vbi quis habitat, est publica vox & fama, & idem Rolandus *consilio*
138 *54. num. tertio, volumine primo.* Scientiam † præsumi eius, quod publice scitur, atque cognoscitur.

Patientiam vero & taciturnitatem hoc ipso satis probatam arbitror, quod de nulla patris Reorum, vel iudiciali, vel extraiudiciali protestatione aut contradictione ex actis appareat, quemadmodum nec ipsos Reos huic tam præiudiciali actui nunquam contradixisse, sed eidem potius vltra 40. annos (à tempore capturæ vsque ad tempus examinis computando) sine vlla interpellatione acquieuisse, tam propria Reorum confessio, quam testium quoque depositiones satis demonstrant, dum Rei in sæpe dictis suis exceptionibus, §. Der eilfft Articul / &c. hæc verba expresse ponunt, daß nun K. diesen Fall nicht angefochten / ist darumb geschehen / daß der Feind in seinem Gericht (cuius tamen contrarium supra satis ostensum) nicht gefangen worden. Cui astipulatur 4. testis ad 11. additional. dicens, se audiuisse à vicinis, so hinauß gelauffen / daß H. K. als R. gefangen worden / nicht weit darvon gehalten / vnd habe jhn die Sachen nicht geirret. Et 9. testis ad 4. addit. Sie haben R. ohne alles Zusprechen disseit dem Landgraben nacher M. geführet. Et 8. testis ad 5. interrogat. 10. addit. Er habe nie gehöret / daß Rei deßhalb einige Eynrede gehabt hätten. Ex hac igitur tolerantia, & longi temporis taciturnitate proculdubio consensus & approbatio huius actus præsumitur, cum verisimile non sit, Reos, si quam iurisdictionem in S. sibi competere putassent, ad actum tam præiudicialem, per integros quadraginta annos tacere voluisse. *Bartol. in l. in sponsal. ff. de sponsal. Paris. consil. 89. num. 36. lib. 3. Roland. consil. 19. numer. 37. volum. 1. & idem Bartol. in l. quo enim. numer. 1. vers. quandoq; superuenit. ff. rem ratam haberi, &c.* Vbi
139 dicit, quod quando scientia † superuenit cum aliquo actu, tunc non improbare, sed approbare, vnde Dd. tradunt: Quod si quis præsens sit alicui actui, quem contradicendo possit impedire, nec id faciat, postea ei impedimentum recte opponatur, quod per ipsum steterit, & quod tali casu patientia & taciturnitas pro consensu accipiantur, vt pulchre notat Bartol. *in l. cuius. numero 2. ff. de pignor. act. & in leg. quibus. 40. numero 3. ff. de condit. & demonstrat.* & late examinat hanc materiam idem Bartol. *in l. quæ dotis. ff. soluto matrimonio, &c.* & notat quoque Dyn. *in reg. qui tacet. de regul. iur. in 6. & Cynus in l. inuitus. C. de procur. num. 6.* Alium casum iurisdictionalem recenset 34. testis ad 5. addit. quem proprio patri suo contigisse dicit. Is enim cum ante aliquot annos propter homicidium in personam cuiusdam I. S. commissum, versus S. auff Reorum Hauß confugisset, vnd jhme die Freundschafft deß Entleibten mit etlichen deß Rahts Dienern nachgefolget / vnd jhn gesucht / habe jhn der Juncker nicht getrawt daselbsten zuvertheidigen / also daß er von dannen ferner hinweg gemußt. Ex quo sane iterum magna præsumptio, si non plena probatio oritur, nullam Reos in d. domo iurisdictionem habere. Ideoque iuri suo diffisos occiforem ibidem diutius retinere noluisse. Alias enim si vel Actores nullam, vel se omnimodam iurisdictionem in d. loco habere sensissent, procul dubio

& occi-

& occisorem in propriis ædibus saluare, & suam quasi possessionem iurisdictionis manu tenere atque defendere tentassent. Quinimo etiam dici posset, quod licet Rei in quasi possessione iurisdictionis ibidem fuissent, tamen ex quo suspicati sunt se posse repelli, eandem videri amissam, *l. clam possidere. §. qui ad nundinas, & ibi Bartol. num. 10. de acq. poss. gloss. in l. 1. §. sive autem. ff. de vi & vi armata. Menoch. remed. 9. Recuper. num. 139. Corneus cons. 48. incip. præsupponatur. vol. 4.*

Nec satis concludenter à Reis in dictis exceptionibus. §. der fünfft Articul / circa finem obiicitur. Wann Actores auff dem Hauß S.
140 das Gericht gehabt hetten / so were der Thäter darauff nicht gestohen. Nam qua facilitate † hæc obiiciuntur, eadem etiam diluuntur. Primo enim respondetur, argumentum hoc retorqueri, & dici posse, wann Rei zu S. die hohe Obrigkeit gehabt / so hette sich der Thäter daselbst zu salvieren nicht vnderstanden. Secundo verisimile non esse occisorem, antequam homicidium perpetratum fuerit sciuisse, vel etiam post homicidium perpetratum, metu ac timore perculsum cogitasse Actores merum imperium in dicto loco habere.

Tertio per hanc occisoris fugam & supradictorum Reorum fictam præsumptionem (quæ valde debilis est) veritati, adeoque ipsis Actoribus in sua iurisdictione nil quicquam præiudicari, vel detrahi potuisse; cum non probet
141 † hoc esse, quod ab eo contingit abesse, *l. non hoc. C. vnde legitimi. l. Natales. l. ad probationem. C. de probation. cap. in præsentia. extr. eod. tit. Cyn. in l. generaliter. numero quarto. C. de Episcop. & Cleric. Socinus Iunior consilio centesimo octogesimonono, numero 102. vol. 2.*

Tertius casus belanget den erschossenen D. F. genannt / quem Actores in M. sepeliri fecerunt, in 7. & 8. Additionalibus comprehenditur, cuius prima pars, daß nemlich D. F. vor 46. Jahren in Reorum Feldt oder Steinung zum Hoff S. gehörig / erschossen worden / propria Reorum confessione ad 7. addition. & quidem pura & Cathegorica probata est, vt sic alia probatione (licet nulli etiam testes eundem Articulum verum dicant) non indigeat. Altera vero pars, daß Actores D. F. gen M. führen / vnd daselbst begraben lassen / licet à Reis ad 8. articulum expresse vel directe non credatur, sed implicite tantum; tamen & ea quoque omnium fere testium depositionibus, ad d. 8. articulum sufficienter probata existit, præsertim per 2. 3. 6. 7. 12. 13. 14. 15. 18. 22. 23. 25. 26. 27. 31. qui vnanimiter hunc articulum verum dicunt, rationes scientiæ allegando, qui partim viderunt & interfuerunt, partim à senioribus & parentibus audiuerunt.

Nec admodum obstare puto huic actui illas Missiuas, quarum vna à Senatu M. altera à Præfecto S. in W. F. H. von P. ad Reos scripta est, quas ipsi etiam præcipue vrgent, suamque iurisdictionem in S. cum eius pertinentiis exinde quasi probare, vel potius extorquere conantur. Respondeo enim falso à Reis, ne dicam malitiose in probationibus suis, in puncto defensionalium allegari, als solte in dictis literis assertiue, vnnd vnwidersprechlich bekannt seyn / daß zu S. die Obrigkeit / den Herzogen zu S. vñ die Gerichte den Beklagten zuständig / &c. cum id verum non esse, ex ipso tenore litterarum facile deprehendi possit, quibus hæc verba inserta sunt, daß Rei den Klägern vndern Schein / oder auß Vrsachen / als ob bey dem Ende / da der Mord geschehen / die Obrigkeit dem Landsfürsten vnd jhnen Reis die Gerichte zustehen solten / die Begräbnuß in M. Gericht zubestellen gesteuret / &c. Ex quibus verbis cum sint mere enunciatiua & relatiua ad personas Reorum, nulla sane assertio vel confessio Actorum colligi, vel torqueri potest, ad tenorem dictarum missiuarum, earumque synceram interpretationem & sensum me referendo.

Cum constet per verba † enunciatiua seu 142
narratiua, nullam vel obligationem vel dispositionem inferri posse, *l. Titia cum testamento. §. Caius. de Legat. 2. Parisi. consil. 30. nume. 41. lib. 2. & consilio 367. num. 30. & 34. lib. 3.* Vbi asserit verba enunciatiua † propria dici illa, in quibus nulla 143
consistit voluntas, & quæ non stant per se, & ideo ista verba non probare. Et quod verbis † narratiuis vel relatiuis non sit standum, & ꝙ 144
non dicantur disponere, notat Beroius, *consilio centesimo septuagesimoprimo, numero decimo, volum. secundo, & Crauett. consilio 29. numero septimo,* dicens: Ex talibus verbis mere relatiuis nullum resultare pactum, nec aliquam nasci promissionem, siue vestitam, siue nudam, ex qua ius acquiri possit.

Pari ratione non obstabunt etiam sequentia verba literis dicti præfecti inserta, videlicet so es doch wissentlich / daß die Obrigkeit vnd die Lehenschafft deß Orts meinen gnädigsten Herrn zustehen. Quia hæc quoque verba enunciatiua sunt & inter alios prolata; ideoque vel ipsis Reis in exceptionibus suis affirmantibus, nullum damnum vel præiudicium Actoribus tanquam tertiis generare potuerunt, *per iura allegata. & tot. tit. C. Res inter alios acta, &c.*

Similiter non obstare puto, quod Rei in Replicis suis, in puncto defensionalium, iterum excurrendo & cauillando obiiciunt, wann Actores die Jurisdiction zu S. gehabt / so würden sie der Begräbnuß halben bey den Beklagten nicht angesucht / viel weniger sich durch andere haben verbieten lassen / &c. Nam ad hoc argumentum ab ipsimet Actoribus, in exceptionibus suis contra attestationes in puncto defensionalium satis responsum esse arbitror,

bitror. Nimirum, daß solches Ansuchen darumb beschehen/dieweil locus commissi seu perpetrati homicidii noch nicht besichtiget/ vnd derhalb vngewiß gewesen/ ob daselbst die Obrigkeit (der K. angeben nach) den Hertzogen zu S. oder jhnen Klägern zuständig/ prætertim cum Rei tæpius in Actis, maxime vero in responsione so sie dem M. Kriegsmeister C. V. auff seine Werbung oder Instruction/ Anno 49. in die Cathedræ Petri gegeben/ satis magnifice ac glorioſe iactarint, daß sie jhre angemaste Obrigkeit vnnd Gericht zu S. vñ noch mehr mit brieflichen Vrkundten genugsam zu bescheinen/ &c. Quæ documenta ipsi Actores, tempore huius actus nondum viderant, ideo ne vel Duces conqueri possent, se ante ocularem inspectionem, adeoq; veritatis ac loci inuestigationem, den angezogenen berhümbten Vrkundten zu wider/ in prætensa sua iurisdictione (quam forte per specialem Imperatoris concessionem, exemtionem vel priuilegium habere possent) turbatos & grauatos esse, consultum igitur Actores putarunt, Reos primũ requirere, quam statim (prætensis ipsorum documentis, ac loco cõtroverso nondum visis) propria autoritate mortuum abducere, vt sic credendum sit, hanc requisitionem ratione sepulturæ, potius ex quadam ciuilitate & vrbanitate, auch zur erhaltung mehrern Glimpffs vnd guten Willens/ (prætertim cum Rei Nobiles ac vicini essent) quam quod aliquam ipsis iurisdictionem per eam tribuere, vel sibi de sua iurisdictione aliquid detrahere voluerint, esse factam. Et certe cum ex actis nusquam appareat, quod vel Rei vel Duces S. post emanatas has literas ac desuper secutam cadaueris abductionem & sepulturam, quicquam vel iudicialiter vel extraiudicialiter contradixerint, sed vsque ad tempus cæptatæ huius litis tacuerint, quis obsecro non credat iurisdictionem in loco commissi criminis, potius ad Actores quam ad ipsos Reos spectare? præsertim cum & alii quoque casus seu actus possessorii (quorum duos iam supra retulimus) eodem fere tempore & loco, sint subsecuti: Quibus Rei sine vlla contradictione & protestatione per longissimum tempus acquieuerunt.

Quartum casum seu Actum iurisdictionalem Actorum in S. recenser 3. Testis ad 4. interrogat. 4. Addit. Es habe H. K. einen gefangen/welcher jme zu M. hab zu recht seyn müssen/ vnnd sey Zeug selbst für den Gefangenen Bürg worden. Et quamuis hic testis de loco in specie non deponat, quia tamen in d. 4. Interrogat. expressam mentionem facit deß Hauses S. dubium non est, quin eius responsio seu depositio quoque iuxta illud intelligi debeat.
145 Testis enim dictum † refertur ad articulum, & omnis responsio ad interrogationem. *Alexand. consi. 88. num. 26. vol. 5. Bartol. in l. si quis intentione. num. 5. ff. de iudic.* Non puto obstare, quod à Rei obiicitur huius testis depositionem magis contra quam pro Actoribus facere, ex eo scilicet dann haben Rei einen gefangen/ so müssen sie ja Recht vnd Gericht da haben. Hæc enim obiectio seu argumentatio, plane inepta ac friuola est, quæ meo iudicio rectius inuerti ac retorqueri quam defendi potest, dann hat K. zu S. einen gefangen/ vnd denselben zu M. beklagt/ so muß ja folgen/ oder ja glaublich darfür gehalten werden/ daß er zu S. selbst kein Gericht gehabt habe. Quod si hoc loco iterum quis obiciat, iam allegatos casus (prætertim tres posteriores) per testes singulares tantum relatos, sufficienter ergo probatos non esse: Repeto ea quæ supra late deduximus, iurisdictionẽ † scilicet per 146
testes singulares, plene concludenter probari, puta si vnus deponat de vno actu iurisdictionis & alter de alio. Ita tenet Bald. *in l. 1. q. 8 C. de testam. & in leg. Actor. C. de probationibus. Lanfranc. in cap. quoniam. contra. verb. testes de probat. Alexand. plene consilio 100. numero quinto, libro primo, & in leg. ob carmen. §. testes. ff. de testib. Salic. in leg. testium. C. de test. Innocent. & reliqui Dd. in cap. qualiter. & cap. secundo, de accus.* Ex quibus omnibus iurisdictionem in S. ex parte Actorum, tam in genere quam in specie satis probatam esse arbitror.

PRIMVS PVNCTVS DE turbatione mit gefänglicher Einziehung eines Vbelthäters.

SVMMARIA.

1 *Dicit qui se iurisdictionũ quasi possessionem habere, intra fines territorii principis, is titulum probare debet.*
2 *Titulus in probanda iurisdictione necessarius est, & quare: vel si probari nequit, præscriptio est demonstranda. num. 3.*
4 *Verba*, mit Gericht vnd Recht belehnet/ *omnimodam iurisdictionem denotant.*
5 *Princeps concedendo alicui castrum cum iurisdictione simpliciter, videtur ei concedere merum & mixtum imperium & simplicem iurisdictionem.*
6 *Merum & mixtum imperium dicitur iurisdictio.*
7 *Verbo iurisdictionis merum & mixtum imperium comprehenditur.*
8 *Iurisdictio est potestas de iure publico introducta cum necessitate iuris dicendi, & æquitatis statuendæ.*
9 *Concessio iurisdictionis est fauorabilis.*
10 *Beneficium principis latissime interpretandum est, num. 13.*
11 *Probans titulum, bonam fidem probat.*
12 *Iurisdictione simpliciter cõcessa tam merum quam mixtum imperium venit, modo iurisdictio à summo principe sit concessa.*

14 Omni-

14 *Omnimoda iurisdictio quando conceditur, merum & mixtum imperium concessum dicitur.*
15 *Omnis iurisdictio si concessa est, non merum & mixtum imperium concessum est, & quare.*
16 *Huius clausulæ*, So viel wir durch Recht daran zuverleihen haben / *effectus quis, & quid ea importet.*
17 *Clausula hæc, si & quantum de iure fieri potest vel debet, conditionalis est.*
18 *Verba*, mit Gericht vnd Recht / *limitate sunt accipienda.*
19 *Verbum iurisdictionis, limitate contractui appositum, non semper ad iurisdictionem trahitur, quæ per magistratus exercetur.*
20 *Testes de facto antiquo aliter quam per auditum deponere non possunt.*
21 *Nemo plus iuris in alium transferre potest, quam ipse habet.*
22 *Concessiones principis non in præiudicium tertii sunt intelligendæ.*
23 *Priuilegium seu beneficium principis quando ex post facto iniquum efficitur, ei standum non est.*
24 *Restitutio & quælibet gratia principis sine alterius præiudicio intelligi debet.*
25 *Princeps ius alteri quæsitum nunquam tollere vult, etsi rescribat in materia, in qua pro voluntate sola alteri ius auferre potest.*
26 *Princeps iurisdictionem alicuius castri concedens diuersis temporibus, nihil in præiudicium primæ concessionis per secundam fecisse censetur.*
27 *Iurisdictionis titulus per instrumenta & inuestituras probari nequit.*
28 *Successor melioris conditionis esse non debet, quàm eius author.*
29 *In probatione dominii titulum habilem probare vel ostendere non sufficit, nisi etiam probetur, quod author erat dominus.*
30 *Probatio dominii semper difficilior redditur.*
31 *Ad præscriptionem titulus habilis etiam à non domino sufficit.*
32 *Clandestinus & turbatiuus actus nullam possessionem tribuit.*
33 *Ius eum, qui clam possidet, non tuetur seu defendit.*
34 *Nocte quod fit, occulte & clam fieri dicitur.*
35 *Clandestine & occulte factum præsumptionem doli & fraudis contra facientem arguit.*
36 *Dolus an de iis, quæ occulte fiunt, sit præsumendus.*
37 *Leges contra agentem aliquid de nocte semper male præsumunt.*
38 *Quod summo diluculo fit, etiam id nocte factum dicitur.*
39 *Clam fieri quid sit.*
40 *Clandestina possessio quid sit.*
41 *Imperiti melioris conditionis esse non debent quam periti.*
42 *Clam etiam fit, quod debita solemnitate non fit: vel non seruata consuetudine. num. 43. vel sine Iudice, quod alias cum eo fieri debeat. numero 44.*
45 *Vnicus actus generalis an ad generalem iurisdictionis possessionem acquirendam sufficiat? Affirm.*
46 *Exercitium vnius comprehensi sub vniuerso ad vniuersalis possessionem refertur.*
47 *Exercens actum singularem, an de iure fundatam iurisdictionem habeat, vel non.*
48 *Tantum præscriptum quantum possessum.*
49 *Iurisdictionis quasi possessio per scientiam & patientiam aduersarii inducitur.*
50 *Iura incorporalia præscribi nequeunt.*
51 *Præscriptio sine possessione vel quasi non inducitur.*
52 *Testis rationem dicti sui reddere debet.*
53 *Ratio testis debilis testimonium eius infringit.*
54 *Omnis probatio debet esse clara & necessario concludens.*
55 *Testis extra articulum deponere non debet.*
56 *Ex separatis nulla fit illatio.*
57 *Non probat hoc esse, quod ab eo abesse contingit.*
58 *Ad iustam possessionem inducendam necesse est, vt quis non vi, non clam, non precario possideat.*
59 *Scientia & patientia aduersarii requiritur, sine qua præscriptio non procedit.*
60 *Furcæ, carceres, &c. sunt tantum nuda signa iurisdictionis, nec eam probant, nisi alias acquisita probetur.*
61 *Carcerem habere non dicitur esse meri imperii, sed in carcere tenere.*
62 *Qui propria autoritate citra principis permissionem carceres conficiunt, grauissimis pœnis de iure subiiciuntur.*
63 *Iurisdictionem aliquam ideo quis non habet, quia iurisdictionem habet suos proprios seruos, famulos ac subiectos castigandi atque à malo coercendi gratia, in vinculis detinere & carceribus mancipare.*
64 *Non entis nullæ sunt qualitates.*
65 *Rei in hac causa cur ad damna, interesse, & ad cautionem non sint condemnandi.*

QVOAD turbationem, quam Rei Actoribus in sua iurisdictione intulerunt, Als mit gefänglicher einziehung eines Vbelthäters / H. S. R. genannt mit Ernennung eines peinlichen Gerichtstags / mit Zeugen Verhör / mit außgangenen Ladungen an den Schultheissen zu M. vnd sonst in andere Weg / ꝛc. factum illud non puto esse controuersum, cum ipsimet Rei tam in responsionibus ad 3. 7. 8. 10. 11. & 12. positionales quam etiã in defensionalibus suis id expresse fateantur, licet hoc interim excusare conentur, tanquam iure factum, de quo postea in elisionibus videndum. Puto igitur turbationem in hoc primo puncto satis probatum esse: Sufficit enim quod ex partis confessione eliciatur id, quod erat necessario probandum.

De Elisio-

De Elisione.

Cum hactenus (meo iudicio) satis ostensum sit, intentionē Actorum in hoc primo puncto iure communi, ratione scilicet vniuersalis territorii fundatam, adeoque titulo & possessione munitam, sequitur Reos obtinere nō posse, nisi vel de meliori titulo, vel de fortiori & antiquiori possessione probent, per ea quæ tradit Vasq. *cap. 85. nu. 1. & 5. & cap. 86. nu. 5. & 9. Illustr. controu.* Nam si quis dicat † se iurisdictionis 1
quasi possessionem habere, intra fines territorii Baronis vel Principis, tunc titulum probare debet. *Ioan. Fabr. in §. retinendæ. nu. 4. vers. Et ideo non videtur*, & fusius *nu. 31. Item nota.* Capitius *decis. 209. num. 4. & 5. Menoch. rem. 3. retinendæ. nume. 590.* Titulus enim † in iurisdictione neces- 2
sarius est, cum habeatur instar dubii, aut si titu- 3
lus desit, † requiritur immemoriale tempus. *Zas. in tit. de ser. col. 182. nu. 11. Tom. 1.* Videndum igitur, an & qualiter hęc probata sint. Præcipuū autem elisionis fundamentum Reorum ex inuestituris. S. quarum quinque eiusdem fere tenoris productæ sunt, sumitur. Ex iis enim titulum prætensæ suæ iurisdictionis videlicet der Zennt/vnd ander Gerichtszwang in S. probare nituntur, vti ex tertio & quarto defensionali: item ex ipsorum exceptionibus contra attestationes, verb. Alle vorgehende Artickel/ &c. ibi. Es sey aber vor allen Dingen wol wahr zunemmen/daß Re: der gerichter zu S. einen guten Titel haben/ als nemlich der Herzogen zu S. inuestituren/ &c. videre licet, dum in dictis inuestituris, inter cætera habetur, daß K. mit Gericht vnd Recht zu S. à Ducibus S. belehnet. Quæ 4
quidem verba, † mit Gericht vnd Recht/ vix aliter quam de omnimoda iurisdictione intelligi posse videntur. Princeps enim concedendo alicui 5
† castrum cum iurisdictione simpliciter, videtur ei concedere iurisdictionem tanquam genus, comprehendens sub se merum & mixtum imperium & simplicem iurisdictionem, vt voluerunt Bart. & alii *in l. imperium ff. de iurisdict. omn. iud. Abb. & Felin. in c. quod sedes. de officio. ord. Bald. in tit. de pace constant. verb. iurisdictione, tam in criminalib. causis quam in ciuilib. &c.* vbi inquit, per illū textum aperte constare, quod 6
merum & mixtum † imperium dicatur iurisdictio, cum textus dicat in criminalibus & pecu- 7
niariis. Est enim iurisdictio † nomen generale comprehendens sub se merum & mixtum imperium tanquam species, vt est glos. *in §. nulla.* [dissentit Hottom. *tit. 6. obs. 16. Obrecht diss. de iurisdict. th. 59.*] Cum sit potestas † de iure publico 8
introducta cum necessitate iuris dicendi, & æquitatis statuendæ, *gl. in l. 1. de iurisd. omn. iud.* quæ definitio conuenit mero & mixto imperio, ergo & definitum, iuxta notata *in l. 1 §. 1 ff. de dolo. Alex. cons. 35. nu. 2. vol. 4. Ias. in d. l. imperium. nu. 10. & 12.* Vbi dicit hanc opinionem (licet ipse contrarium sentiat) apud omnes communiter receptam. Huic quoq; sententiæ adstipulatur Paris. *cons. 8. n. 4. 5. & 6. vol. 1. & cons. seq. nu. 14.* Cuius sententiam sequitur & approbat Couar. *pract. quæst. c. 1. n. 10. in 10. concl. vers. At vbi simpliciter castrum, &c. & vers. incipiente, Quarto*, vbi inter alias autoritates optimam decisionem Boerii allegat, *quæst. 227.* quæ multum videtur pro Reis facere, præsertim *nu. 17.* Vnde Bal. *in l. si. in 1. col. vers. item nota. Quod si Princeps. de const. princip.* dicit: Quod si princeps concedat alicui simpliciter iurisdictionem castri, videatur cōcedere omnē iurisdictionem, & sic eam quæ est generis, & quod propterea omnes reditus causarum ciuilium & criminalium concessi videantur, idque à lege non sine ratione introductum esse, quia concessio † iurisdictionis sit fauorabilis, ideo- 9
que ampliari debeat, secundum Bald. *in l. 3. in fin. ff. de offic. præt. Decium in cap. licet causam. de prob.* Et quod beneficium † principis latissime in- 10
terpretari debeat. *Paris. cons. 8. num. 3. vol. 1. Alex. cons. 47. nu. 6. vol. 1. & cons. 75. nu. 14. vol. 5.* Et pro confirmatione huius opinionis prolixe Rol. *cons. 4. vol. 2.* Vt sic iustus titulus omnimodæ iurisdictionis ex parte Reorum probatus videri possit. Probans autem titulum, † eo ipso pro- 11
bat bonam fidem, & sic non vi, non clam, non precario se possidere, per *c. licet extra de probat.* Item habet præsumptionem pro se, quod semper possederit, quia animo possessionem retinuit, si prius possedit, vt eleganter notat Fab. *in §. retinendæ. nu. 25. Inst. de interdict.* etiam contra illum qui alias habet intentionem probatam, de iure communi, vt inquit idem Fab. *ibid. nu. 29. Alex. in l. si duo. ff. vti possid. Menoch. rem. 3. retinendæ. nu. 733.* Quæ iura licet non parum pro Reis facere videantur, tamen non tanti momenti ea esse crediderim, vt merum vel mixtum imperium, in nostra hypothesi exinde probata dici queant. Primo, quia supra citati DD. loquuntur in terminis à nostra facti specie plane diuersis. Nimirum in casu, vbi vel Papa, vel Imperator, & sic summus princeps, † iurisdictionem ali- 12
cuius castri passiue apud eos residentem ac manentem, ad liberam eorum dispositionem simpliciter concedunt, vt scilicet, tunc merum & mixtum imperium translatum censeatur. Idque propter supra allegatam regulam, qua diximus summi † Principis beneficia latissime 13
interpretanda esse, vt in terminis Couarruu. *d. c. 1. nu. 10. vers. Primum etenim pract. quæst. & Roland. d. cons. 42. nu. 24. vol. 2.* Hic autem versamur in casu inferioris à Principe, penes quem nulla iurisdictio prædii S. tempore concessionis nec passiue nec actiue fuit, vt postea ostendam, Ergo &c. Secundo quod DD. hanc limitationem expresse adiiciunt, modo non subsit aliqua ratio, quæ strictam suadeat interpretationem, puta præiudicium tertii, vt in nostra facti specie, quo casu iurisdictionis concessio fauorabilis dici non potest, ideoque non ex-

tendenda per ea quæ notat idem Couarru. *d. c. 1. nu. 10. vers. quarto & regulariter. pract. q.* Tertio, quod non desunt, tam ex veteribus quam recentioribus, qui contrariam opinionem veriorem asserunt, nimirum, ex simplici concessione iurisdictionis merum & mixtum imperium nequaquam translatum censeri, sed bassam iurisdictionem tantum. Pro quo fundamento facit notabile dictum Bald. *in l. si in aliquam. §. cum plenissimam. per illum tex. ff. de offic. proconf. & ibi glo.* vbi Bald. dicit, quod quando conceditur iurisdictio plenissima, cum tali superlatiuo, quod bene tunc intelligatur concedi merum & mixtum imperium, alias secus, quod dicit notandum. Accedit gloss. singul. *in clem. 1. verb. omnimodam. de foro compet.* quam Abb. & alii ibid. sequuntur, quæ vult, quod quando adiicitur verbum, † *omnimodam*, tunc bene iurisdictio sumatur vt genus, & comprehendat sub se merum & mixtum imperium, & simplicem iurisdictionem, secus si dicatur iurisdictionem simpliciter, quia solum intelligatur concessa iurisdictio in specie. Ita Panormit. *in cap. conquestus. colum. 3. & ibi quoque Felin.* dicens dictam gloss. esse auream. *de for. compet.* Et hanc quoque opinionem tenet Iason *num. 10. & 11. & Curt. Iunior num. 40. & 42.* dicens hanc esse communem *in l. imperium, ff. de iurisdict. omn. iud. Et idem Curtius in l. 1. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. num. 53.* Vbi omnium latissime disputat hanc quæstionem Alex. *num. 66.* Huius quoque sententiæ ex recentioribus est Molinæus *in consuet. Paris. tit. 1. §. 1. glo. 5. num. 48. & Chassan. in consuet. Burg. Rub. 1. des iustices & droitz. d. itellis. num. 19.* Cui opinioni pulcre etiam & copiose subscribit Zas. *in d. l. imperium. ad fin. ff. d. t. de iurisdict. omn. iud.* Et fortius etiam facit, quod notabiliter tradit Bald. *in c. 5. colum. penult. de iud.* vbi vult, quod etiamsi dicatur, † omnem iurisdictionem, adhuc non contineatur merum & mixtum imperium, quia illa videlicet (*omnem*) non prædicetur de pluribus differentibus specie, sed de pluribus differentibus numero. Sequitur Iason *in dicta leg. imperium. numero 13. per l. Pomponius. in princip. ff. de procurat. Roland. consilio 42. nu. 10. vol. 2.* & tenet etiam Chassan. *in cons. Burg. rub. des Iustices & droitz. in verb. Iustices. num. 19. & 20. &c.* Sed quicquid sit, siue hanc siue priorem sententiam amplecti debemus. Ego quidem adhuc fortius existimo prætensum titulum Reorum (saltem validum & habilem) nedum ratione meri & mixti imperii, sed ne etiam quoad simplicem iurisdictionem, ex dictis inuestituris sufficienter probatū esse. Ad quod potissimum me mouet, quod singulis inuestituris hæc verba † reperiuntur inserta, videlicet so viel wir durch Recht daran zu verleihen haben / ꝛc. Quæ clausula procul dubio nil aliud importat, nullumque alium effectum habet, quam si dicti Duces expressis verbis dixissent: Im Fall der streittig Hoff / von Rechts wegen gericht vnd recht zugebrauchen hat / so belehnen wir dich K. damit / alias secus, &c. vel si non sit alteri ius quæsitum. Quæ interpretatio eo facilius admittenda est, cum ea sit iuri & æquitati maxime conueniens. Nam & sine adiectione huiusmodi clausulæ, quæuis etiam summi principis concessio intelligenda est sine prę-iudicio tertii, etiamsi rescribat, vel concedat cum clausula, motu proprio, secundum Bal. *in c. ad audientiam. de rescript.* quem refert & sequitur Iason *in l. si quis quemquam. nu. 5. ff. si quis caution.* & tradit Ioan. Baptista vince mala *consil. 1. inter Conf. feudalia, nu. 115. &c.* Clausula enim, † *Si & quantum de iure fieri potest vel debet*, reddit actum conditionalem; ita quod si de iure actus non debebat vel non poterat concedi aut admitti, habeatur ipso iure pro non concesso, vel non admisso, vt notat Bartol. *in leg. ambitiosa numero trigesimo secundo. ff. de decret. ab ord. faciend.* Et plures alii, quos refert Vitalis *in tract. clausularum. in d. clausula: si & in quantum de iure fieri debet, pag. mihi 5.*

Et sane cum dicta verba † mit Gericht vnnd Recht / limitatę sint appositа, videlicet nobis competentibus, &c. vt iam ostensum, non possunt alium quam limitatum producere effectum, *vulg. l. cancellauerat. ff. de his quæ in testam. delent.* Et per Felin. *in c. cum ordinem. de rescript.* Vnde Dd. tradunt, quod verbum † *iurisdictio* limitate appositum in contractu non semper trahatur ad iurisdictionem quæ exercetur per magistratus, sed quod interdum referatur ad alia expressa, respectu Castri, pontium, fossarum, pratorum, & similium, vt pulcre & fere in nostris terminis consulit Paris. *cons. 10. num. 75. & 76.* vbi omnino videndus. *lib. 1.* Et facit quod notat Innocent. *in cap. ex literis. de iure Patronatus, &c.*

Porro ex actis testiumque depositionibus clare probatum esse arbitror, sæpedictum prædium S. tempore quo primum per contractum permutationis ad Reorum prædecessores, & inde ad Duces S. peruenit, nullum vel imperium vel iurisdictionem habuisse, sondern daß es nur ein schlechtes Kloster / oder Ackerhoff gewesen / da kaum fünff oder sechs Bawrē gewohnet haben / vt ex omnium fere testium depositionibus ad 16. addit. (tribus vel quatuor tantum exceptis) videre licet, qui omnes optimā dicti sui rationem & causam allegant. Nimirum quia vicini sunt, ipsimet viderunt & audiuerunt à Parentibus & Senioribus, daß auch der Hoff / wie er jetzo sey / erst newlich erbawt worden. Et dicit inter reliquos 30. testis H. K. 60. annorum, ad d. 16. addit. Er hab von alten Leuthen gehöret / daß auff bemeltem Hoff nur ein Mann alleine gewohnet habe. Cuius testis dicto (licet de auditu tantum deponat) propter antiquitatem tamen procul dubio creditur,

14 15 16 17 18 19

20 tur, cum testis † de facto antiquo (maxime si memoriam eius excedat) aliter per quam auditum deponere non possit, *secundum Ang. in Nouel. auth. hæc constitutio. in fin. collat. 8. & notat Brixien. de finibus, cap. 50. num. 9. & cap. 51. num. 7.* cui adstipulatur 38. testis 70. annorum. ad 6. addit. qui ex proprio sensu deponit, Er habe gesehen / daß keine zwey Häuser zu S. gewesen. Huc quoque facit depositio 6. testis ad 5. posit. qui audiuit à patre, der Hoff S. sey eines Bürgers gewesen H. Geschlechts / vnnd an das Kloster V. gegeben / fürters vom Kloster den K. vertauschet / & ad 6. posit. S. als es noch zum Kloster gehörig / sey ein schlechter Hoff gewesen / da man alleine den Vorraht gehabt. Et septimus testis ad 1. interrogator. 6. posit. ab auo vnnd den Eltern so verstorben / audiuit, daß vor Zeiten ein Münch zu S. gewohnet / von V. auß dem Kloster / der habe Ackerwerck gehabt / vnnd mit dem K. gekautet. Duodecimus testis 80. annorum ad 1. interrog. 1. posit. Jhme gedencke wol / daß kein K. zu S. gewohnet hab / sondern jm gedencke zweyer Meyer oder Hoffmeister, der eine G. der ander H. genañt. Et ad 1. interrog. 3. posit. audiuit von alten Leuthen in seim Dorff vor 40. Jahren / daß Rei den Hoff S. vom Kloster V. bekomen / vnd ein ander Gut darvor geben / quod multi etiam alii deponunt. Et ad 4. interrog. 6. posit. S. sey ein schlechter Hoff gewesen / 13. testis 60. annorum ad 1. interrog. 6. posit. audiuit von Bürgermeister G. daß die K. den Hoff bekommen vom Kloster V. vnnd ein Gut darvor geben zu S. wisse von Reorum Herrlichkeit nichtes. 16. testis ad 4. interrog. 6. posit. nunquam aliter audiuit dañ daß S. ein Hoff gewesen / sey auch tempore Reorum Vatters H. K. noch ein arm Ding gewesen / da habe man es ein Hoff vñ kein Schloß genant / 23. testis, 70. annorum ad 1. interrog. 1. posit. Er habe den Alten Reorũ Vatter gekandt / vnd seinen Bruder / die seyn zu Acker gangen / vnd weder Jagt noch Schäffereyen gehabt / wie die jetzige vorgeben / vñ sey S. vormals ein loser Hoff gewesen / da ein Meyer oder Hoffmeister auff gewohnet. 26. testis, 67. annorum, ad d. interrog. 1. posit. Reorum Großvatter H. habe zu H. gewohnet / vnd damals einen Meyer zu S. gehabt / vnd habe er eines Bürgers (S.) Tochter gefreyet / vnd sey endtlich dargezogen / audiuit à Senioribus habe jnen selbst nit gekandt. Quis igitur quæso credere posset, huiusmodi villam seu potius prædium colonarium (einen schlechten Meyer oder Bawrenhoff / der allein zum Ackerwerck gebrauchet worden) vllum vel imperium vel iurisdictionem vnquã habuisse annexam, vtpote ob facti impossibilitatem, & subiecti defectum? Quinimo cõtrarium potius multorum testium depositionibus expresse & in specie probatum esse reperio, quod scilicet d. prædium nullam vnquam iurisdictionem Gebot oder Verbot habuerint, &c. Nam 4. testis ad 4. interrogatoria 3. posit. 64. annorum deponit, Er habe von Gericht zu S. weder gehört oder gesehen. 15. testis, 43. annorũ ad 2. interrog. 3. posit. Er wisse von keinem Gerichte oder Gerichtszwang so S. gehabt. 6. testis ad 6. posit. audiuit à patre, daß zur Zeit der Hoff dem Kloster zugestanden / derselbig ein schlechter Hoff gewesen / der nie kein Bürgerlich oder Peinlich Gericht Statt oder Galgen / oder anders gehabt. 10. testis, 82. annorum ad 4. posit. Nunquam audiuit, daß Rei eine Gerechtigkeit in Actorum Gebiet gehabt haben. 12. testis, 81. annorum ad 5. posit. Er wohne hart bey S. nunquam audiuit, daß derselbig Hoff Gericht / Gebot / oder Verbot gehabt hette / & ad 4. interrogator. 6. posit. S. sey als er vom Kloster V. an die K. kommen / ein schlechter Hoff gewesen / vnd sein lebenlang daß er gedencke / kein Gericht da gehalten / dann er zu S. drey Jahr gewohnet / 13. testis 60. annorum, ad 6. posit. nunquam audiuit, daß S. Gericht gehabt. 14. testis vltra 60. annos, ad 5. posit. nunquam audiuit, daß die K. Verbot oder Gebot zu S. gehabt / & ad 11. posit. nunquam audiuit, er habe sein Lebenlang nie gehöret / daß die K. zu S. solten Gericht haben / auch sein Lebenlang von seinen Eltern nicht gehöret. 15. testis 75. annorum ad 4. interrogator. 6. posit. S. sey kein Burgksaß / man habe es je vnd allwege auff dem Hoff zu S. geheissen / er wisse von keinem Gericht / habe auch nie dadon gehöret / allein daß sie nun ein Jahr oder zwey darvmb gezanckt. 16. testis 50. annorum, ad 5. posit. Er wisse von keinem Gericht oder Oberkeit / so es gehabt. Et ad 3. interrogator. 6. posit. Er habe nie kein Gerichte oder Galgen / oder dergleichen zu S. gesehen. 17. testis ad 5. posit. Er habe sein Lebenlang nie gehört daß Reis das Gericht zustehe / noch daß sich Reorum Vorfahren zu S. einiger Zennt oder Gerichtszwang angemasset. 20. testis, 60. annorum ad 5. positi. Er wisse nicht anders dann daß Rei zu S. kein Gericht haben. 21. testis, 80. annorum ad 4. 5. & 6. positional. Er könne sein Lebenlang nicht gedencken / daß S. ein Gericht gehabt / oder daß sich Reorum Vorfahren zu S. einiger Zennt oder Gerichtszwang angemast. Et sic fere omnes reliqui testes ad 5. & 6. posit. deponunt, præsertim 26. testis 67. annorum, daß er hab noch nie gehört / daß Reis in der Landwehr einige Zennt oder Gerichtszwang zustehe / noch sich Reorũ Eltern dessen angemast. Quod idem etiam plerique testes, ad quarti additionalis interrogatoria expresse deponunt, ad quorum depositiones me refero, imo Reorum quoque testibus id clare probatum existit, vt mox in secunda eorum elisione dicetur. Cum igitur ex his plus liquido constet, sæpedictum prædium S. tempore quo primum per contractum permutationis ad Reos & inde ad Duces S. peruenit, nullam omnino iurisdictionem weder Gebot oder Verbot (taceo nunc

merum

merum & mixtum tantum imperium) habuisse; concludenter sequitur, Illustrissimos Duces
21 S. per inuestituram Reis factam non † potuisse plus iuris in Reos transferre, quam ipsimet per cessionem eorum fuerunt adepti. *l. traditio. ff. de acquirend. rerum domin. l. nemo plus iuris. ff. de regulis iuris.*

Quemadmodum etiam nulla præsumptio esse potest, quod dicti principes eiusmodi inuestitura, vel Actoribus, vel imperio, vel cuiuis alteri præiudicare voluerint, id quod meo iudicio supradicta clausula, so viel wir durch Recht/darzu verstehen / plus satis indicat. Ex qua clausula mens & intentio concedentium, (quæ potissimum inspici debet) abunde colligitur. Parisius *consilio 116. numero 13. lib. 3.* Nam & ipse
22 summus princeps, non vult † concessiones suas intelligi in præiudicium cuiusque. *leg. 2. §. merito. & §. si quis à principe. ff. ne quid in loco publico. & l. nec auus. Cod. de emancipa. liber. l. quoties. l. rescripta. C. de precib. Imper. offer. l. ex facto. in prin. ff de vulg. & pup. substit.* vbi est textus, quod quando
23 priuilegium † vel beneficium principis ex postfacto efficitur iniquum, non sit ei standum, quia non censetur de voluntate principis, quod ei stetur cum præiudicio alterius. *leg. suggestum. C. de decimis.* Et est optimus textus de Iure Canonico, *in c. quamuis. in fine. ibi, cum talis restitutio, vbi aliud non exprimitur, intelligatur fieri sine præiudicio iuris alieni. de rescrip. in 6.* Ex quo
24 textu notant DD. quod restitutio, † & quælibet gratia principis, debeat intelligi sine præiudicio alterius, quia princeps nunquam in-
25 telligitur † velle tollere ius alteri quæsitum, etiamsi rescribat in materia, in qua pro voluntate sola alteri potest ius auferre, sicut est in materia beneficiati. *cap. ex tuarum. de author. & vsu pallii. cap. super eo. de offic. delega.* Tanto minus igitur credendum est, dictos Illustrissimos Duces S. tanquam inferiores ab Imperatore, voluisse, vel etiam potuisse iurisdictionem Actoribus ante 140. annos per priuilegium Imperatoris Ludouici, Anno 1337. iam quæsitam, per supradictam inuestituram auferre, ac Reis eandē concedere, cum nec summus princeps (vt dictum) id facere potuisset. *Menoch. de arbit. iud. quæst. 48. num. 6. lib. 1.* Nec ex plenitudine potestatis. *Menoch. ibid. nu. 7. Ias. in l. Barbarius. num. 35. de offic. præt. Crau. consil. 741. nu. 10.* nisi ex iusta causa. *l. iubemus. C. de SS. Eccles. Menoch. d. qu. 48. nu. 8.* Princeps autem ex iusta causa aliquid fecisse non præsumitur, quando adest præiudicium tertii. *Alc. præsumpt. 8. regu. 3. num. 8. Menoch. q. 4. numero 10. lib. 1.* Ad hæc etiam optime facit,
26 quod alias à DD. traditur. Quod si † princeps concedat iurisdictionem alicuius castri diuersis temporibus, non præiudicetur primæ concessioni per secundam, vt expresse tenet Ferrar. *in forma libelli, in act. confessoria pro seruit. in gl. verb. plenam & omnimodam, &c. & notat Dynus, in regul. qui prior. de regul. iur. in 6.* Etiamsi secunda concessio facta esset motu proprio, vt voluit Bartol. *in l. prædia. C. de locat. prad. ciuil. libro 11.* Et plures quos allegat Gab. *in comm. concluſ. lib. 6. de clauſul. concluſ. 2. num. 23. &c.* Multo minus igitur potuerunt præiudicare dicti Illustrissimi Duces S. per supradictas suas inuestituras, concessionibus ac priuilegiis Imperatorum ac Regum, ante tot annos Actoribus nostris iam datis. Accedit, quod titulus iurisdictionis † dicitur pro- 27
bari per instrumenta & inuestituras, nisi ea fuerint confecta ab eo, qui super iurisdictione potuit disponere, & qui inuestituræ concedendæ potestatem habuit. Socin. Sen. *consil. 86. num. 2. lib. 1. Paul. de Castro consilio 133. vol. 2. l. & quæ nondum. §. quod dicitur. ff. de pignoribus. leg. cum res. Cod. si alien. res pign. oblig. sit.* Aut igitur Rei nostri innituntur solis inuestituris S. & tunc oporteret ipsos probasse de iure inuestientium, scilicet, quod habuissent tempore inuestituræ merum & mixtum imperium cum iurisdictione in S. cum non debeat † successor esse melioris con- 28
ditionis, quam ipsius author. *l. fina. §. 1. ff. ad Velle. l. alienario. C. de contrah. empt. l. cum res. C. de probation. & in terminis Castren. d. cons. 133. li. 2. per totum.* Hinc est, quod ad probationem † dominii 29.
non sufficit probare vel ostendere titulum habilem ad ipsius dominii acquisitionem, nisi etiam probetur, quod auctor erat Dominus. Ideo probatio † dominii redditur difficilis, vt 30
plene notatur, *in l. cum res. C. de probatio. & in terminis. Paulus de Castro d. consilio 133. libro 2. per tot.* Sed sic est, quod sæpedicti Rei nec probarunt, nec allegarunt quidem iurisdictionem in S. tempore inuestituræ ad Duces S. pertinuisse. Igitur ex hoc primo capite obtinere non possunt. Aut vero † innituntur præscriptioni, ad 31
quam sufficit titulus habilis etiam à non domino (quia si esset dominus, non ius præscribendi, sed ipsum dominium transferretur ex titulo. *l. clauibus. ff. de contrah. empt.*) at nunc etiam ex hoc capite obtinere vix potuerunt, cum quia in libello præscriptionem non deduxerunt, tum quia eam etiam non probarunt, vt mox in secundo elisionis fundamento dicetur. Vnde iam satis perspicuum esse arbitror, intētionem Actorum per supradictas inuestituras S. tam ratione simplicis iurisdictionis, quam ratione meri & mixti Imperii nulla ex parte elisam.

Alterum elisionis argumentum fundatur super diuturna possessione seu exercitio iurisdictionis, merique & mixti imperii, de quo in 7. defensionali Reorum agitur. Hunc articulum ego simpliciter probatum esse nego. Imo contrarium potius ex maiori testium numero ad 27. additio. Item ad 5. & 6. posit. eorumque interrogatoria manifeste euincitur, qui vnanimiter (licet plerunq; vicini morti & decrepitæ ætatis) deponūt, se in vita sua nunquā audiuisse,

meminisse vel vidisse, daß Rei eorumq; parentes & p̄decessores zu S. jemals einig peinlich oō bürgerlich Gericht gehaltē/oder dz sich jre Eltern dasselbig zu halten angemast / wie sie dann auch weder Schultheissen/Schepffen/Gerichtsstatt/ Galgen / Räder / oder dergleichen signa iurisdictionis dero ort jemalen gehabt oder noch haben/ ad eorum depositiones breuitatis causa me referendo. Quibus astipulantur etiam plerique Reorum testes, veluti 2. 50. annorum ad 6. interrog. 7. defens. Er habe sein lebenlang nie gehöret/daß S. Halß vnd Erbgericht haben sol. Et ad 7. interro. Er wisse von keinem Gericht mehr/ dann dz Rei eine Fraw/ so sich selbst vmbbracht/ verbrennen lassen. Et ad 8. defen. Er hab sonsten kein Gericht mehr gehalten / quam iam dictum. 5. testis 50. annorum, ad 4. interrogat. d. 7. defens. Es sey eine Fraw daselbst verbrēt worden/ wisse sonst von keinem Gericht. 6. testis 70. annorum ad 8. defens. audiuit, daß die Fraw vngefährlich vor fünffzig jaren verbrennt worden bey dem Vogtholtz/aber von andern geübtē Gerichten / vnd Gerichtsfällen wisse er nichts zu sagen. Idem deponit 7. testis 70. annorum ad 8. defensionalem, audiuit von verbrennen deß Weibes/ factum vngefährlich für fünffzig Jahren/ aber von Reorum Gerichte wisse er nichts. Decimus testis, 60. annorum ad d. 7. defens. nunquam vidit, neque audiuit, daß Rei der örter Gericht besessen. Et ad d. 8. defen. audiuit à patre de muliere cōbusta, habe aber keine derogleichen Fall oder Gericht mehr allda vermercket. Vndecimus testis 95. annorum audiuit, daß der K. die Fraw verbrennen lassen / habe aber keine Fäll mehr der örter erfahren / viel weniger einig Gericht halten sehen. 12. testis 58. annorum, ad 7. defens. nunquam audiuit, daß Rei Gericht haben / allein dz sie ein Weib verbrennen lassen. Et ad seq. Er habe dergleichen nicht mehr/auch kein Gericht gesehen. 13. & vltimus testis 80. annorum, ad 7. & 8. defension. Er habe nie kein Gerichte zu S. gesehen / nisi quod audiuit, daß die Fraw verbrennt worden. & ad 9. defens. Er hab nie kein Gericht oder Gerichtshandel an dem ort vernommen. Ex quorum testium dictis sine vlteriori deductione satis intelligi potest, prętensam vltra memorialem possessiōnem Reorum iuxta 7. defens. probatam minime esse.

Et quamuis Rei iam dictum casum combustæ mulieris vehementer vrgeant, & mirifice desuper glorientur, atque triumphent, quasi ex eo solo palmam & victoriam huius litis reportaturi: Ego tamen puto, dictum casum, (licet is satis probatus sit) ad intentionem Actorum elidendam, vel iustam possessionem ex parte Reorum inducendam, parum vel nihil facere, idq; duplici ratione. Primo, quia Clan-
32 destinus & † Turbatiuus est, qui nullam possessionem tribuit, *lege prima. Cod. de seruitut. &*
33 *aqua. l. 1. ff. vti possidet.* Vnde ius † eum qui clam possidet, non tuetur. *toto titul. ff. quod vi aut clam. & l. 1. ff. de aqua quotidian. & æstiua.* Quod autem hic actus clandestine fuerit celebratus, appareat primo ex eo, quod articulata mulier tempore inconsueto, noctu scilicet, vel saltem summo mane, antequam aer inciperet clarescere, & sic in ipsa aurora fuerit combusta, vt inter cæteros deponit 23. testis ad 3. interrogat. 6. posit. Es sey ein Fraw deß morgens frūe/welche sich gehencket/ daß es niemand erfahren solt/ verbrandt worden. Et 25. testis ibidem, er habe von dem verbrennen deß Weibs gehöret/ daß es den morgen früh geschehen / dañ sie Rei seyen in der furcht gewesen / Actores werden es nicht gestatten wöllē. 29. testis ibid. Es sey deß morgens früh geschehen in der eyl / auff daß sie jr loß würden. 30. testis ad 5. posit. Es sey ein arme Hirtin gewesen/so sich selbst erhencket/ die haben sie verbrañt on einig Gericht/ vñ seynd so heimlich mit vmbgangen/ dz auch die nechste Nachbaurn deß nit ehe jnnen worden/dann als es verricht gewesen. Idem deponit 33. testis ad 3. interroga. d. 6. posit. Es sey ein Hirtin gewesen/so sie verbrañt/ aber vom Gericht wisse er nichts. Sic tertius testis ad 5. interrogat. 4. articuli addit. audiuit, daß K. der älter das Weib vor Tag verbrennen lassen / aber rechte Zeit Tages darzu nicht gebrauchet/sonsten wolten die von M. auffgewesen seyn/vnd das verwehret haben. Quod idem deponit ad 6. interrog. 17. addit. Et melius 17. ad 5. interrog. 4. addit. Es sey bey nacht geschehen/ ehe es Actores erfahren. Ad quod optime facit depositio 12. testis ad 3. interrog. 6. posit. qui dicit, man habe nit viel Gerüchts gemacht davon/ habe wol gehöret/daß kein frembd Mensch dabey komen/dann Reorum Vatter mit seinem Hoffmeister vñ Gesinde. Nocte autem quod † fit, occulte & clam fieri dicitur, *l. 1. in pr. ff. de fur. §. furtum. instit. de oblig. quæ ex del. nasc. &c. Bald. in l. cum fratrem. C. de his quib. vt indign. Angel. in l. 1. §. occisorum. ff. ad Syllan. Felin. in c. consuluit. ff. de offic. delega. Cravet. consi.* 178. *n.* 2. 34
Porro clandestine † & occulte factum arguit præsumptionē doli & fraudis contra facientem. *l. donatio. §. 1. C. de don. Iaf. in l. clam possidere. n. 9. de acq. poss. Marc. Ant. Blancus in pr. criminali in 2. par. defensionu. nu. 31. Cravet. consil.* 129. *n.* 11. 35
Et ꝙ de iis, † quæ occulte fiunt, dolus sit p̄sumendus, plura ponit Hyppo. *in l. 1. circa pr. ff. ad l. Corn. de sica.* prælertim quod de nocte fiat. *l. nemo. C. de sum. Trinit. & fide Cathol. c. consuluit. & ibi pulchra gloss. in verb. odit. de offi. deleg. c. Anastasius.* 19. *distin. gl. in c. vnico. verb. oculata. vt Eccles. beneficia sine diminu. conferantur. & pulchre Cravett. consilio* 178. *n.* 6. 36
Leges † enim semper male præsumunt contra agentem aliquid de nocte. *gl. in l. furem. ff. ad leg. Cornel. de sicar. DD. in l. more Romano. ff. de feriis. Alexan. consil.* 103. *num.* 8. *libro* 1. 37
Nec referre puto, quod testes in tempore videantur aliquo modo variare, dum nonnulli dicunt, Es sey vor Tag geschehen / alii deß Morgens frühe/

reliqui

reliqui bey nacht. Sufficit enim tempore & hora insolita ac inconsueta factum, cum & illud
38 nocte † factum dicatur, quod summo diluculo & in aurora fit, quando scilicet aer iam incipit clarescere. *Bartol. in l. Titius. §. Lucius. & in l. qui duos. §. 1. ff. de manumiss vindic. & in leg. aut facta. §. tempus. & ibi per Alex. ff. de pœn. Angel. in l. 1. C. de custod. reorum. Paul. de Cast. in dict. l. more. ff. de feriis. & copiosissime per Felin. in c. consuluit. n. 6. de offic. delega.* Colligitur præterea clandestinitas huius actus ex eo, quod supra relati testes deponunt, Rei haben mit dem todten Weib darumb so sehr geeilet/damit es Actores nicht erführen. Qui autem
39 taliter † facit actum, vt is non possit peruenire ad notitiam eius, cuius interest, clam facere dicitur. *Bar. in l. 2. & ibid. gl. in verb. occulte. C. de his qui ex publ. ratio. mut. pecun. accep. lib. 10. Felin. in d. cap. consuluit. n. 22. de offic. delega. Iaf. in l. clam possidere. ff. de acq. poss.* vbi *n.* 1. dicit, clandestinam possessionem
40 † eam esse, quam quis mala fide, ignorante eo, quem sciebat, vel scire debebat, moturum sibi controuersiam exercet. Et est optimus text. *in l. prohibere. 3. §. clam facere. ff. quod vi aut clam.* vbi Iureconsultus Vlpian. dicit, clam facere videri (teste Cassio) eum, qui celauit aduersarium, neq; ei denuntiauit, si modo timuit eius controuersiam, aut debuit timere. Idem Aristonem quoq; putare, eum clam facere, qui celandi animum habuit illum, quem prohibiturum se intellexerit, & id existimet, aut existimare debeat, se prohibitum iri. Sed & Seruius clam facere ait eum, qui existimare debeat sibi controuersiam futuram, quia non opinionem eius & resupinam existimationem esse oporteat, ne melioris conditionis † stulti sint, quam
41 periti: est text. express. *in l. 4. ff. eod. tit. Quod vi aut clam, &c.* Sed & illud clandestinitatem huius arguit, quod solitam iudicii atque processus solemnitatem, pro more loci super cadauere non adhibuerunt vel seruarunt, daß sie nemlich vber den todten Cörper gemeinem Gebrauch nach kein Gericht gehalten / vt 30. testis ad 5. posit. & 33. ad 3. interrog. 6. posit. deponunt. Clam enim
42 fieri dicitur, † quod fit sine debita solemnitate. *Bart. in l. fin. ff. de ritu nuptiar. & in l. 2. vers. & sic habes. d. tit. C. de his qui ex publ. ration. pecun. mut. lib. 10. & Alex. in l. 2. §. fina. ff. de vi bonor. raptor.* Item,
43 quod fit † non seruata consuetudine, secundum Bart. *in d. l. 2. C. de his qui ex publ. ration. &c.*
44 Item, quod fit † sine iudice, quando cum Iudice fieri debet. *Bart. in dict. l. 2. & in l. 1. num. 5. C. de præd. decurion. libro decimo.* Nec poterit meo iudicio clandestinitatis vitium excusare, vel Reos in aliquo releuare, daß sie sich vber dem gehenckten Weib bey andern Rhats befragt. Hęc ipsa enim consultatio seu deliberatio fraudis suspicionem non leuem inducit. Si enim Rei iurisdictionem in S. habuissent, quid obsecro tali consultatione fuisset opus? nisi dicamus, sæpe dictos Reos iuri suo diffisos, operam omnem in eo collocasse, qualiter clandestinis consiliis & machinationibus Actores oppugnare, seque per fas & nefas in possessionem eorum intrudere possent, &c. Secunda ratio, quare hunc actum ad elidendam intentionem Actorum, minus sufficientem esse credam, hæc est, quia vnicus & singularis. Etsi enim DD. tradunt, ex singularibus etiam actibus † generalem pos- 45
sessionem iurisdictionis acquiri, vel saltem retineri, secundum doctrinam Innocentii *in cap. dilectus. ext. de capell. Monach. nu. 2. & 3. quem sequitur Castrens. in l. restituta. nu. 2. ad Trebellian.* vbi etiam Alex. *num.* 4. dicens, communiter ita interpretari sententiam Bartoli, *in l. 1. §. si quis. de iin. act. priua.* & Panormit. *in c. 1. n. 3. de relig. dom.* dici, exercitium † vnius comprehensi sub vniuer- 46
so, ad vniuersalis possessionem referri. Id tamen intelligunt tunc verum esse, si † exercen- 47
actum singularem, habeat intentionem fundatam de iure, vel nisi constet ius aut locum ad aliū pertinere, vel denique alium in possessione iurisdictionis esse, vt pulchre deducit Alexand. *cons. 68. nu. 18. vol. 2. Felin. in c. auditis. de præscript. Dec. consil. 271. late etiam Chassan. dict. rubric. 1. in verb. iustices. & in verb. & droit. & d' icellis. numer. 94. &c.* Porro, cum supra satis ostensum sit, non solum intentionem Reorum de iure fundatam non esse, sed etiam Actores tempore huius actus, in possessione omnimodæ iurisdictionis etiam fuisse, sequitur dictos Reos ex tali actu, (posito etiam, quod is ab omni vitio clandestinitatis defendi vel iustificari posset, quod tamen omnino negatur) generalem vel vniuersalem possessionem iurisdictionis acquirere non potuisse; sed tantum possessionem illius actus, quem exercuerunt. In præscribenda namq; iurisdictione, si probetur q. possessio certi actus, in illo tantum actu, & non in alio, præsertim diuersæ speciei dicitur præscriptum, secundum Bart. *in l. 1. §. si quis hoc interdicto. ff. de itin. actuq; priua.* idq; iuxta vulgarem regu-
lam: Tantum † præscriptum quantum pos- 48
sessum. *Felin. in dict. c. auditis. de præscript. Ferrar. in forma libelli actionis confessoriæ. verbo, plenam & omnimodam. nu. 10. & est text. in c. cum contingat. & ibi Cardin. extr. de foro compet. Petr. Iacob. in rubr. 12. de iurisdictio. n. 67.* & ex recentioribus hoc quoque tenet Schurff. *cons. 84. cent. 2.* vbi eleganter de hac materia disserit, & pulchre etiam Hier. de mont. Brix. *in sæpe dicto tract. fin. reg. c. 78. nu. 9. 13. 14. 15. & 16.* Verum enimuero, cum Rei nec vnicum quidem actum iurisdictionalem legitimum, quem scientibus & patientibus Actoribus exercuissent, deduxerint, multo minus probarint, superfluum esse puto, de hac materia diutius hic disputare. Iurisdictionis † enim 49
q. possessio inducitur per scientiam & patientiam aduersarii, quæ in nostra causa omnino desiderantur, nec possunt † iura incorporalia 50
præscribi aduersus ignorantes, & sic sine pos-

sessione, sed requiritur scientia & patientia ad-
51 uersarii, cum sine possessione † vel q. præscriptio induci non possit, secundum Bart. & communiter DD. *in l 1. & 2. C. quæ sit lon. consue.* quem refert & sequitur Schurff. *d. cons. 84. n. 34. & seqq. vol. 2.* Etsi igitur Rei nostri longissimo etiã tempore quoscunque actus iurisdictionales insciis Actoribus exercuissent, tamen omnino nullam speciẽ iurisdictionis præscripsissent, vt per DD. *in locis alleg.* Sic quoq; nullã Reis q. possessionem iurisdictionis tribuere potest, q decimus eorũ testis ad 5. defens. deponit, er hab die Schatzung gen G. geführt. Primo, quia hic testis singularis est & vnicus, alium contestem non habens, ideoque non probat. *c. licet causam. de probat. Paris. cons. 88. n. 88. vol. 3.* Secũdo, quia dubie & obscure deponit, nullam dicti sui cõcludentem causam scientiæ allegans, was es nemblich für ein schatzung gewesen/ ob sie von wegẽ S. oder sonsten von andern Reorum Gütern/ so sie vielleicht vnter dem Hertzogthum S. haben erlegt. Nec n. sequitur: Zeug hat die schatzung gen G. geführt. Ergo: So ist dieselbige in Krafft Fürstlicher Oberkeit vber den Hof S. gegebẽ worden. Et sic ẽt hac ratione non probat. Paris. *cons. 107. n. 67. par. 1. Dec. cons. 87. & cons. 276. n. 11. Alex. cons. 3. & cõs. 24.*
52 *lib. 4. Soc. cons. 54. n. 27. vol. 4.* Debet n. testis † dicti sui rationem reddere, quæ & ipsa luce sit manifestior, & q per exteriorem corporis sensum ad ipsum actũ tanquã debitum obiectum, necessario & probabiliter cõcludat, *c. præterea. de testib.*
53 & debilẽ rationem † testis infringere ipsius testimonium dicit Bald. *in l. conuenticula. col. 4. C. de*
54 *episc. & cler.* Probatio namq; debet † esse clara & concludẽs necessario, alias nõ releuat probantem, *c. in præsentia. cum ibi notatis. de probat. Schurff.*
55 *cons. 96. cent. 1.* Tertio, quia † extra articulum deponit. Habet n. articulus, daß Reis vñ sonst niemand in d. domo S. Gericht vnd Recht zustehe/ testis deponit, Er hab die Schatzung gen G. geführt/ & sic iterũ nõ probat, *Paris. cons. 88. n. 25. li. 3. & melius Alex. cons. 25. viso instrumento. n. 7. vol. 2.* Et esset sane admodum absurda & inepta argumentatio, si quis vellet dicere, Die Beklagten geben den Hertzogen võ S. Schatzungen. Ergo: so haben die Rei zu S. Gericht vnd Recht/ cum
56 ex † separatis non fiat illatio, *l. final. ff. de calum. l. Papinianus exuli. §. 1. ff. de minorib. l. pater Seuerinum. §. fin. ff. de cond. & demonst. Soc. senior cons. 74. circa fi.*
57 *volu. 1.* Nec probat hoc esse, q † ab eo contingit abesse, *l. neq; natales. C. de prob. Soc. iunior cons. 189. n. 102. vol. 2.* Quarto, posito, supradictum actum sufficientissime probatum esse (prout non est) adhuc tamẽ ille Reos ad iustam q. possessionem iurisdictionis inducendam prorsus nil releuare posset. Cum & hic actus sit vnicus, clandestinus & turbatiuus, vtpote in fraudem alienæ iurisdictionis, adeoq; Actoribus ignorantibus factus. Vnde deficiente titulo & bona fide ex parte Reorũ, nullam ipsis possessionem iurisdictionis illud tribuere, vel Actorib. aliquod præiudicium adferre potest. Ad iustam n. possessionem † inducendã necesse est, vt quis nõ vi, non 58
clam, non precario possideat. Ideoq; † requitur 59
sciẽtia & patiẽtia aduersarii, sine qua præscriptio nõ procedit, vt per Schurf. *d. cons. 84. cent. 2.* & est pulchrum consil. de hac materia, Paris. *cons. 107. per tot. libr. 1.* Multo minus ad rem facit, quod Rei nonnullos delinquentes, veluti H. S. & duos alios (de quibus 2. Actorum testis, ad 4. interroga. 4. addit. & 10. Reorum testis ad 9. defens. deponunt) in S. ceperunt, & in carcerem coniecerunt, accusatoribus certum diem ad accusandum præfigendo. Item, quod nonnullas citationes contra quendam H. F. qui ab Actoribus in M. captiuus detinebatur, emiserunt, nec non testes ad instantiam aduersæ partis examinarunt. Hi enim actus, vt ex responsione Reorum ad 3. 7. 11. & 12. posit. nec non ex missiuis inde scriptis patet, paulo ante litem hanc cœptam, nimirum Anno, &c. 49. contigerunt, Actoribus vtique inuitis & reclamantibus, qui non solum statim per suos legatos contradixerunt, sed & præsentem litem eo nomine instituerunt. Vnde sequitur, tales actus tanquam turbatiuos & violentos nullam Reis possessionem (præsertim intentione Actorum de iure communi fundata) tribuere posse. *Vasq. c. 85. nu. 2. & 5. Ill. controu. Mynsi. resp. 11. n. 12. Ioan. Fab. in §. retinenda. n. 25. & 29. Inst. de interdict.* Ad quod iudicio meo multum facit, quod dictus testis 2. Actorum ad 4. interrogat. 4. add. non simpliciter dicit, daß dem alten K. zu S. einer gefangen nomine H. K. zu M. habe müssen zu Recht seyn. Ex qua depositione potius contrarium eius, quod Rei probare nituntur, colligi posse videtur. Si enim iurisdictio in S. penes Reos fuisset, quis obsecro crederet, quod dictum captiuum coram Actoribus conuenire voluissent. Hæc igitur depositio potius ad confirmandam iurisdictionem Actorum, quam intentionem eorum elidendam facit, quod licet carceres, † postellus, ca- 60
tasta, furcæ, & similia, sint signa iurisdictionis & imperii, prædicta tamen signa iurisdictionem non probant, cum propter furcas, carceres, vel postellum non dicatur quis iurisdictionem habere, nisi alias probetur acquisita. *Petr. Iacob. rubric. 12. de iurisdiction. numero sexagesimo secundo.* Carcerem enim habere † non 61
dicitur esse meri imperii, sed in carcere tenere, causasque carceris examinare, animaduertendo scilicet, vel exinde dimittendo, vt notant omnes *in l. Imperium. Iaf. post alios n. 24. Curt. Iun. n. 88. de iurisdict. om. iud. Capua singul. 2. Natta consil. 636. n. 122.* Quinimo, qui † propria authoritate 62
citra permissionem Principis, vel eorum, ad quos imperium vel iurisdictio spectat, carceres conficiunt, grauissimis pœnis de iure subiiciuntur, *l. vlt. C. de priuat. carcer. inhib. & ibi Cynus,*

Bart.

Bart. Bald. variiq; scribentes. Parum etiam releuat, quod nonnulli testes Actorum veluti 3. & 5. ad 1. interrog. 8. addit. deponunt, Rei haben zu S. Stock vnd Gefängnuß jhre eigene Männer zu straffen gehabt/ vnd noch/ quia ex hoc non pro-
63 batur iurisdictio aliqua. Nam † & parentibus ac dominis, liberos suos, seruos, famulos, ac subiectos, castigandi, atque à malo coercendi gratia, in vinculis detinere, & carceribus mancipare, sine priuati carceris crimine licet, qui tamen nullam iurisdictionem inde prætendere possunt, faciunt notata *gloss. final. & ibi Hostiens. Ioan. Andr. & Panormitan. in capit. quemadmodum. extr. de iureiurando. l. consensu. & authent. sed nouo iure. Cod. de repud. text. singular. cum gloss. in cap. placuit, 33. quæstione secunda. Panormitan. in capit. cum contingat. nu. 20. ext. de for. comp.* vbi inquit: Marito, patri & domino, vxorem, filium & seruum castigare, carceri mancipare, & ad ieiunia cogere salutaria licere. De qua re etiam tradit Damhouderus *in sua practica criminali, cap. 64. de priuatis carcerib.* Quos tamen ob id aliquam iurisdictionem habere valde absurdum est dicere. Cum igitur per hactenus deducta satis manifestum sit, nullum ex parte Reorum titulum, nullam possessionem, nullum denique actum iurisdictionalem legitimum probatum esse, sequitur ipsos, quocunque nos vertamus, siue de possessorio per viam antiquioris possessionis, siue de petitorio per modum præscriptionis loquamur, obtinere non posse, cum non
64 entis nullæ sint † qualitates. *Paris. cons. 131 nu. 10. parte 1. Rol. à Valle consil. 46. nu. 23. & 24. volu. 2.* Et præscriptio sine possessione nec inchoari, nec procedere potest, *ca. sine possessione. de reg. iur. in 6. l. deniq;. & ibi Bartol. ff. ex quib. caus. maior. Specul. de caus. possess. & proprieta. §. 1. vers. hoc etiam. ad fin. Bartol. in l. sicut. in fine. C. de præscript. 30. annor. Panormita. in c. causam quæ. in 1. notab. de præscript.* Ex quibus omnibus in hoc primo puncto finaliter concludo, intentionem Actorum, tam quoad bassam seu simplicem iurisdictionem, quam quoad merum & mixtum imperium per defensiones Reorum, elisam non esse, ideoq; manendum in terminis negatoriæ, & pronuntiandum, daß Reis nicht gebüret noch gezimet habe / die Kläger an jrer habenden Jurisdiction/ Zent vñ andern Gerichtszwang zu S. vñ desselben Zugehör/ geklagter massen zu turbiren/ vnd zu verhindern/ sondern daran zu viel vñ vnrecht gethan haben/ cum expensis: damna & interesse (licet ea quoque in hanc actionem veniant, vt per Ferrar. Petr. Iacobi & Pract. *in forma libelli super negatoria dicitur*) vellẽ tacite præ-
65 terire, cum † quia nihil eorum nomine petitum, tum quia interesse vel nullũ vel exiguum, & liquidatio difficilis. Sic quoque cautionem omitterem, cum nec ea quidem petita sit, & alias per sententiam satis ipsis cautum sit in futurum.

PVNCTVS II. DE PROBATIONE iuris venandi.

SVMMARIA.

1 Wildbahn *seu foresta bannalis est in latissima significatione, & quænam iura sub se comprehendat. nu. 2. In speciali tamen significatione saltem ius venandi complectitur. num. 3.*

4 *Vocabulum* Wildbahn *ad quænam proprie & expresse restringatur.*

5 *Vocabula, foresta, guarena, viuaria, & saltus idem important quod verbum* Wildbahn.

6 *Foresta &* Wildbahn *vnde dicantur.*

7 *Venatio actum venationis & feras respicit.*

8 *Omnia loca in alicuius dominii vel ciuitatis territorio existentia, ad eandem quoad merum imperium & regalia de iure pertinere præsumuntur.*

9 *Foresta bannalis fieri non dicitur, nisi per habentem iurisdictionem.*

10 *Foresta bannalis cum alta foresta, seu alta iustitia plerunque coniungitur.*

11 *Rationes cur ei qui iurisdictionem habet, ius venandi competat, & quænam.*

12 *Domini terrarum alios ne sua territoria venandi causa ingrediantur, prohibere possunt.*

13 *Qui dicit omne, nihil excludit.*

14 *Testis non per verba iuris, sed facti deponere debet.*

15 *Testis vnicus quando plenam fidem faciat.*

16 *Notitia plena per visum & auditum habetur.*

17 *Sensus circa proprium subiectum non decipitur.*

18 *Testes 20. & 26. hoc loco cur possessionem immemorialem probent.*

19 *Testimonium locum quoque habet de eo, quod quis in puerili ætate vidit, doli tamen capace: licet alias impubes testimonium ferre non possit. numero 20.*

21 *Possessio immemorialis quomodo probari possit.*

22 *Fundans se in toto territorio, dicitur se fundare in quacunque eius parte.*

23 *Quod iuris est de toto quoad totum, idem iuris est de parte quoad partem.*

24 *Qui possessionem partis apprehendit, totius rei possessionem apprehendisse censetur.*

25 *Aliquis nunquam creditur iure familiaritatis seu concessionis possedisse, nisi quando alius titulus, vel ius excogitari non potest.*

26 *Iurisdictionem exercens præsumitur esse dominus illius.*

27 *Qui ex titulo possidet, non dicitur possidere iure familiaritatis seu concessionis.*

28 *Domini territoriorũ iure venandi in vicinis prædiis, licet ea ratione proprietatis ac dominii, ad alios pertineant, plerunq; vtuntur.*

29 *In seruitutibus realibus diuturnitas cum patientia titulum contra patientem præsumere facit.*

30 *Argumentatio à parte ad totum in iure non procedit.*

31 *In alterius territorio venatio omni iure interdicta est, etiamsi à domino prohibita non sit. num.32. Rationes huius quæ. nu.33.*

34 Wer Gewalt hat vnd Gerechtigkeit kleines Weidwercks / hat derwegen nit deß hohen Weidwercks.

35 *Tantum præscriptum, quantum possessum.*

36 *Testis articuli contenta vera asserens, veram probationem inducit.*

37 *Seruitutum præscriptio sine titulo non procedit.*

38 *Actor intentionem suam de iure communi fundãs obtinere debet, etiamsi nihil probet. nu.57.*

39 *Mala fides præsumitur in præscribente contra eum, qui habet intentionem suam de iure fundatam.*

40 *Ius venandi causam discontinuam habet.*

41 *Seruitutes, aliaque iura realia causam discontinuam habentia, non præscribuntur, nisi tempore immemoriali.*

42 *In iure venandi præscribendo tempus immemoriale requiritur.*

43 *Patientia aduersarii in præscriptione requiritur.*

44 *Contradictio & prohibitio aliquem in mala fide constituit.*

45 *Vis, metus, clandestinitas, præscriptionem omni tempore cessare faciunt.*

46 *Iure familiaritatis & amicitiæ nonnunquam alteri iure nostro vti concedimus.*

47 *Regalia non nisi per summum principem conceduntur & constituuntur, id tamen sine præiudicio tertii. nu.48.*

49 *Princeps alicui gratiam faciens, eam sine iniuria tertii impertiri censetur.*

50 *Venatio cur agricolis & censitis, seu colonis olim interdicta sit.*

51 *Accipiens non plus iuris habere debet, quã tradens.*

52 *In interdicto retinendæ is obtinet, qui meliorem & antiquiorem possessionem probat. Ratio huius quæ. n.53. eiusq; limitatio. n.54.*

55 *Venatio an in fundis, agris, pratis propriis sit permissa?*

56 *Venatio de iure gentium vnicuique libera est.*

58 *Possessio diuturna seu antiquior onus probandi in aduersarium transfert.*

59 *Habens possessionem antiquiorem sine titulo, præferri debet habenti possessionem iuniorem cum titulo.*

60 *Præsumptio possessionis multa adminicula requirit.*

61 *Plures præsumptiones simul iunctæ, imo etiam duæ probationem plenam faciunt.*

SEcundus punctus, de cuius probatione videndum est, concernit den Wildbahn in Actorum Landwehr/adeoque in Reorum Besteinung oder Bezirck zum Hof S. gehörig/de quo in tertio positionali, & 12. & 5. addit. agitur, &c.

1 Licet autem vocabulum † Wildbahn seu foresta bannalis, de qua Chassan. *in consuet. Burg. rub. 15. titul. des foretz, pasturages & riuiires. §. 5. per tot.* nostro tempore late sumatur, & latius forte (præsertim à Principibus) quam par sit, extendatur, ita vt omnia fere iura, quæ competere possunt, puta † Gebott/Verbott/pignorationes, aucupationes, venationes, ius glandis legendæ, pecoris pascendi, aquam ducendi, appositiones custodum, pœnas, mulctas, &c. omniaque alia iura, quæ excogitari possunt, sub se comprehendat. Nihilominus tamen putarem, dictum vocabulum in nostro casu aliquanto strictius † ac specialius, de iure scilicet 2
venandi, & in ferarum capturam succisis lignis syluam cingendi, vulgo Hägen / de quo Iureconsultus *in l.29. ff. locat. & Zas. consil. 6. nu.1. lib.2.* principaliter accipiendum esse id, quod ex dictis articulis satis intelligi potest, in quibus vocabulum Wildbahn † expresse auffs hägen/ jagen/hetzen/klein vñ groß Weidwerck zu treibē/ restringitur. Quemadmodum & Gallica, Italica & Latina vocabula, † *foresta, guarena, viuaria, saltus,* (quæ meo iudicio in effectu idem important, quod apud Germanos Wildbahn) proprie nil aliud significant, quam locum circumseptum, in quo feræ inhabitant vel includuntur, & vbi quis habet vsum venandi; vt est gloss. *in c. cum dilecti. in verbo, foresta. de dona. Clem. 1. §. porro. & ibi quoque gloss. de stat. monach. Guil. Benedict. in repet. c. Raynu. verb. & vxorem nomine Adelasiam. nu.874. ext. de testam.* & habet quoq; Lex. Spiegel. *in verb. foresta*, vt sic verisimile sit, cum Foresta † & Wildbahn ab inclusione ferarum 6
nomen & originem suam traxerint, (vt in locis iam allegatis videre licet) quod propterea vltra ius venandi, scilicet, die wilde Thier zu bannen vnd zu fangen/ (venatio enim † tam ipsum 7
actum venationis, quam feras quoq; bestias respicit, *l. venationem. ff. de vsur. Spiegel. in verb. venatio.*) nec actiue nec passiue extendi debeat, licet de consuetudine fortassis non admodum bona, contrarium nunc passim seruatur. Quod autem ius venandi intra limites ciuitatis M. Actoribus competat, variis modis tam in genere quam in specie probatum esse reperio. Et primo quidem propria confessione Reorum in responsione ad 12. addit. quem verum credunt, hac tamen exceptione & qualitate adiecta, doch nicht an allen orten/ vnd daß Rei neben den Klägern auch zu jagē herbracht. Quę annexa qualitas vtrum probata sit, postea in elisionibus Reorum videbimus. Secundo probatur elisione iuris. Nam ex quo supra ostensum est merum imperium cum iurisdictione, nedum in territorio dictæ ciuitatis, sed & in S. eiusque pertinentiis ad Actores spectare, præsumptio certe non leuis oritur, ius quoque forestæ seu venandi tam de iure communi, quam iuxta receptam totius Germaniæ consuetudinem ad eos pertinere. Omnia enim † loca in territorio 8
alicuius dominii vel ciuitatis existentia, ad eandem non solum quoad merum imperium, sed etiam quoad regalia de iure præsumuntur

per-

pertinere, iuxta notata per Host. Ioan. Andre. & Panormit. *in cap. nimis extra. de iureiur.* Quæ præsumptio eo fortior est, cum Foresta bannalis † non dicatur fieri nisi per habentem iu-
9 10 risdictionem. Vnde foresta † bannalis cum alta foresta, seu alta iustitia plerumq; coniungitur, quasi eidem adhærens. *Chassanæ. d. Rubr. 13. §. 5. verb. au seigneur. nu. 3. & idem Chassan. d. §. 5. nu. 4. ad fi. in d. verbo. au seigneur*, hæc verba ponit: Cum foresta sit de his quæ sunt subiecta iurisdictioni, *vt in §. 1. huius titul.* cum æquiparet forestam bannalem & altam. Ideo cum fit mentio de domino altæ forestæ, intelligi debet de illo domino, qui habet iurisdictionem, & non de illo qui solum est dominus fundi. Quinimo naturalis
11 ratio † & ius ipsum dictant, vt qui territorium & iurisdictionem habet, is quoque venandi ius & facultatem habeat; *argu. feræ. igitur bestiæ. vers. plane qui alienum fundum. vbi Ioan. Fab. n. 6. 7. & 8. & ex recentioribus Ioan. Schneidewin. numer. 2. 3. &*
12 *seqq. inst. de rerum diuis.* Si enim domini † terrarum possunt prohibere alios ne sua territoria venandi causa ingrediantur, vt notat Iacob. de S. Georg. *in tra. de feu. verb. & cum venationib. n. 1. & 2. Schurff. consil. 1. n. 13. cent. 3. Guid. Papæ dec. 218. num. 1. Zas. in tit. ff. de rer. diuis. n. 12. Tom. 1.* maxime vbi talis consuetudo, vt per Zas. ibi. & notat Guilh. Bened. *in d. c. Raynutius. verb. & vxorem nomine Adelasiam. n. 869. & num. 898. Et Iacob. de S. Georg. in verb. & cum piscationibus. n. 3.* Quid igitur obstaret, quominus ipsimet territoriorum domini, in locis suæ iurisdictioni subiectis, venationes pro libitu exercere queant, cum titulum iurisdictionis & dominii pro se habeant. Tertio, probatur hoc ius venandi, omnium fere testium depositionibus, (paucis exceptis) ad d. 12. addit. qui vnanimiter dicunt, Actores vltra hominum memoriam in quieta possessione deß Wildtbans mit allerley Wildtpret zu jagen / in territorio ipsorum fuisse & adhuc esse. Quia vero præsens causa non leuis est præiudicii, ideo diligentius præcipuorum testium dicta examinanda & ponderanda existimo, licet alias huiusmodi repetitio odiosa, & in recessibus visitationum expresse quoque prohibita sit. Primus testis 60. annorum. ad 12. addit. Er habe nie anders gehöret dann daß die Actores den Wildban mit allerley groß vnd klein Weidwerck iuxta articulum besitzlich herbracht. Rationem addit, Dann er selbsten hinden vnd fornē mit gewesen. Secundus testis 75. Annor. ibidem Actores haben solches (scil. den Wildban) von alters her gehabt / Vrsach / quia vidit Actores jagen. Tertius 78. annor. nunquā aliter audiuit, dann dz Actores alleine die Wildbā gehabt / allerley Schwein / Hirsch / Rehe / was sie gekriegt / zu jagen. Ratio, quia testis ipse mit gewesen / vnnd Actoribus Schweine zugestrickt die sie bekommē. Quartus testis 50. annor. articulum simpliciter verū dicit, vidit & audiuit in der Landtwehr & ad 3. interrog. 14. Actores haben die Wildban jnnwendig der Landwehr / vnd Rei nicht. Quintus testis 60. annor. dicit articulum verum, dieweil jhme gedencken könne / audiuit, vidit, & interfuit. Sextus testis 70. annor. die von M. habē jnnwendig der Landwehr zu jagen / dann es ligt in jrem Gericht / quæ sane ratio tam iuri naturali quam ciuili videtur consentanea. Nonus testis 50. ann. art. esse verū, dann Zeuge habe selbst helffen Rehe fangē / in dem S. Gehölz / sey A. Z. Actorum Jägermeister gewesen. 11. Testis 51. ann. art. esse verum, sey selbst mit auff der Wildban gewesen / Schweine vnd anders helffen fangen. Duo decimus 70. ann. verum, dann er sey bey 50. jahren zu M. wohnhafft gewesen / vnnd bey Zeiten selbst mit auff die Jagt vnd Wildban gezogen. 14. Testis 60. ann. verum, dann er sey selbst mehr dann eins mit gewesen / so weit als der Landgraben vnd seiner Herrn Gehölz wendet / jagē helffen / dann sie Actores haben einē Landtgraben vnd Grentz so weit jhr Gebiet wendet. 19. Testis, 50. annor. verum, dann er habe für dreyssig Jarn / Schweine vnnd ander Wildwerck jagen helffen / nunquam audiuit / daß es gewehret worden. 20. Testis vltra 60. annos, verum, hab es von seinē Eltern sein Lebenlang gehört / auch sey Zeug selbst vielmahl mit gewesen / Schweine gestochen / qui testis immemorialem præscriptionem (si ea opus esset) meo iudicio sufficienter probaret, vt mox dicetur. 23. Testis, 70. annorum, verum, nunquam aliter audiuit, Sey selbst mit auff der Jagt gewesen / daß man droben gejagt inn allen Höltzern / mit allē Kräfften / inwendig der Landwehr / (& sic etiam auff S. Feldern / quia qui dicit † omne nil excludit.) 26. Testis 60. annorum, Er wisse nicht anders / dann die Wildtban sey deren von M. quia audiuit à parentibus, & ipsemet interfuit auff der Schweinhetz vor 30. Jahren. 24. Testis 47. annor. verum, Actores jagen da an allen Enden / ratio, er habe sie sehen Schweine vnd anders jagen. 37. Testis 60. ann. ad d. 12. addit. Er wisse nicht anders / vidit & interfuit, daß man gejagt / vnd habe nie kein Edelmann hereiner jagen dörffen. Et sic omnes fere reliqui testes deponunt optimam dicti rationem reddentes, videlicet, quia viderunt, audiuerunt à senioribus & interfuerunt venationibus, hoc sæpius factum, à Reorum parentibus nunquam contradictum, vt in specie deponit 19. testis Actorum ad 12. addit. & 3. testis ad 13. posit. Sie haben nie gehört oder gesehen / daß es den Klägern were gewehret worden. Et sic concludenter probant possessionē Actorum, quia testis † non debet per verba iuris deponere sed facti. *l. stipulatio ista, habere licere. §. hæc quoque stipulatio. vbi Bar. n. 2. ff. de verb. obl. Dec. cons. 524. nu. 3.* vbi dicunt, si rusticus interrogatus super articulo, deponat aliquem possedisse & tenuisse, ꝙ per hoc probetur possessio: Ideoq; magis procedit in nostro casu, vbi testes plerūq; attestan-

tur de proprio facto absque ipsorum interesse, quo casu & vnicus testis † facit plenam fidem secundum Castrens. *in l. quicunque. num.* 10. *C. de seru. fugiti. Decius cons.* 56. *num.* 4. Nam plena notitia † habetur per visum & auditum, quia sensus † non decipitur circa proprium subiectum *l. sola. C. de testib. & ibid. pulchre Bald.* Cum igitur hi testes non tantum de visu, & facto proprio, sed & de auditu minorum deponant, optime videntur probare possessionem Actorum adeoque immemorialem, præsertim per 20. & 26. testem † vtrunque septuagenarium, qui non solum ipsimet multoties venationibus interfuerunt, sondern sie habens auch jhr Lebenlang von jren Eltern gehöret/das Actores iuxta 12. addit. gesagt secundum ea quæ tradit Philip. Franc. *in capit.* 1. *de præscript. lib.* 6. *num.* 15. *cum seqq.* vbi ex Iapo. ætatem testium, qui de immemoriali possessione deponunt, videlicet, vt sint 54. annorum, describit ita vt scientiam & memoriam habeant de possessione 40. annorum. Nam certum est, testimonium † valere etiam de eo, quod quis vidit in puerili ætate, doli tamē capace, licet alias impubes † testimonium ferre nequeat per text. *in l.* 3. § *lex Iulia. ff. de testibus. & est gloss. not. ab. ibid. in verb. impubes. Alex. consil.* 88. *num.* 23. *volum.* 5. sed testes in præsenti casu plerunque eam ætatem excesserunt vt non solum de possessione 40. annorum & de sua memoria, verum etiam de auditu parentum, maiorum & senum deponunt, & sic immemorialem possessionem † optime probant, quæ non potest aliter quam eo modo probari, per text. *in l.* 2. §. *idem Labeo. ff. de aqua pluu. arcen. tex. in l. hoc iure* §. *ductus aquæ, & ibidem gl. in verb. memoria. ff. de aqua quot. & est.* Est & gloss. singularis ab omnibus approbata *in d. c.* 1. *in verb. memoria. de præscript. lib.* 6. *pulchre Bald. in auth. Quas actiones. nu.* 15. *C. de SS. Eccle. late Crauet. de antiquit. tempor. par.* 4. §. *materia ista. num.* 38. *& pulchre etiam Hieron. de monte Brixiano. cap.* 51. *num.* 56. *&* 57. Verum cum Actores intentionem suam principaliter non fundent super præscriptione immemoriali prout eam etiam nec articularunt, (nec articulari etiam opus fuit) sed potius diuturnæ possessioni suæ, quam proprio non seruitutis iure in proprio territorio habent innitantur. Ideo superfluum puto, plura hoc loco ea de re verba facere.

Quarto, licet per hanc generalem deductionem iuris venandi eiusque vniuersalis possessionis vel q. in territorio Actorum ius quoque venandi auff S. Feldern vnd Hölzern in genere satis probatū esse videatur, iuxta illud quod se fundans † in toto territorio, dicatur se fundare in quacunque eius parte, cum quod iuris † sit de toto quoad totum, idem iuris sit de parte quoad partem. *l. quæ de tota. ff. de rei vin.* & notat pulchre Socin. *in cons.* 127. *numer.* 2. *vol.* 1. & facit, quod qui partis † possessionem apprehendit, totius rei possessionem apprehendisse censetur: Attamen hoc ius venandi, etiam quoad Reorum Felder in S. Bezirck/ in specie quoq; probatum esse arbitror, idque duobus casibus specialibus, quorum vnum recenset 7. Testis ad 12. addit. dicens: Er sey selbst mit gewesen/daß Actores ein Wildtschwein gefangen inn S. Feldt/in den Feldtbüschen/hart oben S. habe einer gestanden J. J. genandt/& 8. Testis ibid. Er sey mit auff der Jagt gewesen / daß Actores Schwein in S. Feldt inn den Feldtbüschen gefangen/vnnd in die Statt haben führen lassen/ quod & ipsimet Rei, in sæpedictis exceptionibus in puncto additionalium, vers. der zwölfft Artickel/ &c. expresse videntur fateri. Et quamuis addant, daß solches auß Vergünstigung deß alten K. vnnd mit der Condition geschehen/ da jhme sein gebühr/auch von den Schweinen gegeben werde / tamen hæc adiecta qualitas vt à Reis probata non est, sic etiam de iure præsumi non potest, cum nunquam quis † credatur iure familiaritatis seu concessionis possedisse, nisi quando alius titulus vel ius excogitari non potest, vt notat Menoch. *de arbit. iud quæst. casu* 160. *lib.* 2. *cent.* 2. *&* Neuizan. *cons.* 80. *num.* 21. præsertim si is qui possidet, vigore vniuersalis territorii ac iurisdictionis titulo actum aliquem exercet, vt in nostro casu: Is enim qui † iurisdictionem exercet, præsumitur dominus illius *Brix. c.* 52. *nu.* 2. Ideoque cum titulum † habeat, non dicitur iure familiaritatis possidere sed ex titulo præcedenti, & sic iure proprio. *Roland. cons.* 9. *num.* 39. *vol.* 3. *Paris. cons.* 75. *nu.* 5. *lib.* 4. *Franc. Curti. Iunior cons.* 168. *num.* 33 *Socin. senior. cons.* 13. *nu.* 17. *& cons.* 15. *nu.* 7. *vol.* 4. Et hoc verum esse dicunt, licet titulus præcedens esset, vt not. idem Fran. Curtius *in d. cons* 168. *n.* 34. *& Soc. senior d. cons.* 13. *num.* 17. *& n.* 27. *lib.* 4. Quia inquiunt titulus etiam inutilis declarat partium voluntatem, quo iure scil. possideant, vt ibi per eos. Supradictis duobus testibus adstipulatur etiam depositio 12. testis. 70. annorum, ad 3. Interrog. d 12. addit. vbi dicit se nunquam audiuisse, daß Rei in Actorum Gebiet geweidtwercket / sed bene audiuisse daß Actores in der K. Feld gejagt haben. His accedat generalis per totam Germaniam (& vt Zas. inquit) forte etiam Galliam, recepta consuetudo, quod domini territoriorum † iure venandi, piscandi, aucupandi, & aliis similibus iuribus in vicinis prædiis, licet ea ratione proprietatis ac dominium ad alios pertineant, plerunque vtantur, vt notat Zas. *in* §. *æque. num.* 24. *instit. de actionibus.* Quibus non parum etiam adminiculatur diuturna patientia Reorum, quod Actoribus nunquā contradixerunt, vt inter alios, 19. testis ad 12. addit. & 3. testis ad 13. posit. expresse deponunt. In seruitutibus enim realibus (qualis & venatio est secundum Zas. *in d.* §. *æque. nu.* 24. *inst. de actionibus. & Schurff. in cons.* 15. *num.* 24. *cent.* 3.) diuturnitas † cum patientia

tientia titulum præsumere facit contra patientem, de qua re Bart. *in l. cum de in rem verso. nu. 4. ff. de vsuris.* Ex quibus iam satis clarum esse puto, sæpedictum ius venandi, tam in genere, in Actorum Landtwehr / quam in specie auff Reorum Feldern satis superque probatum esse.

De turbatione in hoc puncto iuris venandi.

De turbatione Reorum satis constare arbitror, ex propria confessione ipsorum in resp. ad 13. posit. vbi verum affirmant, daß sie sich in der Kläger Landtwehr deß Jagens vnd Wildtbans gebrauchet / licet addant: daß solches Vermög habender Gerechtigkeit/vnd herbrachter Possession geschehen / vnnd dardurch keine thätliche Eingriffe begangen haben. Quæ adiecta qualitas an vera sit, mox in elisione videbimus. Probatur præterea turbatio, per multos Actorum testes, præsertim per 18. ætatis 60. annorum, ad 12. addit. qui dicit, Ob wol Actores iuxta dict. articulum die Wildban vnd Jagt im jrer Landtwehr vltra hominum memoriam besitzlich herbracht/daß solches doch gleichwol jetzo Rei nicht gestatten wöllen / sondern wann man darinnen stelle/so vnterstehē sie sich die Garen zu nehmen/ welches jhr Vatter nicht gethan / Alleine diese junge Gesellen thun es/& ad 3. interroga. huius articuli, Die Alten haben es nicht gethan. Et 19. testis ad 3. interrog. diese K. Weidtwercken da/ aber jhr Vatter hab es nicht gethan. 7. Testis ad 13. position. audiuit von alten G. H. S. daß Rei Actoribus mit der Jagt vnbillichē Eyntrag sollen thun / dann das Gehöltz lige in Actorum Landwehr/auff jhrem Grundt vnnd Boden. Et ita maior pars testium, ad d. 13. posit. deponit, vt 12. 13. 15. 18. 19. 27. & ita fere omnes. Ita vt turbatio seu contrauentio, tam per testes, quam propria etiam Reorum confessione sufficientissime probata sit.

De Elisione.

Defensio siue Elisio Reorum præcipue in probatione 11. Defensionalis consistere videtur, daß Rei Vermög angezogener Lehensgerechtigkeit zu S. vnnd inn desselben zugehörigen Feldern vnd Höltzern/vnd also in deren von M. Landtwehr / den Wildtban von Alters hero gehabt / continuirt vnd herbracht/vnd also in possessione vel quasi solches Wildtbans vnnd Jagens vber 10. 20. 30. 50. 100. vnd mehr Jahr/& sic vltra hominum memoriam vnperturbirt gewest/vnnd noch seyn. Qui articulus an etiam & qualiter probatus sit, videndum est. Pro clariori ac dilucidiori decisione huius puncti, distinguendum puto inter venationem auff M. territorio in genere, & venationem auff Reorum Feldern zum Hauß gehörig in specie, nec n. sequitur ius venandi habent Rei in S. Bezirck/ ergo etiam habent in toto territorio, &c. cum
30 à parte † ad totū non recte procedat argumentatio. *Euerh. in loco à tot. ad par.* Vnde dicit Bart. *in l. cū de in rem verso. n. 10. de vsuris.* Quod si probare velim seruitutem eundi per fundum tuum, & probem me iuisse, vsq; ad medium, quod non probabitur seruitus super toto. Ad prorē (generalem scil. venationem jnnerhalb der Landtwehr) quod attinet, sequenti Dilemmate vtor: Aut Rei hoc ius venandi in Actorum (& sic in alieno) territorio, prætendunt iure proprio: & hoc casu non tam ius, quam generalis consuetudo totius Germaniæ, & forte etiam Italiæ & Galliæ, ipsis repugnare videtur, qua consuetudine introductū est, n aliceat in † territoriis seu 31
guarenis ac defensis alienis (vt DD. loquuntur.) sine permissione domini venari. *Guilh. Benedicti. in repetit. c. Raynutius. verb. & vxorem nomine Adelasiam, n. 868. & seq. & n. 874. per totum. Guid. Papæ q. 218.* vbi dicit, nō solum hoc ita seruari in Delphinatu generali cōsuetudine patriæ, sed etiam venantes in alienis guarenis corporaliter arbitrio iudicantis puniri, q; idem in effectu videtur tenere Iac. Rebuf. *ad l. vnic. C. de venati. fer. lib. 11. n. 3.* Et hoc verum esse dicunt, etiam si Dominus territorii † venationem expresse non pro- 32
hibuerit, hanc videlicet legem allegando. Quia si prohibitio † superioris hoc facere possit, ne 33
scil. venetur in suo territorio, vt in locis iam allegatis, & notat Iacob. de S. Georgio, *in verb. & cum venationib. de feud. n. 2.* Multo fortius legem cōsuetudinariam hoc facere posse, cum enim, inquiunt, facultas occupandi feras bestias, & alia bona ius tribuat de iure gentium, vt *instit. de rer. diuis. §. singulorum, &c.* potest ea procul dubio, consuetudine etiam tolli ac limitari, secundum Ioh. Fabr. *in d. §. Feræ igitur bestiæ.* Quem refert Guilh. Bened. *in d. verb. & vxorem nomine Adelasiam. nu. 869.* ad hoc scil. vt locum non habeat facultas venandi in guarenis, forestis & defensis alienis, sine expresso consensu & voluntate domini, sed bene iuxta vel prope illa, vt ibi per eum, & per Iacob. Rebuff. *allegato loco n. 3.* Vnde putarem Reos quoad primam partem Dilemmatis, nimirū, si proprio iure in territorio M. ius venandi sibi vindicare vellent, non esse fundatos. Aut vero Rei prætendunt dictum ius venandi in territorio Actorum iure seruitutis, vel præscriptionis: Et tunc iterum distinguendum puto inter venationem † deß hohen & venatio- 34
nem deß kleinen oder nideren Weidtwercks / als da seyn Hasen/ Füchs vnd Feldhüner vnd dergleichen/cum nō sequatur, Ich habe Hasen vnd Füchs zu jagen vnnd zu hetzen / vnnd dasselbige præscribirt/ergo so hab ich auch das hohe Wildpret zu fangen. Cum sint diuersæ species, nec de vna ad aliam recte inferatur, sicut nec de vna specie iurisdictionis ad aliam argumentetur. *c. cum olim & c. auditis de præs. c. cū contingat. de decim.* Tantum n. præscriptum, † quantum possessum. 35
Innoc. in c. Tua iam. d. tit. de decim. Felin. in d. c. auditis. de præscript. Alexand. consil. 22. incip. viso puncto. in fin.

in fin. lib. 4. Paris. cons. 114. *nu.* 24. *vol.* 1. *Brixien. capit.* 78. *num.* 16. Ad venationem igitur deß hohen Wildtprets quod attinet, vnico verbo me expedio, eam scil. omnino probatam non esse, referendo me desuper ad acta probatoria. Nec enim vnum inter omnes tam Actorum quam Reorum testes inuenio, qui in specie deponat, daß sie einmal Schweine oder Hirsche auff M. Gebiet gejagt oder gefangē haben. Nec me mouet quod nonnulli Reorum testes, veluti 3. 4. 5. 6. 10. 11. & 12. asserendo 11. art. defensionalem simpliciter verū, videantur in effectu affirmare daß Rei den Wildpan in Actorum Landtwehr besitzlich herbracht/ per ea quæ notat Paris. *consil.* 88. *n.* 8. *& 9. lib.* 3. vbi dicit: quod testis contenta
36 † articuli vera asserens, veram probationem inducat, cum ex tali relatione videantur omnia specificata in termino referente, vt per Bald. *in l. si defensor. §. qui interrogatus. in fi. ff. de interrog. acti.* cui adstipulatur quod 3. testis. ad 5. interr. d. 11. defens. expresse deponit, weil er in S. gewesen/ haben die Rei dē Wildpan gehabt. Si quis enim causas & rationes scientiæ dictorum testium diligentius perpendat, nullā aliam inueniet dann daß sie gehört vnd gesehen / daß Rei Hasen vnd Füchs gefangen haben. Ad quod plurimum facit dictum. 1. Reorum testis, 60. annor. so deß alten K. Knecht gewesen/ ad 11. defension. Es sey eine schlechte Wildtpan / sie fangen weder Hirsch/ Bärē/ oder Schwein/ allein Hasen oder Füchs/ hab er in der K. Holtz fangē helffen. Imo pleriq; d. articulum pure ac simpliciter verum dicunt, & tandem interrogati, was dann Rei vor Wildpret gejagt / vel tacent, vel ignorant, prout ex depositione 3. 4. 10. & 12. testis, ad 8. interro. d. 11. defen. manifeste apparet. Ex quo sine necessario colligi potest, vel dictos testes cuid Wildpan sit, omnino non intelligere, vel saltem ipsorum generalem depositionem vltra venationem deß kleinen Weydwercks / extendi non posse: Cum allegata ratio scientiæ, quoad probationem vniuersalis iuris foresta, adeoq; deß hohen Wildtprets / nec concludens sit, nec generali eorū depositioni congruens aut conformis. Vnde quoad eam nō probat, vt pulchre reducit *Paris. cons.* 107. *n.* 67. *& 68. li.* 1. *Alex. cons.* 1. *lib.* 1. *Dec. cons.* 54. *nu.* 27. *lib.* 4. Talis igitur testium depositio potius ad specialem rationē per eos redditam, restringenda, quam ratio specialis & restrictiua ad generale dictum eorū extendenda erit, per ea quæ notat Paris. *cons.* 88. *n.* 61. *lib.* 1. *& Soc. sen. cons.* 42. *nu.* 11. *vol.* 1. Testium scilicet dicta generalia restringenda esse per rationem specialem, adductam ab ipso teste. Hinc Bald. *in l. conuenticula. C. de Episc. & Cleri.* eleganter dicit, quod vbicunque dictum & si non sit friuolum vel non concludens; tunc trahat ad se dictum & in suam naturam conuertat; & destruat dictum si non congruat rationi. Quamobrem adhuc in ea persisto sententia, vt existimem sæpe dictam venationem deß hohen Wildtprets in Actorum Landtwehr / nec vniuersaliter nec particulariter probatam, & per consequens Actorum intentionem, quoad eam omnino elisam non esse. Ad venationem vero deß kleinen Weydtwercks/ in toto Actorum territorio, & sic ad alteram distinctionis partem quod attinet, tredecim ex parte Reorum in primo Defensionalium testes producuntur, quorum quinque optime pro ipsis deponunt, videlicet 2. 3. 5. 11. & 12. Nam secundus testis 50. annor. ad 11. defension. dicit, Er habe selbst ein Jar oder 15. Hasen vnd Füchs jagen/ hetzen/ vnnd lauffen helffen/ innerhalb der Landtwehr/ zu L. D. K. H. S. vnd allenthalben daselbsten vmbhero / Et ad 10. interrog. d. def. 11. nunquam audiuit, daß Actores dem K. vber die Stein zu jagē oder zu hetzen gewehret. Et ad 14. interr. ja er habe hinvber gejagt vber die Versteinung. Tertius testis 62. annor. ad d. 11. defens. Er habe vor 39. Jahren vngefährlich mit Reorum Vatter an der H. biß an die lange W. an R. Gehölz vielmahls jagen helffen. & ad 1. interr. recenset die Wälde. Quintus testis. 50. annorum ad d. art. Er habe selbst Hasen vnd Füchs in der Landtwehr helffen fangen/ weil jm gedencke/ haben sie da gejagt. Vndecimus testis 95. annorum. ibid. vidit, daß der alte K. sampt den jungen vor 40. Jaren Hasen gejagt in der Landwehr. Et ad 14. interr. Rei haben ohn alles Jnsagen hinvber gejagt vber die Absteinung. Duodecimus testis ad 11. defen. Rei haben für etlich vnd 30. Jaren biß hieher gejagt/ in jrem Gebiet vnd in M. Vorgehölz. Quibus accedunt etiam nonnulli testes ipsorummet Actorum. Videlicet primus ad 2. interr. 14. addi. Rei haben die Hasen jagt inn der Landtwehr. 21. Testis 60. annorum ibid. vidit, daß Rei vnd jhre Eltern Hasen in Actorum Gebieth gejagt. 27. Testis 56. annor. ibid. Er habe sie in der Landwehr sehen jagen. 28. Testis 57. annor. Rei jagen hereiner. 13. Testis 60. annor. ad 13. posit. vidit, daß Rei geritten kommen / Hunde vnnd ander Raytschafft gehabt vnd vmb S. R. vnnd E. R. her gejagt/ habe es vielmal gesehē / vnd fast noch täglich/ & sic pleriq; alii deponunt, vt 18. 19. 20. 22. & alii, &c. Ex quibus iam euidentissime apparet, Reos quoq; suam possessionem vel quasi deß Weydwercks per totum territorium Actorum, sufficientissime probasse. Quid igitur in hac testium pugna constituendum aut statuendum? Dixi supra, Actores vltra longissimā possessionem, tam de iure communi, ratione scilicet vniuersalis territorii ac iurisdictionis, quam de generali consuetudine totius Germaniæ, adeoque ex naturali præsumptione libertatis fundatos esse, cum quælibet res præsumatur libera, nisi seruitus doceatur. *l. altius. l. si in ædibus. C. de seruit. & aqua.* Quod si igitur negatoria actū dicamus (vt puto,) sane nō video, qua ratione supradicta Reorū possessio, ad intentionē Actorum

rum elidendam sufficiens censeri possit, nisi vel
37 de iusto aliquo † titulo, vel de legitima præscriptione Rei docuerint, per ea quæ in terminis iuris venandi tradit Zas. *consi. 6. nu. 1. lib. 2.* Actor
38 enim fundans † intentionē suam de iure communi, obtinere debet, etiamsi nihil probet, & reiicit onus probandi in aduersarium, tam in petitorio quam in possessorio, vt eleganter deducit Vasq. *lib. 2. ill. controuers. cap. 85. nu. 1. & 5. c. 86. per totum.* maxime vero *num. 8.* & in terminis
39 præscriptionis, quod mala fides † præsumatur in præscribente contra eum, qui habet intentionem suam fundatam de iure, tradit idem Vasq. *cap. 87. n. 7.* Quod etiam dicitur, si sola iuris præsumptione intentio alicuius fundata sit, vt hoc quoque casu onus probandi in aduersarium reiiciatur, vt notat Crauetta *tract. de antiquit. temp. §. viso de fama. n. 26. 27. & 28. & Couartu. lib. 2. var. resol. cap. 6. per totum.*

Ad præscriptionem igitur quod attinet,
40 præmittendum ius venandi † notissima Germaniæ consuetudine inter reales ac prædiales seruitutes causam discontinuam habentes connumerari, vt per Zas. *in d. consil. 6. num. 29. & 30. lib. 2. notat idem Zas. in §. aque. nu. 42. instit. de actionib. & Schurff. consilio 1. numer. 42. cent. 3. Gail. obser.*
41 *66. lib. 2.* At certum est seruitutes † aliaque iura realia causam vel vsum discontinuum habentia præscribi non posse, nisi tanto temporis spacio, cuius initium hominum memoriam superet, vt est gloss. magistralis *in l. seruitutes. 4. ff. de seruitut.* & dicit Zas. *d. consi. 6 num. 2. & Schurff. d. consil. 1. numer. 19.* vbi dicit, quod in eiusmodi iuribus causam discontinuam habentibus, duplicatum siue duplex tempus exigitur. Et est bona decisio Guid. Papæ *decis. 573.* vbi *nu. 2. circa medium* dicit, quod prætendens talem seruitutem, causam discontinuam habentem, & non probet se in vsu & consuetudine fuisse tanti temporis spacio, quod de contrario non existat memoria, hoc est, 100. annorum, succumbere debeat, licet probauerit se fuisse in possessione 20. 30. & 40. annorum. Vnde sequitur, in præscribendo quoque iure venandi, tempore opus esse, per quod hominis cuiusq; memoria superetur, vt per Dd. *in locis iam allegatis*, & notat Bart. & alii *in l. 2. in pr. & ibi quoq; gl. in verb. quæsiti. C. de seruit. & aqua & in l. si quis diuturno. in pr. ff. si seruit. vind. cum similibus.*

42 Cum autem Rei † tale immemoriale tempus, vti de iure requiritur non probarint, non opus esse puto, vt multa verba profundam, cum ex toto testium Catalogo, vnus solum sit, qui de 40. annis loquatur: Reliqui vero omnes de 15. 20. & ad summum 30. annis, & sic solummodo à tempore probatæ turbationis deponunt, nec vnus ex omnibus, quotquot sunt, de auditu parentum vel maiorum suorum quicquam dicit, sed de sua memoria tantum. Taceo quod etiam reliqua substantialia, quæ ad probationem præscriptionis immemorialis requirantur (de quibus est gloss. sing. *in capit. 1. verb. memoria. de præscript. lib. 6. & pulcre Bartol. in authen. quas actiones. nume. 15. C. de SS. Ecclesiis. late Crauetta de antiquitate temp. parte 4. §. materia ista. num. 38. & Mynsing. resp. 11. nu. 20.*) à Reis non solum non probata, sed nec articulata quidem reperiuntur.

Accedit quod in seruitutibus, aliisque iuribus incorporalibus & negatoriis seu negatiuis (quale in nostro casu ius venandi est) nec consuetudo introducitur, nec quicquam acquiritur vel præscribitur, contra facultatem iuris prohibendi, nisi præcedente prohibitione, & subsecuta patientia post actum contrarium aduersarii. Text. gloss. & Dd. *in c. significante, & ibi Bald. vers. quæro. de appellation. Henning. Goden. cons. 76. nu. 8. & 10. & prolixe Schurff. d. cons. 1. num. 20. Zas. d. cons. 6. nu. 6. lib. 2.* In præscribenda namque seruitute, aut alio iure præscriptionis introducendo, contra libertatē prohibendi ingressum in fundo meo venādi gratia requiritur factum, & ita prohibitio, ac desuper secutus contrarius actus, vna cum scientia ac patientia † aduersarii, 43
non vi, nec clam, nec precario, alioquin si per mille annos quis vteretur vel non vteretur iure facultatis vel libertatis, & ingredietur agrum meum seu iurisdictionem venandi gratia, nihil penitus faceret, vel pro aliquo, vel cōtra quempiam, nihilque induceret præiudicii illi iuri facultatis siue libertatis prohibendi, quo minus quisque iure suo vtatur libere nunc sicuti ab initio poterat, non obstante vsu vel non vsu contrario, & iam cuiuscunque temporis ipsorum actuum libertatis siue facultatis, vt notat fere iisdem verbis Phil. Franc. & alii *in c. abbate. de verb. signif.* Iam vero si singulas testium depositiones percurramus, nullibi inuenietur, quod talem Actores patientiam præstiterint, prout de ea nec quicquam articulatum. Imo contrarium potius (ꝙ nimirum turbationi Reorum sese semper opposuerint) ex iisdem manifeste deprehenditur. Nam primus Reorum testis ad 11. defens. dicit Hasen vnnd Füchs habe er Reis helffen hetzen/jagen/lauffen / aber Actores seynd nicht mit jnen zu frieden gewesen/vnd habe A. Z. Ciuis M. den Producenten einen Hünerzug genommen/vnnd denselben nicht wider geben. Secundus testis 50. anno. ad 10. interro. 11. defens. audiuit, wann Rei vber die Stein gehetzet / daß sich etliche Bawren mit Worten dawider gelegt. Quartus testis. 97. anno. er wölle nicht glauben habe es auch nicht gehöret/daß Actores den Beklagten das Jagen vnnd Hetzen vber die Stein nachgelassen. Quibus accedūt testes Actorum, puta 30. 52. anno. ad 5. interr. 19. posit. wann die von H. die von B. vnnd die K. in Actorum Gebiet gejagt/habē es Actores allezeit angefochten. 27. testis 70. an. ad 1. interr. 13. posit. Rei haben einmal in S. Holtze gestellet/haben jnen Actores

die

die Garn nehmen lassen / sey vor 15. Jahren geschehen. Nouus testis 50. annorum ad 3. interrogato. 14. addit. Rei haben zu zeiten herüber gejagt/das wöllen Actores nicht leiden. 27. testis 56. annorum ibid. Es sey den Vnterthanen befohlen wordē/ Reos heissen darausſen zu bleiben/ ꝛc. 35. testis. 50. annorum ad d. 3. interrogator. 14. addit. Es sey den jetzigen K. das Weidwerck vnd Jagen per Actores jederzeit verbotten wor-
44 den. Quæ contradictio † & prohibitio proculdubio Reos in mala fide constituit, per *leg. si fundus. C. de rei vind. Zas. d. consi. 6. num. 5. circa med.* præsertim cum Rei etiam contra iuris communis ac consuetudinis prohibitionem venationis factum in alienis syluis ac nemoribus vsurparint. *l. D. Pius. ff. de seru. rustic. prædi. cap. nemo retia. de pac. tenend. & eius. in vsibus feudor.* Ex quibus satis apparet, quod Rei violenter se intruserint in ius venandi, ac turbarint Actores in q. possessione eiusdem, & sic fuerint in mala fide. Quod etiam non obscure videtur colligi ex eo, quod 27. testis 70. annorum ad 1. interrog. 12. posit. deponit, wann Rei Actoribus an jhren Wildtbanen Jnntrag thun wöllen/ haben sie es heimlich thun müssen. Itaque non potest ab illis prætendi vlla possessio vel quasi, ex qua possit causari præscriptio. Imo verius dici potest, violenta & clandestina possessio. *l. si quis diuturno. ibi non vi, non clam. ff. si seruit. vendic.* Habebit igitur
45 hic locum regula qua dicitur, quod vis † metus, clandestinitas faciunt omni tempore cessare præscriptionem. *c. malæ fidei. de regul. iur. in 6.* Nec poterit releuare Reos, quod decim⁹ ipsorum testis ad 10. interrog. 11. defens. deponit, der Beklagten Vatter habe vber alles Eynreden hierüber gesagt/habe es jhme niemand gewehret. Nam vt demus hoc verum esse, tamen ex quo territorium cum omnimoda iurisdictione ad Actores spectat, præsumi oporteret talem ve-
46 nationem † potius iure familiaritatis & amicitiæ, quam vllo iure seruitutis constituendæ, ab Actoribus permissam fuisse. Ad quod facit notabilis doctrina Innoc. *in cap. cum Ecclesia Sutrina. de causs. poss. & propriet.* quod in actibus istis indifferentibus qui iure familiaritatis fiunt. *tot. ti. de acqui. poss.* nimirum si res aliqua iure dominii vel proprietatis ad aliquem pertinet, & alius quispiam in possessione participet, is præsumatur iure familiaritatis id facere. Et hanc iuris præsumptionem, plurimū quoq; iuuant nonnulli Actorum testes, qui expresse deponunt, Reorum patrem permissu ac licentia Actorum aliquando venatum fuisse, veluti 11. testis 89. annor. ad 2. interr. 13. posit. dicens, se ab ipsismet Reorum prædecessoribus von den alten K. audiuisse, daß sie es mit denen von M. hielten vnd mit jrem Willen jageten. & 30. testis. 60. annor. ad 3. interrog. 14. addition. die Alten K. haben nicht gejagt/ dann mit der Kläger Willen vnnd Gunst/ die jetzigen K. aber fragē nichts darnach. & 20. testis ibid. die Alten dörfften nit jagen ohne Actorum Wissen vnd Verwilligung. Ad prædicta igitur facit vulgata regula, qua dicitur; Actus nostros voluntarios non esse extendendos, vltra quam ad id quod volumus. *l. fin. C. ne vxor pro marito, &c. Bart. in l. Titium & Mæuium, §. altero. ff. de administrat. Tutor. Corn. consi. 251. part. 4.* Nunc in proposito, cum constet & in confesso sit, territorium ciuitatis M. ad Actores spectare, necessario præsumi oportet Reorū prædecessoribus, (quatenus venati sunt) nō aliter quam ex gratia & mera voluntate id datum fuisse, ita vt talis venandi facultas veluti precario concessa fuerit, quo casu recte & iure quidē infertur, dictum ius venandi prescribi non potuisse, prout etiam non præscriptum esse concludo. &c.

Nec puto ad rem facere, quod Rei in d. 11. defension. in causa principali prætensum ius foreſtæ, seu deß Wildbans ex inuestituris S. extorquere conantur, dum non erubescunt ponere, sie haben den Wildtban Vermög S. Lehens Gerechtigkeit herbracht. Hoc enim quam à veritate alienum sit, vel ex ipsismet inuestituris Ducum S. satis liquet, in quibus ne vnico quidem verbo, vel iuris foreſtæ, vel venationis mentio fit, prout nec verisimile est, dictos Duces tale ius, quod nostro tempore vel ipsis Reis id affirmantibus, (contendunt enim in sępe dictis suis exceptionibus vers. der 12. Artic. ꝛc. Foresta sey ein Regalstück/ annexam iurisdictionem habens, eamq; non male inter regalia numerari posse.) Reis concedere voluisse, præsertim in alieno territorio imperio immediate subiecto, quandoquidem constat, regalia † non 47
nisi per summum principem concedi & constitui posse. *l. 1 ff. de offi. eius, cui mand. est iurisd. l. imperium. & ibi communiter Dd. ff. de iurisdict. omn. iudic.* Quinimo & si Imperator ipse † hoc ius fo- 48
reſtæ in territorio Actorum Reis concessisset, id tamen sine præiudicio ipsorum intelligendum foret. Princeps enim faciens † alicui gra- 49
tiam; censetur illam impertiri sine iniuria & præiudicio tertii, cum non videatur æquum, vt faciendo gratiam vni, velit inferre prejudicium alteri, quia semper ista conditio subintelligitur, sine prejudicio iuris alieni, vt eleganter notat Paulus Grilland. *Rubr. de relaxatione carceris, Tit. de beneficio, & indulgentia princ. q. 4.* in tractatibus Maleficiorum Angeli & aliorum *par. 2. Pet. Foller. in pract. criminali 1. parte, 2. partis. rub. Audiantur excusatores. &c. n. 69.* Et sunt quoq; hac de re pulcri textus. *in l. nec auus, ibi: nec in cuiusq; iniuriam beneficia tribuere moris est nostri, C. de emancip. li. & in l. 2. §. merito. & §. si quis à pri. ff. ne quid in loco publico. l. quoties. l. rescripta. C. de precib. Imp. offer. l. si quis sepulchrum. in fin. ff. de relig. & sumpt. funer.* & probatur aliis multis legibus allegatis in glo. *d. l. 2. §. merito. & in d. l. nec auus.* Tanto minus ergo verisimile esse potest, p̄dictos Duces S. tanquā inferiores à summo principe, tale venandi ius præ-

ius in prejudicium Actorum concedere voluisse vel potuisse. Et sane cum ex actis plus liquido constet, daß das Hauß S. als es anfänglich den K. von dem Kloster V. gegen ein ander Gut zu S. oder V. vertauscht / vnnd von dannen allererst zu einem S. Lehen gemacht worden / nur ein schlechter Kloster oder Ackerhoff / auch noch zur zeit Reorum patris ein arm vnd loß Ding gewesen / so nicht vber drey oder vier Häuser gehabt / vt supra in examinatione primi puncti ex multorum testium depositionibus ad longum ostensum est, quæ omnia breuitatis causa huc repeto. Quis igitur credat eiusmodi villã seu potius prædium colonarium, iurisdictionem, nedum forestam bannalem (quam Rei inter Regalia referunt) habuisse annexam, cum eiusmodi prędia nõ ad venationes, oder zu Fürstlichem Wildbahn / sed potius ad agriculturas haberi soleant? Ad quod optime facit depositio sexti testis ad 6. position. qui audiuit à patre, daß S. als es noch zum Kloster gehörig / ein schlechter Hoff gewesen / da man allein den Vorraht an Viehe vñ anderm gehabt / auch nie kein peinlich oder Bürgerlich Gericht daselbst gehalten worden. Idem deponit 7. testis ad 1. interrog. 6. posit. qui dicit se audiuisse ab auo, vnd seinen Eltern / so verstorben / daß vorzeiten ein Münch zu S. gewohnet / habe von V. auß dem Kloster Ackerwerck gehabt / vnd mit den K. gekautet. Et melius deponit 23. testis 70. annorum ad 1. interrog. 1. posit. Er hab den Alten dieser Beklagten Vatter gekañt / vnd seinen Bruder / die seyn zu Acker gangen / vñ haben weder Jagt noch Schäffereyen gehabt / wie diese jetzige vorgeben / vñ sey S. vormals ein loser Hoff gewesen / da ein Meyer oder Hoffmeister auff gewohnet / ꝛc. Nam & veteres semper magnã curam gesserũt, ne coloni aliud q̃ agros colerent, vt *tot. tit. C. de agric. & cens. lib.* 11. *& tit. C. nec rusticani ad vllum obseq. deuoc. eod. lib.* 11. Hinc
50 quoq; factum est, vt agricolis † & cẽsitis, seu colonis venatio sit prohibita, ne scil. à necessaria Reip. agricultura diuertãtur, vt pulchre hac de re Guil. Bened. *in alleg. loc. n.* 909. Cum igitur allodium seu prædiũ S. tempore permutationis, prætensum ius forestæ (saltẽ quod ex actis constet) non habuerit annexum. Ideo nec verisimile est Duces S. illud in Reos transferre voluisse, quemadmodum nec transtulerunt, nec transferre etiam in præiudicium dominorum territorii potuerunt, etiamsi id maxime inuestituris reperiretur insertũ per supra deducta. Traditio
51 enim nihil amplius † trãsferre debet, vel potest ad eum qui accipit, quam est apud illũ qui tradit, *l. traditio, ff. de acq. rer. dom. & vulg. l. nemo plus iuris, ff. de reg. iur.* & sic satis constare arbitror titulum ex parte Reorum omnino prõbatum nõ esse. Porro etsi forte dominis videretur, idq; cõtra meam sententiam, solo possessorio, per vtile interdictũ vti possidetis, esse actũ, adhuc tamen idem quod in petitorio concludendum foret, Reorum scilicet possessionem talem non esse, per quam intentio Actorum, quæ alias iure cõmuni fundata, ac notissimâ totius Germaniæ consuetudine munita est, elidi aut perimi possit, cum quia iunior, tum vero quia omni prorsus titulo caret, vt iam proxime ostensum est. Si enim dicta testium hinc inde recte ponderentur, collatione facta perspicuum erit, Actorum testes in probatione antiquioris possessionis, non solum numero, sed & memoria & causa scientiæ præponderare, q̃ vel ex ea apparet, quod nullus Reorum testis reperitur, qui de auditu maiorum suorum quicquam dicat, sed omnes, quotquot sunt, plerumq; de 15. 20. & 30. vnus solus vero de 40. annis, & sic de sua memoria tantum loquantur. Vbi econtra Actorũ testes, quos supra retuli, numero plures, non tantum de proprio visu, de tempore 40. annor. & quidẽ de sua memoria, sed ẽt de auditu parentũ, maiorum & seniorum, adeoq; de immemoriali tẽpore deponunt, vt præsertim ex depositione 20. & 26. testis vtriusq; septuagenarii videre licet. Quamobrem Actores in possessorio quoq; iudicio merito prędferendi sunt. In interdicto n. retinendæ quando † vterq; cõtendit se 52
possidere, & vterque probat (vt in nostra hypothesi) tũc is obtinere debet, qui melius & antiquiorẽ possessionẽ probarit, vt est text. *in l. licet causam, de proba. vbi gl. in verb. vti possidetis, & ibid. ẽt Pan. n. 3. & Fel. late n. 8. Soc. senior cons. 99. n. 13. vol. 4. Dec. cons. 303. n. 8. Bal. cons. 468. n. 8. vol. 3.* vbi dicit, quãdo res omnino est dubia, propter intricationẽ probationum atq; mixtarũ rerum hinc inde, q̃ tunc ille vincere debeat, qui habet antiquiorẽ possessionem. Et ratio est secũdum Dd. quia recẽtior possessio prędsumitur † clandestina 53
& vitiosa, vt notant Bar. Bal. & alii *in l. si duo. ff. vti possidetis, & idem Bal. in l. vnic. n. 10. C. eod. Rol. cons. 46. n. 40. & cons. 72. n. 2. vol. 2. Hier. de monte. Brixi. c. 67. n. 3. & cõiter Dd. in locis supra allegatis, &c.* nisi in processũ litis † de legitima aliqua causa, & iu- 54
sto titulo possidendi iunior possessor docuerit. *Soc. in l. rem quæ nobis, in prin. q. 4. ff. de acq. poss. Alex. cons. 51. & cons. 117. lib. 1.* Quinimo in nostra hypothesi fortius dico, q̃ etsi de antiquiore Actorũ possessione tã manifeste non constaret, quia tamẽ alias intentionem suam, tam iure cõi, ratione sc. vniuersalis territorii & iurisdictionis, quam notissima & quidem inueterata Germaniæ cõsuetudine (vt supra deductũ) fundatã habeant, & Rei de nullo prorsus titulo docuerũt, nihilominus Actores in hoc possessorio iudicio præferri deberent, per ea quæ pulchre notat Vasq. *c. 85. n. 5. ill. cõtrou. & est tex. in d. c. licet causam, de probat. Bal. in d. l. vn. n. 10. C. vti poßidet.* dicẽs æqualitatẽ sic reduci ad inæqualitatẽ, & idem *in l. qui accusare, n. 4. C. de edendo.* vbi dicit, q̃ titulata possessio ideo prędferatur, quia magis iustificatur per viã rationis, & Dd. in locis, quibus supra. Vnde iam satis perspicuũ esse arbitror, in-

tentionem Actorum etiã quoad venationem, deß nidern oder kleinen Weydwercks / vniuerſaliter durch die gantze M. Landwehr eliſam non eſſe. Sed an ſaltē quoad particularem venationem auff S. Bezirck oder jnnerhalb Reorum
55 Verſteinung/& ſic in propriis eorũ † fundis, agris, hortis, pratis, &c. intentata actio euacuata ſit, videndũ eſt. Et ſane conſideratis argumentis & rationib. quas ſupra de intentione de iure cõi fundata pro Actorib. deduximus concludendũ videtur q; ſic. Conſtat n. iure gentium, venatio-
56 nem † vnicuiq; eſſe liberã, preſertim in locis iure dominii ad aliquem ſpectantib. *d. §. feræ igitur beſtiæ, & quæ ibi notantur, Inſt. de rer. diuiſ. Dec. conſi. 197. n. 2. Chaſſ. rub. 13. §. 7. n. 6. & 7. Schurff. conſ. 1. n. 11. & 12. cent. 3.* Cum igitur in confeſſo ſit, ſæpe dictam domũ S. vna cum pertinentiis, iure feudali, & ſic ratione vtilis dominii ad Reos ſpectare: Iam ſatis liquet, intentionẽ ipſorum quoad particularem venationem auff jren eygnen Gütern/de iure cõi & naturali, non minus fundatã eſſe quam ēt Actorum, quoad vniuerſalem venationem in toto territorio, ad hoc ſc. vt pro libitu in ſuo venari & aucupari poſſint, Idq; non iure ſeruitutis aut familiaritatis, ſed proprio, per ea quæ notat Menoch. *d. caſ. 160. lib. 2. cent. 2. n. 20. & Pariſ. conſ. 17. n. 112. lib. 1.* & latius dictum
57 ſupra. Qui autem † fundat intentionem ſuam in iure cõi obtinere debet, etiãſi nihil amplius probet, vt notat Vaſq. *in d. c. 85. n. 1. & 5.* ſiue is Actor ſit ſiue Reus, prout in ſpecie de Reo tradit Ioan. Fab. *in §. retinendæ, n. 29. verſ. item nota, quod agens, Inſt. de interdict. & Vaſq. d. c. 85. n. 9. circa med.* Quibus tamen nõ obſtantib. exiſtimo etiam ex hac parte (ſpecialis ſc. venationis) Actores præferendos eſſe. Et primo quidem propter antiquiorem ipſorum poſſeſſionem, vt ſupra deductum. Cuius rei argumentum quoq; eſt, quod 12. teſtis 80. annorum, ad 1. interrog. 1. poſit. deponit, jhm gedencke wol/ daß kein K. zu S. gewohnet / dann jhm gedencke zweyer Hoffmeiſter daſelbſt. Et ad 2. interrog. 13. poſit. Die K. ſeynd vor 50. Jahren allererſt gen S. kommen/ da haben ſie weder Jagt noch Schäffereyen gehabt. Quod idem etiam affirmat 23. teſtis 70. annorũ ad d. 1. interr. 1. poſit. Er habe den K. (Reorum ſcilicet Vatter) gekennt/ vnd ſeinen Bruder/ die ſeyn zu Acker gangen / vnnd weder Jagt noch Schäffereyen gehabt / wie dieſe jetzige vorgeben/ vnnd ſey S. vormals vnnd tempore Reorum Vatters / ein loſer Hoff geweſen / da ein Meyer auff gewohnet/ prout & plerique alii deponunt. Quod autem Actores diu & ante illud tempus, & quidem à tempore immemoriali, in poſſeſſione iuris venandi fuerint, multorum teſtium dictis ſupra oſtenſum eſt, qui non ſolum de 40. & 50. annis, & de ſua memoria, ſed etiam de auditu & memoria ſuorum parentũ & maiorum deponunt, præſertim vero 20. & 26. teſtis, vterque 70. annorum, ad 12. addit. qui dum dictum articulum verum affirmant, expreſſe deponũt, daß ſie es jhr Lebenlang von jhren Eltern gehöret/ daß Actores deß Jagens/ Hetzens vñ Wildbahns vber Menſchen Gedencken in poſſeſſione vel quaſi geweſen ſeyen. Non igitur relevat Reos, quod intentionem de iure fundatam habent; hoc enim intelligitur, ſi modo probent prius ſe in poſſeſſione iuris controuerſi fuiſſe, quam eos qui modo poſſident, quod per Reos minime factum. Potius igitur hoc caſu locum habet regula, qua dicitur, poſſeſſionem † diu- 58
turnam ſeu antiquiorem transferre in aduerſarium onus probandi, licet aduerſarius habeat intentionem ſuam fundatam de iure, ſicque poſſeſſorem diuturnum ſeu antiquiorem in ſua poſſeſſione vel q. tuendum, vt eleganter & his ipſis fere verbis deducit Vaſq. *in ſæpe allegato c. 85. nu. 5. & c. 86. n. ſimiliter 5. ill. controu.* Et facit etiam quod alibi dicitur, quod habens poſſeſſionem † antiquiorem ſine titulo, præferen- 59
dus ſit habenti poſſeſſionem iuniorem cum titulo, modo ille titulus fuerit acquiſitus poſt illam antiquiorem poſſeſſionem, vt habetur per Alex. *conſ. 88. nu. 18. verſ. ſed præmiſſis, vol. 5. Bald. in diſput. ſua, incip. accuſatus de vi turbatiua, col. pen. Brix. cap. 67. in fin.* Secundo, præferendos Actores puto, propter generalem, nedum totius Germaniæ, ſed & Galliæ & Italiæ conſuetudinem receptam, ſecundum quam non licet venari in territoriis, vicariis, guarenis & defenſis alienis (vt DD. loquuntur) ſine permiſſu ac voluntate dominorum, vt ſupra ad longum deductum, & notant præ cæteris Guid. Papæ *q. 28.* Guilhel. Benedi. *in d. c. Raynutius, verb. & vxorem nomine Adelaſiam, n. 869. & nu. 898. ibi, niſi eſſet conſuetudo, nec alias prohiberi poſſunt ſubditi, & n. 899.* ibi. *Non ergo valet venationis prohibitio, niſi foret prohibendi conſuetudo, vel fieret ex cauſa, &c. Iacob. de S. Georg. in verb. & cum venationibus, nu. 2. Io. Fab. in §. feræ igitur beſtiæ, circa fin. & habet etiam Rot. conſ. 9. n. 26. vol. 6.* Facit quoq; conſtitutio Imp. Fride. *de pac. ten. & eius violator. §. nemo retia, in vſib. feud.* Quæ ſane inueterata & vbique locorum recepta conſuetudo, intentionem Reorum, licet alias iure communi fundatam, proculdubio vincit ac tollit, per ea quæ notat glo. *in l. 2. C. quæ ſit long. conſuet.* & tradunt Dd. *in locis iam proxime allegatis.* Quibus accedit tertio titulus vniuerſalis iuriſdictionis in ipſorum Landtwehr / vt ſupra quoq; in primo puncto deductũ in der Landwehr. Ergo ius quoque venandi eis competit, &c. cum ſint ſeparata, ex quibus nihil infertur per vulgaria, &c. Magna tamen præſumptio † pro ipſis oritur, quæ ſi cum aliis 60
adminiculis, puta diuturna poſſeſſione, ac generali conſuetudine cõiungatur, procul dubio plenam probationem contra Reos inducit, vt eſt tex. *in c. cum cauſam, verſ. & quæcunque adminicula, de proba.* Et quod plures † præſumptiones ſi- 61
mul iunctæ, imo ēt duæ faciant plenam probationem,

tionem, voluit Crauet. *cons.* 158. *n.* 11. & ad longum prosequitur Brixien. *d. tract. de finib. c.* 53. *per totum.* Ex quibus omnibus finaliter concludo, etiam in hoc secundo puncto iuris venandi Actorum ex parte (siue possessorio per vtile interdictum Vti possidetis, siue vtroq; simul actum dicamus) satis probatum esse, & Reos cõdemnandos in communi ac solita forma, videlicet, daß jnen nicht gezimet noch gebühret habe/ Actores an jren Wildbahn/ auch Hägens vñ Jagens Gerechtigkeit / jnnerhalb der Landwehr geklagter massen zu turbiren vnd zu verhindern/ sondern daran zu viel vnd vnrecht gethan haben. Et quamuis in hac actione damna quoq; & interesse veniant, *Ferrar. in forma libelli super actione negatoria, & Pet. Iacob. in rubr.* 17. *de negator. in rem actione*, ibiq; in forma sententiæ: Quia tamen nihil horum nomine petitum, & alias etiam interesse in hoc puncto, vel nullum omnino, vel saltem valde exiguum sit, tacite id prætereundum esse putarem, quemadmodum & cautionem, quæ alias annecti solet, omittendam, cum expensis. Nisi forte domini censerent, ideo eas compensari posse, quia Rei ius naturale pro se habere videntur, & sic intentionem iure fundatam, præsertim quoad venationem, auff jren eygenen Feldern/ Eckern vnd Wiesen in S. Bezirck oder Versteinung/ vt supra ad longum deductum.

PVNCTVS III.

Von Verwüstung der Landwehr.

SVMMARIA.

1 *Causa attentatorum cum causa principali coniungi debet: Ratio huius quæ. num.* 2.
3 *Qui possessionem in interdicto Retinendæ, vel Vti possidetis continuat, is non attentat.*
4 *Per quæ verba petitorium & possessorium intentatur.*
5 *Negatoria actio an quibuscunque verbis proponi possit.*
6 *In actione negatoria quid probandum sit.*
7 *Dominium est causa negatoriæ actionis, sicut & rei vendicationis.*
8 *Qui ciuitatem habet, territorium quoq; is ratione connexitatis habere censetur.*
9 *Territorium est de pertinentiis & accessoriis ciuitatis.*
10 *Is reficit, qui aperit, & qui purgat, & omnes omnino qui in pristinum statum reducunt.*
11 *Iura ciuilia quas pœnas in violatores murorum, portarum & aliorum operum publicorum statuant.*
12 *Quicquid ab iniuria hominum defensum ac munitum est, sanctum esse dicitur.*
13 *Sacra loca ea dicuntur, quæ publice siue in agro siue in ciuitate dedicata sunt.*
14 *Omnia opera, vsui publico nocentia, prohibita & diruenda sunt.*
15 *Pignorationes, mulctarumque receptiones sunt dominii ac iurisdictionis indicia. num.* 25.
16 *Turbare is dicitur, qui alio transitu vel via, quam quæ concessa est, vtitur.*
17 *Electione de loco facta, licitum non est voluntatem mutare, & per alium locum ire.*
18 *Quæ requirantur ad seruitutem in alterius territorio seu fundo probandam.*
19 *Quænam requisita ad seruitutem constituendam sint necessaria.*
20 *Titulus in seruitute ab ipsomet aduersario, qui seruitutem imponit, non a tertio habendus est.*
21 *Scientia & patientia non domini non faciunt resultare præsumptionem in facto alieno, sed in facto proprio.*
22 *Immemoriale tempus quodnam proprie in iure sit & dicatur.*
23 *Requisita ad tempus immemoriale probandum necessaria quæ.*
24 *Tempus* bey 60. Jahren / *ad præscriptionem discontinuarum seruitutum non sufficit, & cur.*
26 *Contradictio domini seruitutis possessionem & præscriptionem impedit.*
27 *Semita,* Fußpfad/ *an sine damno & detrimento ipsius territorii fieri possit.*
28 *Quid ad constituendam itineris seruitutem requiratur.*
29 *Forma actionis negatoriæ quæ.*
30 *Clausula reseruatoria hoc loco quæ.*
31 *Rationes quænam cur interdictum Vti possidetis saltem intentatum censeatur.*
32 *Ius conuentionis quando & cur Reis competat.*
33 *Nobiles* Außträge *non habent.*
34 *Actio quare nulla hic à partibus instituta videatur.*
35 *Verbo,* conqueror, *petitorium & possessorium venit.*
36 *Petitio ex narratis sumenda est, etiamsi ea in conclusione sit omissa.*
37 *Omnis venatio quare Reis sit interdicta.*
38 *Ius venandi ex natura villæ non est.*
39 *Clausula,* noch zur Zeit nit zu erklären / *quem effectum habeat.*
40 *Ius conuenandi quare non facile sit concedendum.*
41 *In causis appellationum licet separatim agatur de attentatis, tamen in sententia causa attentatorum cum causa principali coniungitur.*
42 *Principale semper præualet & cedit accessorium.*
43 *Mandatum propter comparitionem esse non desinit.*
44 *Quod de facto processit, de facto quoque cassari potest.*
45 *Contrauentione in vna parte mandati probata, toti mandato contrauentum est.*

TERTIVS punctus concernit die Verwüstung der Landwehr / qui 14. 15. & 16. posit. Item 13. & 14. additionalibus, iunctis articulis attentatorum comprehenditur, nec multum

difficultatis habet, cum ipsius decisio, ex iis quę supra de vniuersali iurisdictione actorum in eorundem territorio diximus, videatur depen-
1 dere. Quod autem causa attentatorum † cum causa principali coniungi possit & debeat in hoc nostro casu, non puto rem dubiam esse, cum vtraq; pars de continuatione & prosecutione iuris sui contendat, ita vt causa attentatorum necessario cognoscenda sit, vna cum causa principali, vt in terminis interdicti, *vti possidetis*, notat Fran. Herculan. *in tr. de attentatis, n. 20. & pulchre Capitius decis. 72. & decis. 209. Hiero. Manfr.*
2 *lib. 2. de attentatis, concl. 17.* Ratio est, quia † victoria super attentatis dependet à causa principali, & cum dependeat, locum non habet attentati remedium, vt per Capit. *decis. 72. n. 2. & 3.* Et ra-
3 tio rationis est, quia qui continuat † possessionem in interdicto Retinendæ, vel Vti possidetis, non attentat, vt per Cardin. *in c. clement. fin. ext. vt lite pend.* & late prosequitur Manfr. *in tr. de attentatis, lib. 7. par. 7. vers. alius est casus, n. 33. 34. & 35. cum similib.* Porro eandem actionem in hoc puncto intentatam esse, quam supra in præcedentibus punctis dedimus, negatoriam scil. cumulatá cum interdicto Vti possidetis, tam narrata, quam petitio, præsertim libelli attentatorũ indicant, dum in primo articulo attentatorũ ponunt, daß niemand in eines andern Gewälde sine consensu domini dem der Wald zuständig/ Holtz zu hawen gebühre / & in 2. artic. daß auch niemand Actorum Landwehr zu verwüsten/ sine ipsorum consensu zustehe. Et in conclusione libelli petũt pronunciari daß dictis Reis mit Abhawung gemeldter Stämme Holtzes/ in jrem H. M. Holtz in Genick vnd Stegmachung vber die Landwehr/ vnd also dictos Actores an jrem Gehöltz vnnd Landwehr zu beschädigen/ zu turbiren vnd Eingriff zu thun nit gebühret hab. Ex quib. verbis negatoriam inferri ostensum est supra in primo puncto ex Innoc. *in c. conquerente, de offic. ordinarii*, etiamsi implicite tantum ius non esse aduersario contendatur, *Mynsi. respon. 11. nu. 12.*
4 Imo per verbũ † *spectare, pertinere, restituere, &c.* vtrumque iudicium, petitorium scili. & possessorium intẽtatum censeri, notat Contard. prolixe *ad l. vnicam, C. si de moment. possess. q. 13. à n. 34. vsq; ad n. 42.* Et hoc loco breuitatis causa repeto, quæ in primo puncto de natura & requisitis vtriusq; actionis, ad longum à me deducta sunt,
5 hoc saltem addendo; negatoriã actionem † posse quibuscunque verbis proponi, dummodo appareat, quod tuear libertatem prædii mei, quam seruitutis onere alius infringere conatur, vt dicit glo. *in l. 2. ff. si seru. vend.* & adnotauit Mynsi. *in §. æque. n. 39. Inst. de actionibus.* Tenetur
6 autem † hac actione agens probare dominium prædii, vel ius aliquod in eo, cum dominium
7 † sit causa negatoriæ actionis, sicut & rei vindicationis. Igitur ab agente probandum, *Alexan. cons. 136, n. 8. lib. 2. l. in rem, in princ. ff. de rei vindic.* Quinimo DD. tradunt, si intendens hanc actionem in possessione fundi sit, quod tunc sufficiat si vel sola possessio probetur, quia tali casu probata possessione, etiam de dominio præsumatur, cum solum incidenter de eo soleat quæri, vt notatur *in l. quædam in suo. ff. de condit. & demonstrat. Ferrar. in forma libelli actionis negatoriæ, verb. per quandam, nu. 3. Guid. Papæ decis. 28. cum similibus.* Iam si repetantur ea quæ supra in primo puncto de generali seu vniuersali iurisdictione Actorum innerhalb der Landwehr / ad longum deduximus, dubium non erit, quin ipsorum intentio etiam in hoc puncto sit fundata. Ad dominium enim quod attinet, tam propria Reorum (eaq; sæpius repetita) confessione, quam omnium fere testium depositionibus abunde probatum est, daß die Landwehr Actorum. Id quod satis etiam antiqua documenta Imperatorum ac Regum, imo & inuestituræ S. adeoque Reorum defensionales, in primo articulo satis indicant, vt taceam generalem præsumptionem iuris. Naturali enim ratione territorium ciuitati accedit, vt qui ciuitatem † habet, intelligatur etiam territorium 8
habere ratione connexitatis, *Bald. consil. 357. nu. 1. vol. 5. Natta cons. 636. n. 180. & Bald. in l. 1. §. initio. 1. de offic. præf. vrb.* vbi dicit; Nota quod in concessis nomine ciuitatis includitur territorium. Et late Soarez. *allegat. 6.* in concessione & donat. ciuitatis aut castri. Est enim † territorium 9
de pertinentiis & accessoriis ciuitatis, *Innoc. in c. cum ad sedem, n. 7. de restit. spoliat. Oldrad. cons. 176. in fin. Socin. cons. 74. n. 1. par. 1. Boer. quæst. 227. nu. 7.* Quinimo territorium † proprie dominium 10
ciuitatis dicitur. Et declarat Francis. Aretin. *in cons. 77. incip. Et ratio scribendi.* Ad quod optime facit depositio 13. testis 60. annorum, ad 4. posit. qui scit, daß der dreyer Chur vnnd Fürsten Schösser einsmals in Beyseyn Actorum, die Elteſten auß der Herrschafft S. gefordert/ vnnd außgesagt/ daß die Landwehr Actorum; quod idem etiam deponit 16. testis ad 1. posit. iisdem fere verbis. Quamobrem mirum non est, nec inconueniens vel iuri repugnans, quod seriis mandatis Actores prohibuerunt, & adhuc prohibent, ne quis dictum ipsorum territorium, agendo, equitando, eundo, viam faciendo, ligna cædendo, vel aliis quibuscunque modis vastet, seu deteriorem reddat, præsertim cum dictum territorium, vt plerique testes ad decimumquartum posit. deponunt, ad conseruationem pacis, nec non protectionem & defensionem totius prouinciæ soleat haberi ac refici, id quod iuri etiam & tranquillitati publicæ maxime conueniens est. Nam & muros & confines locorum conseruari ac reparari publice interest, quandoquidem vsus rerum publicarum, siue etiam ciuitatis vel communitatis saluus esse nõ possit, nisi etiã reficiantur. Ideoq; prætor eum qui loca talia reficere vult,

tue-

10 ruetur, *l. 1. ff. de via publica & itin. ref.* Is autē † reficit, qui aperit, & qui purgat, & omnes omnino qui in priſtinum ſtatum reducunt, ſecundum Ictum Vlpianum *in loco iam allegato*. Imo gra-
11 uiſſimas pœnas † iura ciuilia in vaſtatores, deſtructores, & violatores murorum, portarum, & aliorum operum publicorum, quæ ſecuritatis cauſa habentur, ſtatuunt, vt notat Ang. *in §. ſanctæ. inſti. de rer. diuiſ. & ibi quoque Fabr. num. 2. & Ioan. Schneidevv. nu. 3.* Quicquid enim ab iniuria
12 † hominum defenſum atq; munitum eſt, ſanctum eſſe dicitur, ſunt verba textus *in l. ſanctum. ff. de rer. diuiſ.* Cum igitur in confinibus ac territoriis, non minor ratio, quam in muris ac portis ciuitatum militet, ſiquidem & ea potiſſimum ſecuritatis & hominum inſidias arcendi gratia haberi ſoleant, idem quoque ius in eis erit ſtatuendum, ſumpto argumento à pari ſeu identitate rationis, *Euerh. in Topicis, in loco à pari*. Vnde Ictus Vlpianus *in l. ſacra. ff. de rer. diuiſ.* dicit,
13 ſacra loca ea † eſſe, quæ publice dedicata ſint, ſiue in agro, ſiue in ciuitate habeantur: quod enim ſanctione quadam ſubnixum ſit, id ſanctum eſſe, etſi Deo non ſit conſecratum, & in ſanctionibus interdum adiici, vt qui aliquid commiſerint capite puniantur, facit pulcherrimus textus *in l. ædificia. C. de operib. pub.* Ex quo textu communiter DD. colligunt, omnia ope-
14 ra, † quæ vſui publico nocere poſſint, eſſe prohibita & diruenda, vt per Fab. & Ang. *in locis allegatis*. Quod autem Actores in poſſeſſione quoque ſint, non tantum d. territorium ſuum quoties opus eſt reficiendi, ſed & ſub certa pœna prohibendi, ne quis illud quocunque modo deſtruat, rumpat aut vaſtet, ſed etiam contrauenientes pignorandi atque mulctandi, &c. teſtibus abunde probatum eſſe cenſeo. Nam quoad refectionem & reparationem der Landtwehr / omnes fere Actorum teſtes ad 14. & 15. poſitionalem, & pleriq; etiā Reorum teſtes ad 3. defen. deponunt, daß Actores die Landtwehr von Alters hero jederzeit / ſo offt ſie à Reis, vñ andern durch reiten / treiben / fahren / gehen / oder in andere Wege eingetretten / vñ verwüſtet worden / widerumb auffwerffen vnd beſſern haben laſſen / daß auch ſolches zur Zeit / als die drey Chur vnd Fürſten das Regiment zu M. gehabt / geſchehen ſey / vt expreſſe deponit 13. teſtis ad 4. poſit. & 6. & 18. ad 15. poſit. & dicit 26. teſtis Actorum, ad 13. addit. Er habe die Landtwehr vor 40. Jahren helffen auffwerffen. 23. Teſtis ad 13. add. audiuit, daß Actorum Landvogt hierumb reit vnd gebiete / das eingefallene in der Landtwehr widerumb auffzuwerffen / led & ſingulis annis quotieſcunque id opus ſit d. territorium ab Actoribus refici, ipſorummet Reorum teſtes, veluti 4. 7. 8. 9. 10. & 12. ad 13. defenſi. deponunt. Præcipue autem hoc loco notandum puto, quod 10. Actorum teſtis ad 14. poſit. dicit, ſe audiuiſſe à ſenioribus, daß die alten Fürſten von S. Actoribus die Landtwehr haben wöllen auffbawen helffen / aber der Raht habe das abgeſchlagen / vnnd geſagt / Sie wöllen jhre Landtwehr vor ſich ſelbſt bawen / welches die Fürſten alſo geſchehen laſſen. Iam vero Actores in diuturna quoque poſſeſſione eſſe ſub certa pœna prohibendi, ne quis d. ſuum territorium, equitādo, eundo, agendo, viam vel pontem faciendo, ligna cædendo, aliisque quibuſcunque modis deſtruat, rumpat aut vaſtet, optime probatur per 8. 12. 14. 19. 22. 24. 34. & 35. teſtes Actorum ad 13. addit. qui omnes dicunt, Es werde jhnen alle Jahr bey hoher Straff (& vt nonnulli deponunt) bey Straff Leibs vnd Lebens in Gehorſamb oder in der Erbhuldigung gebotten die Landtwehr nicht zuverwüſten. 37. Teſtis ad ſecundam interrog. 4. addit. Als die drey Fürſten die Statt jnnen hatten / ſey jhnen von denſelbigen gebotten / bey Peen / zwentzig Gülden / nicht einen Stock in der Landtwehr zuhawen. Rationem allegat vigeſimus quartus teſtis ad ſecundam interrogat. 4. addit. Dann die Landtwehr werde vmb Befriedung willen deß gantzen D. Landts / vnnd nicht alleine dero von M. halben in Bawe vnd Beſſerung gehalten. Porro quod Actores etiam pignorarint & mulctarint eos, qui territorium ſuum quoque modo vaſtarunt vel ruperunt, plerique teſtes tam in genere quam ſpecie verum affirmant, veluti 4. Teſtis ad 13. & 14. addition. Wann jemand vber die Landtwehr reit oder fährt / oder auch darinnen hawe / ſo nemme man den bey dem Halß / vnnd führe jhn in die Statt. Quod idem etiam deponit 5. teſtis, ibid. & 6. teſtis 70. annorum ad eundem articulum, dum meminit haben Actores die jenigen ſo die Landtwehr verwüſtet / gepfändet. Septimus teſtis, wer vber der Landtwehr / dieſelbige mit reiten oder treiben zuverwüſten betretten / der werde ab Actoribus gebüſſet. Nonus teſtis ad d. 14. addit. Es ſey dem Wartſchützen befohlen / wo ſie jemanden dariñen betretten / denſelben zupfänden. Et ad primam interrogat. recenſet caſum, daß einer mit Namen P. in der H. gehawen / der habe ſich müſſen mit Actoribus vertragen / als er Bawholtz in der H. gehawē / auch hab er gedacht Holtz auß S. wider in die H. führen müſſen. 10. Teſtis ad 13. addit. Als er Actorum Diener geweſen / ſey jm vñ ſeinen Geſellen befohlē worden / Auffſehens zu haben / daß kein Steg oder Weg durch die Landtwehr gemacht werde / da ſie nun jemanden hiervber bekommen / der ſey gepfändet worden. Decimusoctauus ibi. Actores trachten dē Verwüſtern der Landtwehr nach Leib vñ Gut. 24. recenſet caſum, daß einer ſo in der Landtwehr gehawē vmb 10. Malter Habern gebüſſet wordē. 31. Das ſeye gewiß / wer durch die Landtwehr ziehe / der müſſe eine Straff geben / dann ſie habe Warten vnd Schläge / dardurch man wandern könne / ꝛc. Et quod non ſolum ſubditi, ſed etiam forenſes & exteri ab Actoribus pignorati at-

que mulctati sunt, plerique testes ad dictum decimumtertium & decimumquartum additionalem deponunt, veluti octauus, dum meminit, Sey es also gehalten worden/wann man jemanden in der Landtwehr betrette / er sey heymisch oder außländisch / so pfände man jhnen/ vidit & audiuit. Decimusnonus testis ibid. vidit & audiuit, wann ein außländischer auff dem Landtgraben hawe/der müsse nicht in die Statt/ Er habe sich dann erstlich mit seinen Herrn abgefunden. Vigesimusoctauus testis, vidit, daß der Wartschutz einem frembden Fleischhawer nachgegangen biß in die Statt. Et ad 2. Interrogat. Actores haben einen gepfändt mit Schafen so von A. gewesen/ der habe jhnen einen halben Thaler zu Abfundt gegeben. Vigesimusseptimus ad 2. interrogat. 14. addit. Einer zu B. sey von den Wartschützen gefangen / vnnd gen M. geführt worden/der habe 30. Malter Habern zur Buß geben müssen. Imo Reos ipsos pignoratos esse ab Actoribus expressis verbis deponit Trigesimusquintus testis ad 2. interrog. 13. addit. dicens, K. sey allwegen vmb zwentzig Groschen gebüsset worden. Quod autem pignorationes
25 † mulctarumq; receptiones indicia sint dominii ac iurisdictionis supra in primo puncto ostensum est, per ea quæ notat de pignoratione Pet. Iacobi *in libello de iurisdictione. num.* 48. *Guid. Papa quæst.* 193. *numero primo, versic. decimo credo. Brixien. de finibus. cap.* 58. *nu.* 15. *ad fin.* Et de mulctarum receptione Roman. *consi.* 70. *num.* 10. *& seq.* Vt sic non modo dominium, sed & possessionem diuturnam, & quidem continuatam ex parte Actorum plus satis probatam esse putem. Iam vero ad contrauentionem Reorum quod attinet, plures casus seu species turbationis, tam propria Reorum cõfessione quam testium depositionibus probatos inuenio. Quarum prima in 15. posit. deducitur, videlicet, daß Rei Actorum Landtwehr täglich mit jhren steten reiten / fahren vnd treiben jhres Viehes verwüsten. Ac licet Rei in responsione ad 15. addit. negant se per tales actus (quos alias veros credũt) territorium Actorũ vastasse vel deterius reddidisse, tamen & illud testibus abunde probatum esse reperio veluti per 12. ad d. 15. posit. Rei haben die Landtwehr mit jrem reiten vnd treiben jhres Viehs verwüstet / aber man hab es auffgeworffen / daß sie es nimmer thun können. Decimusquartus testis d. art. simpliciter verum dicit, vidit, vnd habe er die Landtwehr wider helffen machen. 15. Testis ibid. audiuit, daß Rei die Landtwehr haben lassen eintretten / daß man mit einem ledigen Wagen darvber hat fahren mögen. Quod idem etiam deponit 30. Testis ad eundem articulum 20. Testis dicit verum, daß Rei die Landtwehr mit jhrem reiten / vnd treiben verwüsten. Vigesimussecundus testis ad 16. posit. vidit, das Viehe hinvber treiben / vnd wann es darvber gehe/so trette es den Graben ein. 17. Testis ad interrogatoria 16. posit. das reiten vnnd treiben Reorum vber die Landtwehr habe er vielmal gesehen / als er zu S. gewohnet hab / vnnd habe er der Zeit selbst wol hundertmal mit Pferdten darvber geritten / durch das reiten vnnd treiben / werde die Landtwehr verwüstet vnnd bawfällig. Secunda turbationis species, 16. posit. continetur, daß nemlich die Beklagten an etlichen Enden in Actorum Landtwehr Flachß vnnd anders legen / dardurch die Landtwehr geschwächet / vnnd zu Abfall gebracht werde. Hic quoque articulus & propria Reorum confessione multorumque testium depositionibus, ibidem probatus, vt per 12. Es sey ein Gerüchte darvon gewesen / 13. & 14. testes. Sie haben Innhalt von Bürgern gehöret. 15. 16. 17. 22. 25. & plures alii, haben den Flachß in der Landtwehr ligen sehen / & dicit 25. testis, die Beklagten thun solches fast alle Jahr. Tertia turbationis species, daß nemlich Rei im Genick in der Landtwehr Holtz hawen lassen / 3. articulo libelli attentatorum comprehenditur. Et licet hic articulus à Reis non credatur verus, tamen & is quoque testibus satis mihi probatus esse videtur, veluti per 10. Actorum testem ad 1. interrog. 14. addit. qui dicit, er selbst habe H. vnd seinen Hoffmeister im Gehöltz gegen B. im Genick gefunden/ so Holtz gehawen. 33. Testis ibid. audiuit, daß Rei in der Landtwehr Holtz hawen lassen: Quod idem etiam deponunt 36. & 37. testis, daß es Actores, als sie dessen berichtet worden/haben besichtigen lassen / vnnd es auch also befunden: quorum testium dicta non parum etiam iuuari videntur dispositione 5. Testis ad 3. articulum attentatorum, qui dicit, der Schultheiß habe jhrer etliche geführet an das B. Feldt/ an der Landtwehr hero hab er gesehen Sträuche an der Landtwehr abgehawen / darvnter auch etliche Eychbäum gewesen. Vigesimusseptimus testis ibid. audiuit von H. daß Rei auff der Landtwehr gehawen / wie viel sie dessen gehawen / sey auch besichtiget worden. 30. testis audiuit, daß Rei etlich Holtz gegen dem Hoff B. abgehawen. Quarta turbationis species in quarto articulo attentatorum deducitur, daß nemlich die Beklagten etliche Bäum vber die Landtwehr ziehen/vnd darauß Steig jhres Gefallens machen lassen. Hic quoque articulus propria Reorum confessione in responsione ad d. 4. articulum, & in 5. defens. in causa attentatorum probatus est, nisi quod adiiciunt vigore iuris feudalis id à se factum, cui accedunt etiam nonnulli Actorum testes, videlicet 36. ad 4. articulum attentatorum, & melius idem testis ad 1. interrog. 14. addi. vbi dum multis circumstantiis factum recenset inter cætera dicit, daß W. K. im K. C. durch die Landtwehr geräumet / vnd als jhm vnd seinẽ Gesellen F. R. d. K. zu Fuß mit einem Knecht auffgestossen / vnd sie jnen derhalben beredt / habe er geantwortet / es soll nicht mehr geschehen

schehen / dann er anders nicht verstanden hette / dañ es were ein gemein Fußpfad oder Fußsteig. Sic quoque deponit trigesimus septimus testis ad d.1.interrog.14.addit. Es sey ein Steig in der K. Hoff vber die Landwehr gelegt / addita sciētiæ causa, dann er solchen Steig selber gesehen. Ad quod facit etiam depositio 33.testis ad dictum articulum attētatorum; Es seyn auff der Landwehr drey Bäum gehawen worden / die er selbst laden / vnd in die Statt M. führen helffen / vnd sey derselben Bäum einer hinder S. vber der Landwehr gelegen / den er als ein Vormunder vngefährlich für drey Jahren selbst entzwey gehawen. 16 Quod autem is turbare † dicatur, qui alio transitu vel via, quam quæ concessa sit, vtatur, rem satis planam esse arbitror. Nam & Doctores tradunt, si aliquibus concedatur via vel transitus per aliquod territorium, illud intelligendum esse, quod transire debeant per partem concedenti minus damnosam, & quod ciuiliter se debeant habere, & quando inciuiliter se habent, dicantur contra conuentionem venire, ob idque debeat eligi locus, per quem possint ire vel agere, per textum notabilem *in leg. si cui. ff. de seruitut. titulo generali, & leg. certo generi, §.1. ff. de seruitut. rustic. prædior.* Et postquam 17 est electio † facta de loco, non est licitum mutare voluntatem, & per alium locum ire, vt *in dict. leg. si cui.* Imo cæteræ partes liberæ manent, vt est text. *in leg. certo generi, §.1.* & pulchre hac de re Bartol. Cæpol. *capit. 23. de seruitut. vrb. prædior.*

Cum igitur Actores viam ac transitum communem & solitum in suo territorio habeant, quibus Rei (vt plerique testes deponunt) commode vti possunt, non licitum est ipsis, alias insolitas vias, per quas & territorium deterius fieri, & publica securitas lædi possit, propria authoritate constituere, vt sic, meo iudicio, alterum quoque requisitum, turbationis scilicet, sufficienter sit probatum. Imo etsi Actores eam non tam manifeste docuissent, tamen sufficeret, antiquiorem possessionem ab ipsis esse ostensam. Sicut enim spolium satis probatum videtur, probata antiquiori possessione, ita & in nostro casu turbationis dicendum est, iuxta Bald. *in leg. 3. circa finem, C. si à non comp. iud. Alex. cons. 6. incip. circa processum, lib. 3. Afflict. decis. 327.* Vnde concludo, intentatam actionem in hoc puncto satis probatam.

De Elisione.

Pro elisione Rei præcipue vrgent inuestituras S. quarum vigore hæc omnia sibi licere asserunt, vt in responsionibus ad 15. & 16. posit. Item in responsione ad 4. articulum attentatorum videre licet. Sed hoc argumentum Reos nil quicquam releuat, cum supra in primo puncto satis ostensum sit, nullam iurisdictionem per dictas inuestituras ad Reos peruenisse, quemadmodum etiam nullius iuris vel seruitutis agendi, eundi, lignandi, aut similium seruitutum in dictis inuestituris mentio est facta. Ad seruitutem autem † in alterius fundo 18 probandam requiritur, vt vel pacto aut lege expresse constituta sit, vt pulchre notat Cæpol. *c. 17. de seruit. vrb. præd.* vbi 12. requisita ponit, † ad seruitutem constituendam necessaria: quę 19 vel longissima & quidem immemoriali possessionę (si discontinua sit) cum scientia & patientia aduersarii quæsita sit, est tex. *in l. hoc iure, §. ductus aquæ. ff. de aq. quotid. & æstiu. notat Alexan. cons. 6. vol. 1. Guid. Pap. decis. 573.* vbi dicit, in Camera consilii Delphinatus ita decisum fuisse, quod si asserentes seruitutem non probent, se in vsu & consuetudine fuisse tanti temporis spacio, quod de contrario non existat memoria, eos succumbere debere, licet probent, se fuisse in possessione 30. vel 40. annos. Et quod scientia & patientia aduersarii requiratur, late Cæpol. *d. tit. de seru. vrb. præd. c. 1. n. 30. & 31. Affl. decis. 290.* Sed in nostro casu neutrum horū probatum est. Nam quod nulla Reis seruitus constituta sit, ex tenore dictarum inuestiturarum (vt iam dictum) satis apparet. Imo & si omnes supra dictæ seruitutes à Ducibus S. expressis verbis cōcessæ vel constitutæ fuissent, id tamen Reos in aliquo releuare non posset, cum non sufficiat titulum habere à quodam tertio, sed requiratur, vt quæsitus sit † ab ipsomet aduer- 20 sario, qui seruitutem rei imponere possit, vt pulchre notat idem Cæpol. *d. cap. 19. num. 8.* his verbis: Sit ergo cautus ille, qui est vsus aliquo seruitutis iure discontinue, vt semper alleget titulum aliquem habilem ad constituendam seruitutem sibi, & probet se vsum fuisse illo iure seruitutis per 10. annos inter præsentes, & 20. inter absentes, sciente aduersario & patiente, & obtinebit. Et sit etiam cautus in hoc, vt alleget, se titulum habere ab aduersario, qui possit imponere seruitutem rebus, nec alleget se titulum habere à quodam tertio, quia hoc non sufficeret. Scientia enim † & patientia non 21 domini non faciunt resultare præsumptionem in facto alieno, sed in facto proprio. Quod idem tenet & bene declarat Paul. de Castr. *in l. seruitutes, ff. de seruitut. tit. generali.* Ad possessionem autem immemorialem quod attinet, licet Rei plerisque in locis, tam in Responsionibus quam in Defensionalibus suis in causa attentatorum vehementer eam vrgeant, præsertim vero in 2. & 7. defens. attentatorum, vbi ponunt, daß vltra hominum memoriam der Ende ein gemeiner Fußpfad vber die Landwehr an allen Orten nach M. zu gewesen. Illud tamen immemoriale † tempus (quod plerunq; à Dd. 22 100. annorum spacium definitur. Guid. Pap. *decis. 573.* prolixe Cæpolla *de seru. vrb. præd. tit. 17. n. 5.*) probatum minime existit, quod vel ex eo intelligi potest, quod 12. Actorum testis ad 1.

nterrog. 1. posit. deponit, jm gedencke wol/ daß kein K. zu S. gewohnet/ & ad 2. interrog. 13. posit. die K. seynd für 50. Jahren allererst gen S.
23 kommen. Accedit, quod requisita † ad tale tempus immemoriale probandum necessaria, non solum non probata, sed nec articulata quidem reperiantur. De quibus requisitis est gloss. communiter approbata *in c. 1. de præscript. in 6. & ibi Dd. & notat Mynsing. respons. 11. nu. 20.* Quamuis igitur 4. Reorum testis 97. annorum ad 2. defension. deponit, jhm gedencke bey 60. Jahren/ daß der Fußsteig gegen deß Junckern Hoff zu gewesen/ tamẽ id Reos parum releuat.
24 Primo, quia tale tempus † ad præscriptionem discontinuarum seruitutum (vt dictum est) non sufficit. Secundo, quia non constat de continuata Reorum possessione, etiam per dictum tempus, nec enim potest allegari, multo minus probari, quod Actores vllam patientiam vnquam præstiterint. Ad hoc autem vt præscriptio procedat, exigitur scientia & patientia eius, contra quem fit præscriptio. *l. clam possidere. §. final. ff. de acquirend. possession. Afflict. decision. 290. & Cæpol. prolixe loco quo supra.* Imo ex testium dictis apparet, quod Actores semper restiterint, vnd daß sie solchen Fußpfadt jeder Zeit/ so offt sie dessen jnnen worden/ abgethan/ vnd die Landwehr wider auffgeworffen/ vt supra in probatione huius puncti ex multis testibus ad longum probatum est, præsertim per vigesimum sextum Actorum testem ad 13. addit. qui dicit, Er habe die Landwehr für viertzig Jahren helffen auffwerffen. Et ad trigesimum secundum ibid. testis Actorum Landvogt reit herumb/ vnd gebiete das eyngefallene an der Landwehr wider auffzuwerffen. Et quod singulis fere annis, & quoties opus sit, territorium ab Actoribus reficiatur, multis ipsorummet Reorum testibus, clarum est, veluti per 4. 7. 8. 9. 10. & 12. ad 3. defens. Cui accedunt pleræque
25 pignorationes, † mulctarumque receptiones, non solum contra ciues & subditos Actorum, sed & contra forenses, qui quoquo modo territorium Actorum vastarunt, vel deterius reddiderunt. Imo & contra Reos ipsos, vt supra ex dictis testium satis ostensum est. Hoc autem loco præcipue ponderandum puto, depositionem 4. testis ad 4. interrog. secundi articuli attentatorum, qui dicit, daß auch das Gehen durch die Landwehr nicht zugelassen/ dann wann es die Wartschützen sehen/ so gestatten sie das nicht/ vt sic dici non possit, Reos vnquam in quiera possessione dicti Fußpfadts oder Steigs vber Actorum Landwehr fuisse. Nec e-
26 nim vlla † seruitutis possessio prætendi potest, vbi de contradictione domini constat, *l. final. ff. de seruitut.* Quinimo etsi de contradictione & prohibitione Actorum non tam aperte con-
27 staret, quia tamen dicta semita † oder Fußpfad non potuit fieri sine damno & detrimento ipsius territorii, hoc ipso quidem videntur Actores prohibuisse, per ea quæ notat idem Cæpol. in nostris fere terminis, *sub titul. de seruitut. rustic. prædi. cap. 1. numero vigesimoquarto.* Cuius sunt verba: Dominus in dubio non videtur velle prohibere, quando eundo non fieret domino fundi aliquod damnum, puta quia iret per semitam factam, & non essent ibi fruges. Secus (inquit) si non possent ire sine damno, puta in faciendo de nouo semitam, quia tunc etiam nesciens dominus videtur prohibere, *argumento leg. qui vas, §. vetare, ff. de furt.* vel quando clausisset fundum eum ingredi, vel sæpe vel alio modo, quia per illam clausuram videretur declarare animum suum, quod non vult aliquem ingredi vel transire per illum fundum. Huc quoque facit, quod sextus Reorum testis ad 2. defens. in causa attentatorum deponit, Es sey kein gemeiner Fußpfad gewesen/ sondern eins theils von der Landwehr eyngefallen/ vnd eins theils von Reorum Viehe eyngetretten/ cum quo concordant septimus, decimus, vndecimus & duodecimus testes ibid. qui vnanimiter deponunt, Reorum Viehe habe die Landwehr eyngetretten/ daß man den steig hindurch gemacht. Et 12. testis, Die K. haben das Viehe lassen hinüber gehen/ das also den Graben eyngetretten. Sic vltimus testis, Seithero die Landwehr wider auffgeworffen/ sey deß Orts kein Pfad mehr gewesen. Vnde iudicio meo satis deprehenditur, d. Fußpfad ex nullo iure seruitutis, quod Reis in territorio Actorum competat, sed ex incidenti potius, nemlich auß der Beklagten Verursachung vnd Treibung jres Viehes ortum suum traxisse. Ex quo sane nullum ius vel seruitus Reis acquisita dici potest. Ad
28 constituendam enim seruitutem † itineris principaliter requiritur, quod quis iuerit iure seruitutis, (puta propter vinum, quod creuit, aut quia via publica sit destructa, ita quod ad suum fundum ire non poterit, & propterea per fundum vicini iuit,) alias nullum ius eunti quæritur: sunt verba formalia Bartol. Cæpol. *sub titul. de seruitut. rustic. præd. capitulo primo, numero vigesimo sexto.* Nullus autem testium est, qui dicat, se vidisse constitui Reis seruitutem talem à Senatu, vel saltem quod audiuerit hoc ius Reis competere. Ex quo sequitur, deficere Reos in probatione ad prætensam quasi possessionem necessaria, nimirum quod credidérint, se vti iure suo. Hinc quoque facile liquet, quam parum ad rem faciat, quod Rei in 4. & 5. defensionali ponunt, Sie haben den Baum darumb vber die Landwehr gelegt/ dieweil sie wegen Auffwerffung der Landwehr/ auß jhrem Hauß wie zuvor nicht haben wandern können. Nam dato hoc ita esse, nulla tamen ex eo Reis seruitus eundi constituta vel quæsita dici posset, per ea quæ eleganter notat idem Cæpol. *in loco iam allegato, numero* 26. & 27. Idque eo mi-

nus,

nus, cum omnes testes ad d. 4. defens. vnanimiter deponant, der Artickel sey nicht wahr / dann die Landwehr hindere die Junckern auff M. zu gar nichts / dann die Landwehr sey zu rücke / ad eorum depositiones me breuitatis causa referendo. Vnde finaliter concludo, etiam in tertio puncto intentatam actionem per defensiones Reorum elisam non esse.

Quid pronunciandum? Manendo in terminis negatoriæ, vt in præcedētibus punctis pronunciandum puto, videlicet, daß den Beklagten nit gebühret noch geziemet habe / Actores mit Verwüstung jhrer Landwehr / vnd Gehöltzes / auch sonsten mit gefährlichen vberrennen jhrer Bürger / vñ in andere wege [Nota: In andere wege:] intelligo, von Weg vnd Stegmachung vber die Landwehr /] articulirter massen zu beschädigen / sondern daran zuviel vnd vnrecht gethan / iuxta
29 communem formam † actionis negatoriæ. Singulos turbationis modos seu species, non putarem exprimendos, vt sententia fiat eo breuior, præsertim cum in verbis (articulierter massen) omnes & singulæ turbationis species satis sint comprehensæ. Damna quoque & interesse, cum non minus in libello attentatorum quam causæ principalis expresse petita sint, & alias iuxta naturam intentatæ actionis per se veniant, putarem quoque Actoribus ea adiudicanda esse, quemadmodum etiam petitam cautionem sententiæ annectendam cum expensis, quia Rei omnino malam causam fouent. Quoad punctum implorationis officii iudicis pro reuocatione attentatorum nihil pronunciabo, cum nec à partibus desuper submissum sit, nec aliquid eo nomine probatum existat: Ideo hoc punctum tacite præteribo, vel si
30 dominis ita visum fuerit, forte clausula † reseruatoria addi poterit, videlicet, daß den Partheyen in puncto implorationis officii Iudicis, pro reuocatione attentatorum rechtlicher Ordnung nach zu procedieren hiedurch vnbenommen / sondern vorbehalten seyn solle.

Ad reconuentionis vero causam quod attinet, duas submissiones exigui præiudicii inuenio: Vnam in puncto, den Schafftrieb belangendt / ratione reseruationis & protestationis ex parte der K. & impositionis perpetui silentii ex parte reconuentorum. Alteram in puncto deß Kirchenlehens / ratione termini ad vlteriores reconuentorum responsiones agendi, quod decet, daß man es in puncto deß Schafftriebs / bey der durch D. B. den siebenzehenden Januarij / Anno, &c. sexagesimo quarto gethaner Reseruation vnd Protestation lasse bleiben. Quoad alteram, putarem vel petitum terminum 6. septimanarum præfigi, vel vlteriores responsiones ex officio examinari posse. Verum cum dictæ submissiones per modernos Procuratores, (vt styli ac moris est) vna cum reliquis conclusionibus in causa principali & attentatorum non sint repetitæ, & ex actis appareat, daß die Partheyen selbst in dieser Reconuention Sachen den Proceß zu befördern nicht gemeynet. Ideo in his punctis tantisper in pronunciando supersederem, donec partes ipsæ, quod decet, agerent, hoc est, submissiones factas repeterent.

VOTVM DOMINI CORreferentis DF.

IN mandatis nihil desidero. Ias. *in l. præses, & ibi DD. C. de transf. Mynsf. obs. 18. cent. 3.* Quoad examen subdelegatorum cum Ref. sentio, præcipue cum nihil ex aduerso sit oppositum. *cap. fin. de off. deleg.* & iurisdictionem ex fundamento tacitæ probationis tutius defendi posse, quam ex aliis. Quod ad actionem, cum Ref. possessorium † retinendæ intentatum, vtile videlicet interdictum vti possidetis, quod tamen ego solum dare malim, quam negatoriæ coniunctum. Primo, quod satis Actoribus consultum sit, propter commodum possessionis vel quasi in omnibus iuribus. Deinde quod hoc consultius extendi queat ad punctum attentatorum. Tertio, quod minus sit futurum præiudiciale Reis. Accedunt quarto ex vtraque parte quatuor petitiones cōformes, quæ in meris terminis possessorii fundantur: cum per comparitionem Reorum, mandatum sit resolutum in vim simplicis citationis (*Mynsf. conf. 71. n. 5. & 7.*) punctus mandati iam amplius in consideratione haberi non debet, *Alexand. in l. de pupillo. §. meminisse. ff. de noui operis nunciat. Bart. in l. 1. C. de execut. rei iudic.* propter verba, gebühre vnd zustehe / videri posset petitorium intentatum cumulationem non admitti. *Menoch. 3. retinendæ. nu. 538. &c.* Concludo vtile interdictum vti possidetis intentatum.

An probata & elisa?

Cum ex antecedentibus constet, vtili vti possidetis agi: Possessio & turbatio ponderanda veniunt. Et quidem ad possessionem Actorum & turbationem Reorum quod attinet, primo in puncto iurisdictionis vtraque sumpta, quatenus omnes sub se species comprehendit, adeoque simpliciter iurisdictionis; Deinde in puncto deß Wildbans / tam in genere in toto territorio, quam in specie auff S. Feldern vnd Hölzern / per omnia cum Ref. concludo, ex rationibus per ipsum deductis. De eo tamen dubito, an quoad ius venandi deß Weidwercks adeo late interpretanda veniat, vt Reis omnino vsus dicti iuris adimendus sit, vel saltem conuenatio, so weit sich jhr versteinter Flur erstrecket / & sic in suo proprietatis iure das kleine Weidtwerck zu treiben / vnd zum wenigsten Hasen vnd Füchß zujagen permittenda. Et licet hac quoq; ex parte Actorum intentionem elisam non esse fateri cogar, saltem ad hoc, quod

quod arceri debeant Actores à districtu S.Reis tamen ex aduerso saltem dict.ius conuenationis, in eorum districtu seu territorio proprio, & non vltra prohibere, Allein in kleinen Weidwerck forsan iure fieri non posset, pro qualitate
32 † tamen & circumstantiis personarum, ex æquitate quadam reseruari illud posse non videtur extra rationem futurum. Primo enim constat, per dubitandi rationem Referentis Reorum intentionem de iure naturali & ciuili fundatam. Secundo ex attestationibus doceri posset, hanc ipsam intentionem Reorum, plus decem testibus ad 11.defens. & 8. & 9.interrogat. eiusdem articuli vnanimiter esse probatam, veluti videre licet ex dictis 1.2.3.4.5.6.& aliorum testium, ad d. defension.11. Tertio hoc ipsum Actores in exceptionibus suis contra attestationes Reorum ad 11.defens.in protocollo.fol.140.tacite & simpliciter fateri, adeoque non ægre laturi videntur, dum à Reis den hohen Wildtban/in Actorum Gebiet nullibi, sed tamen das Hasen vnd Fuchß jagen/ probatum esse dicunt. Accedat consuetudo Germaniæ, quæ vt bannalia foresta dominis territoriorum iam dudum addixit, sic quoque liberum exercitium venandi in suis fundis propriis, per eam Reis vix ademptum puto. Concludo in causa principali, & vt supra si placet dominis d.ius conuenandi ex æquitate & allegatis rationibus, libenter meo voto accedo. Ratione damnorum & interesse, prout etiam in puncto implorationis officii iudicis, cum referente. Ratione expensarum in puncto attentatorum condemnare Reos volo, licet in causa principali mallem compensare, nisi domini coniungant causam attentatorum cum principali, Reos vel condemnabo vel compensabo in vna, sicut in alia causa. In puncto attentatorum cum Refer. idque in genere specificatis modis turbationum. Quod ad reconuentionem, cum hactenus vsitatum sit, submissiones repetere, quod in hac causa factum non video, suspendam & ego decisionem, donec partes ipsæ desuper procedant.

Aliud votum D.S. De mandatis vt Refer. iurisdictionem fundatam, quia Duces non potuerunt esse iudices propter suum Interesse, &
33 nobiles † non habent die Außträge / ipsos autem potest defendere ius vtilis dominii. Secundo non necesse est disputare de prorogatione, iuris tamen quod fieri possit, præsertim in præiudicium partis: cuius rei multa extant præiudicia. Tertio quod tum temporis ita styli, quod huiusmodi mandata facile admittantur, præsertim in aula Cæsaris, vt in causa Z. contra F B.

De Actione.

Actum hic principaliter ad pœnam mandati, prout vbique eam vrgent, sed non per omnia adeo conuenienter, quia id futura respicit, vt desistant à turbatione, & verum est, tempore petitæ declarationis nondum fuisse contrafactum, sed ante mandatum esse, puta das Vberrennen / factum. Quamobrem cogitandum puto, an † non etiam ratione man- 34
dati, quoad pœnam pronunciandum, vt 1. coniungendum 2. cum aliis actionibus, quia post litem cœptam contra factum, & adhuc contendunt se contrafacere. Deinde quoad merita causæ, nulla quidem petitio in libellis, ideo non immerito dici posset inepta actio, neque ex articulis aut narratis optime deductis petitio inferri potest, ideoque nisi ex clausula salutari saluari posset, non video quomodo pronunciari de iis queat. Verum quia Dd. tradunt, ex tali clausula, quæ hic quoque adest, tam petitorium quam possessorium intelligi debere, *Ias. in §. omnium, de actionib. numero centesimo trigesimoquinto, & sequentibus.* quod de eis prægnans hic importet verbum † (*conqueror*) 35
vt hic. *Socin. in capitulo secundo, numero sexagesimo sexto, de libell. oblat.* Et eo casu non attenditur conclusio, † etiamsi adsit, sed magis narrata. 36
Socin. consilio nonagesimo quinto, numero vigesimo primo, versicul. cupio secundo, libr. 3. Item, si in quibusdam sit petitio, tamen ad non specificata extenditur, *Alexand. consilio centesimo vigesimoprimo, numero quarto, libr. 1.* Et in specie quod sine conclusione procedat, vt ex narratis petitio sumatur. *Socin. dict. cap. 2. numero nonagesimo primo, de libell. oblat.* Et hic quidem licet alias non adeo multum interesit, vtrum petitorium vel possessorium intentatum dicatur, quia tamen vtili vti possidetis concederem, propterea quod & petitorii intuitu probatio facta in plerisque sufficienter & vtile, ne partes in futurũ lite vexentur & super petitorio, ac forte hoc prætextu molestentur, præsertim cum nec verba, seu narrata ipsa repugnent. Imo nec possessio in primo libello deducta, nisi immemorialis, quæ magis petitorium respicit. Præterea & Rei deducant inuestituram & immemorialem possessionem, adeo vt etiam pronunciari possit super possessorio, inuito Actore. *Natta consil. 289. num. 11.*

An probata?

Probatam arbitror satis, quoad ea quidem, quæ in libello controuersa, Als Gericht/Wildban/ Jagen / Landwehr/ Verwüstung. Vnica difficultas est circa das kleine Weidwerck auff S. Bezirck/ & pro Reis † hæc argumenta sunt, 37
quod in proprio iure naturæ cuique liceat venari. 2. quod possessio longæua hic accedat. Mihi tamen plura pro Actoribus videntur argumenta. 1. Territorium probant, atque superiora iura in der Landwehr. 2. Quod consuetudo iuri contraria, de quo late Zoanet-

tus:

tus. 3. Quod S. olim ad ciues tantum spectarit vt testes deponunt, qui ciues etsi adhuc habeant ius venandi in huiusmodi nemoribus, non tamen intelligi potest iure proprio. 4. Ex natura
38 † ciues Hoses non est ius venandi. 5. Quod inuestituris non continetur hoc ius, cum tamen plura alia specificentur. 6. Testium dicta: Quod antiquitus venati non sint. Quamuis alii testes contra, vt vel ab initio Aduentus Reorum non sit factum, vel post precario, vt alii expresse distinguunt, quibus vt distinguentibus & verisimiliter secundum consuetudinem deponentibus, magis credendum. Nonnulli etiam dicunt, manifeste contradictum, & plures testes non viderunt venari. 7. Manifesto errore tituli Rei innituntur, in inuestitura & immemoriali tempore centum annorum. 8. Quod ipsi Actores in territorio maiores feras sunt venati, quod licet non faciat ad probationem, tamen iuuat. 9. Concurrunt coniecturæ extrinsecus, quia apparet, quod Rei alia iura de facto sibi arrogant, vigore dictæ inuestituræ. Ideoque de fundo proprio feudum fecerunt. 10. Quia familiariter conuixerunt antiquiores, ideo facilius præsumitur concessio, vt dicit decimus octauus testis ad duodecimũ additionalem. Vltimo dicit, quia de consuetudine iurisdictioni solet esse annexum ius venandi, vt videtur tenere non improbabiliter Zoanettus. Ex quibus omnibus facile responderi potest ad elisionem Reorum. Concluderem etiam in hoc puncto generalem intentionem Actorum non esse elisam.

Quid pronunciandum?

Non immerito dubitari potest, cum principaliter actum sit ad pœnam, ideo non apparet, quomodo hoc prætereundum: Etsi enim iuxta communem Dd. sententiam, mandatum resoluatur per comparitionem in vim citationis, hoc est, vt Reus statim condemnari non possit propter clausulam, & quod impetrans Actoris vice fungi debeat, Reus citari, vt ante hæc sæpius & nuper in pleno conclusum: Non tamen sequitur, quod tum Iudex, si nulla, aut iusta defensio non offeratur, ad probationem Actoris, Reum in pœnam non vel condemnare, vel saltem vlteriorem partitionem iniungere, aut si Actor omnino non probet, eundem Reum absoluere possit, vt hinc recte dicatur à Gail. *annotat. lib. 1. obseruat. 19. in fin.* quoad iudicem non extingui, sed suspendi, atque idem præiudicio ostendam, quibus à mandatis Rei absoluti, non à citatione, vt in causa B. & P. contra Bischoffen zu B. Anno &c. 57. vbi inprimis super comparitione & postea super pœna actum est. Item in causa OH. contra B. tertii mandati An. &c. 60. & septimi mandati An. &c. 70. Interdum vero pronunciatum, quod adhuc nondum declarandi in pœnam, sed nihilominus satisfaciendum, vt in antiqua causa, der vier grossen Dörffer in H. contra H. circa annum 34. Quamuis interdum inter easdem simpliciter pronunciatum super iure, quod id non licuerit: sed in casu, quo Actores non inhæserunt pœnæ, vt hic factum non est, cum perpetua repetitione vsque ad finem. Interdum pronunciatum erkennt/daß Rei in die Peen nicht zuerklären/vnd weiter allem Fürbringen nach zu Recht erkannt (vt in causa W H. contra H. & V. an. &c. 62.) vt id arbitrarium quodammodo esse deprehendatur ex re subiecta, & pro qualitate causæ decernere. Hic vero cum præcipue petita sit pœna, & lis desuper contestata, non videtur omnino omitti posse, quin similiter pronũciandum, quod nondum, vel quod omnino non declarãdi sint, & demum super iure, &c. Quod vero in pœnam nõ sint declarandi, facit, quia aliquid videntur præstitisse se defendendo, & illicitis post destiterunt. Sed vt adhuc compescantur metu huius mandati, si nondum extinctum videant, non adeo temere factum puto, præsertim si illa clausula, † noch zur Zeit nicht zuerklären addatur, quæ suum effectum habet, quod tunc, si in futurum contrafaciant, videantur ipso iure incidisse in pœnam: Sed etsi maioribus votis contra visum fuerit, scilicet vt pœna omittatur, similiter ego cum Referẽtibus pronunciandum putarem in genere, non licere Reis Actores an jrem Gericht/Oberkeit/Wildban vnd Jagen in der Landwehr/auch mit verwüstung derselben jhnen Intrag zu thun/oder sonst in andere weg geklagter massen zu beschweren/zu vberrennen/vellem omittere. Et hoc forte tutius, quam si expresse reseruetur Reis † ius conuenandi in proprio, quia lites solent oriri ex communione. Sed & quod nec Actores tentarint ibi venari das kleine Weidwerck/nec puto tentaturos alias pronunciandum, doch den Beklagten das kleine Weidwerck vnbenomen/cum expensis: damna quia non apparent verisimiliter, non adiudicarem, ne nouæ lites & maiores sumptus oriantur. Quoad causam attentatorum, quia separatim specialiter actum, lis desuper contestata, & concluſum videtur separatim pronunciandum, cum forte ea intentione factum, vt putarit, se facilius obtinere posse propter contemptum litis pendentiæ. Et ius separatum quoque videtur ex eo, quod dicitur, 15. & 16. posit. in genere, von Verwüstung. Et quia ita fere styli, vt in causa S. contra W. quamuis secus in causa appellationum, † vbi extraordinarie agitur, seruatur, idque magis hic, cum & factum sit separatum tempore. Actum autem & hic dici posset ad pœnam mandati. Nec dubito, quin si in principali absoluantur, hic condemnari possint. Deinde cumulatum remedium attentatorum,

idque

idque ordinarium per implorationem, vt vocant, Nobilis officii *Hercul.cap.11.& 12. de atten.* Quando causa ordinarie agitur, quoad primam actionem declarari non posse puto, quia illud factum non videtur satis probatum, cum de auditu plerique deponant, etsi probaretur, neque tamen circumstantiæ ostendunt, quod temere adeo sit factum vel dolo, aut malitia. Et quia facilis propter vicinitatem error: ita quoad Steigmachung/ quintus testis dicit, daß sie den Baum darzu nicht gehawen / sondern einer von K. & illi fatentur tamen, daß sie den zu Recht ligen lassen / forte per alios occasione data. Ideo videtur & hic præteriri posse pœna, præsertim cum nec adeo formalis sit petitio pœnæ, nec etiam vsitata in puncto attentatorum. Ideo pronunciandũ, vt supra etiam, quoad ius, &c. quod non licuerit attentare, &c. vel pronunciandum, läßt man es dieses Punctens halben bey der in der Hauptsachen ergangenen Vrtheil. Dubium circa commissarios substitutos, non puto obstare, quia non excipitur, & quia partes possunt tacite ratificare, ℔ non est de substantia iudicii. *Fel.in tit.de off.deleg.* Quoad puncta reconuentionis, in quibus repetitio facta non est conclusionis antiquæ, non puto, etiamsi possit fieri, nos astringi adhuc pronunciare, quia cum tanto temporis spacio non processerint, præsumendum est, eos vel destitisse, vel negligentia procuratorum hoc omissum esse, cum vna cum reliquis punctis potuissent concludere, quod non fecerunt, vt etiam in puncto deß Kirchenlehen. Quoad Schafftrieb/ non displicet, daß man es bey gethaner Protestation bleiben lasse / addendo, dem Gegentheil an jhrem Recht vnnachtheilig/ posset tamen dici in his punctis, vbi nulla facta est repetitio, mögen die Partheyen / ob sie wöllen / förmlich vollfahren. Quod ad interesse Ducum eorum interuentionales, videntur irreleuantes, quia passi sunt vasallos agere, quod tamen prohibere potuissent. *Zas.in l.sæpe.ff.de re iud.* Deliberandum, an expresse reiiciendi tanquam impertinentes, cum hac clausula den Herzogen sonsten jhrem Recht vnd Gerechtigkeit vnabbrüchig/ quia irreleuans videtur, weil sie Landfürsten in D. Ergo & in der Landwehr / quia notorium, plures ciuitates in territorio, quæ alias connumerantur in das Land zu T. ad ipsos non spectare, & in specie hos Actores habere territorium & dominium separatum. Impertinentes, quia non agitur hic de subiectione personæ Reorum, sed iuxta specificationem, von jhren Gerichten Jagen Landwehr verwüsten. Et potest quis esse vario respectu diuersorum subditus.

Aliud votum D.W. iurisdictionem fundatam, quia nihil exceptum, & non est medius Iudex, cum Duces interuenerint, *Mynsc.centur.1. obs.71.* Item quia mandatum decretum est in aula Cæsaris, quod magis fundat iurisdictionem, quam si in Camera decretum esset. Petitorium & possessorium simul intentatum dici cõsultum esset, si petitio dubia & plures actiones institutæ. At vbi vna electa est, amplius variare non licet. Nam talis clausula non operatur. *Gabr.concl.4.de clauſn.12. Alc.lib.5.resp. responso, de singulari certamine.* Eam igitur actionem darem, quæ narratis conuenientior esset, videlicet actionem ex edicto Prætoris, *si quis ius dicenti non obtemperauit*, maxime cum illa actio mere personalis sit. Mandata resoluuntur in vim simplicis citationis, quoad partem, non vero quoad Iudicem. Nec obstat, quod in libello attentatorum vltra pœnam petitur etiam pronunciari, Reis non licuisse Actores an jren Gehöltz zubeschädigen. Nam per hoc solum nõ posset dici ordinariã actionem non institutam, sed omissam, sed ad hoc putarem valere, vt interdictum vti possidetis coniungeremus, *l.cum ex vno.& l.quoties.ff.de oblig.& act.* Debet tamen præualere † principale, & cedere accessorium. 42

Actio an probata?

Etsi mandatum præterita non comprehendat, tamen illi ex postfacto est contrauentum, vt Refer. ex probationibus in libello attentatorum deduxerunt. Vnde est necessarium, quia ego ad causam principalem & meritorum accedere non possum, de extremis actionis, *si quis ius dicenti, &c.* agere, & quidem in causa S. contra S. quod probatio huius actionis dependeat ex meritis causæ principalis dictum est. Primum requisitum esse puto ex *leg.1. ff. si quis ius dicen. non obtemp.* An narrata talia sint, vt secundum ius potestatis exercentis iurisdictionem statim possit mandari, cum alias à citatione inchoari processus dicatur. Nec propter comparitionem † mandatum esse desinit, vel pars 43
impetrans ad ordinariam actionem probandam astringitur, *Alexand.in leg.de pupillo. § meminisse.ff.de noui operis nunciat.* Alioqui cum super priuilegiis & iuribus à Cæsaribus datis fundantur narrata, nos quoque Iudices sumus, & recte à mandato incipimus. *Gail.obseruat.1.libr.1. numer.2.& 3.* alias super nudo possessorio non sumus Iudices. *Gail.lib.1. obseruat.5.& 7.* Secundum requisitum, an narrata in iure & facto vera sint, ita vt ob id solum condemnatio fieri possit, si contra fiat, alio non probato, cum pœnalis non Rei persecutoria sit hæc actio: Ideoque ad maiores tantum Iudices reiicitur. *text. & ibi Zas. in d l.vnic. si quis ius dicenti. in paratitlis.* Tertium requisitum ipsa contrauentio, ita vt quod de † facto processit, de facto et- 44
iam possit cassari. *Bartol.in l.eleganter. num.7. de dolo. Contard.limit.16.nu.14. C.si de moment.poss.appell.fuer. &c.* De primo requisito non est dubium, cum in aula Cæsaris mandatum sit impetratum. Secundum requisitum probatur

docu-

documentis & confessione ad 1. posit. *Gab. de præsumpt. conclus. 9. Brixien. capit. 93.* Tertium (contrauentio scilicet) de præterito probatum est confessione ad 3. articulum, quæ sufficit in interd. *vti possidetis* per turbationem, & qualitas addita in 7. 8. 9. & 16. articulo non est probata, ergo confessiones manent puræ: sed quoad actionem institutam, cum requiratur factum post mandatum, nihil habemus quam quæ in attentat. Klag vel confessa sunt vel probata. Coniunctis igitur probationibus ad libellum attentatorum, & confessione ad 4. art. addit. qualitate adiecta non probata, videtur etiam 3. requisitum satis probatū esse. Nam con-
45 trauentione † in vna parte probata, toti mandato contrauentum esse dicit. *Bal. in c. ad audientiam, num. 11. de rescrip.* Nec separabo libellum attentatorum à causa principali, cum ad eundem finem tendant, præsertim propter conclusionem libelli expressam.

An elisa: Quod ad ea quæ post mandatum attentata sunt, licet probationes satis fragiles sint, quia tamen confessio in responsione ad secundum & quartum articulum clara est appendice adiecta non probata, putarem non elisam, per textum *in l. prætor ait, §. 1. de noui operis nunciation.* Si tamen dominis placuerit, Reos noch zur Zeit nicht zu erklären per præiudicia à domino S. allegata, sed sub comminatione ferner zu gebieten/ne Rei Actores in ipsorum Ober Recht vnd Gerichtbarkeit / auch Wildbahn vnd Landwehr Inntrag vnd Beschweren sollen. Item vt simul in interdicto: Vti possidetis pronuncietur, non displicet, ita tamen non concepta sententia, ne iuris cõuenandi in specie fiat mentio, quia prohibitiones huiusmodi dominorum contra ius dicuntur simpliciter, neque vllum habent effectum, nisi præscriptione ad hoc requisita probata, quæ in acquisitione prohibiti fundatur; quæ hic probata non est. Item in 10. interrog. ad 11. art. defens. simpliciter videtur admissa intra limites. *Soarez. in verb. venatio. in communibus opinion. Tiraq. de nobilitate. cap. 37. nu. 130. Marc. decis. 530. parte 1. n. 4. Iason consil. 119. lib. 4.*

Causa reconuentionis videtur à partibus neglecta, & cum repetitio non sit facta, mag man es stecken lassen / biß sie selbst handeln. Quoad damna & interesse cum domino S. cum sint exigua, alias cum expensis. Quoad punctum implorationis officii pro reuocatione attentatorum, præsuppositis deductis per Referentes, non volo pronunciari nec reseruari ad euitandas lites.

Aliud Votum.

D. B. Quoad iurisdictionem fundatam, rationibus ante à me deductis vtor. Quoad actionem, inspectis articulis omnibus, apparet partes se fundasse super petitorio, licet etiam cumulatum sit interdictum, Vti possidetis. Ideo cum vtilior actio danda sit, institutam esse negatoriam cum interdicto Retinendæ, eamque tamen circa ea, quæ in articulis expresse continentur, tantū probatam esse & non elisam cum Referentibus. Et pronunciandum in genere, non exprimendo singulas species, vt in forma S. & sub hac pronunciatione comprehendetur etiam causa attentatorum, quam coniungerem cum causa principali. Quoad klein Weydwerck in districtu S. cum Rei aliquo modo probarint exercitium, putarem reseruandum esse, si fieri possit. Et forte negatoria actio extendi non poterit ad dominium in S. cum illud ad Reos pertineat. Quoad pœnam mandati illam omnino præterirem, cum non appareat Reos post emanatum mandatum turbasse, nec suspenderem pœnam etiam quoad Iudicem, cum partibus semper integrum sit, si amplius turbentur iure se defendere, cum expensis. Damna & interesse præteribo. Quoad causam reconuentionis cum Referentibus. Sic etiam in puncto implorationis officii.

Aliud Votum.

D. I. Quoad mandata, iurisdictionem & nullitates cum Referentibus: ex prorogatione tamen maxime fundatam esse iurisdictionem Præiudicium in causa M. contra O. B. *Guid. Pap. quæst. 285. Vantius de nullitat. ex defectu mand. num. 102.* & subsecuta ratihabitio domini, ex quo de nouo constituerunt, ratione mandati cum clausula, cuius pœna petitur, actionem ex edicto, *si quis ius dicenti &c.* directe dari posse arbitror. Ego puto mandatum tantum quoad partem resolutum esse, non vero quoad Iudicem, vt si pars releuantes causas vel probatas exhibeat, à mandato & citatione absolui, sin minus, ei exceptionibus non obstantibus iniungi possit, vt mandato adhuc pareat, comminatione declarationis pœnæ, & nihilominus in causa principali, vel citationis pronunciari possit, cum aliquid feciisse videatur: Vnde à pœna excusanda pars. *Iaf. in l. 1. §. fin. num. 34. Si quis ius dicenti, &c.* facit, quod quælibet causa excusat à pœna. *Gail. obs. 19. lib. 1.* Ergo exceptionibus non obstantibus partitionem adhuc iniungendam, & Reos nondum declarandos in pœnam. In causa principali, negatoriam cum possessorio intentatam, idque ex articulis, tam additionalibus quam positionalibus videre est. *Neuizan. consil. 79. n. 1. Menoch. in prælud. rem. 1. recuper. n. 11.* Probatam actionem cum Referente.

Non elisam: Etsi enim possessio iuris venandi in proprio fundo S. probata aliquo modo videatur; vt secundum eam pro Reis pronunciari possit, cum verisimile non sit, Actores ignorasse: attamen petitorium quod ab Actoribus probatum, puto illam possessionem absorbere, cum expensis, damnis & interesse volo pronunciari in genere in toto territorio; causam attentatorum coniungam simul cum principali. In puncto implorationis non pro-

nunciabo. In causa reconuentionis den Schafftrieb & Kirchenlehen betr. etiamsi non sint repetitæ conclusiones, tamen quia parui momenti, putarem nos ex officio (vt causa promoueatur.) pronunciare posse, & hoc in puncto vt Ref. in puncto responsionum, posse responsiones examinari.

Aliud Votum.

D. F. Iurisdictionem fundatam, vt ante cum & maiores nostri nullam constituerint differentiam inter litigiosam & turbatam possessionem. Intentatam puto actionem in factum *ex l. 1. ff. si quis ius dicenti, &c.* quæ duo continet capita, pœnam & clausulam iustificatoriam, ita vt cognitio nostra versetur in cognitione pœnæ & super iustitia causæ. *Ias. in d. l. 1. § fin. num. 24. si quis ius dicenti non obtemper.* In narratis videtur se Actores magis fundasse in petitione, quam possessorium intentatum esse, modo defectus iurisdictionis nobis non obstaret. Sed inhærendo meæ opinioni, recte intentatam actionem in factum, p probatã Zent oder Gerichtszwang. Quoad omnimodam iurisdictionem cum Actores eam nec in personas nec in bona Reorum sibi vindicent, & Ducibus S. quoad ius collectandi, & Reis quoad modicam coercitionem, ius scilicet quoad Eyngrieff deß Wildbans/Verwüstung der Landtwehr vnnd Vberrennung der Bürger probatum puto: De hoc saltem dubito, an ius venandi in propriis fundis So viel das kleine Weydtwerck Reis competat, vt & ex dictis testium apparet possessionem tam Reorum quam parentum ipsorum probatam esse, quorum intentio iuuatur iure naturali & plus quam notoria consuetudine Germaniæ, quod Nobilibus liceat lepores venari in suo, cum nec ex directo dominio minus ex territorio tanquam à plane separatis ad iurisdictionem arguere liceat. Et vix puto locum esse negatoriæ in præsenti casu, Dominio directo huius prædii penes Duces S. vtili vero apud Reos existente, vt videre licet ex articulis. Nollem tamen Reis, vt vel soli in suo venarentur vel simul cum Actoribus, per expressum reseruare, sed si in dubium aliquando vocaretur hunc casum declarare. Manendo igitur in terminis mandati, pronunciandum putarem, daß Rei noch zur Zeit in pœnam mandati nicht zu erklären/ nec ipsis licuerit, die Klägere an jhrer Zent oder Gerichtszwang/auch der Wildtbahn Eyngrieff zu thun/die Landtwehr zu verwüsten/ auch sie die Kläger sonsten geklagter massen zu beschweren/ licet mallem pronunciare super singulis turbationibus in specie cum expensis & damnis: Interesse nullum vel exiguum; Causam principalem cum attentatorum coniungendam.

Ad reliqua puncta quod attinet, cum conclusio sit de substantia iudicii, puto desuper pronunciari posse iuxta formam Referentis. Nam hoc ipso fungitur Iudex suo officio, & est partib. liberum postea litigare necne. Vel pronunciandum, si partes desuper procedere voluerint, quod illud audiri & desuper fieri quod iuris est, debeat.

Aliud Votum.

D. P. Iurisdictionem fundatam, actum ex Edicto Prætoris quoad causam principalem, negatoriam cum vtili vti possidetis. Pœnæ declarationem non esse faciendam, sed vlteriorem paritionem iniungendam, Actionẽ probatam non elisam, coniungendam causam attentatorum cum principali, & in vtroque casu condemnandos Reos in expensis, propterea transeunda tacite damna & interesse tanquam in hac causa minima, quarum Prætor curam non habet. Venationis specialis deß kleinẽ Weidwercks Reorũ ex probata longæua possessione in sententia nullam mentionem facerem, cum id neque petitum, neq; qua ratione pronunciando in Negatoria id fieri commode possit video.

In puncto reconuentionis & implorationis officii, cum non sit submissum, ex officio Iudicis, propter tanti temporis taciturnitatem non pronunciabo cum Referente.

SENTENTIA DEFINItiua communioribus Dominorum votis, in sequenti forma publicata est, 30. Ianuarii, Anno 79.

IN Sachen Bürgermeister vnnd Rath der Statt M. Klägern eins/wider H. vnnd W. die K. Gebrüdere Beklagte anders Theils/ vnd dann die Herren Hertzogen zu S. in actis benennt als interuenienten mandati de non turbando am Keyß. Hoff außgangen/ ist dero den 27. Nouemb. Anno 62. vorbrachter articulierter Petition vnverhindert allem vorbringen nach zu Rechte erkannt/ daß gedachte Beklagte inn die Peen berührtẽ Keyß. Mandat einverleibet/ noch zur Zeit nicht zu erklären/ doch jnen nicht gebühret noch gezimmet habe/ermeldte Klägere an jrer Zent vnd Gerichtszwang/in vnd vmb S. dergleichen an dero Wildtbahn/vnnd Jagens Gerechtigkeit in jhrer (der Kläger) Landtwehr/auch mit Verwüstung derselben/vnd sonsten in andere Wege/articulierter massen zu turbierẽ/zu verhindern/sondern daran zuviel/vnnd vnrecht gethan/ derowegen von solchen allen abzustehen/ sich dessen hinfüro zu enthalten/vnnd neben Erstattung der erlittenen Schädẽ gnugsame Caution zu thun/auch die Gerichtskostẽ/derohalben auffgelauffen/ jhnen Klägern nach rechtlicher Ermässigung zu entrichten/ vnnd zu bezahlen schuldig seyen/ als wir sie zu solchen allen hiemit condemniren vnd verdammen. Vnd mögen die Partheyen sonsten (ob sie wöllen) in den vbrigen Puncten rechtlicher Ordnung nach vollnfahren.

VOTVM

VOTVM II.

In causa Deß S.K. contra A.

SVMMARIA.

1 *Pœna maleficii de iure communi est mors & confiscatio bonorum.*
2 *Sagarum pœna est bonorum confiscatio vna cum famæ & vitæ priuatione crudelissima: quæ ab ecclesia toleratur. num. 3.*
4 *Maleficæ grauissimis pœnis dignæ sunt: nec sola mors huic crimini sufficiens est. num. 5.*
6 *Consuetudo Germaniæ in crimine maleficii puniendo generalis est, & quænam.*
7 *Nulla pœna magorum improbitati puniendæ est sufficiens, & cur. num. 8.*
9 *Sagæ sunt maximæ hæreticæ, & duplices, interdum triplices apostatæ: & ratio quæ. num. 10.*
11 *Sagæ pœnis hæreticorum & apostatarum dignæ sunt.*
12 *Hæretici præter mortem corporalem etiam bonis cunctis priuandi sunt.*
13 *Supplicium vnius sæpe multos alios saluos facit: & pœnas delictorum timere vtile est.*
14 *Bona hæreticorum sunt confiscanda, nec ad eorum liberos peruenire possunt.*
15 *Bona Reis læsæ maiestatis punitis confiscantur, & eorum filiis vita saltem ex misericordia conseruatur.*
16 *Confiscatis bonis parentum an portio aliqua filiis reseruetur.*
17 *De bonis proscriptæ matris an filiis aliquid debeatur.*
18 *Qui omne excludit, nihil prorsus reseruat: & qui dicit omne, nihil excipit. num. 19.*
20 *Argumentum à læsa maiestate temporali & humana ad offensionem diuinæ maiestatis absolute valet.*
21 *Authent.* bona damnatorum, Cod. de bon. proscript. *an iura antiqua indistincte corrigat, & in quibus casibus.*
22 *Ea quæ hoc casu certam interpretationem semper habuerunt, & longo vsu sunt obseruata, nequaquam prohibita esse censeri, multo minus per inhibitionem sine clausula contra ius nulla ratione inhiberi debent.*
23 *Appellatio contra confiscationem bonorum matris interposita, an ad inhibitionem decernendam prosit.*
24 *Accessorium naturam sui principalis sequi debet.*

1 QVod de iure communi pœna † maleficii sit mors, & confiscatio bonorum, tradit Clarus *in §. hæresis, numer. 25. vers. pœna autem.* cui quoad confiscationem concordat Spomeus de strigibus, *c. 12. vers. confirmatur & tertio, &c.* asse-
2 rens, sagarum † quasi hæreticarum, bona confiscari, vna cum famæ & vitæ crudelissima pri-
3 uatione. Pœnam tolerari † ab ecclesia Malleus
4 malefic. 14. *quæst.* & quod maleficæ † grauissimas mereantur pœnas tradit. Nam huic crimini 5
sola † mors non sufficit. Bodin. *de dæmonom. lib. 4. capit. 5. folio mihi* 387. ibi, *si iterum crimen*, sed propter nimiam atrocitatem tam amissione bonorum externorum, quam famæ & corporis merito dignum est. Quod & generalis Germaniæ † consuetudo seruat & insequens 6
est omnium priorum authoritatem, qui hanc pestem omni rigore castigandam, sapientissime semper suaserunt, quanquam non satis respondeat rigoris vocabulum, cum nulla sit tam crudelis pœna, quæ puniendæ † magorum 7
improbitati queat sufficere: Omnia enim ipsorum scelera, blasphemiæ & instituta ex professo inuehuntur in maiestatem Dei, vt mille artibus irritent & exacerbent eum, Bodin. *dicto capit. folio* 375. *& folio* 385. idem denuo ingeminat, dicens, cumque hoc sit ante omnia detestandum crimen, tanto grauior pœna conuenit maleficio, adeo vt *fol.* 386. subdubitet, an non discrimen huius criminis ab aliis amplissimum. Nam hoc ante omnia alia nempe abominandum est, quod ad iudicium mortis quoque (nedum ad publicationem bonorum, quod *folio* 188. intrepide firmauit) ex violentis solum probatis præsumptionibus procedi possit. Præterea supradicta consuetudo etiam hac ratione iuris iuuatur, quod lædens † maiesta- 8
tem summi Principis vltra supplicium gladii etiam omnibus bonis priuetur, sed grauius est delictum, (ideoque si non grauiorem saltem parem meretur pœnam) æternam quam temporalem offendere maiestatem, *authent. Gazaros, C. de hæret. & Manich.* quod faciunt sagæ, imo secundum Malleum malefic. *dict. quæst. decimaquarta, de enormitate maleficarum*, mihi *folio* 160. ibi, *vel diuin. mai.* inter læsæ maiestatis diuinæ crimina hoc atrocissimum est.

Deinde cum sagæ sint maximæ † hæreticæ, 9
& duplices, interdum triplices apostatæ, tum corde, ore & opere non solum, sed etiam fidem abnegant, eo quod fœdus † cum morte & pa- 10
ctum cum inferno pepigisse noscantur, idcirco pœnis hæreticorum † & apostatarum omni- 11
no subiacere debent. *Malleus malefic. dicta quæstione decimaquarta, folio* 133. *versicul. pœnis ergo, &c.* Hæretici autem † præter mortem corporalem 12
etiam bonis omnibus priuantur, *eodem titulo.* Quod maleficæ grauissimas mereantur pœnas, rationem eiusmodi confiscationis assignat *ca. 1. & 2. 23. causa. quæstione septima*, vbi dicitur. *scriptum legimus, labores impiorum pij & iusti edent.* Quapropter magis mirandum esset, si hæreticis aliquid relinqueretur, & bona ipsorum eis non auferrentur, & *d. cap.* subduntur hæc verba: *Si quædam iam præcisi possidere cœpistis, quia vobis ablata nobis Dominus Deus dedit, non ideo concupiscimus aliena: quia illius imperio cuius sunt omnia, facta sunt nostra, & iuste nostra sunt: ad omnes enim*

impios & iniquos illa vox Domini valet, auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur parti facienti iustitiam. Item in libro Sapientiæ: *Iusti tulerunt spolia impiorum.* Et in prouerbio: Thesaurizantur à iustis diuitiæ impiorum, *c. 4. dicta quæst. 7.* alia etiam ratio additur *in l. bona fides, §. nam male, ff. de poss.* scilic. vt alii aliorum exemplo territi ad eadem maleficia accedere non præsumant. Expedit e-
23 nim delictorum pœnas † timere ac sæpe supplicium vnius multos alios saluos facit, *lege, si vnus, §. pacta quæ turpem, ff. de pact. authen. de mandatis Principum, & ibi gl. in verb. supplicium.* adde Clar. *in d. §. hæresis, num. 13. Chassan. ad consuetud. Burg. folio mihi 350. de confiscat. verbo primus est, idem versic. decimus, & versic. sex. vide omnino d. authent. Gazaros.* quæ hoc casu à maiori ad minus argumentatur à læsione maiestatis humanæ ad offensionem diuinæ, disponens, omnia bona hæreticorum esse confiscanda, ita vt ad eos vlterius nunquam reuertantur, adeo quod etiam
24 filii illorum † ad successionem ipsorum peruenire non possint, quæ authentica est canonizata *in capit. vergentis, de hæretic.* vbi habetur, cum secundum legitimas sanctiones Reis læsæ maiestatis punitis capite bona cõfiscentur eorum,
25 filiis † suis vita solummodo ex misericordia conseruata, quanto magis qui aberrantes in fide, &c. vsque ad finem. Et ibidem notab. gloss. *in verbo, exhæredatio,* ex quo textu & gloss. manifeste patet, ne legitimam quidem liberis etiam Catholicis ex bonis parentum hæreticorum relinquendam esse, qua de re vide Chassan. *ad consuetud. Burg. de confiscat. folio mihi 381. numero vigesimoprimo, vigesimosecundo. & §. final. quæstione vigesimaoctaua, numero vigesimosexto.* vbi tractans
26 hanc quæstionem, an confiscatis bonis † parentum reseruetur filiis aliqua portio, ait, scias tum quod in bonis matris, quando ea confiscantur, propter illius delictum filii nihil debent habere, per text. *in l. de bonis matris, C. de bon. proscript.* & sic quidem dos matris minime debetur, nam
27 text. inquit, de bonis proscriptæ matris † nihil
28 deberi filiis: sed qui omne excludit, † nihil penitus reseruat, *l. Iulianus, ff. de leg. 3.* Item qui di-
29 cit † omne nihil excipit, *gloss. in l. à procuratore, C. mand.* Idem de dote aperte affirmat Bonacoss. *in com. opin. versi. confiscatio, §. confiscatis bonis vxoris. Soarez. in thesau. com. apud lit. C. n. 268. Clar. §. fin. q. 78. n. 15.*

Demum cum iuxta d. text. & authoritates ar-
20 gumentum † à læsa maiestate temporali ad offensionem diuinæ maiestatis absolute procedat, etiam quoad simplicem hæresim tantum, certe eadem argumentatio multo magis locum habere debet in sagis omnium hæreticorum peruersissimis, secundum Bodin. *dicto tit. lib. 4. cap. 5. num. 376. & seq.* vbi nouem horrendissima crimina recensет, quæ sagæ in Dei offensam & grauissimam læsionem directe committunt, eoque nomine impiissimo scelere reatum læsæ maiestatis diuinæ incurrunt, *dicto folio 376. 398.* Qua de causa asserit Malleus malefic. *dicta quæstione 14. in princip.* per totam. Sagarum flagitia cuncta mala, quæ Deus fieri finit, ac vsque in præsens à principio mundi fieri permisit, tam in culpis quam in pœnis & damnis, quoad præuaricationem virtutis & legis moralis peccata excedere. Postremo cessantibus etiam his vrgentissimis rationibus, tunc sola consuetudo sibi ipsi sufficeret, ac confiscatio hoc casu locum sibi vindicaret. *Clar. d. quæstione septuagesimaoctaua, numero primo. Bodin. capit. 5. folio 394.* ibi, quam consuetudinem generalem & publice olim receptam non potest legitime Iudex omittere. Nec obstant quæ Clarus *in d. §. hæresis, in fin.* tradit, quia eis refragatur prædicta totius Germaniæ publica consuetudo. Secundo respondetur, quod Clarus ibi loquatur de sortilegiis, maleficiis & incantationibus, quæ sine expressa conuentione ac societate cum Diabolo inita, ac citra prauitatem hæreticam perpetrantur, vt sunt nodationes ligularum, incantationes & sortes, quæ vsurpantur ad tentandam alterius pudicitiam, & amoris conciliandi alteriusve finis, qui non sapit manifestam hæresim, gratia, quam artem pueri quoque colunt. *Bodin. dicto capite quinto, folio trecentesimo nonagesimosexto, & seq.* vtrobique in fine secus est, sagis conuentionis expressæ, cæterorumque maleficiorum conuictis per supra dicta. Nec obstat † *authent. bona damnato-* 21
rum, Cod. de bon. proscript. quia illa non corrigit indistincte iura antiqua, sed tantummodo in illis casibus, in quibus pœna confiscationis bonorum est imposita in consequentiam alterius pœnæ. Et ideo in illis, in quibus à lege antiqua est expresse imposita pœna confiscationis bonorum, vt sunt læsio maiestatis diuinæ & humanæ, hæresis, &c. per d. authent. non sunt correcta iura antiqua, *Clar. d. quæst. 78. numer. 1. & 3.* Quibus iuribus antiquis vsu immemoriali approbatis etiam ordinatio Crim. Caroli Quinti *articul. 218. in fin.* non modo nullatenus derogat, sed ea expresse confirmat, ibi, auſſerhalb deß Laſters der Beleidigung vnſerer Mayeſtät oder ſonſten in andern Fällen/Nota, ſo der Vbelthäter Leib vnd Gut nicht verwirckt/ ꝛc. sc. de iure communi vel rationabili consuetudine, vt accidit in nostris terminis. Nam eiusmodi reseruatio operatur indubitatam renouationem, id est, nouam confirmationem iuris communis. Hinc infertur ea quæ hoc † ca- 22
su certam interpretationem semper habuerunt longoque vsu obseruata sunt, prohibita esse minime censeri, multo minus ea per inhibitionem sine clausula contra ius nulla ratione inhiberi debere. Quinimo sicut *in authentic. vt nulli iudicum, §. final. in fin.* dispositum est.

Quam-

Quamuis regulariter in delictis pœnæ corporales & pecuniariæ certo modo minui possint, quod tum in crimine læsæ maiestatis rigor legum plane imminutus seruari debeat. Ita idem multo strictius in crimine læsæ maiestatis æternæ, quoad prædictam consuetudinem obseruandum est, cum illa consuetudo in Teutonia vim legis generalis vsu publico ac vniuersali consecuta sit. *Bodin. dicto capite quinto*, Sed quod bona paterna supplicantibus olim delata & sub bonis matris contenta, bona aliena sint & in confiscatione patrimonii materni non veniunt. Clar. *dicta quæstion. 78. numer. 11. in fin. ac num. 12.* Ideo fisco seu Iudici recte sine clausula inhibetur, si cum his illa quoque vindicare velit, præsertim cum hic non seorsim, sed vna cum citatione per viam appellationis, petita sit inhibitio, nec curandum est, quoad denegationem inhibitionis confiscationis bonorum matris, an ea inique vel iuste publicata sit, nec ne, quia in dubio pro Iudice præsumitur, donec de nullitate euidenter doceatur. Interim autem Iudici inhiberi nequit, per vulgar. de quibus vide Gail. 1. *obseruat. 127. numero decimo, obseruation. 144. numero sexto.* Quinimo licet inhibitio emanaret, tum ei non esset parendum, siquidem ius permittens hoc casu confiscationem, illi resistit. Mandos. *de inhibit. quæstione septuagesimaprima, numero decimoquarto*, quem omnino vide. Nec ad inhibitionem decernendam hoc casu prodesset appella-
23 tio contra confiscationem † bonorum matris interposita: quia cum confiscatio sit accessorium tale, quod prorsus dependet à sententia capitali, pro qua propter autoritatem rei iudicatæ & executionis præsumitur, cum hoc ac-
24 cessorium † in ventre principalis includatur, & ab eo separari, ac de eo seorsim cognosci non possit, quia stante validitate capitalis summæ & confiscatio firmata erit: illius autem nullitate comprobata, hæc quoque irritabitur: Ideo appellatio hoc casu nil operatur, nec executionem impedire potest, siquidem vt ex ordinatione per appellationem à sententia capitali, causa principalis ad Cameram deuolui nequit, sic etiam nullum nec deuolutionis, nec suspensionis hoc casu sortitur effectum appellatio. *Mandos. de inhibit. quæst. 59. numer. 6.* Et hoc nomine inhibitio facta ad friuolam appellationem non potest impedire executionem. *Herculan. de attent. capite vigesimooctauo, numero vigesimo & vigesimoprimo.* Vnde cum hoc loco sit merus Iudex nullitatis inhiberi non potest, *quæst. 24. per totam.*

Sententia: Ist gebettene citatio vnd inhibitio wider die Fr. Bischoffliche Weltliche Räht vnd Stattgericht zu D. so viel die in supplicatione angezogene Vätterliche Erbschafft betr. erkant den 14. Septembris, Anno, &c. 87.

VOTVM III.

In causa B. contra A.

Svmmaria.

1 *Forma contractus ad eum cognoscendum inspici debet.*
2 *Contractus ex conuentione legem accipit.*
3 *Pacta in contractu apposita, eius proprietatem & qualitatem indicant.*
4 *Differentia inter mutuum & emptionem annui reditus quæ.*
5 *Talis quisque in mente præsumitur, qualis per causam dispositionis est.*
6 *Studium Theologorum versatur circa interpretationem iuris diuini, quoad opera Domini nostri Iesu Christi.*
7 *Vsura in solo mutuo vero vel interpretatiuo consistit.*
8 *Emptio reddituum licita ex personali obligatione non constituitur.*
9 *Reditus nihil aliud est quam simplex pensio.*
10 *Assignatio generalis omnium bonorum tantum pro securitate debiti fit.*
11 *Generalitas incertitudinem rei inducit.*
12 *Vendens rem quam vendit, designare & exprimere debet.*
13 *Emptor repetitionem sortis sibi nequaquam pacisci aut reseruare non potest.*
14 *Res pro censu obligata debet esse vendibilis & fructuosa.*
15 *Reditus annuus super omnibus bonis indefinite emi nequit, & cur.*
16 *Certa quædam bona hodie pro solutione census venditi determinate obligantur, & quomodo.*
17 *Forma moribus vtentium inducta ita mordicus obseruatur, ac si à lege publica esset præscripta: & à forma antiquitus constituta recedere non debemus. num. 18.*
19 *Qui contra solitam formam mercatur, mala fide mercari censetur.*
20 *Modus contrahendi insolitus actum alias per se etiam licitum reddit suspectum.*
21 *Abbas an ex fideiussione à se præstita ecclesiam suam obligare possit?*
22 *Contractus principalis vbi propter defectum formæ vel resistentiam legis non valet, nec hypotheca quoq; fideiussio, & cætera accessoria subsistunt.*
23 *Delinquens in legem non debet ex ea commodum ciuilis obligationis contra fideiussorem consultum reportare.*
24 *Lex quædam prohibitiua aut annullatiua quoties contractui resistit, tunc fideiussor eiusmodi contractui inualido accedens, in nihilo obligatur.*
25 *Contra præcepta legum qui contrahit, is contra ius gentium facit.*
26 *Nemo cum alterius iactura seu damno locupletari debet.*
27 *Abbas sicut bona ecclesiæ alienare nequit, ita nec fideiubendo grauare.*

28 *Prohibitus alienare, prohibetur quoque fideiubere.*

29 *Eadem ratio prohibitionis, & idem fauor ecclesiæ militat in fideiussione, quæ in obligatione alterius contractus.*

30 *Mulier contrahere prohibita sine consensu consanguineorum, censetur quoque prohibita sine eorundem consensu pro alio fideiubere.*

31 *Argumentum ab hypotheca ad fideiussionem in iure valet.*

32 *Ecclesia an pro alienis debitis teneatur.*

33 *Prælatus ex fideiussione aut alia quauis intercessione pro alio bona Ecclesiæ obligans, incurrit pœnam suspensionis ab administratione temporalium & spiritualium.*

Reditus annuus.

VT hæc causa iusto iudicio definiatur, Primo, ex facto inquirendum est: Qualis sit ille contractus, ex quo agitur. Secundo, dato eum sapere veram emptionem annui reditus, ex iure iudicandum erit, an eiusmodi reditus ex persona vel generaliter ex omnibus bonis (nulla re speciali expressa) constitui possit. Tertio, an Abbas fideiubens pro alio obliget Ecclesiam ac suum successorem. Quarto, an ad hoc vt Abbas & conuentus fideiubendo pro alio obligent Ecclesiam, requirantur solennitates, *c. sine exceptione. 12. q. 2.*

Quantum ad 1. quæst. Ex verbis obligationis planum est eam continere contractum veri mutui, ex quo emptori facultas, quandocunque libuerit repetendi sortem, reseruata est: 1 ad cognoscendum enim contractum † forma contractus inspicienda est, *Sichar. in l. 1. num. 27.* 2 *C. de pact.* Siquidem contractus † ex conuentione legem accipiunt, *l. in conuentionalib. de verb.* 3 *oblig.* Et pacta apposita † in contractu indicant eius proprietatem & qualitatem, vt ait Bal. *consil. 87. vol. 1.* Pactum autem de reperenda sorte quandocunque libuerit in emptore esse illicitum, probatur in *extrauag de empt. & vend. c. 1. §. sed ad hoc huiusmodi census venditores. Et causa 2. §. sed quidem dementes, &c.* ratio est quod inducat verum mutuum, sicque contractum reddat vsurarium, iuxta resolutiones patrum Societ. Colleg Rom. *circa quæst. vsurar. art. 2. vers circa secundum. & c* ibi, in Germania prohibitum dicitur edictis pactum de reemendo. Quapropter vbicunque vrget illa l. imperialis, census sub ea emptus prohibitus & illicitus, est. adde reformationem guter Policey de Anno 1548. tit. Von wücherlichen Contracten. §. vnd nachdem/ ibi. vnd die Loßkündigung der Gült Verschreibung/bey dem Verkauffer vnnd nicht bey dem Kauffer stehen / vnangesehen wie dieselbige Gült Verschreibung gestellet/vnnd was darüber gehandelt/wöllen wir daß dasselbige/vnd alle andere vnzimliche pacta, oder Geding / für wücherlich vnd vnkräfftig gehalten / vnnd von dem Richter nicht darüber erkännt oder geurtheilt werden sol / Cui adde nouiss. reformationem der Policeyordnung de Anno 77. secundum Gail. *l. br. 2. obseruat. 7. numero septimo, & 13.* inter mutuum † & emptionem annui reditus 4 hæc differentia est: Quod pecunia mutuo data salua manet creditori in eo, quod illam repetere potest secundum conuentionis legem, sed in emptione sors tanquam precium in venditorem illico transfertur, adeo vt emptor eam quamdiu reditus soluitur reuocare aut repetere nequeat. Cum igitur facultas repetendi sortem emptori concessa decreto gratis contractui emptionis sit à propria contractui mutui, sequitur obligationem, in qua Actor conatur fundare suam intentionem ex forma, verum mutuum non emptionem significare, secundum quam formam & indicatur de intentione contrahentium, quo scilicet mutuum contrahere voluerint. Etenim talis † quisque in mente præsumitur, qualis per 5 causam dispositionis est. *Bald. consilio secundo, numero secundo, volumine primo.* Verum in contractu mutui tanquam vsurario à iure Canonico, quod in hac materia propter fauorem animæ & conscientiæ præfertur iuri ciuili, magis credimus Canonistis quam Theologis, quorum studium † occupatur, circa inter- 6 pretationem iuris diuini, quoad opera Domini nostri IESV CHRISTI. *Graf. 1. com. opi. 7. quæstio vndecima, in fin. Corat. de com. opin. l. 2. & 9. cas. 11. numer. 75. & consilio trigesimo. numer. 151. 152. 153. Neuiz. in sylu. nupt. lib. 5. numer. 69. circa medium. Euerh. in loco ab authoritate. versicu. sed circa istud. Kirchov. com. conclus. cent. 1. conclus. 6. vers. quid autem ad ius voc. reddendum.*) ac illum pragmaticis sanctionibus imperii esse improbatum demonstratione nulla eget, vide tamen Gail. 5 *dicto numero decimotertio.* Et summam Angel. *verbo vsurario. in princ.* ibi, secundo additur rei mutuatæ, quia in solo † mutuo vero vel 7 interpretatiuo consistit vsura secundum omnes Doctor. Et ex mutuo stipulata pensio vera vsura est, iuxta Molin. *d. numer. ducentesimo quadragesimoprimo.* ibi, intelligitur de simplici pensione, quæ est vera vsura, cum fit accessio sortis & lucrum ex precio, quod est reprobatum, vt ait Chassan. *in Catal glor. mundi p. 12. consil. 99. limit. vigesimaquinta, vers. aduerte tamen ad vnum, ibi, ideo videtur.*

Deinde in nostro casu nullam fuisse contractam emptionem reditus annui, sed solummodo mutuum vsurarium inde apparet, quod ille reditus non sit constitutus super certa aliqua re immobili, siquidem vt comparatio annuorum reddituum non sapiat vsuram necesse est, quod reditus fiat de bonis vel super bonis. Quapropter si ratione illius fieret relatio ad personam, contractus omnino

esset

esset vsurarius, cum vere per pretia faceret pre-
8 tium. Nam emptio † redituum licita (& hæc dicuntur pro resolutione secundæ quæstionis principalis) non potest constitui ex personali
9 obligatione, cum nihil aliud esset † reditus, quam simplex pensio, (quæ secundum prædicta vsuraria videtur) cum nec quidem super bonis vendendis generaliter, sed necessario super certo fundo aut prædio, vel super certa domo, aliave re immobili constitui debet, quia in generalitate videntur contrahentes tum habere respectum ad lucrum preca-
10 rium. Et illa assignatio generalis † omnium bonorum fit tantum pro securitate debiti, atque ipsa pensio potius videtur prouenire ex persona vendentis, quam ex bonis generaliter obligatis, nempe, vbi vendens nulla bona immobilia possidet, sicut accidit in nostro casu. Cardinalis enim Otto nulla bona matrimonialia immobilia vnquam possedit, famæ per totam Sueuiam vigentis, & notorietatis teste luculentissimo.

Præterea, contractus redituum indefinite vel generaliter super bonis constitutorum etiam hac ratione censetur vsurarius, cum non sit secundum dispositionem dictæ extrauagant. *de emption. & vendition.* tunc solum tales contractus approbantem, quando reditus constituitur super certa re expressa, id est, eo nomine certitudinarie obligata, per textum *capit. 1.* ibi, *bonis in ipso contractu tunc expressis pro ipsius census annui exsolutione in perpetuum obligatis.* & *capitu. 2.* ibi, *ex domibus, terris, agris, prædiis, possessionibus & hereditatibus, qui in huiusmodi contractibus expressi fuerunt, pro dictorum solutione redituum & censuum (in vendentium securitatem & fauorem) efficaciter obligantes, &c.* Quæ certitudo non cadit in illam generalitatem, quoniam generalitas in-
11 ducit † incertitudinem rei. Quibus adde Redoan. *in tractat. de rebus Eccles. non alienand. titul. de condition. quibus annui reditus licite imponuntur. numero primo.* vbi sic ait: Prima conditio est,
12 quod oporteat vendentem † designare & exprimere rem aliquam, quam vendat, & alius emat, puta domum vel agros, & rei vel rerum designatarum tantum debet fieri emptio & venditio, ac ea sola manere debent obligata ad solutionem prædicti census, & nō alia vendētis bona, quia si bona vniuersalia, cum persona vendentis obligarentur, vt fit in nostro casu, iam destrueretur emptio & venditio, & esset mera oppignoratio, ac inde contractus fieret vsurarius: ac tandem *numero quarto* subdit alteram conditionem esse, quod em-
13 ptor repetitionem sortis † sibi nullo modo paciscatur aut reseruare possit. Tertia conditio
14 est, quod res obligata † pro censu sit vendibilis & fructuosa, & quod annuus reditus, pro cuius solutione talis res est obligata, non excedat valorem fructuum, qui ex re ipsa percipi possunt, vt idem tradit *ibidem numero sexto*, & postmodum *numero septimo*, decisiue inferr, emptiones redituum tolerandas esse, si prædictis conditionibus sint informatæ: sin secus, nulla ratione easdem sustinendas esse asserit, quoniam tunc destruitur emptio & palliatur vsura, ac emens accipit rem ipsam contractu vsurario tantum in pignus sui pretii. Adhæc cum ista pretia concernant animam, ad suos tantum terminos à iure approbatos restringenda sunt, ne alioquin peccato ac prauitati vsurariæ detur occasio, quippe sub hac cautela obligationis generalis bonorum pro annuo aliquo censu alteri persoluendo, plurimi nec minimam glebam aut cespitem alicuius fundi immobilis possidentes illicite, ac non sine detestabili crimine vsurarum cohærent: Cum enim sæpe dicta generalitas comprehendat tam bona mobilia, quam immobilia, atque in illis solis verificari possit, non tam facile quam crebro prælegata iura in fraudem animarum sub hoc prætextu ab iis nulla bona immobilia tenentibus pernitiose eluderentur, & in licentiam iniquitatis vsurparentur, atque ita vnde minime conueniat, inde iniustarum actionum vsuriorumque contractuum ansa præberetur, vt in terminis redituum inquit Imperator Iustinianus *Nouella centesima sexagesima circa principium.* Et hæc omnia sunt de mente Chassan. *in dicto versiculo, aduerte tamen ad vnum. cum sequent.* Insuper, quod reditus super persona sola constitutus sit fœneratitius, tradit sum. Syluest. *de vsur. 2. numero duodecimo. versiculo sexto.* Quartum, nempe, si persona, in qua fundatur, non sit fructifera per aliquam notabilem industriam, quia etiam census realis, id est, in re fundatus est illicitus & non permittendus, si fundetur in bonis non fructiferis, vt plerunque sunt omnia mobilia, vt textus in prælegata resolutione *articuli 3. de cens. person. Et in forma contractus in Germania passim celebrati, &c. propositione decimaquarta, decimaquinta, ac decimaseptima.* & quod annui reditus sint constituendi super bonis seu rebus aliquot, alioquin constituti super persona vendentis, contractus emptionis fit prorsus illicitus, iniquus, vsurarius, vel saltem de vitio huius criminis suspectus, ac ideo reprobandus, frequentissimo omnium suffragio affirmari tradit Couarruuias *3. resolu. 7. numero quinto. versiculo, ego sane etsi, &c.* Item, quod communis sit
15 opinio, super omnibus bonis † indefinite reditum annuum emi non posse, sed oportere, quod super certo fundo aliave re constituatur. Idem eodem loco *nu. 5. in pr.* ex Chassan. refert, cui opinioni Chassanæi ego quoque cum hoc sale distinctionis inhærendum esse existimo, vt scilicet in contractu ex parte venditoris tantum redimibili ea procedat, si tempore emptionis vel bona mobilia vel immo-

bilia naturaliter & ciuiliter fructifera possideat: Tunc enim generalis & indefinita constitutio super omnibus bonis, quoad iustificationem contractus, non potest sustineri in mobilibus, & cæteris infrugiferis, tamen sufficit eam in reliquis rebus ad constituendum super iis annuum reditum habilibus fundari, nempe, cum ex generalitate obligationis ad hoc non minus, quam ad illa mens cõtrahentium respexisse intelligatur, quoniam verba generalia referri debent ad singula specificata, quatenus id ratio recti sermonis, aut natura negotii patitur. *l. prima. §. generaliter. de leg. præstand. Corn. consilio 9. nu. 6. vol. 1.* & ita non modo ex natura rei, sed etiam ex recta intentione contrahentium licita, ac de vitio vsuræ minime suspecta, censeri debet emptio: Secus, si vendens tempore constitutionis annui reditus nulla bona immobilia vel mobilia fructifera possederit, & emptor pro fundamento requirat rem fructiferam, siquidem in censu emitur ius, nõ in rem ipsam, sed in fructus illius rei, & in hoc solo fundatur iustitia census vel redituum in prædictis resolut. patrum societatis, *art. 2. §. 2.* Sequitur ergo, constitutionem annui reditus factam super omnibus bonis ab eo, qui tempore emptionis nulla immobilia & mobilia fructifera habuit, esse illicitum, cum nullum habeat subiectum iustitiæ, aut alicuius rei habilis ad producendum aliquem fructum, siue ciuilem, siue naturalem, & si reditus hoc casu proueniat à persona, illaque obligatio generalis assecurationis tantum seruiat ad palliandum crimen vsurarium, ac ideo etiam de rectitudine intentionis contrahentium præsumi nequeat: quare admodum periculosum foret, eiusmodi constitutionem reditus iudiciali definitiua approbare, ne immune exemplum ex re præiudicata pernitiose trahatur, in contrarium, & inde fallax ac effrenata prauitati vsurariæ præbeatur occasio. Ad iam dicta vide Redoan. *d. 12. de rebus etiam rem alien. tit. de constit. annui census in reb. Ecclesiæ. à nu. 39. vsq; ad nu. 54. inclusiue.*

Postremo, pro præmissis omnibus circa hanc solam quæstionem principalem stat annosa multorum seculorum consuetudo, ac rationabili vsu iam ab immemoriali tempore præscripta, & etiamnum viridis obseruantiæ Germaniæ, de quo diserte testatur *c. regimini. & c. 2. in extranag. de empt & vend.* Item die Policeyordnung/ de Anno 30. tit. von wücherlichen Contracten/ §. fin. & de Anno 48. eod. tit. §. pen. & de Anno 77. eod. §. antepenul. Item recessus Imperii de anno 1500. eod. titul. vers. Dieweil aber. Videmus enim hodie quoque passim & 16 communiter certa aliqua † bona pro solutione census venditi determinate obligari, & verba obligationis in hunc modum concipi: Ich N. bekenne/ daß ich Visser von vnnd ab meinem Garten zu N. zwischẽ N. vñ L. gelegen Sixten B. rechts/ redlichs/ ehrlichs vñ vnwiderrüfflichs Kauffs verkaufft vñ zu kauffen gebẽ haben N. fl. oder N. Malter Rocken Järliches ewiges Zinß oder Gülde auff N. Tag järlichen zu bezahlen vmb 100. fl. Reinisch in Müntz/ die ich heut dato darumb also bar würcklich empfangen hab. Quæ forma † moribus vtentium introducta 17 non minus, quam si à lege publica præscripta esset, mordicus obseruari debet, alioquin actus in vim illius contractus, cui ex consuetudine prædicta forma peculiaris est, scilicet, in vim emptionis redituum valere non posset. Etenim forma contractus à lege vel consuetudine tradita dat esse contractui, ita vt sine ea contractus in esse produci non possit. *l. cum hi. §. si prætor. ff. de transaction. Boer. decis. num.* 70. vbi ait: A forma † antiquitus constituta recedere 18 non possumus. Et qui contra † solitam for- 19 mam mercatur, mala fide mercari censetur, ac insolitus contrahendi modus † actum alias per 20 se etiam licitum reddit suspectum. *Bald. consilio 75. nu. 2. vol. 2.* Qua de re vide text. tit. Von wücherlichen Contracten/ in fine. Recessus Imperii de An. 1500. ibi: Ob hinfüro einiger Widerkauff gemacht/ der an der Substantz vnd Form obgemeldt gebrechlich erfunden wirdt/ daß derselbige krafftloß vnd vntüglich seyn sol.

Deueniendo iam ad tertiam quæstionem, an nimirum Abbas A. hoc casu ex fideiussione à se præstita † potuerit obligare Ecclesiam su- 21 am? Respond. Concludo, quod non. Nam vbi contractus principalis † propter defectum for- 22 mæ vel resistentiam legis non valet, etiam hypotheca, fideiussio, & cætera accessoria nõ subsistunt, Mudæus *in l. res hypothecæ. num. 2. ff. de pig. per text. in l. cum lex venditionibus. ff. de fideiuss.* vbi Cast. ait, ex fideiussione interposita super contractu à lege reprobato ipso iure nullam oriri obligationem, nec naturalem quidem. Idem clarius explicat Molin. *de vsur. quæstione 15. num.* 184. dum tradit, quod fideiussio non modo pro vsuris, sed etiam quoad restitutionem sortis non teneat, cum principalis contractus sit nullus in pœnam ob peccatum contra legem & ius publicum, ac odium eius, qui mercatus est, vel contraxit, contra expressam legis prohibitionem, qui tanquam delinquens † in le- 23 gem non debet ex ea fructum aut commodum ciuilis obligationis contra fideiussorem consultum reportare. Quoties enim lex aliqua † prohibitiua aut annullatiua, (vt in no- 24 stro casu Die Policeyordnung vnd Reichs Abschiedt) resistit contractui, tunc fideiussor eiusmodi contractui inualido accedens in nihilo obligatur, vt sentit Corneus *consil. 249. numer. 5. folio 3. gloss. prima. in §. in omnibus. & ibi Schneidew. numer. 13. Institut. de fideiuss.* Etenim qui contrahit † contra præcepta legum, facit contra ius 25 gentium, ideoque merito obligationem nullam inde sibi acquirit: Item peccat mortali-

taliter: & sic naturalis iterum non oritur obligatio. Deinde edicta imperialia in emptione census vtrinque redimibilis resistunt non tantum cõtractui, sed ét obligationi, actioni & executioni. Quare, si eiusmodi emptioni fideiussor accedit, nec naturaliter nec ciuiliter obligabitur, vt pulchre docet Bartolus *in lege, cum lex. numero tertio, quarto & octauo. ff. de fideiussor.* quoniam perinde est, ac si nihil promisisset, vel omnino non intercessisset, *l. si sponsus. §. si debitor. versicul. si vxor. ff. de donat. inter vir. & vxor.* eius rei hæc est ratio, quod principalis quoque saltem naturaliter non sit obligatus per prædicta, & sic deficiat subiectum, cui applicetur accessorium, videlicet obligatio fideiussoria, *l. fideiussor obligari. §. fideiussor. ff. de fideiussor. Lambertus de contractu eorum, quibus vel à iure communi, &c. contrahere permissum non est. numero nono & vndecimo.* Nec obstat, si dicatur, fideiussorem saltem ex eadem æquitate, qua principalis non ex vi, aut nexu contractus, qui tanquam inualidus nullum potest producere obligationis effectum, sed ea sola ratione ad id obligari, ne cum
26 damno & iactura † aliena locupletetur, *leg. nam hoc natura. ff. de condi. indebiti. leg. iure succursum. ff. de iure dotium.* quæ æquitas non pariter militat in fideiussore, cuius vtilitatem de pretiis mutuatis nihil probatur versum, ex quo dici posset, cum damno alterius fuisse locupletatus, *capitulo penultimo. §. nisi forte. de fideiussorib. & ibi glossa in verbo, vtilitatem.* Si igitur nec ex capite de in rem verso, nec ex virtute contractus, aut alicuius obligationis naturalis vel ciuilis effectualiter tenetur fideiussor accedens contractui vsurario, (vt gloss. *in versic. vtilitatem. c. quod quibusdam. de fideiuss.*) Sequitur à sufficienti enumeratione, eundem ne quidem pro restitutione sortis esse obligatum, vt hoc pacto contractus fideiussionis saltem valeret, eo modo, quo valere posset, quia hæc regula legem non habet in contractibus à iure reprobatis, *Molin. vt supra. d. numero centesimo octuagesimoquarto. Baldus in l. quacunque. numero secundo. C. de bon. quæ liber. Iaſ. in d. l. 1. §. si quis ita. num. 23. versicul. 4. limit. de verb. oblig.* Postremo, dato contractum principalem fuisse validum, tamen Abbas A. pro eodem fideiubendo Ecclesię suę præiudicare non
27 potuisset. Quoniam sicut † non potest bona Ecclesiæ alienare, ita similiter res eiusdem fideiubendo non potest grauare, cum prohibitus a-
28 lienare † prohibeatur etiam fideiubere, ac sub verbo *alienationis* comprehendatur quoque fideiussio, *c. nulli. extr. de reb. Eccles. non alie.* de significatione vera verbi *alienationis*, quæ pariter sub se continet *fideiussionem*, vide Lamb. *d. tr. gl. 1. ad verb. in alienat. & oblig. nu. 84.* Qui huius rei hanc
29 reddit æthiologiam, quod eadem ratio † prohibitionis, idemque fauor Ecclesiæ militet in fideiussione, quæ in obligatione alterius contractus, quibus adde multa more solito ad propositum cumulantem Tiraquelli. *in legibus connub. gl 5. nu. 105. 106. & 107.* Ex quibus locis etiam decisio quartæ quæstionis principalis peti potest, quod scilicet ad hoc vt Abbas & conuentus fideiubendo pro alio obligent Ecclesiam, requiratur forma Can. *sine exceptione. 12. q. 2.* Nam † sicut mulier prohibita contrahere sine 30
consensu consanguineorum, etiam censetur prohibita sine eorundem consensu pro alio fideiubere, in casibus, quibus de iure communi p alio intercedere potest, ita de Abbate quoq; idem statuendum est, autoritate prædictorum patrum: deinde ex iam d. c. *nulli.* certum est, Abbatem res Ecclesiæ citra formam *d. can. sine except.* hypothecare non posse. Ergo fideiubendo pro alio similiter Ecclesiam efficaciter obligare nequit, siquidem illa prohibitio fauorabilis est, & ideo in vtroque casu merito locum habere debet. Tiraq. *d. gl. 5. nu. 27. in fin.* maxime, cum etiam alias regulariter validum sit argu-
mentum † ab hypotheca ad fideiussionem se- 31
cundum Mudæum *in d. l. res hypothecæ. num. 2. tit. 12. & 14. ff. de pig.* ac sit hodie vtplurimum solummodo narretur, interuenisse formam d. Cano, interim autem in rei veritate raro interueniat, adeo, vt abusus in quandam cõsuetudinem, vel potius communem corruptelam transisse reperiatur, tamen stipulatori id prodesse minime debet, cum illi formæ nulla consuetudo derogare possit. Radoan. *d. tr. tit. de caus. cogni. in alien. fact. n. 78.* Nec incõsulta fideiussio Abbatis, qui tantum administrator est bonorum temporalium monasterii, illud debitis implicari debet, per ea, quæ præclare hac de re tradit Moli. *in d. tr. de vsur. n. 253. 254.* Ecclesiam non teneri † pro 32
debitis alienis, quia *in cap. 2. de solut.* sic habetur: Firmiter inhibemus, ne quis præsumat Ecclesiam sibi commissam pro alienis grauare debitis, aut literas alicui seu sigilla concedere, quibus possent Ecclesiæ obligari; decernentes, si secus fuerit attentatum, ad solutionem talium debitorum Ecclesias non teneri: vbi gl. addit, nisi quatenus versum est in vtilitatem Ecclesiæ, & ex Abbate Redoanus *d. tr. titul. an & quomodo ex quæst. prædeces. teneat. succes. numero 6.* in
terminis refert, quod Prælatus † ex fideiussio- 33
ne, aut alia quauis intercessione pro alio obligans bona Ecclesiæ, incurrat pœnam suspensionis ab administratione temporalium & spiritualium, iuxta dispositionem *dict. cap. 2.* Eique Ecclesia nullo modo ex illa obligatione teneatur. Quare, vt in eiusmodi fideiussionibus tractetur circa vtilitatem Ecclesiæ, secundum *dict. cap sine exceptione.* omnino necessarium esse, decisiue concluditur. Ex quibus omnibus iure indubitato pronuntiandum erit: Reum ab instituta actione esse absoluendum, eique per Actorem expensas litis debere refundi.

Lata sententia 17. Feb. Anno 89. In Sachen

C. B.

C.B. Klägern eins/ contra Herrn G. Apten deß Gottshauß A. vnd Consorten ander theils simplicis querelæ, Ist allem Fürbringen nach zu Recht erkandt/ daß ermelte Beklagten von angestellter Klag zu absolvieren/ vnd erledigen seyen/ condemnando Actorem in expensas.

VOTVM IV.

In causa B. & consortum contra P. I. C.

In puncto compulsorialium: editionem testamenti betreffendt.

1 *Quælibet pars duo producta ad minus producere potest.*
2 *Materia dilationum tanquam odiosa est tollenda & amputanda.*
3 *Omnes termini & dilationes, præsertim in summariis de iure communi & consuetudine arbitrio iudicum relinquuntur.*
4 *Iudex in summariis dilationes & exceptiones frustratorias & friuolas contentiones amputare debet.*
5 *Super quæstione iuris an processus ordinarius necessario requiratur.*
6 *Qui ad probandum non admittitur, is nec ad allegandum admitti debet.*
7 *Quæ per se inutilia sunt, vel probata nihil relevant, ea nec ad probandum admittuntur.*
8 *Dilatoria ex levi quoque præsumptione reiici potest.*
9 *Remissio denegari potest, præsertim in summariis.*
10 *Causa dilationis cessante, dilationem quoq; ipsam cessare necesse est.*
11 *Paria sunt non edere, vel insufficienter edere.*
12 *Tutores ex publica authoritate onus tutelæ seu curæ suscipere, & pupillorum personas & res tueri coguntur.*
13 *Officium tutoris ex causa publica descendit.*
14 *Cuilibet honeste petenti editio facienda est.*
15 *Compulsoriales lite pendente in Camera an decerni possint.*
16 *Quod in continenti fit, id inesse dicitur.*
17 *Camera Imper. si competens non est, processus non decernit.*
18 *Superior prius adiri non debet, nisi ordinarius index deneget.*
19 *Quicquid iudicis potestati permittitur, id pariter iuris necessitati subiicitur.*
20 *Causa competentiæ quando dicatur gravis.*
21 *Expositiones hæc in causa an ita relevantes sint, vt in specie iniungenda sit* Handlung/ *vel non.*
22 *Reus quando parere non vult, qualis processus contra ipsum institui debeat.*
23 *Praxis in edendis compulsorialibus ita nota, vt neminem latere possit.*
24 *Camera si incompetens est, nullus index in Reum invitum dari potest: & in dubio semper pro iurisdictione superioris est iudicandum. nu. 25.*
26 *Causa Electorum quoad testamenta & causas pupillares an separatim ad* Außträg *pertineant.*
27 *Electores & Principes an æqualiter ad* Außträg *referantur.*
28 *Editionis causa licet ordine prior sit, tamen causa & actio, ad quam sit editio, ordine intellectus principalis, & sic iuxta effectum finis, dicitur initium.*
29 *Terminus agendi an ad replicas hoc loco dandus, vel non, & quando.*
30 *An mora sit,* daß die Gewalt *in Camera* recognoscirt werden/ *vel non.*
31 *Tutores in Camera rite dati, an ideo confirmandi sint, nec ne.*
32 *Camera an non æque de intellectu constitutionis aureæ Bullæ, quam de aliis constitutionibus imperii iudicare possit & debeat.*
33 *Tutela, cuius confirmatio in Camera petitur, an sit controversa, vel non: & an ea ex testamento vel ex lege petatur. nu. 34.*

SVbmissum inprimis videtur ratione termini, quem petit procurator D. Palatini Rei ad agendum super imploratione officii, & eventuali replica Actorum aduersus exceptiones suas in puncto competentiæ exhibitas, deinde, an relevantes sint dictæ exceptiones, adeo vt requirant vlteriorem partium disputationem, quæ duæ quæstiones inter se cognationem habent, ita vt simul sint examinandæ. Nam si ipso iure reperiantur exceptiones irrelevantes, nec replicis, nec termino desuper agendi, præsertim in dicto puncto competentiæ opus erit: Videtur autem terminus concedendus esse, non solum, quia ordinationis & styli, vt quælibet † pars duo producta ad minus producere possit, in quolibet puncto & moris, daß auff schrifftliche Handlunge terminus zugelassen/ auch) procuratores denegantes darüber gestrafft werden/ præsertim illa ratione, ne defensiones aut probationes arctentur, & vt merita causæ perpendantur, verum etiam hic eo magis, vbi causa magni præiudicii: Ideo cautius agendum. Itemq; cum in dictis replicis eventualibus per Actores de novo quædam productæ sint Beylagen/ quæ in facto versantur, & demum, quia modicum tempus concedi potest, in quo non magnum videtur momentum.

Verum hic contrarium statuendum esse ex seqq. rationibus patere existimamus, primo, quia causa testatorum, de qua hoc loco simul agitur, publica est, & publicam vtilitatem respiciens, & vt tutelæ & compulsorialium favorabilis, summaria atq; extraordinaria est, & vltra *l. C. de sacros. Eccle.* in hac materia editionis, *in l. vel negare. ff. quemadmodum testa. aper. Bal. l. 2. ibid. l. 3.*

l. 3. qui pet. tut. Rebuff. gloss. 2. art. 3. de senten. prouisio. Quamobrem & in dictis locis habetur, prætorem in his promouendis suam authoritatem interponere debere. Idemq; ipsa ordinatio palam ostendit, quæ inter extraordinarias eas refert, *p. 3. t. 1.* atq; etiam Imperii recessus de Ann. 66. §. vnd sollen. & Ann. &c. 70. §. wie oben/ &c. ac magis hic quidem id admittendum, vbi de singulari mutatione status Rei, & expresse in Imperio approbati agitur, vti notorium in facto & ex supplicationib. patet. Vnde nec iniusta causa Iudex motus dici potest, qui censuerit omnem superfluitatem tollendam esse, quod hic de leui præiudicio & modico damno propter non concessum terminum Reus conqueritur, *argu. not. in l. scio. ff. de restitut. in integrum. & per Ioannem Baptistam in praxi iudic. §. 7. limita 59. num. 2. Curt. Iun. consilio 286. numero 29.* si tamen vllum damnum dicendum est. Item, quod & alias ma-
2 teria † dilationum tanquam odiosa, quantum fieri potest, tollenda & amputanda, *per leg. 2. C. de tempor. & reparat appella. Carauit. ad ritum magnæ curiæ, ritu 69. numero primo, secundo & tertio.*
3 omnesque termini & dilationes † præsertim in summariis de Iure communi & consuetudine Iudicum arbitrio relinquuntur, sicut idem testatur *in ritu 1. 3. n. 2. in pract. lib. 4. c. 1. n. 4. Io. Bapt. §. 21. c. 1. n. 4. tex. in clem sæpe, vbi not. omnes, de verb.*
4 *signif.* Iudex in † summariis dilationes & exceptiones frustratorias & friuolas contentiones quantum potest, amputare debet, quod & loquitur Ferrar. Mont. *de iudic. lib. 3. c. 5. §. cæterum in causis.* & ante eos tradit Maranta *p. 4. dist. iudic. 9. nu. 21.* & quidem necessarii tantum, non etiam voluntarii dandi sunt termini seu dilationes, *l. 1. C. de dilation. Aldobr. in §. si quis aliud. versicu. eod. iudic. Instit. de act.* quod iterum in iudicantis officio & cognitione consistit, æstimare pro qualitate materiæ & causæ pro conditione & personarum & locorum distantia, ita vt appareat in his, firmam regulam tradi non posse, sed omnia ex variis rerum figuris & circumstantiis determinanda esse, *Menochius in proœm. libr. 1. de arbitr. iudic. caus. Mainer. ad leg. in ambiguis. §. quotiens. num. 11. & sequent. de regulis iuris.* II. Quia in euentum tantum annexa est dicta replica, de qua sola loquimur, cum ipsa imploratio officii, cui replica adiuncta est, nihil contineat, præter petitionem celeris expeditionis. III. Quod dicta replica iuris solummodo ac styli deductionem complectitur, quod consistit in Iudicis cognitione, & non in partium disceptatione, ideoque superflua neque attendenda: & in specie Innocent. *in c. cum inter. in fin. de consuet.* ait, su-
5 per † quæstione iuris non requiri processum ordinarium, quod vt aureum commendat & approbat Felin. & alii *ibidem.* Quo faciunt tradita per Neuisan. *consil. 30. n. 5. & 14. vsque ad finem.* vbi egregie ait, quod in exceptionibus etiam, quando agitur de admittendis positionibus & probationibus non admittantur, quæ iuris dispositionem tantum habent, quod clare & copiose ostendit ratione manifesta, quia processus iudicialis ad hoc non est inuentus, sed ad facti solum informationem, imo & ex officio repelluntur impertinentia, etiamsi statuto requiratur in specie, vt omnibus respondeatur, sicut *ex supradicto loco ord.* certus numerus productorum requiri videbatur. Nec obstare, etiamsi coniungi quid possit propositis: quia diuinare non debeat iudex vltra proposita, nec mollis esse in reiiciendo talia, eamque opinionem æquam esse, quo circuitus euitentur. Quamobrem, cum id non expediat, nec litiganti, nec Iudici, sed iustitiæ repugnet, & litigiosos reddat animosiores, ideo concludit tandem, vtilius esse, negotia talia expediri compendio, quam per quandam exactam subtilitatem longe dispendio prorogari, nec Iudicem laborem subterfugere debere, quod tamen hic promptissimum fuisset, concedendo terminum frustraneum, vel in specie Handlung iniungendo, ac hic superaddi potest, quod cum ille stylus, de quo testamentum agit, Rei aduocatus circa nudum procedendi modum versetur, & sic quasi notorius existens iudicii indiguerit aliqua probatione aut discussione longiore, ideo Iudicem quoque potuisse illud non attendere, sed de eodem ex officio suo etiam nemine citato se informare. *Decian. consilio 5. numero 43. volum. 1. Rebuff. in tractat. de consuetud. styl. & for. artic. 2. gl. 13. nu. 51. 52. 53.* non enim aliquod totale præiudicium infertur parti, ac ne modicum quidem de allegato stylo vlterius auditum fuerit, quemadmodum nec ad causæ decisionem quicquam refert, an desuper terminus datus nec ne fuerit, quippe quod stylus ille decisionem causæ in puncto competentiæ reuera non respiciat, siue materiam præsentem editionis siue cõfirmationis tutelæ & testamenti publicationis spectes. Vnde militat hic regula: quod qui non admittitur † ad probandum, is 6.
nec ad allegandum veniat admittendus, quia frustratoria est eius rei allegatio, quam negatam probare necesse non est, vel non licet. *Bal. in l. peremptorias. C. sent. rescind. non poss.* Nec enim
ad probandum † sunt admittenda, quæ per se 7
inutilia forent, vel probata nihil releuarent. IV. Quia iam statim dd. exceptiones ratione incõpetentiæ productæ irreleuantes apparent, sicque iterum clarum, sine vlteriori disputatione aut confutatione partium ex iure, ordinatione & stylo eas non admittendas esse, ad hoc si testimonia desiderentur, patet id ex notatis Innoc. & Cano. *in c. post electionem. de concess. præbend. c. suscitata, ibi, Abbas. n. 3. de restitu. in integrum.* vbi dicitur, quod dilatoria etiam † ex leui præ- 8
sumptione reiiciatur, & in specie hoc procedere, vbi negatiue tantum allegatur, vti hic stylus negatiuus est, *in l. 1. C. de aduoc. diuers. iudic. cap. qui*

non

non probauerit. 3. quæst. 4. quia expositio negatiua suspecta est de iure. Angel. *in l. si per alium. §. docere. ff. ne quis eum qui in ius.* Quare & tali casu re-
9 missionem † denegandam, dicit Roman. *consilio 373. nume. 3.* præsertim in summariis iuxta Burrum, *dict. cap. post electionem. columna 6.* Nam & alias exceptiones non vero similes Iudex reiicere debet, sicut Chassanæus prodidit *consilio 54. numero 45.* eumque secutus Ioann. Baptist. *in pract. iudic. §. 14. c. 2.* multo minus inutiles & frustratorias admittere, Gail. teste *lib. 2. obs. 27. n. 19.* vt sine ampliori enucleatione taceamus, nec concedendum terminum esse, quando obscuris coniecturis apparet, eundem ad differendum potius, quam ad defendendum peti, quo sane casu id liquidissimum est, vt procrastinantes ex officio repellere queat, iuxta tradita à Grammat. *in cons. criminali 49. nu. 15. & cons. ciuil. 92. in pr. Curt. sen. cons. 66.* Et præterea dilationibus Iudicium subterfugiens, de omnibus propositis confiteri censetur, per text. *in cap. nullus dubitat. de præsump.* quem in simili adducit Cantiunc. *cons. 10 nu. 9.* Itaque secundum supra de-
10 ducta omnia cessante hic causa † dilationis & dilationem ipsam cessare conuenit. *l. 1. §. si intra. ff. de succes. edict. l. si mæritus. 1. §. si negauerint. de adul. Coras. ad l. illa stipulatione numero 4. de verborum obliga.* Quod vero etiam de iure releuantes non sint dictæ exceptiones, sed potius iurisdictionem Cameræ sine vlteriori inquisitione fundatam esse constet, id quidem vltra iam dicta in continenti ostendi potest. Nam quoad primam exceptionem, qua conqueritur Reus, citationem compulsorialibus non esse annexam, cum tamen in mandatis sine clausula, vt id fiat, Imperii recessibus cautum sit: Nullam illa responsionem meretur obiectio, cum ipsemet Reus ei diffidens, (vel, vt ipse inquit, confidens bonitati causæ) compareat, & in euentum renuntiet tali exceptioni, cui inhærere tutum non erat. Neque tamen est, quod Camera in hoc sugilletur, quia satis notum ex vsu forensi vel leuiter peritis consuetum non esse, vt citationes compulsorialibus annectantur, sed magis si non pareant Rei, arctiores tum decernantur, quibus citatio inseritur. Et siquidem contendat quis in publicis edendis actis, id solum vsitatum aut statutum esse. Respon. Testamenta non minus publica dici, vt supra indicatum, nec rationem esse differentiæ, siue formam & necessitatem edendi, siue vtilitatis causam spectes, ad hæc, quod ipsa termini præfixio, quæ hic apposita est, de iure vim citationis habere soleat. Pari ratione, quod secundo loco obiicitur, falso seu obreptitie per Actores narratum in supplicatione pro dicto mandato, quasi Reus denegarit testamentum petitum, für zulegen vnd zu publiciren / (cum tamen id aliter se habeat) nihil ad rem facit, quia Reus ipse in continenti fatetur, se inspiciendi & legendi tantum copiam fecisse consiliariis Actorum: tantum vero quoad punctum tutelæ describendi. At ea exhibitione tanquam imperfecta, minusque legitima, cum contutores simul omnes sint, & in solidum munus tutelæ ad se pertinere asserant, & proinde suspectus quoque Reus, impetrantes ob eandem causam querelam instituunt, & integram totius testamenti publicationem & descriptionem petunt, vt non immerito narratum sit, denegatam editionem: quod & iura in similibus requirere videntur. *l. vbi. C. de edend. l. tertia. ff. de tab. exhib.* Paria enim † sunt hic non 11
edere, vel insufficienter edere, *leg. prima. §. edere. vbi gloss. ff. de edend. Decianus consilio 32. numero penultimo. volumine secundo.* Atque hoc ipsum in præsenti nostro casu ratio suadet, quia non inspecto toto testamento cõtutores scire nequeunt, quid illis incumbat, tutelam quomodo gerere debeant, sicq; cum officium ex integra testamenti dispositione dependeat, non ex vno articulo tantum, ideo propter connexitatem, siue etiam indiuiduitatem totius scripturæ editio requisita cẽsetur, vel ex natura rei seu actus, vel saltem ex præsumpta mente testantis, vt qui summam fiduciam implendæ voluntatis in scriptos contutores collocarit, & alias eos ordinaturus non fuisset: an autem recte vel non? quæstio erit circa merita? Nam quod præsentem attinet punctũ, sufficit per d. rationes non posse dici adhuc falso narratum, ita tamen, vt in integrum sint rei in causa principali sufficientem oblationem factam esse, ad vlteriorem se non teneri, siquidem nec in eo quoque illi præiudicatum, vel ademptum est, cum & in tali casu principali adhuc alia sententia expectetur. Quare nec adeo de veritate interesse per D. Reum negati hic Actoribus competere: per Actores autem prætensi sollicitum esse iudicem operæ pretium fuit, vel quod ea quæstio altiorem indaginem postularit, nec separari potuerit à causa principali: Tangit enim principale factum simul non personam tantum: ideoq; super & post litem contestatam opponi potest. *Anfrer. ad cap. 4. Tholos. quæst. 67. numero 5.* Et eo respectu talis exceptio dicitur litis finitæ, si de ea statim constet sine prævia inquisitione, *Decian. consilio 16. numero 76. volum. 7.* vel quod vero simile est aliquod hic nouum versari interesse, non quidem priuatũ seu pecuniarium, sed fidei datæ, & in testamento ipsius commissæ & exequendæ vtilitatis defuncti, quod ipsum viris principibus in proposito sufficienter creditur, tametsi solum honestatis interesse subesset tutelam gerendo Electoralem, vt de aliis taceamus, quæ ex publicatione testamenti non obscure forte patebunt, præter id, quod nec est alias vero simile, tres Princip. vexationis vel calumniæ causa facturos fore negotium alteri in pari dignitate constituto, vel denique, quod satis erat Actores saltem ex publica

qua-

12 quadam necessitate † cogi negotium hoc suscipere, & pupilli personam resque tueri, nec etiam pœnis iuris tenentur, cum iustam nullam excusationem habeant, nec prætendant, in quo & priuatum seu pernecessarium aliquod interesse concurrere potest: necessitate autem eos adstringi plus quam notum est, cum ex publica
13 causa † tutoris officium descendat.

Tertia exceptio etiam generalis est, qua dicitur pro editione testamenti, si qua vlterius opus, solten sie jhre Notturfft iuxta Außträge angestellt haben / & non in Camera, contra ordinationem *p.2 t.2. cum aliquot seqq.* vbi reperiuntur casus excepti, qui immediate ad Cameræ iudicium pertinent, & firmant regulam in non exceptis, vt & editionis casus dicitur. Verum hanc exceptionem non subsistere, vel ex eo demonstratur, quod plures sint causæ etiam in ordin. non expressæ, in quibus nihilominus processus contra immediatos decernuntur, & in Camera proceditur, prout ab hinc 30. fere annis iidem casus descripti, in manibus versantur omnium, & iam à D. Gail. in lucem editi, 1. *obseruat.* 1. vbi in specie exprimitur tutelæ datio & confirmatio, quæ in ord. vt supra dictum, inter extraordinarias causas ponitur, neque vero in illa generalitate Electorum tutela reperitur excepta, nec vlla distinctio additur, siue de testamentaria agatur, siue de legitima, vel etiam, quod contentio sit de adiungendis seu simpliciter de ordinandis tutoribus: vnde sequitur, falsum esse præsuppositum. Nam nec de iure exceptio firmat regulam, in his quæ non sunt de regula riti, hic causæ priuilegiatæ, quæ ipso iure & vsu ad immediate superiorem pertinet, non sunt sub-regula der Außträg. Quin & exceptio à regula expressa (vt hic sunt casus expresse excepti) extenditur de iure ad casus similes etiam non expressos. Et sic cum omnes exceptiones, quibus immediate peruenitur ad Cameram in ord. tales sint, vt quæ iure ipso fauorabiles existant, & celeritatem desiderent, & hæc causa tutelaris ac testamentaria cum connexa causa editionis similis sit supr. dictis, non possunt illæ dici de casibus omissis, vti per Oldrad. *cons.* 224. *n.* 33. *Cirotus cons.* 33. *n.* 1. *lib.* 1. Minus refragatur, quod sequitur in exceptione Rei, nullum casum reperiri, in quo talis editio testamenti per mandatum sine clausula iniuncta sit, cum sufficiat hoc de iure & ordinatione, vt supra dictum, fieri posse. Deinde quia negatiuum est argumentum, & sic minime concludens ad probandum stylum contrarium, vel non ius iurisdictionis Cameræ, sed potius allegandum erat, quod casus accidit, quibus eiusmodi editio ac mandatum necessarium fuerit denegatum, vel ad Außträg remissum, quod fieri non potest. Cum autem de iure notum sit, cuilibet
14 † honeste petenti editionem faciendam esse, sequitur mandatum compulsorialium decerni posse, *per d.l.3. de tab. exhib. §. si quis, in fin. & l.2. ff. quemadmodum test. aper.* Nec iuuat excipientem obiectio, qua dicit, lite pendente † tantum in 15
Camera decerni tales compulsoriales. Cum autem hic nulla lis sit, cuius decisio ex testamento pendeat, ergo nec compulsoriales decerni debuisse. Nam ratione manifesta, parum vel nihil interest, vtrum lis pendeat, vel mox futura sit pendens. Cum imo quod in continenti fit, † id inesse dicatur, prout & hic per 16
supplicationem ac citationem ratione publicationis dicti testamenti & confirmationis tutelæ obtentam, & simul reproductam, quorum respectu mandatum quoque compulsoriale ad edendum vna emissum est, & sic lis satis pro subiecta materia pendere aut cœpta esse dici potest, per not. copiose *in clement. sæpe, & ibi Zabarell. de verbor. signific.* Præterea & ipse excipiens in fine producti affirmat, Dd. in eo consentire, daß allein Iudex causæ compulsoriales ad edendum erkennen könne / quod nos quidem acceptamus, & ex doctrina *Bald. & Dd. in l. ordinariæ. C. de rei vindicat. vbi in rubr. Dec. Rip. num. 29. à pr. in specie. Alexand. consil. 58. volum. 1. Hippol. singul. 6. 54. cum ibi allegatis*, confirmamus. Qui tradunt, Iudicem causæ præparatæ esse Iudicem præparantis, idque firma ratione, ne continentia causarum diuidatur, sicuti per Felin. *in capit. cum sit, num. 3. de for. compet.* Iam vero in causis, in quibus agitur de publicatione testamenti, ordinandis, confirmandis, vel excusandis tutoribus inter immediatos, quod Camera Iudex sit competens ex supradictis iuribus, obseruationibus & rationibus, exque vsu patet. Quapropter cur minus in præsenti casu idem licuerit, vrgens nulla subest ratio, cum parum etiam referat, vtrum mandatum compulsoriale, vel alio nomine baptizetur, dummodo idem effectus sequatur. Nec probatur, quod prætenditur, id tantum locum habere in volentibus & consentientibus partibus, quod constat de experientia in excusationibus, item in controuersiis, vter ex coniunctis sit præferendus: Item inter datiuos & legitimos per causæ cognitionem rem hanc decidi auditis partibus in specie, & cum de validitate testamenti litigatur, sic latissime in causa Wopperburg contra Sturmfeder / Anno, &c. 57. & multis similibus obtinuit. Item Nassaw contra Reiffenberg. Item in causa graui Comitis P. von Nassaw Wittib / quæ tanquam legitima tutrix pro confirmatione egit, remittente cognato tanquam testamentario vna cum Comite de Eyssenburg / saltem, daß sie neben der J. verordnet würden. Estque processum in contradictorio vsque ad conclusionem. In casu etiam omnino dissimili, vt & in causa Graff A. von Sulß / vbi etiam contra eos, qui ab Imp. ordinati fuerunt, in Camera actum est, & per Ducem Wirtembergensem, Comites de Castell / Limburg / Fürstenberg /

Zimmern/Zollern / multis vtrinque productis de iure tutelæ disputatum, interueniente Episcopo Constantiensi propter periculum ab Heluetiis imminens,&c. Item in causa antiqua viduæ Marchionis Badensis, vbi Dux Palatinus ordinatus ei iurauit in Camera personaliter, prout etiam in supplicationibus testamentariorum petitum, vtcunque illæ in dicta exceptione causarum immediate ad Cameram pertinentium in ord. ita expresse non contineantur, prolixe tamen litigantes admissi in Camera in causa Henneberg contra Henneberg / Anno,&c. quinquagesimo, vbi etiam commissio ad examinandum testes decreta,& in causa Comitum de Hag contra Rechberg / Anno, &c. quinquagesimo octauo, auocatio denegata, commissio & inhibitio decreta, testamento tandem, Anno,&c. sexagesimo primo, publicato, vti hæc omnia ex actis publicatis annotauimus. Nec dici potest, quod dictæ partes vltro fortasse iuri suo renunciare voluerint, quia id nec de iure præsumitur, iudiciumque in inuitos redditur, sed illud magis inde euincitur, quod in huiusmodi causis, in quibus maxime vtilitas versatur, & quæ expeditionem requirunt, extraordinariam perpetuo obseruationem ex iuris dispositione & consensu statuum talis ordinationis interpretatione inductam esse. Vt & alias actus præsumuntur magis necessitate legis facti, quam voluntate; nec fuissent
17 vtique sine eo fundamento † decreti processus, si Camera in huiusmodi causis competens non esset, nisi ex prorogatione. Neque autem obstat, quod obiicitur, nondum agi de tutelari aut testamentaria causa, sed de editione testamenti: quæ quæstio præiudicialis sit, & ad Außträg pertineat, quia supra iam ad hoc responsum est, & res in idem recidit. Nam qua ratione idem est Iudex causæ præparatæ & præparantis: eadem ratione hic causæ præiudicialis debet etiam esse Iudex præiudicialis. Quia enim est impedimentum obstatiuum ex natura rei, vt si esset causa spiritualis vel similis, &c. Et ratio suadet, nimis graue futurum de vna eademque re, & ad eundem finem tendente, vel coram diuersis, vel in summariis causis per ambages der Außträg litigare, cum & ex ipsa exceptione proposita sit: tua enim interest, editionem fieri,& coniunctionem habere hanc causam editionis, cum causa testamenti satis colligatur, vtcunque si certum est, ex supradictis non secundum Iudicem præparantis, sed etiam incidentis causæ, qualis hic punctus editionis dici quoque potest, eundem esse Iudicem dicere, per supradicta & notata *ad leg. quoties. Cod. de iudic.* Quare cum deductum supra sit, potestatem habere & in vsu esse, Cameram, quoad cognitionem circa publicationem testamentorum,& confirmationem tutelæ inter immediatos de omnibus dependentibus præparatoriis, præiudicialibus & cõnexis procedere, idem esse iudicium sequitur, cum contrarium non doceatur, & eo vsque pro iurisdictione Iudicis præsumatur, *c. super literis, §. fin. de rescript. gl. c. solitudinem, de appell.* Neq; impugnant hanc sententiam ea, quæ ex diuersis & differẽtibus quibusdam iuris significatis inferre videtur excipiens *per l. is apud, vbi gl. Bar. & Bal. C. de edendo*, qui dicit, quod superior † non sit adeundus, nisi ordina- 18
rius deneget. Nam hic erronee præsupponitur alium esse iudicem ordinarium causæ principalis summariæ, extraordinariæ & præparantis, quam Cameram, vt supra proxime declaratum. Eiusdem est farinæ, quod dicitur de tabulis testamenti inspiciendis & exhibendis distinctas esse actiones, interponendamq; cognitionem apud Iudicem datum, & non prætorem, quoties disceptatur, an oporteat exhibere, *per l. 1. ff. quemadmodum test. aper. l. vlt. ff. de tab. exhib.* Omissis enim iis, quæ copiose ex neotericis, præsertim I. Ciu. & politicis adduci possent de prætorum officio, autoritate & modo in dandis Iudicibus interdictis,& proponendis edictis,&c. & quod non solum Iudices dare, sed etiam ordinarie & extraordinarie certis præsertim casibus ac priuilegiatis,& in specie in causis tutelaribus soliti fuerint iudicare, prout & prætores tutelares erant,&c. De quibus optime *Bart. Zas. Duar. Couar. Rauard. Coras. Bris. Alciat. Wesenb. Sigon. Cuiac. Alexab. Alex. Menoch. & alii multi, quos hi allegant.* Omisso item, quod in hac ipsa materia editionis non desunt, qui illa verba (apud Iudicem de veritate conqueratur) intelligant, via iuris apud ipsum & præsidem, vt post Curt. Cagnol. *in rubr. C. de eden. n. 90. Rondelin. n. 20.* Attamen cum applicatio illarum ll. quæ ad hoc propositum afferuntur, nulla via nec commode fieri possit ad statum iudicii nostri, vel ex intentione excipiẽtis satis alias confusa. Tum vero & conuersa sint alias quoque ad eundem effectum ab ipso aduocato Rei allegata, sed contra magis liquidum, quod prætor olim in causis extraordinariis ac pupillaribus cognouerit, eidemq; Camera in hoc non solum assimulari queat, sed etiam constet, in litis causis in pari vsu ac potestate cum Imperatore eam constitutam esse. Ideo potius cõcludendum est, nequaquam nos versari in terminis, quibus prætor ad interdictum vel Iudicem datum remittebat, minus vero in illis, vbi de corpore tabularum tradendo, aut ordinaria ac solenni aliqua actione experiendum sit, post exhibitionem testamenti factam. De quibus casibus distincte intelligi possunt ll. allegatæ,& *l. fin. ad exhib.* vt & Zas. explicat,& ibi magis notatur contra supprimentes & occultantes testamenta, vt contumaces puniendos illas locum habere. Ex quibus omnibus iam sequitur, neque hanc ex legibus Romanis deductam, nec alias exceptiones vlla ratione Cameræ iurisdictionem in hoc puncto remorari,

Neq

Nec vt in re clara frustranea partium disceptatio, & in specie Handlung admittatur mereri. Frustra enim expectatur euentus, cuius nullus futurus est effectus: Nil vero impedit, quod asseritur, styli esse, quod facile tempus concedatur, quando in scriptis quid producitur, quia id in conditionalibus seu euentualibus productis expeditum non est. Quinimo nihil minus, quam styli esse dici, sed contrarium potius defendi potest, quod in illis terminis, vbi de iure & stylo disputatur, & exceptiones probabilem dubitationem in facto non habent, vt supra ostensum, termini præfixione seu concessione non sit opus: sed magis producta, & disceptationes partium non necessariæ reiici possint, nec concedi soleant: vti & quando exceptionibus merita causæ (vti hic factum) inseruntur. Ideo potius his casibus iniungitur quotidie vel paritio, vel ferner Handlung in causa principali, exceptionibus huiusmodi inattentis nec obstantibus. Et hinc fit, quia plerunque monitoriæ tantum huiusmodi exceptiones esse solent, quod singulariter Imperii recessibus prouisum, vt annectatur eis Euentualhandlung/ hæcque in pignorationum, item appellationum causis in puncto grauaminum, & similibus sint tritissima. Ac vero quod ad d. stylum attinet, is quia in talibus vniformis esse nullo modo apparet, cum pro re nata totum hoc in Iudicis arbitrio constet, cui nec regula certa dari potest. *Men. de pœn. lib. 1. de arbit. n. 4. & 5. Mayner. in d. §. quotiens, nu. 11. & seq.* Ea propter nec intentio Rei ex eo recte fundatur. Non enim quicquid Iudicis † potestati permittitur, id pariter subiicitur iuris necessitati, *l. non quicquid. ff. de iud. Fel. in c. cum exceptionem, n. 5. de except.* Vnde etiam stante styli diuersitate in eiusmodi dilationum seu terminorum materia sequitur, a iure communi seu scripto non recedendum, sed ei magis inhærendum esse, iuxt. Ioseph. Ludo. *in decis. 96. n. 11.* Præfertur enim tunc stylus ille, cum quo iuris præsumptio concurrit, & qui minus ius commune lædit, & secundum illud interpretari simul debet, prout idem Ioseph. ibidem tradit *num. 22. 23. 24.* Et sic vlterius in præsenti quæstione necessaria & causa summaria infertur, æquius fuisse superuacua producta, & animo protrahendi iudicium tantum petita, eoque nomine plus satis suspecta, reseruare & denegare, quam frustra iniustitiæ impedimentum, & partis detrimentum concedere, per not. Innoc. *in dict. cap. post electionem, de conces. præb.* Et sentit Panorm. *in c. pastoralis, §. quia vero, de offic. deleg. gloss. in c. super eo. d. tit. tex. in c. suscitata, de in integ. rest. cum glos. ib. Anch. cons. 157. ex narratis. coll. pen.* qui loquitur & tenet idem in peremptor. reiiciend. Quod ipsum rationem habet, eam in proposito maxime casu, quoniam aduersis huiusmodi terminis moram trahentibus, & exceptionibus impeditiuis, per iniunctionem der Specialhandlung/ hoc contra naturam huius causæ summariæ & priuilegiatæ non esset summarie procedere, sed in veritate rei in longum ordinarie protendere, *arg. not. in dict. clemen. sæpe, de verbor. signific.* & passim in materia attentatorum & simili per Dd. & Rauan. *de repul. seu reprobat. testium non admittenda, in singul. 388.* Similiter non facit ad concedendum terminum vel disputationem partium permittendam, si dicatur, eam esse grauem, idque propter supra dicta. Tunc etiam, quia dubitari adhuc possit; An causa † competentiæ grauis dicatur, maxime pro subiecta materia, dum in summariis atque extraordinariis versamur, in quibus beneficium primæ instantiæ non multum ponderis potest habere, & ibi probationes in promptu esse dicuntur. Quorsum facit & iurisdictio ex Innoc. *in cap. coram. coll. 2. & Imola in rubr. de in integr. restit.* collecta; vbi dicunt, quod in personis fauorabilioribus ex parte declinatoria dicatur leuis causa, & Bald. *in leg. scio, eod.* Et inde fit, quod in Camera tales causæ summariæ & maxime priuilegiatæ præteritis Außträg/ vt supra dictum, recipiantur, & receptæ fuerint, sicque propterea iam Cameræ nihil, sed potius ipsis est imputandum statibus, qui tam vehementer, vt prætenditur, repugnarint, ne beneficium illud eis auferretur, quod non etiam in his causis sibi prospexerint. Quibus addi posset, quod etiam in causis tutelaribus beneficium appellationis non habeat locum, & non solum de iure, sed & de moribus gentium receptum sit, vt apud superiorem, & de plano huiusmodi causæ expediantur (sicut probari posset facillime, si opus foret) omisso etiam beneficio appellationis, vt quo plerique abutantur, & quod non nisi fugientibus vtile, vt ipsi status testantur, qui priuilegia de non appellando eo prætextu impetrant. Sed etsi forte ob pœnitentiam partium grauis dici possit, tamen non indulgendum, etiam in his, vt notatur *in cap. cupientes, vers. insuper, de elect. in 6.* vbi text. non quidem accelerandum, sed ita demum, si talia & ei tam verisimilia proponi contingat, quæ iudicio præsidentis excusari possunt, qualia hic non reperiuntur in exceptionibus, vt supra deductum, nec vlla verisimilitudo est, vlterius quicquam allegari posse, cum sollicite aduocatus omnia cumularit, quæ quidem excogitare potuit, non solum iurisdictionem, sed etiam merita concernentia. Et de iure præsumitur quis omnia sua producere, debentque exceptiones esse concludentes, specificæ & elidentes. Minus obstat, quod Actores cum replicis euentualibus protulerint, Beylage/ quia nos in fundanda iurisdictione Cameræ nec replicam, nec accessoria producta respeximus. Neq; adhuc dicta Actorum Beylagen veniunt in considerationem, quia non refert, vtrum requisiti Actores per literas vel non, sed sufficit, si

reperiantur ordinati in testamento. Ita quoad consensum & responsum Ducis P. non opus disputatione, cum omnia ad causam principalem pertineant. Nec mouet, quod vltimo de modico tempore supra dictũ est, præterquam constitutum est per recess. visit. quod terminus vtilis esse debeat procuratoribus, nullum iam modicum tempus statui potest, cum præter efluxum terminum annũ & fere etiam biẽnium interdum habeant, donec in suo ordine agere possint. Ad hoc, quod ex leuissimis causis terminus prorogari soleat, & si forte dicat quis in nouis tali casu priuilegiato agi posse. Resp. ipso facto Reum terminum habuisse, qui iam sesquimensis spatium præteriit. Concluditur finaliter, dd. expositiones esse irreleuantes, ideoq; nec in specie Handlung / nec vlla partium disputatione opus esse, adeo vt etiamsi dubiũ subesse posset, quod nõ putamus, tum & in dubio pro ordinaria & superiori iurisdictione ex qualitate causæ sit iudicandũ. Quin & si casus quoad Electores & causas turelarum controuersas in specie non prouisus esse dicatur. Ex iuris tamẽ communis dispositione facile ad suam originem, quia talis iurisdictio ad Imp. & Camerã concurrentem pertinet deriuanda. In pronunciatione ergo, quia concludimus, nõ acceptandas vel attendẽdas replicas euẽtuales, propterea nec de termino petito expresse definiendũ, cum per partes prius submissum: An ita releuantes † sint exceptiones, vt in specie iniũgenda sit Handlung vel nõ, à qua submissione nec Actores recesserũt, & Reus ipse petit dd. replicas non admitti nisi cum termino. Ideo inhærere possumus priori partium submissioni concludendo, vt supr. & exceptionibus non obstantibus pro iurisdictione Cameræ iudicãdum, & expresse quidẽ, daß die Sach hieher gehörig/ ad tollẽdas omnes cauillationes propter disputationes Dd. *l. ex quacunq; si quis ius dic. nõ obtemp.* & quamuis in puncto compulsorialiũ possint & soleant arctiores statim nonnunquam decerni, quãdo constat, † Reum parere nolle, tamen ex benignitate & ex superabundanti terminus ad docendũ de paritione, vt cõcedatur pro qualitate rerũ. non est inusitatũ sub commination arctiorũ & euentuali. Neq; vero est, q̃ dicatur, per talẽ interlocutoriam omnino definiri causam editionis, nõ audita parte & meritis nõ examinatis: nam si huic interlocutorię nõ obtemperatur, nulla tamẽ fit pœnæ declaratio, sed arctioribus primũ inferitur citatio ad videndũ, se incidisse in pœnas compulsorialiũ simplicium, vel causas proponendas, quare declarari nõ debeat. Et sic in principali termino consequatur Reus facultatẽ excipiẽdi: quia sub pœna reproductis arctioribus alius conceditur terminus, vt exceptiones, si quas habeat, quare nõ teneatur edere, proponere possit. Ac tum demũ interposita causæ cognitione, si producantur exceptiones, & appareant insufficientes, iterũ sub euentuali tantũ commination simpliciũ, vbi adhuc sententiæ satisfacere potest, terminus conceditur, & citatio post decernitur ad videndũ se incidisse in pœnã comminatam, & arctioribus comprehensam. Sicq; per ambages & lõgo sufflamine litis proceditur, hoc casu, vt nulla possit esse de præcipitatione aut omissa causæ cognitione querela, quod cautelosis nimis notum, & iam publice scriptis diuulgatum, per ipsum quondam E.P. consiliarium D.N.M. p. 2. n. 110. & p. 3. n. 31. (per verba: Es werden auch darauff die jenigen/an welche erstlich compulsoriales erkannt/ nicht gleich in die Peen den ersten Compulsorialn eynverleibt / wie in andern Execution Sachen vnd Pœnal Mandaten condemnirt / sondern es wirdt jhnen allein durch die ernstliche Compulsorial bey Straff der Acht mandirt vnd gebotten/die acta zu ediren / sie werden auch in solchen Compulsorialn citirt zu sehen sich in die Peen den ersten Compulsorialn eynverleibt verdampt zu werdẽ / oder aber vrsach fürzuwenden/warum solches nit beschehen soll/ so sie dann abermaln vngehorsam/vnnd die acta nit ediren / als dann werden sie euentualiter, so fern sie nicht ediren / condemnirt/vnd wirdt als dann darauff ein Citation auff die Acht erkennt. Hæc ille.) Item per Gail. 1. *obs.* 134. *n.* 6. ita vt neminem hæc praxis † latere possit. Si itaq; à Reo causæ cur non teneatur parere, in hoc termino vel post afferantur, illæ pro more discutiendæ erunt, nec hac sententia quicquã præiudicabitur, quoad pœnam editionis. Et hoc nouum nõ est, vt in aliis causis mandatorum, vt post iniunctam paritionem & euentualem commination admittantur exceptiones & examinentur. Quoad causam citationis, eadẽ fere exceptiones sunt, quæ & superius positæ de incompetẽtia nimirum, & quod causa editionis sit præiudicialis, ac non minus quam ipsa causa principalis publicationis & tutelæ pertineat ad Außträg. Ideo eadem est responsio, sed etiam illud adiicimus, quod etsi in dubiis iurisdictionis seu competentiæ versaremur, quod tamen secus arbitramur, maxime stantibus qualitatibus, de quibus supra dictum, iurisdictionem Cameræ fundantibus, æque adhuc consultius facturam Cameră in declarando se competentem, quam contrarium pronunciando se incompetentem esse. Idq; ipsum vel ob concurrentiam, quam cum summo Principe priuilegiatam habet. Vnde nec dubitare de iurisdictione potuit aut debuit, vtpote cum præsens negotium non sit de expresse reseruatis eidem Principi, sicq; sub regula maneat, ac iam ante demonstratum sit, causam hanc in vtroque puncto ad Außträg non posse referri, vtpote si hic † Camera competens non sit, nullus Iudex in inuitum Reum esse, darive queat, vel quod in dubio semper † pro iurisdictione superioris sit iudi-

81 22 23 24 25

can-

candum & præsumendum, præsertim quia ab eodem tanquam à fonte omnis iurisdictio manat, & id quidem præsumptum à iure eo ipso dicitur probatum, quod non probatur contrarium, vel quod eadem iurisdictio siue Imp. siue Cameræ concurrens tanquam fauorabilis potius est amplianda, quam restringēda; vel quod respectu eius iurisdictio der Außträg/ex multis causis odiosa, & variis ambagibus, prout hodie exercetur, inuoluta, sicque quasi exorbitans, sit refrenanda seu coercenda, vel deniq; ne aliter pronunciando Camera vulgarem illam notam, de qua passim est apud Practicos & Brunum *in cons.* 133. *n.* 10. incurreret: præter id quod magis honorificum reputetur der C. F. P. vt Iudices supremi & maiores de magnis causis & tutelis Principum præ cæteris sellæ inferioris cognoscant, quam ob rem hoc Imperii tribunal plerunque vice Principe & aliquot Comitibus est ornatum. Nec recte obiicitur de præpostera cognitione, si simul admittantur Actores ad causam editionis & dictę publicationis, ac confirmationis tutelæ. Nam etsi præiudicialis illa quæstio editionis esse possit, tamen & fieri potest, vt præiudicet, aut tollat actionem consequentem, si vel ipse Reus edere teneatur ex sententia, vel etiamsi aliunde sine editione Rei proferatur testamentum, vti nuper per supplicationem significatum. Eo amplius, quod nec ipsa quæstio editionis, siue præambula, siue incidens, siue præiudicialis dicatur, vtpote quæ causæ deseruire potest, & correspectiua est, talis sit, vt non ad Außträg / sed vel per se propter mandati causam, vel propter connexitatem causæ principalis potius, aut saltem dum in dubio est, an sit præiudicialis vel non, ad superioris cognitionem pertineat, & in arbitrio Actoris fuerit, hæc coniungere, prout & processus simul decreti & reproducti, & tunc constat, in causa principali tanquam fauorabili atque priuilegiata siue ab ipsa accipiamus, siue à mandato ratione editionis tanquam connexis iurisdictionem fundatam, vt in præcedentibus de vtroque explicatum est. Neque dicitur in potestate aduersarii esse ad illudendam iurisdictionem, & tollendam cognitionem, hæc ita diuidere atq; separare.

Ideo ad rem non facit, quod disputatur secundum nostrum Reum procedere debere quæstionem: An sit edendum? Et interim principalem causam suspendendam, quia hoc examinari potest ad decisionem & cognitionem principalis causæ, sed non sequitur, quod idem Iudex vtriusque quæstionis esse non debeat, vel etiam quod simul ad decernendos processus, iurisdictio fundata non sit, prout & absurdum esset, in causis ob publicam vtilitatem priuilegiatis & extraordinariis in puncto editionis aliquoties per gradus appellationum, sicque facultatem producendi litem in infinitum concedere, vt taceamus difficultates enormes, quæ circa electionem Iudicum iuxta Außträg quotidie accidere solent. Exempla sunt odiosa.

Hinc pariter friuolum esse apparet, quod prætenditur, Cameram non posse sibi adsumere iurisdictionem in causis pupillorum Electoralium: Quia casus non acciderit, quo se intromiserit vnquam, forte etiam (licet expresse nō allegetur in expositionibus,) quia lex ipsa aureæ bullæ circa id disponit. Nam ostendi debet potius, vt supra dictum, quod exemptæ essent hoc casu specialiter tales causæ: Alias enim sub generalitate comprehendi, certum est: quia causæ pupillares & publicorum testamentorum iuxta supra dicta, eo pertinere debent. Quod vero Electorum causæ † in hoc separatim ad Außträg pertineant, alienum & inauditum videtur. 26 Et mirum, quod excipiens ad Außträg Principes † & Electores æqualiter referat, in iurisdictione Cameræ fundanda etiam in priuilegiatis causis differentiam inter ipsos sine causa aut ratione statuat. 27 Quod vero mussitatur iam antea circa tales tutelas Electorum per auream bullam prouisum, An hoc ita intelligendum sit, vt contra iuris præsumptionem testamenti factionem ratione liberorum & bonorum Electori & adiunctionem tutoris tollat, sub Iudice lis est, saltem iurisdictionem Cameræ non tollit dicta Bulla, quæ de constitutionibus Imperii in causis extraordinariis iudicat, prout ipsi excipientes sibi contrarii essent, si hoc vrgerent, cum se referant ad Außträg iuxta ordin. Nec causæ allegantur sufficientes, quare potius eo pertineant, quam ad Cameram, vt supra quod si factū esset, in considerationem quoq; venire potuisset. Et ad hoc propositum faciunt supra dd. atque etiam allegatæ ab excipiente: Ex quibus colligitur, quod ordinariæ tantum actiones, vt petitio hæreditatis & similes, non autem extraordinariæ priuilegiatæ & fauorabiles ad Iudices delegatos demittantur, cumque stylus sit certus, & in confesso quoad alios Principes, nec reperiatur exemplum quoad Electores, fauorabilior dicitur causa eorum, qui communem regulam sequuntur, quam qui circuitus quærunt, vt dicit Rondelinus *in tit. de edit. numero* 12. Quamuis autem quoad merita huius causæ in puncto scilicet citationis nihil adhuc iudicari aut decidi possit: Quia tamen ratione iurisdictionis pariter in vtroque puncto compulsorialium & citationis submissum & cognitum, ideo & in eo coniunctim pronunciandum fuit, causam ad Cameram pertinere. Nam tali casu in his, qui simul fiunt prius aut posterius, non curatur. *leg. Pomponius. §. Ratihabitionis. ff. de procurat. leg. lecta, vers. dicebam, ff. si cert. pet.* Licet enim editionis † causa ordine sit prior, tamen causa & 28 actio, ad quam sit editio ordine intellectus

principalis, & sic iuxta effectum finis dicitur principium. Ideoque vnum ab altero non seperandum, per Rondelin. *dict. titul. de edit. numero decimoquinto. Butigell. numero trigesimoquinto, eodem titulo.* Sunt enim hæc inter se connexa & correspectiua, vti supra ostensum. Atque ex his omnibus perspicuum existimamus, Cameræ iurisdictionem in vtroque puncto fundatam, nec allegatam viam der Außträg competere, aut exceptiones propositas releuantes esse, & propterea iustitiam Cameræ iniuste taxari. Nam quæ in grauaminibus Rei Dominis reuisoribus exhibitis, noua & immutata, imo contraria prioribus afferri excepimus, ea partim ob idipsum, quia noua sunt, nec in prioribus except. proposita, attendi nequeunt, partim etiam, quia pro statu præsentis negotii parum huc pertinere videntur. Ad reliqua autem facilis est responsio. Quod enim post principium statim dicitur, daß impetrans durch für-brachte schrifftliche Handlung ipso facto von voriger Submission abgewichen. Huic subiectioni vnico verbo occurratur ex ipso facto, quod scilicet illa scriptura euentualiter tantum data, vt supra quoque deductum est, in quo magna est differentia. In allegatione præiudicii Eyssenburg contra Franckfurt / manifestus & crassus est error, quia ibi mandatum non est sine clausula, vt hic: norunt autem in foro versati, quæ sit inter hæc distinctio quoad formam procedendi & libellandi, atque in obseruatione iudicii aliter rem se habere, quam prætenditur. in fin. §. vnd hat Gegenanwaldt / &c. quod dicitur, debuisse tempus Reo concedi agendi ad replicam impetrantium: quia non conclusum in puncto competentiæ, nec dum causa satis instructa fuerit. Resp. vt supra, sufficienter per partes conclusum fuisse super eo: An terminus
29 agendi † ad replicas dandus, vel non; sicque an in specie Handlung neeessaria & in contrarium si non exigatur, vt super exceptionibus (quemadmodum in euentum ipse procurator R.S. petiit) pronuncietur, vti ex protocollo liquidum est. Quod sequenti §. asseritur, daß man Euentualhandlung expresse müßte verwerffen / id inauditum esse in Camera, nec styli nec rationis, vnd hat mans bey vorigem Beschluß / de quo supra, bleiben lassen / also implicite gnugsam zuverstehen geben / daß mans nicht wölle attendiren / sondern ex iure & ordinatione die Edirung dijudiciren. Sequens vero illatio aliena est, quia non sequitur, die Replicschrifft ist verworffen oder nicht zugelassen / Ergo so kan man die exceptiones nicht attendiren oder examiniren. In §. daß aber Dominus Iudex, fallacissimæ sunt suspiciones, vnd gestehet man auch derselben nicht / so viel die Referenten aut Iudices anlangt / wie auch in vorgehendem §. vnd kan judiciren / &c. daß man auff die Replic gangen / oder der gestalt dieselbige pro parte Actorum gehalten habe / lauter widersprochen wirdt / daß aber exceptiones siue refutationes partis aduersæ reijcirt seyn / ist / wie oben gemeldet / geschehen darumb / dieweil sie in iure bestanden / vnd in cognitione Iudicis versirt / vnd es D.R.S. pro Reo selbst also alternatim begert hat.

Ad §. incipientem, Zum andern ist diß auch / &c. Respondetur, moris non esse, † daß 30
die Gewalt in Camera recognoscirt werden / so viel dann der Beylage recognitionem belangt / seynd dieselben pars replicarum productarum, welche nicht attendirt worden / ideo nec accessorii respectus, so hat man wider impetrantium Gewalt nichts excipirt / vnnd derwegen Iudex dieselb sonsten ex iure examinirt / vnd für gnugsam gehalten. Ad extraneum illud obiectum in §. Zum dritten / respondetur inprimis, quod P. Ducis vices A.B. hic agere non possunt, quia nec legitimatus ad hoc, nec ipsorum nomine reuisio petita. Deinde quia inæqualitas est inter proposita; nam Actor consentiente Reo, & alias nemine contradicente, cauit pure ad tres menses. Ideo merito Iudex quoque acquieuit S.V. pro R. ad octo menses cauere voluit in genere quidem, so viel A. belangt admiscendo dubium nomine D. Palatini zu vertretten. Tertio & iis non attentis non denegatum eidem, quo minus legitime cauere posset, nec ne, dicito vt perperam aduocatus allegat, daß er Gewalt ad acta legen soll / sed wie recht zu legitimiren / jhme Zeit ad proximam angesetzt / da er sich nun von wegen A. pure zu cauiren offerirt hette / were jhm das vnabgeschlagen gewesen / oder hette auch ad legitimandum mit Gewalt ex causa legitima, wie offt geschicht / prorogationem wol bitten können / & iuris & quotidiana docet experientia per verba zu legitimiren / intelligi legitimationem vel per cautionem vel mandatum, præsertim vbi à citatione expresse non est repulsus procurator. Vanam eam itaque esse insimulationem inæqualitatis & commissæ nullitatis plus quam manifestum est, prout ipse procurator R.S. melius intelligit, qui primum obtulit purgare contumaciam commissam, & cautionem præstare, quia & quod frustranea fuerit prima eius oblatio ex Recess. 2. Mart. Anno, &c. millesimo quingentesimo octuagesimo quinto, vbi alius se legitimat, planum fit, daß alle Eynreden wider die begerte editionem testamenti dem Beklagten solten abgeschnitten seyn / inutilis est & inanis querela, cum in puncto competentiæ tantum causa decisa per hanc interlocutoriam, in reliquis nihil præiudicatur, si Reus defensiones habeat legitimas, vti supra declaratum. Ad sequentia argumenta de stylo & vsu Cameræ in voto responsum est antea. In §. Ehe vnd zuvor nun die Confirmation / &c. mira est variatio, dum iam prætenditur quæstionis: An tutores rite † dati, ideoq; confirmandi sint, &c. 31

Deci-

Decisionem ad Imperatorem & statvs pertinere, quia in eo agatur de vero sensu aureæ Bullæ, & tamen alias contendunt causam ad Außträge omnino pertinere, si autem præiudicialis quæstio ab ipsis Iudicibus der Außträge decidi non potest, non satis intelligitur, cur tantopere studuerint eam ad Außträg deferri, & adhuc velint, nisi forte vt prorogetur causa. Nec interim tamen apparet, cur minus de in-
32 tellectu † huius constitutionis aureæ Bullæ, quam de aliis constitutionibus imperii iudicare debeat, aut possit Camera. Quod si vero tam obscura sit, vt defensio eius inter Iudices Cameræ nõ conueniat, constat ex recessibus Imp. ad quem demum causa sit remittenda, quod iterum refutatur causæ principali præiudicatum erroneum esse iam sæpe dictum est. Editio enim testamenti non infert necessario confirmationem testamenti aut tutelæ, ideoq; & hic distincti sunt processus, & in vtroque super competentia tantum adhuc causa definita: Alias nec finaliter, nec decisiue quid decisum, vt supra demonstratum. In seqq. §§. huius causæ patronus conatur maximum discrimen inducere in constituenda iurisdictione quasi mul-
33 tum referat: An † tutela cuius confirmatio in Camera petitur, sit controuersa vel non. Item
34 an † ex testamento, vel ex l. petatur, cum tamen nec ex iure neque stylo aut rationibus hæc distinctio confirmetur. Quamobrem nulla indiget confutatione. Qualiter enim causæ non facit differentiam, quo minus sit causa tutelæ, quæ generaliter ad Cameram spectet. Minus contradictio simplex, vt præiudicia supra in voto allegata contendunt, alias in potestate cuiusuis per talem contradictionem iurisdictionem eludere, atque fieri etiam vt æquale periculum sit, siue agatur de adiunctione, siue de confirmatione tutoris simpliciter, & pariter testamentariæ atque legitimæ tutelæ confirmatio petitur. Reliquæ inuectiuæ & disputationes quantum huc faciant, aut quadrent; ex hactenus dd. liquere putamus, Aliorum tamen arbitrio quoque committimus, allegantur quidem iura, in quibus certus est Iudex causæ incidentis: Quis autem hic debeat aut possit esse Iudex, aut quando casus ad illa accommodandus sit, non exprimitur, quod suo loco relinquitur. Cum igitur exceptiones in puncto competentiæ irreleuantes sint, ex iure, ordinatione, & stylo decidi potest, quod non requiratur partium vlterior disputatio. Iurisdictio Cameræ in causis tutelaribus & connexis interim mediatos fundata, nec ad Außträg/ de quibus in exceptionibus pertinet: In puncto vero editionis decisiue adhuc, dum aut vlterius quam in mandato comprehensum, non fuerit pronunciatum. Exceptiones quare non edendum, aut quatenus Domino Reo adhuc supersint, obque eam causam nimis mature & impertinenter reuisio petita sit, ipsum omnino remouendum, sicut nuper factum ex simili ratione in causa Solms contra Freyhäuser/ sicque rei iudicatæ, & huius iudicii autoritatem tuendam fore speramus.

VOTVM V.

In causa S. & S. contra K.

SVMMARIA.

1 *An exceptiones & defensionales per iura, priuilegia, præscriptionem & similibus etiam ante litem contestatam alicui probare liceat.*
2 *Abbas S, an sit imperii vasallus omnesque imperio contributiones præstare debeat, an vero subditus D.S.*
3 *Actori intentionem suam probare incumbit, & quando.*
4 *Distinctio Baldi inter priuilegia quæ & qualis.*
5 *Mutatio propria & assumptio nominis alicuius, an statum vel conditionem mutare possit.*
6 *Aliquem esse statum imperii vel in.olam principis, quomodo probetur.*
7 *Matricula an per se probet: & quando, numero 10.*
8 *Quis ideo decurio non præsumitur, quod in albo decurionum descriptus reperitur.*
9 *Scriniarii iure militari non vtuntur, etiamsi nomina eorum matriculis inserantur.*
11 *Res inter alios acta, aliis præiudicare non debet.*
12 *Incertum per incertum probari nequit.*
13 *Scriptura priuata vt per se sola probet, quæ requirantur.*
14 *Vocatio ad Comitia vocanti nullum ius tribuit, & cur.*
15 *Imperator iuxta iura agere semper præsumitur.*
16 *Imperator aliis præiudicium vel iniuriam facere non vult, sed potius suum vnicuique ius conseruare.*
17 *Imperator si quid confirmet, quod antea non donatum sit, an confirmatio dicatur nulla.*
18 *Confirmatio est subreptitia, quæ sit super validis inuestituris, quæ erant inualidæ.*
19 *Verba enunciatiua vel assertiua principis vt probent, quæ requirantur.*
20 *Domini terrarum & principes ex concessione in suis terris regalia, & intentionem fundatam habent.*
21 *Præsumptio specialis firmior est generali.*
22 *Monasteria in Thuringia omnia principibus S. subiecta sunt.*
23 *Res præsumitur talis, qualis est maior pars illius loci.*
24 *Confirmationes priuilegii prædecessorum productæ, an in iudicio sufficiant.*
25 *Priuilegia & cõfirmationes summorũ principum,*

quæ se referunt ad alia, an valeant & probent: & quæ hic distinctio seruanda. nu. 26.

27 *Falsa causa dispositionem iuris non vitiat.*

28 *Is qui in positionalibus sibi contrarius est, repelli debet.*

29 *Seruitia vasallorum in feudis aliquando in contributiones commutantur.*

30 *Respectu iuramenti, seruitiorum seu contributionum præsumitur quis vasallus esse, aut non.*

31 *Qui ab antiquo nihil Imperio contribuit, is quoque pro vasallo imperii haberi nequit.*

32 *Reus hoc loco exemptionem instituit in imperii detrimentum.*

33 *Fiscalis an à præstatione iuramenti calumniæ in Camera liber sit.*

34 *Iudicia an æqualia esse debeant?*

35 *Iuramentum calumniæ est conscientiæ.*

36 *Onus conscientiæ nemini remitti potest.*

37 *Incola magistratibus, apud quos incola est, & quorum iurisdictioni subditus, parere debet, & ibidem muneribus quoque fungi oneraque subire.*

38 *Bona ecclesiæ donata, videntur pleno iure data, & non in feudum.*

39 *Id magis dilugitur, quod specialiter iniungitur, quam quod generaliter imperatur.*

40 *Literæ Comitis prouincialis sunt declaratio & confirmatio, tam securitatis quam subiectionis debitæ.*

41 *Subditi, cuiuscunque status & conditionis sunt, quasi membra caput suum, à quo discedere nefas, sequuntur.*

42 *Nemo duobus in locis de iisdem bonis tributa, & exactiones contribuere tenetur.*

43 *Argumentum à notatione vocabuli in iure an valeat.*

44 *Verbum, eximere, valde in iure est generale: & verbum (exemptorum) quomodo accipiendum. num. 46. item discrimen quod. num. 45.*

47 *Non est de nomine disputandum, cum de eius sensu plane constat.*

48 *Rescripta Imperatoris principibus concessa sunt perennia.*

49 *Iuramentum calumniæ vel ab vtraque parte, vel tantum à Reis petitum an sit præstandum, & an in euentum petitæ compulsoriales per fiscalem sint decernendæ?*

50 *Iuramentum calumniæ exactum, etiam non præstitum reddit processum ipso iure nullum: & hoc iudex ex officio exigere potest, etiam post conclusionem in causa. nu. 51.*

52 *Fiscus an iuramentum calumniæ præstare teneatur, & num. 53.*

54 *Propter omissionem petiti iuramenti calumniæ, processus ipso iure est nullus.*

55 *Compulsoriales petitæ an in euentum contra aliquem decernantur.*

PROCVRATOR Reorum D. C. 19. April. An. 50. exhibet supplicationem pro commissione ad perpetuam rei memoriam; quia per imperii recessum sit promissum, vt in causis exemptionum † liceat exceptiones & defensiones suas per iura, priuilegia, præscriptionem & aliis viis etiam ante litis contestationem probare, & Reis hæc causa sit magni momenti, ideoque intendunt productos defensionales, quam citissime fieri possit, probare, præsertim cum testes in hac causa producendi sint senes, valetudinarii, ideoque timendum ne motre eripiantur. Quare ne copia probationis pereat, repetit ius commune, & petit articulos ad probandum admitti, & ordinari commissarium G. Comitem de S. vel vnum ex iis consiliariis, cui Comes hoc mandabit & commissionem briefflicher Vrkundt zu transsumiren/ in meliori forma decerni. Fiscalis excepit contra hanc supplicationem. 1. litem esse cõtestatam. 2. articulos adhuc ad probandum non admissos esse. Petit igitur Reis petitionem suam denegari.

Tandem 18. Octobr. Anno 50. acceptantur responsiones pro sufficientibus, & admittuntur defensionales, saluo iure impertinentium. Consentit quoque fiscalis in nominationem commissariorum.

Reorum Ducum Procurator exhibuit Bücher vnd Registration/ darinnen deß Reichs Anschläge verleibet/ darinnen seyn aber die Eyte zu S. mehrers Theils nicht gefunden worden/ vnd erstlich im Anschlag deß Reichs bey Regierung weylandt K. Friderichs zu Nürnberg datiert die Laurentii, Anno 1397. ordine ita ponuntur status Imperii, primum Cæsar, Electores, Cardinales, Archiepiscopi, Episcopi, Principes Seculares, Comites, Nobiles, Iuliacenses, & Geldrenses ciuitates, Winwegen/ Arnheym/ Abbates & prælati, inter quos S. non reperitur. Im Anschlag bey Keyser Friderichs Zeiten zu Regenspurg. Anno 1471. S F. non reperitur.

Im Anschlag bey Zeiten Keys. Maximilians zu Franckfurt Anno 1486 gemacht S. non reperitur.

Im Anschlag zu Nürnberg Anno 1487. gemacht S. omittitur.

Im Anschlag zu Franckfurt Anno 1489. S. nicht gefunden.

Im Anschlag zu Nürnberg Anno 1491. gemacht S. non reperitur.

Im Anschlag zu Cöln gemacht wider den Graffen zu Zeps Anno 1505. reperitur S. mit 5. Knechten zu Fuß.

In dem Außzug deren die sich deß Anschlags befreyet zu seyn vermeynen/ reperitur S. inter Abbates mit 5. Knechten.

Item in deß Reichs Handlungen vnd Acten zu Augspurg/ Anno 1510. gehalten/ wirdt S. vñ andere von den Hertzogen zu S. außgezogẽ/ vide von außzughenden vñ außgezogenen/ An. 1548.

Im Anschlag de Anno 1521. zu Wormbs gemacht

macht reperitur S. Procurator Reorum Ducum dedit 7. Maii An. 58. triplicas vna cum in euentum conclusionibus produxit, itaque allegationes iuris mit Bitt solche ad acta zu legen / sed cum denegaret harum allegationum copiam Fiscali, fuit 9. Maii decretum. Ist D. L. sein Begeren hiemit abgeschlagen. Sequuntur nunc illæ allegationes iuris. Quæstionem ponit esse:
2 An Abbas S. † sit vasallus Imperii & Imperio omnes contributiones præstare debeat? An subditus sit Ducum S. & Landtgrauiorum Thuringiæ? Illud actor, hoc Rei asserunt. Actoris
3 autem est † intentionem suam probare, *l. 2. ff. de probat.* & fiscus hac in re iure communi vtitur, *l. 2. ff. de fid. instrumen. l exemplo. 7. C. de probat. l. 25. ff. de iure fisc.* vt & Dominus feudi siue contra vasallum, siue contra tertium agat, *Bald. in cap. 1. numero secundo, de vasall. qui cont. constit. Loth.* Quare vult examinare probationes Actoris.

Dicit igitur in 1. art. non exprimi, à quo genere hominum sit habitus Abbas S. pro Prælato Imperii: sed negat illum habitum omnium consensu pro Prælato Imperii, id non probatum esse, vt si quis communi opinione sit Comes vel Dux reputatus, per hoc non probari illum talem esse, *Schurff cons. 86. nu. 7. cent. 2.* exemplo notarii, de cuius creatione non constat, iuxta ea quæ traduntur *in l. Barbarius. ff. de offic. prætor. & c. 1. de fid. instrum.* Allegat Bald. *in l. non ignorat. C. qui accusa. non poss.* qui distinguit
4 † inter priuilegia, quæ nocent aliis, & quæ aliis non nocent: Hæc dicit iuri conformia: Illa vero iuri contraria, & in his pro possessore præsumi, in illis non, *l. ex facto. ff. de vulg. & pup. c. ad decimas, de restit. spol. Iason in dicta l. Barbarius. numero quadragesimo septimo.* Item dignitates, vt & alias dignitates, quæ veniunt, vel nomine, vel reputatione, vel restitutione. Ioan. de Salua *de benef. p. 4. quæst. 2. numero 36.* Infert quod nomen seu reputatio, etiamsi de his constaret, non probatur, aliquem reuera prælatum esse, *arg. c. inter corporalia Stichus. cum gl. de transl. Episc.* Nomine dignitatis quem posse dici Episcopum, & aliud esse talem esse ac probabilem, *l. mercus. de verb. signif.* prout *in l. si maritus. 2. §. 2. ad leg. Iul. de adult.* multo minus propria mutatio
5 & assumptio † nominis alicuius statum vel conditionem mutat, sed ex ipsis rebus, an quis sit
6 † status Imperii, vel incola Principis probationes sumendæ sunt, *l. assumptio. & l. fin. §. pen. ff. ad municipal* Et quia hęc verba ab antiquo sua propria significatione durationem temporis significant, de confessione dominorum Reorum frustra disputatur, *l. non aliter. ff. de leg. 1. l. Plautius. ff. de aur. & arg. leg.* In 2. artic. Actorem scilicet se fundare in matricula imperii, pro qua videtur præsumendum, *l. 3. C. de agent. in reb. lib. 12. l. petitionem. C. de aduoc. diuers.* Sed matricula per se † nō
7 8 probat, nec ideo quis decurio † præsumitur, quod in albo decurionum descriptus reperitur, *l. Herennius. de decur.* nec scriniarii † vtuntur 9 iure militari, etiamsi nomina eorum matriculis inserantur, *l. scriniarios. C. de mili. test.* Actum demum Matriculam † probare si quis nicht in- 10 scriptus sit, & pro se talem gerat, atque præstet ea quæ faciunt alii inscripti, *Bar. in d l petitionem. C. de adu. diu. iud. communiter Dd. in l. scriniarios. Iaf. in d. l. Barbarius. nu. 56.* Et hæc solum obtinere in his muneribus & priuilegiis, quæ conferuntur sine præiudicio & iniuria aliorum, ac sunt voluntariæ iurisdictionis, & in libera conferentis voluntate, *Alex in d. l. scriniarios. Iason in d. l. Barbarius. num 42. & 52. Fel in c. 1. de fide instrum. Alcia. de præsumpt. reg. 3. præs. 17.* Item rem inter † alios 11 actam, aliis non præiudicare. Deinde Imper. ipsum in decretis Comitiorum, vt Actor in sua probat. fatetur, statuisse scripturam matriculam incertam & dubiam esse, cum inter inscriptorem, exemptorem distinguit, & quosdam dubios, quod eos etiam non requiri scribit, & multos esse imperio, sed incertum † per 12 incertum probari non potest, *Bald. in l. ea quidem. C. de probat.* & præsumptio dici non potest, quæ clara certaque est, *l matrem. C de probat. Bal. in l. 1. C. eod. Alexan. cons. 23 lib. 5. Hippol. in rubr. C. de probat. num. 350.* Item cum Actor fatetur matriculam priuatam esse scripturam, & hanc tantummodo in certis casibus vim probandi habere oportebat, illum ostendere cui matricula conueniret, vt autem priuata † scriptura sola 13 per se probet, ideo quod in Archiuis publicis recondita sit, plura requiruntur, vide Cranet. *de antiq. tempor. p. 1. §. octaua datur. nu. 52. & seq. & in §. quando limitatur.* videtur quod talis locus sit publicus, in quo solummodo locatiuæ scripturæ, quibus indubitata fides habetur, deponantur, & cui certus officialis præest, cuius testimonio approbatur, *Bald. in d. l. in 1. rubr. C. de fid. instrum. Schurff. consil. 96. num 12. cent. 3.* alias Archiuum, per se tanquam locus publicus, in quo instrumenta deponuntur custodiæ causa, parum probat Ioan. *in authen. si quis in aliquo. C. de edendo.* Et qui ait scripturam de consuetudine fidem habere, illud probare tenetur. Præterea in talem scripturam siue matriculam Rei nunquam consenserunt. Ex eo obtinet, quod Specul. scribit, & post eum Ioan. Andr. *tit. de instrumen. edit. §. postquam. versic. sed minus. Schurff. d. consilio nonagesimo, numero duodecimo, centuria tertia.* infert allegatam matriculam nihil probare.

Tertius & quartus articulus de euocatione & compatitione ad Comitia loquuntur, sed vt citatio iurisdictionem immediate non subditum non tribuit, sed pars vel non comparere, vel saltem de incompetentia excipere, vel Iudex etiã medius subditum suum auocare potest: Sic etiam vocatio † ad Comitia vocanti nul- 14 lũ ius tribuit: Atqui saltẽ præsumatur aliquem

sub-

subiectum esse veniendi ad aliquem actum, oportet vt non solum pluries vocatus sit, sed & quod pluries aduenerit, *c.dilectus. & ibi Panor. nu.8.de cap.Monach.Bal.in l.data oper.nu.43. C.qui accu. non pos.* Nam per necessitatem comparendi declaratur iurisdictio, *c.fin.de offic. Archid. Bal. in d.l.data opera. & in l. liberi.nu.3. C. de oper.libert.* Negat confessum S. sæpius vocatum, nec probatum, quod is vel alius eius nomine comparuerit.

Quintus articulus q.fundamentum actus directi in se continet substantiam, puta quod Abbas S.à prioribus Impp.& Regibus Rom.& Carolo V. supremam iurisdictionem & Regalia acceperit atque tenuerit,&adhuc habeat atque teneat.Et qualitatem,vt puta,quod teneat, & scierint alii sacri Imperii Ecclesiastici prælati principatus dignitatem se habere, quam concessionis & confirmationum modum, certitudinem & continuam seriem demonstrare voluit. Videndum igitur an probata contenta huius articuli. In actis autem nulla alia est materia probatoria, quæ causam confirmationis Caroli V. per quam prima facie videtur intentionem Actoris probatam esse. Quia cum Imp. præsumatur iuste & recte agere,Cyn. *in l. rescripta.C.de priuil.in fin.*dicendum videtur eum Abbati non confirmasse feuda & priuilegia, si ea non habuisset, vel saltem priores concessiones & confirmationes ipsi non exhibitæ fuissent, *arg. Clem. 1. de probat.* Præterea quia Abbas amplam iurisdictionem, castra & multos pagos habere dicitur, ea ab imperio præsumitur habere,in quo sita sunt. Ius enim commune fundat intentionem Imp. non solum in Imperio, sed etiam in toto orbe, *l.de precatio 9.ff.ad l.Rhodiam de iact. gl.in clem. pastoralis. §. desuper. verb. distinctum. de sent. & re iudic.* Hoc amplius confirmationē priuilegiorum summi principis probandi vim habere dicitur, etiamsi non extent vel exhibeantur priuilegia.*gl.in c.si. Romanorum. verb.desunt. distinct.* 19. Sed prædictis non obstantibus concludit, per prædicta intentionem Actoris non probatam. Quod enim Imp.
15 † præsumitur iuxta iura agere, id pro Reis facit & præsumptio potius est de mente Imperato-
16 ris, quod aliis † præiudicium vel iniuriam facere non voluerit, sed potius suum cuique ius conseruare, *l. 2.ne quis in publi. Alciat.de præsumpt. præsum. num. reg.3.* Iuris autem quod tam in materia feudorum quam priuilegiorum per confirmationes nihil noui tribuatur, sed ius suum cuique saluum remaneat,Zas. *consil. 13. num. 14. & 18.lib.1. glo.pulchra in l. ex verbo. C. de donat. int. vir. & vxor.* quæ clare docet, si Imperator con-
17 firmet, † quod antea non sit donatum, confirmationem esse nullam, *cap. inter dilectos. §. caterum. de fide instr. Iason in l. omnium. num. 7. C. de testam.* Quare etiamsi plures confirmationes extarent, tamen in præiudicium aliorum non probarent feuda & priuilegia, quod etiam in genere de omnibus concessionibus & confirmationibus, etiamsi clausula *ex certa scientia*, vel similes adiectæ sint, asserunt, *Bald. & Ias. in l.1.ff.de const. princ.Castrens.cons.160.Alex.cons.213. nu.5. lib.2. & cons.24.num.5.& cons.57.ad fin. lib.3.* Nec ideo suggillatur honor & dignitas Imperatoris, sed magis confirmatur, quia insciis & inuitis Imperatoribus multa mala in aula committuntur, vel ministrorum improbitate, vel supplicantium importunitate & obreptione, de quib. *l.1.C.de petit.bon.sublat.lib.10.l.diligenter. C. de aquæ duct. & ibi Luc. de pen. Ferra. in for. obiectio. contra instrum. verb. contra ius. Ias. cons.10. nu. 28. & cons.50. lib.2.* Hinc etiam omnes literæ principum iniquæ & contra ius alterius impetratæ obreptitie præsumuntur,& Bald.*in c.1.nu. 2. per quos fiat inuestit.* dicit, quod contraria iura non intelligerem confirmata, sed obreptitio impetrata, *Castr.cons.160.* vbi ait confirmationem † esse subreptitiam, quæ fuit facta super 18
validis inuestituris, quæ erant inualidæ.

Hasce autem confirmationes esse subreptitias inde patet, quod ab Imp. clam sint impetratæ, insciis quorum præcipue intererat, & qui conatibus certe restitissent, si de his certiores facti essent, *argumento l. prohibere. §. fin. cum l.seq. ff.quod vi aut clam.* quod fraudis & doli præsumptionem nunc corroborat. Sal. *in l. in ciuile.ad fin.C. de furt. Bellam.cons.32.num.10.* Et vt
verba † enunciatiua siue etiam assertiua prin- 19
cipis probent, multa requiruntur. 1. Quod super his gratia & intentio principis fundetur, *d. Clem. 1 de probat.2.* Quod princeps factum suum non alienum, *glo. in cap. si Papa. de priuil. in 6. Ias. in consil. 86. num. 7. lib. 3. 3.* Quod Princeps ex motu proprio non ad petitionem partis scripserit,vt communiter DD.tradunt *in d. Clem. 1. & Abbas in c. dudum.de priuil.Alex.in cons. 112.lib.7. 4.* Vt res narratæ dependeant à voluntate principis, & nulli alii præiudicium fiat,Gemi.*in d. c. si Papa. §. 1. Aretin. cons. 86. versic. non obstat. 5.* Vt narratio principaliter fiat inter subditos, *Aret. in consi.162.versic. pro ista conclusione. Castrens.cons. 159. Felin. in cap. ad audientiam. num.9. de præscrip.* Præterea his concurrentibus adeo firma talium verborum probatio tunc est, quando saltem per indirectum quod narratur probari possit.*gloss.in dict.Clemen.1.Felin.in cap.cum à nobis nume. 4.de testib.Aret. cons.159. Iason cons.86.libr.1. num.7.*Ex quibus infert, d. confirmationem nihil probare.

Ad secundum argumentum respondet, etsi Imperator habeat generalem præsumptionem in rebus sub imperio sitis, tamen cum principes ex ipsius Imperatoris concessione,& ex antiquissima atque notoria consuetudine Regalia habeant, atque in suis Ducatibus reguli atque q. Imperatores sint, habent ipsi etiam specialem præsumptionem pro se, vt Anton.

tion. de But. *in d.c. fin. num. 5. de offic. Archid. & Bald. in l. fin. C. de hær. vel act. vend.* clare fatentur, Dominos † scilicet terrarum habere Regalia & intentionem fundatam in suis terris ex concessione siue ex consuetudine, siue ex præscriptione, *cap. si diligenti. & ibi Hostiens. Bald. Abb. & Felin. de præscript. Euerhard. in top. in loc. à toto ad partem. vers. istud est vtilit.* Præsumptio † quoque specialis firmior est generali, *Bart. in l. cum de indebito. ff. de probat.* Ergo præsumptio Reorum derogat præsumptionem Actoris. Imperatoris quoque præscriptionem valde imminuit, quod communiter Dd. tradunt, hodie imperium scissum esse, & iura imperialia quodammodo diuisa in Duces, Barones, ciuitates, *Accurs. in rubr. C. de studiis liber. vrb. Rom. Ioan. Fach. in §. igitur. inst. per quas personas nob. acquir. Iacob. de Scherg. de feud. verb. promiserunt. numero 9. Bald. consil. 195. lib. 2. Capol. consil. crim. 59.* Item cum Actor dicat Abbates Regalia habere in feudum ab Imperio, & feuda non præsumantur, sed bona allodialia, præsumptionem non solum non habent pro se, sed contra se. Accedit, quod in Thuringia † omnia monasteria sint subiecta principibus, ex qua generaliter præsumitur veritas, modo consuetudo difformis probetur, vt in simili docet Bald. *consil. 351. ad fin. libro primo*, & res † præsumitur talis, qualis est maior pars illius loci, *Dd. in c. 1. de donat. int. mas. & fœm.*

Ad 3. argumentum respondeo, quod in iudicio non sufficiat † producere confirmationes priuilegii prædecessorum, sed & opus sit respondere concessionem, probatur *in auth. si quis in aliquo. & ibi. per Dd. C. de edendo.* Item priuilegia † & confirmationes summorũ principum, quæ se referunt ad alia vt valeant & probent, sic distinguendum † est. Aut fuit citatus, cuius interest cum causæ cognitione, & valent, *argum. cap. cum dilecti. de confir. vtil. vel inutil. Alexan. & Ias. in l. admonendi. de iureiur. Dd. in l. priuilegia. C. de sacrosan. eccles. Aretin. consilio septuagesimosexto. Rom. consilio 336.* Aut fiunt sine causæ cognitione, & res talis est, quam princeps possit principalem concedere, & in suo consistit arbitrio, aut causa adiecta talis est, qua etiam non consistente princeps rem concessisset, & tunc valet etiam confirmatio in vim priuilegii, & falsa causa † non vitiat dispositionem, *l. cum tale. §. falsam. ff. de condit. & demonstrat.* Atque in nostro casu confirmatio non est facta cum causæ cognitione, prout supra dictum de iure tertii. Ex hisce igitur verbis confirmationis constat, quod Imp. non voluerit Abbati S. de nouo feudum & priuilegium concedere, sed solum quæ dicebantur prius concessa, confirmare. Prioribus enim concessionibus & confirmationibus vtitur, & aliorum iura salua esse iubet, & dato voluntatem Imp. adesse, tamen deesset potestas, quia Imp. maxime in Germania non potest iura Ducum & Comitum diminuere & violare, imo nullius vasalli, *Bald. consil. 327. num. 4. lib. 1. Ias. consil. 52. lib. 3. Bald. in cap. 1. de natur. feud. Zas. consil. 10. lib. 2. & de feud. p. 11. Alciat. de præs. reg. 3. præsum. 8. ad finem.* Sed vt constent tales confirmationes, maxime requiritur, vt princeps habeat potestatem de nouo concedendi, & confirmandi, quod dependet ex mera facultate, *Schurff. consilio 90. numero decimoseptimo.* His accedit, quod confirmationes non sunt, vt per hoc aliquid validum reddatur, sed propter aliquas alias causas, videlicet dubitationis tollendæ ergo, vel ad obseruantiam excitandam, vel propter vetustatem chartarum, nec sunt deinde maximæ, licet consuetudine fiant, vt tradit Ioan. Fab. Cyn. Bar. Castr. Alciat. *in l. priuilegia. de sacrosan. eccles. & ibi Schardius in addit. ad Bart. Alex. consilio trigesimotertio, numero decimosexto, lib. 5. Stephan. Bertrand. consilio 108. lib. 3. Zas. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur.* Quare ad alium effectum detorqueri nequeunt, *arg. l. pro herede. & ibi Bald. ff. de acquir. hered.* Infertur igitur ex prædictis, Actorem super hoc principali articulo, nihil probasse, & quia Actor appendices, in responsionibus tanquam contra ordinat. Cameræ reiicit, & responsiones simpliciter intelligi vult, notandum est, quod docent Dd. licet lege vel statuto caueatur, quod positioni simpliciter respondeatur, posse tamen responderi conditionaliter secundum naturam rei vel actus, *Bald. & Ias. in l. Gallus. §. ait Prætor. de iureiur. Hippol. in rubr. C. de probat. numero decimoseptimo. Euerhard. in topic. loco à subiecta materia, circiter medium.*

Sextum artic. dicit loqui de Registris eorum, à quibus petuntur contributiones, sed Actorem nulla produxisse & fassum esse, quod sint incerta. Huc refer, quæ supra dicta sunt de matricula.

Septimum 8. & 9. artic. etiam esse probatos dicit, nisi quatenus sunt confessati. Et mandata ad comparendum & soluendum non magis debitum probant, quam mandatum veniendi ad Comitia & consentiendi in contributiones, vt ad tertium & quartum articulum dictum est. Nec vllus processus effectum suum habuit, quod & hic ipse processus declarat, in quo primum discutitur hæc quæstio: An Abbates S. sint imperio immediate subiecti, & fatetur Actor in secundo articulo Dominorum Saxoniæ: huc vsque Abbates eueniisse, quæ omnia, cum sint certissima, & rursus se fundet super 5. artic. non est diutius hic insistendum.

Reliqui articuli nihil ad probandam faciunt, nisi quod Actor fatetur, Abbates professos esse & obiecisse, se exemptos & non teneri Imperio contributiones soluere: quo posito 5. ait fundamentum articularis corruit.

Nam

Nam feudum petere & habere ab imperio & præsertim se esse exemptum & non obligatum imperio, ad præstanda seruitia, & contributiones communes simul consistere nequeunt,
28 quare sibiipsis fidem derogant. Et si quis † in positionalibus sibi est contrarius, debet repelli. Præterea Actor nihil probat, quod illæ contributiones ab Abbatibus sint ab antiquo præstitæ, certe si ab antiquo fuissent, vasalli imperii vtique præstitissent, vt alii prælati. Nam vasalli proximum est seruire, & aliquando etiam de bonis feudalibus contribuere, *Specul. de feud. §. quoniam. versic. porro. Alexan. consil. 35. lib. 2.*
29 Et seruitia † aliquando commutantur in contributiones, quod iam sæpius in imperio est obseruatum, *Bald. tit. de allod. num. 21. in vsib. feud. & l. 1. ad fin. C. de oper. libert. & consil. 313 num. 2. lib.*
30 3. Et ideo ratione & respectu seruitiorum † seu contributionum aliquis præsumitur vasallus esse aut non esse, *Bald. consil. 351. lib. 1. Castrens.*
31 *consil. 164.* Ergo cum Abbas ab antiquo † non contribuerit, non potest quoque pro vasallo imperii haberi. Actus à Fiscali obiecti ipsum non iuuant. 1. Quia nec articulati sunt, nec probati, & licet dolus constitisset, tamen notorium est, & Actor ipse fatetur in 12. & 13. posit. art. tam Abbates quam Duces S. negasse Abbatem S. esse immediatum vasallum Imperii. Quare solutio ex alia causa, puta ex singulari reuerentia erga Impera. facta (quemadmodum iam omnium exemptorum nomine contributiones fiunt, ex singulari obedientia) Reis non præiudicat. *arg. c. constitutus. de rescript.* & eorum quæ docet Ias. *in l. beneficium. num. 2. ff de constit. princip. & Felin. in cap. cum accessisset. num. 28. de constit.* Quid si etiam ex errore vel ancipiti animo facta esset, vtique non præiudicaret, *l. 1. ff. de cond. indeb. l. non idcirco. C. de iur. & fact. ignor.* Sicut nec erronea feudi recognitio cuiquam obest. *Spec. de confess. §. nunc videndum. Bal. d. l. non idcirco. Iacob. de feud. verb. d. vasalli promiserunt. num. 21.* Etsi ex præstatione contributionis Actor causam probare velit, puta vt propter præstationem eius & seruitia Abbas vasallus & subditus imperii præsumi debeat, oportebat ipsum causam in articulis allegasse & probasse, ex hac causa legitimo tempore saltem 30. annorum continuorum contributiones & seruitia præstita esse, vt docent DD. *in l. si certis annis. C. de pact. Ias. in l. 2. num. 158. C. de iur. emphit. Alc. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 2. n. 2.*

Parens quoque Reorum, vt alii principes & status in Comitiis Spirensibus Anno 44. propter cõtributiones protestationem fecit. Quare si qua contributio facta esset, illum in futurum non obligaret, quia per protestationem sibi conseruasset ius suum.

2. Huc accedit, quod Actor ea nec articulat nec probat, quæ aliquem vasallum esse indicant. 1. Quod iuramentum fidelitatis Abbas Imper. vel ipsius antecessoribus præstiterit. 2. Quod vt vasallus ipsis seruiuerit. 3. Quod per se de vasallo iustitiam fecit conquerentibus, quod in maioribus vasallis imperii, qui Imperatori immediate sunt subditi, vt Principes & Prælati vsu notissimo probatur. 4. Quod possessiones à domino in feudum teneat. Ex his infert Abbates S. nullo modo esse vasallos Imperii. Ad artic. 14. multis ostendit Actorem male inferre Reos † exemptionem instituere 32
in detrimentum Imperii, cum Imper. nil iuris in illa Abbatia immediate habeat. Ergo contra iustitiam vult alterius ius sibi vendicare. Item vrget, quod fiscus contra nullum debet esse immunis, & quod temere Actor litiget. Ad hęc fiscalem iuramentum calumniæ inique petere à Reis, cum ipse hoc præstare recuset, *arg. cap. 1. §. in quibusdam. de consuet. recti feudi*, & postquam ipsi ius suum plene probarunt, *arg. cap. 2. & ibi Bald. num. 7. de probat.* Vide Gail. *lib. 1. obs. 90. Mynsing. cent. 1. obs. 74.* Negat fiscalem † es- 33
se liberum à præstatione iuramenti calumniæ, idque esse pessimi exempli, quia alia est persona Procuratoris fisci, & alia Imperatoris, & iudicia † debent esse æqualia, *l. non debet actori. de* 34
reg. iur. 14. quando non vult iuramentum calumniæ præstare, ipso iure præsumitur aliena iura perturbare. *c. Imperatorum. de iuram. calum.* Et fiscus debet serio calumnias compescere, *l. 7. C. de iure fisc. libro 10.* Nec habet contra hoc priuilegium, sed iure communi vtitur, *Euerh. in loco à fisco ad Eccles. Alciat. de præsumpt præsumpt. 40. reg. 3. num. 3.* Item iuramentum calumniæ † est 35
conscientiæ, sed onus † conscientiæ nemini 36
potest remitti, *cap. constitutus. de fideiuss. Matthes. sing. 63. Rom. sing. 423. Zas. consilio 22. numero 16. lib. 2.* Et hæc de intentione & argumentis Actoris.

Nunc de exceptionibus Reorum. Quod attinet ad exceptiones, eæ per commissarios & Notarium ex inspectione actorum refutantur, quare ad articulos. Primus articulus fundatur ex iis quæ ad 5. artic. positionalem dicta sunt, qui ex eo confirmatur etiam, quod Abbates non habeant ipso iure territorium proprium & separatum nisi singulari priuilegio impetrarint, *Abb. in cap. cum contingat. num. 29. de form. compet.* Secundum articulum defensionalem probare, Abbates esse subditos seu incolas seu prouinciales (nam hæc tria idem significant, *l. prouinciales. l. pupillus. §. incolam. de verborum signif. Clem. 1. & ibi glo. de foro compet. Archid. consil. 77.*) Comitum prouincialium siue Landtgrauiorum Thuringiæ: sed incola † Ma- 37
gistratibus, apud quos incola est, & quorum iurisdictioni est subditus, parere debet, & ibidem etiam muneribus fungi & onera subire, *l. incola. 34. l. domicilium 20. ff. ad municip. l. prima, & leg. priuilegio. C. eodem. l. rescripto. in fin. ff. de mun. & honor.* Bald. *consilio 445.* dicit, verum esse,

esse subditum, qui munera præstat, & Abbates extra monasterium dominium habere non possunt, *Luc.de Penn.in l.liues.C.de incol.* vtrumq; titulum testibus & instrumentis antiquis ex archiuo legitimo depromptis & productis probatum.

Per 3. & 4. articulos probatur, bona Monasterii S. fuisse bona priuata & propria non imperii, & sic corruit fundamentum Actoris, nec probauit Actor, conditionem bonorum esse mutatam, contra quod etiam pugnat præsumptio libertatis in territorio suo, Abbates esse
38 incolas. Accedit, quod bona donata † Ecclesiæ videntur pleno iure data, & non in feudum. *Felinus in capitul. cæterum. ad finem. de iudic.* Item, per consequentes articulos declarari priores: Ius aduocatiæ & supremę iurisdictionis ducum plene probatum esse super 6.7.8.9.10.11.12.13. & 14. artic. Infert ergo Imperio nil iuris competere, & iurisdictionem & superioritatē probari, si testes dicunt, quod viderint illos se gerere pro dominis politicis longo tempore, *Bal. in d.l.data opera.num.43.C.qui accus.non poss.arg.l.Titia.ff.de solut. l.post mortem.ff.de adopt. l.4. C.ad Sct. Maced.c.licet causam.de proba.* Et si actus referant, qui non possint fieri citra nomen & ius subiectionis, *Bald.d.l.data opera.nu.43 & in l.2.nu.8 & 15.C.de seruit.& aqua.Aret.cons.76.* Non obstare, quæ obiiciuntur de literis protestationis & securitatis, quoniam sæpe etiam subditis Magistratus literas seu confirmationes securitatis & protectionis dant, quia debet magis amari id,
39 quod † specialiter iniungitur, quam quod generaliter imperatur, *cap. si aduersus. de hæret. gl. in cap.ex parte.2.de priuileg.in c.quanquam. distinct.23.* Vt & leges omnibus securitatem dant, *l. capitalium.§.ad statuas.ff.de pœnis.* & tamen quibusdam etiam personis dant specialiter, vt legatis, *l.sanctum.ff.de rerum diuision.* Item studiosis, *authent. habita. C.ne filius pro pat.* Et literæ Comitis prouincialis
40 † sunt declaratio & confirmatio tam securitatis, quam subiectionis debitæ, atque in diuisione prouinciarum & Ducatuum, quæ etiam hodie est recepta, *Ioan.Andre.ad Specul.tit.de feud.communiter DD. in cap. Imperialem. §. præterea*
41 *ducatus.de prohib.feud.alien.per Frid.* Subditi † cuiuscunq; status & conditionis sint, quasi membra suum caput sequuntur, à quo discedere nefas, *l.qui ex 30.ff.ad municip. Bald. in c.si diligenti.de præscript.*

Super 15.16.17.18.19.& 20. articulis obedientia & contributionum præstatio rite probata sunt, quæ certissima sunt argumenta ciuilis subiectionis & iurisdictionis superioris. De obedientia in comparendo dictum est ad 3. & 4. articulos Actoris, & idem est in parendo mandatis, & generaliter in omni obedientia, *Baldus in dicta l. data opera. numero 43. & in l.liberti. nu.3. C.de oper.libert. Alex.cons.23.n.3.lib.5.Henning.God. consil.5.num.19.vol.4.Abb.in cap.tua nobis.num.3.de confir.vtil.vel inut.* Item, per impositionem & solutionem census publici, tributorum vel collectarum probatur iurisdictio territorii, cui præstatur, *capitulo 2. §. secundo.Nouell. quibus mod.nat. effic.sui.l.3.& ibi Baldus C.de nat.lib.& in dict.l.data opera.num.43.& consil.420.lib 1. Alex.cons.35. numero 4.libro 4.Hyppol in rubri. C.de proba.num.256.*
At nemo in duobus locis † de iisdem bonis tri- 42
buta & exactiones contribuere tenetur, *l. 1. & ibi gl.C.de mulier.in quo loco, &c. Bar.in l.priuatæ.C. de excu.mun.Bal.in c.capitulum.n.4.de rescript. Alex. cons.148.n.10.lib.6.Gui.Pap.decis.87. Bertran.cons. 57.n.13.lib.3.*

Super 21.22.23.24.25. articulis probatam esse iurisdictionem superiorem. Sed per exercitium iurisdictionis probatur locum esse de territorio, & homines esse exercentis iurisdictionem subditos, *l.pupillus.§.territorium.de verborum signification. l.finali. ff. de iurisdiction.* A contrario sensu Bald. *in dict.l.data opera.numero 43.Henning. dict.consilio 5.* Argumentum † Actoris à notatio 43
ne vocabuli non habere locum ait, Abbates exemptos à vectigalibus seu contributionibus Principum: Ergo antea fuisse obligatos: Quia hoc casu non allegatur à Principibus priuilegium singulare exemptionis, sed ius commune, quod exempti non sint immediate sub Imperio, nec ab eo feuda habeant, vt Clerici à Canonistis dicuntur, vel Iure directo, vel communi exempti à iurisdictione & oneribus ciuilibus, *DD. in c.si quis.de maior. & obed.* Atqui verbum (*eximere*) alias † valde est generale, *l.4.* 44
ff.ne quis eum qui in ius. Et ordinatio Imperii Augustana de An.48. promiscue illo verbo vtitur, respectu regiſtrorum & contributionum Imperii exemptos vocat, & quidem hos quoque, qui sunt in quasi possessione libertatis. Et facit discrimen † inter hos & illos exemptos, 45
qui priuilegio nituntur. Præterea imponit fisco partes Actoris, igitur de iure suo probare necesse habet. Id enim est petitoris partes sustinere, *l.si priusquam.ff.de nou.oper.nuntiat.* Et secundum hanc consuetudinem verbum † *ex-* 46
emptorum accipiendum est, *l. librorum. §. Cassius. de legat.3.* Non disputandum de † nomine, cum 47
de sensu constat, *l.2. C.de legibus & constitutionib.* Per tabulam Cæsaris Maximiliani probatur, tributa Saxoniæ Ducibus, non imperio immediate deberi, quibus legibus Cæsareis maxima autoritas tribuenda, quia faciunt ius singulare, & quod pœna per legem generalem non tollitur, multo magis ius, quod quis habet, conseruatur, *l.1.ff.de constit.princ.& ibi Cast.Ias.Zas.in parati.* & talia rescripta † sunt perennia, *l.falso.C.* 48
de diuer.rescrip. Item famam consentientem hic alias probationes iuuare, *c.cum causam. de probat.* Imo famam dominium ciuitatis & similia vniuersalia iura plene probare, *Bald.in l.proprietatis. numero 3 C.de probation.Rom.in l.2.§.idem Labeo.de aqua pluu. arcend. Imola l. admonendi. numero 24.*

ff. de iureiur. Ex prædictis concludit Reos absoluendos.

Nota quod supra *numero* 32.33. *& seqq.* disputatum est: An fiscus teneatur iuramentum calumniæ præstare, quod ille recusauit, vtens præiudicio, quod in contradictorio iudicio, & in simili exemptionis casu in causa Fiscals contra Brandenburg die Bischoffe zu Hagelberg/ Licaus vnd Brandenburg betr. 20. Ianuarii, Anno 52. pronuntiatum fuerit, daß der Fiscal deß Juraments calumniæ halben erlassen seyn solle. Sequitur igitur de hac quæstione ardua.

Votum Correferentis.

Cum in hac causa vtrinque sit diffinitiue
49 conclusum, quæritur: An petitum † iuramentum calunmniæ vel ab vtraque parte, vel tantum à Reis sit præstandum, [puta, contra Ioan. R. vt allegatum Monasterii S. Archiui custodem ad edendum deß Klosters Regalien vnd Confirmationen von Keys. vnnd Königen/ vnd der Reichstag abredt.] & an in euentum per Fiscalem petitæ compulsoriales sint decernen-
50 dæ? Cæterum certi iuris est, quod † iuramentum calumniæ exactum & non præstitum reddat processum ipso iure nullum, quia est de substantialibus iudicii, *l. 2. §. sed quia veremur. vbi glos. in verb. remitti. & Bald. nu. 3. C. de iureiur. propter calum. dando. gl. in l. iusiurandum. 34. §. qui iusiurandum. ibi Bar. Bal. & DD. de iureiur. c. 1. & ibi Francis. num. 4. de iur. calum. in 6.* quod adeo verum, vt eo casu scilicet, quando petitur, non possit omitti, *DD. locis supra allegat. Rota decis. 2. titu. de iur. calum. in antiq. Vant. de null. titul. de null. ex proces.* Et Iu-
51 dex † potest id iuramentum ex officio exigere, etiam postquam conclusum est in causa, *Bald. l. 1. num. 8. C. de iur. propter calum. Matthes. singul. 64. incip. nota aliam.* Quod adeo verum est, vt statuto vel consuetudine non possit contrarium induci, *Rom. sing. 428. incip. inhabiles. Matthes. singu. 65.* Similiter non valet statutum, vt differatur iuramentum calumniæ vsque ad calculum ferendæ sententiæ, *Panorm. in c. cæterum. num. 4. de iuram. calum. Sarnyna in addit. ad Matthes. d. sing. 65. num. 3.* Ex quibus breuiter concludo, & hic iniungendam ex officio iuramenti calumniæ præstationem.

52 Porro autem videndum, an Fiscali † quoque illud sit iniungendum, cum is contendat se non tenere illud subire. Et regulariter tam Actor, quam Reus cogitur de calumnia iurare, quamuis nonnulliq; sentiant, procuratorem fisci ad hoc teneri, vt tradit Luc. de Penna *in l. iustas in fin. C. de iure fis. lib. 10. Idem in l. vnica. col. 2. versicu. 3. numero sexto. C. de conduct. & procurat. libro vndecimo.* qui textus habet, quod in agendo & excipiendo homines domus Augustalis debeant vti iure communi, nisi in casibus, in quibus comperiantur priuilegiati. Contrarium tamen ipse Luc. de Penn. ibidem asserit, de consuetudine obseruari, quod Camera sequitur, procuratorem † fisci non iurare de calumnia, licet ab aliis 53
hoc iuramentum exigat, docet Mynsi. *cent. 1. obs.* 74. vbi refert vnum præiudicium Gail. *lib. 1. obs.* 90. Ego etiam ita obseruatum memini in causa Fiscalis contra Holstein vnd Hamburg / exemptionis. Quod vel ideo receptum mihi videtur, quia Fiscalis non censetur calumniari, cum non motu proprio, sed de consilio Deputatorum litem instituere soleat. Faciunt, quæ tradit Luc. de Penn. *in d. l. vnic. col. 3. vers. 3. quæritur. Sartyan. in addit. ad Matthes. sing. 64. num. 15.* Vnde concludo, Reis iniungendum iuramentum calumniæ, exceptionibus ab ipsis allegatis non obstantibus.

Et quia propter omissionem † petiti iura- 54
menti calumniæ processus ipso iure est nullus, per iura supra allegata, necesse est, vt procuratores vtrinque, Fiscalis scilicet, & D. B. post præstitum calumniæ iuramentum omnia repetant: sic enim saluetur & reparabitur processus habitus, per ea, quæ notat Bartolus *in l. mutari. num. 3. ff. de procur. & in l. properandum. in princ. nu. 5.* vbi dicit vno iactu repetenda acta, *C. de iudic. notat Abb. in c. fin. num. 2. de probatio. Afflict. decis. 262. num. 7. Decius consilio 549. numer. 4.* vbi dicit, quod hoc vno contextu fieri potest, vt si dicat, *recipio libellum, contestor litem, & recipio terminum ad probandum, &c.* Vant. *de nullit. tit. qui. mod. sent. & proc. qui dic. null. rep. poss. nu. 88. Anth. de Matth. in tit. de prorog. iurisdict. & fori com. n. 16. vers. cautelam tamen. fol. 121.*

Restat, vt nunc videamus, an in euentum petitæ † compulsoriales sint decernendæ, 55
quoad præfectum Aulicum Monasterii S. Et breuiter concludo, quod sic. Nam ex eo constat, fiscalem intentionem suam, videlicet Abbatiam S. immediate sub imperio esse sufficienter non probasse. Nam nihil fere habet, quo probat, quam matriculam, quæ sufficiens probatio non est, cum in ea multi sint exempti in scripto, & subinde variet, ad hæc Reorum intentio, scilicet dictam Abbatiam subiectam Landtgrauiis Thuringiæ, & Ducibus Saxoniæ, per testes, & per alia documenta satis superque probata. Quare, si nunc diffinitiue pronuntiaremus, necessario tanquam Actore non probante, Reos absoluendos esse censerem. Nec obstat, quod Fiscalis hic petat edi instrumentum Reorum, ad fundandam intentionem suam. Nam hoc speciale est in fisco, *l. tertia. de edendo. Socin. in regu. fall. regula centesima duodecima. in 4. fallen.* Cum igitur ex supradictis liqueat, propter omissam petiti iuramenti calumniæ præstationem, processum hactenus habitum nullum esse, & Fiscalis iurare non teneatur, nec ipsum intentionem suam satis probasse. Concludo Reos compellendos ad iurandum, & vtrique parti iniungendum, vt acta

repetant post iuramenti præstationem, petitasque compulsoriales decernendo.

D. E. Correferens. Quoad iuramentum calumniæ & compulsoriales concludit mecum. Non censet autem repetitiones opus esse, cum processus ob intermissum iuramentum non sit nullus, *per decis. Cæpoll. Thol.* 108. *& ibi Aufr. in add. Marian. Soc. cons.* 59. *nu.* 1. *lib.* 2.

D. N. Concludit mecum.

D. E. Concludit mecum.

D. D. Putat processum non esse nullum, tamen non repugnat, vt iniungatur repetitio, putat per generalem clausulam, *si quid facti*, conseruari processum.

Sententia.

In der Exemption Sachen deß K. F. wider Herrn J. W. vnd J. F. H. S. für jhre angeben interesse, vnd den Apt zu S. als Principaln ist ermeldter Fiscal fürgewendter Eynreden vnverhindert deß iuramenti calumniæ erlassen / vnnd von Ampts wegē der Bescheyd / daß D. B. denselben angeforderten Eydt für gefehrt ad proximam zu erstatten schuldig / vñ so fern beyde Theil nach erstattem Eyd / darauff alle vnnd jede jhre Handlungen vnd Recessz repetiren vnd bekräfftigen werden / daß als dann gedachtem Fiscal die in exceptionibus den 6. Octob. Anno 54. eynkommen / in euentum gebettene compulsoriales erkennt seyn sollen / ꝛc.

VOTVM VI.

In causa G. VV. contra K.

Svmmaria.

1 *Pro defensione captiui an frater quoque interuenire possit.*
2 *Decisio huius causæ in quib. potissimum consistat.*
3 *De crimine commisso liquidissime constare debet, vt quis carceri & quæstioni committatur.*
4 *Quid quærendum, antequam quis quæstioni vel carceri committatur.*
5 *Infirmitates mortalium variis modis contingere possunt.*
6 *Sola offensi assertio delictum non probat.*
7 *Indicia secundum qualitatem criminum esse debent.*
8 *Conditio personæ si sit boni nominis & famæ, delicti præsumptionem excludit.*
9 *Probationes ab aduersario proficiscentes omnium optime probant.*
10 *Qualitas vitæ anteactæ omnem maleficii præsumptionem excludit: & ex vita præterita de præsenti præsumitur. nu.* 11.
12 *Socius criminis non facit indicium ad torturam: præsertim si est periurus. nu.* 13.
14 *De facto non constat, nisi prius de eius qualitate constet.*
15 *Indicia debent esse certa, & determinata, non perfunctoria.*
16 *Indicia in specie probari debent, non in genere.*
17 *In inquisitione omnes circumstantiæ delicti in specie poni debent, quo loco & tempore illud commissum sit.*
18 *Inquisitio quando dicatur incerta, vaga, & obscura.*
19 *Indicium probari debet per duos testes, vel saltem vnum omni exceptione maiorem.*
20 *Dictum offensi, & in articulo mortis constituti, indicium ad torturam non facit. n.* 21.
Vna præsumptio quando aliam iuuet: & quando locum habeat. nu. 22.
23 *Testes singulares de factis diuersis loco & tempore deponentes, nisi ad eundem finem tendant, ad probationem faciendam non coniunguntur.*
24 *Indicia ad torturam debent esse certa, limitata, verisimilia ac probabilia.*
25 *Qualis quisque est, talium consortio delectatur.*
26 *Iudex ex malorum conuersatione circa indicia ad torturam mouetur.*
27 *Ex conuersatione præsumitur, quibus morib. quisque sit.*
28 *Occasio, locus & tempus maximum rei gestæ vel non gestæ indicium probant.*
29 *Captiuo petenti, antequam torturam subeat, an danda sit copia indiciorum cum termino ad faciendum suas exceptiones.*
30 *Copia accusationum Reo danda est, & cur. nu.* 31.
Idque locum habet etiam in atrocissimis delictis. nu. 32.
33 *Grauamen captiuo per torturam illatum postea reparari nequit.*
34 *Iura Reis quam Actoribus sunt fauorabiliora.*
35 *Copia indiciorum denegata inquisitio ipso iure non valet.*
36 *Indiciis leuibus nec multum vrgentibus apparentibus tortura repeti non debet.*
37 *Homines robusti & serui aliter sunt torquendi, quam ingenui & delicati.*
38 *Semel tortus amplius torqueri non debet: Limitatio huius quæst. nu.* 39.
40 *Confessio in tortura facta sine legitimis indiciis non valet.*
41 *Confessio ob tormenta repetita, quæ repeti non debuerunt facta, nullius est momenti.*
42 *Coniecturæ verisimiles in inquisitionibus & indiciis attendi debent.*
43 *Testibus de mala fama in specie deponentibus magis creditur, quam in genere de bona fama deponentibus.*
44 *Plus creditur duobus testibus in specie, quam pluribus in genere deponentibus.*
45 *Fama vel opinio hominum probari debet, alias nihil releuat.*

46 *Testimonium magistratus in loco priuato factum, pro publico testimonio non est habendum: Ratio cur senatus testimonium pro Rea G. non faciat. num.47.*

48 *Posterior præsumptio priorem tollit.*

49 *Vltimæ famæ, & quæ est tempore accusationis, standum erit.*

50 *Dictum socii criminis indicium ad torturam facit: & in quibus hoc fallat.n.51.*

52 *In veneficio probando etiam consocii testes admittuntur, & cur.*

53 *Crimina impunita manere non debent.*

54 *In delictis exorbitantib. & atrocissimis iura trãsgredi permissum est.*

55 *Veritas, si aliter haberi nequit, coniecturalis probatio ad torturam & condemnationem sufficit.*

56 *Sagæ an opera Diaboli ad cœtus nocturnos transportentur.*

57 *Venefici licet de loco in locum non transportentur, tamen ob pactum cum diabolo initum damnandi sunt.*

58 *Lamiarum duo sunt genera, & quænam.*

59 *Infirmitates naturales successiue debilitare solent.*

60 *Vnus vir integræ famæ ad torturam indicium facit.*

61 *Indicia imperfecta si coniungantur, vnum perfectum indicium efficiunt: Ratio, quia propria confessio omnium est perfectissima. numero 62.*

63 *Indicium maleficii certissimum est, cum quis se ante condemnat, quam accusatur.*

64 *Iudex, si de delicto constat, per indicia ad torturam & inquisitionem progreditur.*

65 *In quibus delictis nulla vestigia remaneant.*

66 *Fœminæ, quæ alias honestæ censentur, an veneficium commisisse præsumatur.*

67 *Indiciorum copia Reo non semper danda est.*

68 *Inimicitia ad reprobandum alterius testimonium capitalis esse debet.*

69 *Stylus & obseruantia fori pro lege seruari debet.*

70 *Nullitas actus non attenditur, si ita de facto obseruatur.*

71 *Vsus longæuus pro iure allegari potest.*

72 *Consuetudo Germaniæ hoc loco quæ.*

73 *Defensio licet nemini auferri debeat, tamen modus defensionis variari potest.*

74 *Locus aut tempus in inquisitione non est apponendum.*

75 *Nouis indiciis non superuenientibus Iudex de veneficio suspectam fœminam non torquere potest.*

76 *Leuiter tortus iterum torqueri potest.*

77 *Leuis tortura non est, nec dicitur tortura.*

78 *Senatus cur legitimam causam repetendi torturam habuerit: Huius rationes quæ.n.79.*

80 *Tortura de consuetudine pluribus quam tribus vicibus repeti potest: contrarium hodie tamen obseruatur.n.81.*

PRocuratoris constitutio iusta: Iurisdictio fundata ex ord. *part.2.tit.28.& penul.* Et quia hęc causa concernit defensionem captiuæ, non solum † frater, sed quilibet alius per ea interuenire potest, *Bartolus in l. si quis in seruitute. numero tertio. ff. de furtis.* videtur autem † decisio 1 2 causæ in tribus quæstionibus potissimum versari: de quibus singulis videndum est, & si qua ratione à nullitatibus prætensis processus saluari poterit, breuiter discutiendum. Prima quæstio est, an Senatus legitima & sufficientia habuerit indicia contra captiuam procedendi, non solum ad inquisitionem, sed etiam torturam? Vbi sciendum ante † omnia, non esse 3 committendum carceri vel quęstioni aliquem, cum de crimine commisso non satis liquide constat, *Iul.Clar. in pract.crim.§.fina.q.4.n.1.q.64. num.3.*

Primo enim quæritur: An delictũ † sit com- 4 missum, deinde quomodo, cũ quibus, & quando. Verũ in casu præsenti nulla videntur omnino extare vestigia sortilegii vel maleficii commissi in segetibus, iumentis vel hominibus, excepto, quod obiicitur de veneficio balneatoris & puero Ephippiarii cuiusdam per captiuam (nostram,) vt dicitur maleficiato. In quo postremo tamen non insistunt Rei, & hanc vanam suspicionem fuisse colligitur ex 20. Testibus, ad 17. interrogatorium 15. & 16. defensionales. Ad balneatorem vero quod attinet, negari non potest, hominem esse mortuũ, non tamen constat, an veneno vel maleficio potius absumptus sit, quam morte naturali. Nam infirmitates variis † modis cõtingere possunt, præsertim cum 5 nullum veneni signum in corpore eius deprehensum, nec iudicio medicorum hominem venenatum fuisse reperiatur. Quod autem sola assertio † offensi non sufficit ad faciendum 6 constare de delicto, sed hoc committendum sit discretioni peritorum, decidit in hac materia Franciscus Chasanus *de malefic.cap.4.* late Ægidius Bossius *in tit. de delict.nu.4.cum aliquot seqq.* vbi volunt, quod iudices curent inspici cadauera per peritos, qui omnia sub iuramento referant in actis, hanc practicam seruati à cautis iudicibus tradit Iul. Clar. *d. quæst.4. numero quinto.* Nam quia † indicia debent esse secundum qua- 7 litatem criminum: ideo si quis veneficii accusatur vel inquiritur, oportet ostendere cadauer lictoribus decoloratum, &c. Magna igitur & suspecta fuit negligentia Senatus, qui in tam graui delicto, nulla adhibita corporis inspectione, neque vllis indiciis apparentibus, pronuntiauit captiuam subiiciendam esse torturæ: cum adhuc non satis constaret de delicto commisso, potuit enim, vt iam dixi, balneatoris debilitas ex defectu naturæ contigisse, præsertim, cum non tam subito extinctus sit, sed post haustũ vini plurib. septimanis superuixerit, ita quod præsumatur

natu-

naturali morte decessisse potius, quam violenta. Sed posito, quod constaret de delicto, tamen indicia à Reis allegata non videntur satis esse vrgentia ad torturam, maxime considerata fama & vitæ integritate huius captiuæ. Nam de honesta illius conuersatione affirmant testes, plerique etiam ab aduersariis producti ad interrogat. 17. primi, & aliquot seqq. articulorum, &c. similiter ad 82. & 83. defension. quorum quintus, 6.7.9.12.13.14.16.21.& 23. vno quasi ore fatentur, daß sie G. dum ibi
8 fuit, † für eine erbare Frawe gehalten worden/ vsque ad præsentem lagarum & balneatoris diffamationem. [Conditio personæ si sit boni nominis, conditionis & famæ excludit præsumptionem delicti. *Crauett consilio 244.numero sexto.* Et stante hac præsumptione indicia debent esse plura, vt ea persona torqueatur, *ibidem numero octauo.*] Quibus accedit testimonium satis luculentum, quatuor consulum & scribæ ciuitatis, qui in præsentia honestissimorum virorum nominatim interrogati, de illius vita & conuersatione vnanimiter responderunt, Sie wissen von der G. anders nichts / dann Ehre/ Liebs vnd Guts/ sed eæ demum sunt firmissimæ
9 probationes, † (teste Iureconsulto) quæ ab ore aduersarii proficiscuntur, præcipue vero à Maioribus & Rectoribus ciuitatis, etiam hoc ipso tempore factæ diffamationis, & paulo ante captuam. Igitur & si quæ fuissent indicia contra captiuam, tunc illa omnia diluerentur,
10 ex bona fama, ita quod † vitæ anteactæ qualitas excludat omnem præsumptionem maleficii aut indicium alias sufficiens ad torturam, *Crauet.cons.99.n.11.in fin.* quem refert Menoch.
11 *cons.283.nu.16.* Porro, ex vita præterita † præsumitur de præsenti, nec facile credendum est, eam, quæ se honestam hactenus exhibuit, tam subito immutatam, vt se vitiis, nedum tantis criminibus turpiter contaminarit, *c. cum in iuuentute.extr.de præsumpt. late Tiraq.de pœn.tem.cau. 51.nu.156.* Sed vt rem ipsam aggrediamur, non multum videtur strinxisse prima nominatio trium sagarum, quæ captiuam nostram detulerunt, daß sie mit dem Laster der Hexerey be-
12 hafft / siquidem de iure communi socius † criminis non facit indicium ad torturam, maxi-
13 me, quando † est periurus, *Guid.de Suzaria in tr. de indic.nu. 5.* [Contrarium probat Constitutio Caroli V. pœnalis, *art.25.vers.* zum sechsten. Multo minus fidem merentur, quia fidem abnegarunt, suum corpus & animam Satanæ manciparunt. Bern. Comens. *de strigib. num.13.* vbi inquit, non esse his facile credendum, quia etiam Diabolus personam huiusmodi mulieris ad decipiendum alios assumere potest, item tenet Iacobus Sprengerus *in malleo maleficarum part.3.quæst.33.* Insuper dictæ mulieres videntur magis deponere de iure, quam de facto, ideo tale indicium nihil operatur, nec præiudicat captiuæ: non enim constare de † facto dicitur, 14
nisi constet de qualitate facti, secundum Barto. *in l.qui sine.ff.de quæstion.* Nec sufficit dicere aliquem venefícum, vel sacrilegii Reum, nisi in specie dicatur, quando & qua ratione illud crimen perpetratum sit, *Aug. consilio 304.* Ex forma statuti, vbi exemplificat in latrone & aggressore, quem refert Paris. *in tractat. de syndic. §. quidam latro. num.2.* Et licet affirment, daß die G. in jhrer Gesellschafft vnd Gemeinschafft gewesen/ tamen hoc dictum est nimis generale & obscurum, nullis circumstantiis loci vel temporis circumscriptum. Cæterum, indicia † de- 15
bent esse certa & determinata, non perfunctoria, *Bal.in cons.402.quæritur an per solam.tit.5. Crauett.cons.262.n.1.* vbi vult, quod indicia † de- 16
bent probari non in genere, sed in specie, aperte & specifice, certo & limitato modo, quia alias inquisito auferretur potestas se defendendi. Igitur volunt DD. quod in inquisitione debent poni in specie omnes † circumstantiæ 17
delicti, quo loco & tempore commissum sit, alias diceretur inquisitio † incerta, vaga & ob- 18
scura, & non procederet, parte opponente, vt dicit Marant. *part.6.de inquisit.nu.37.* non enim licet in tam graui causa, cum discrimine alterius vagari per vulgata. Alterum indicium est delatio balneatoris, qui vnicus est & singularis, & quia de speciali actu testatur, nullam facit probationem. Debet enim indicium probari per † duos testes, vel saltem vnum, qui sit 19
omni exceptione maior, [imo non sufficit ad torturam vnius testis, licet exceptione omni maioris depositio, *l.1. §.4. l.20.ff.de quæstion. per l.9.C.de testib. Hottoman. cons.96. n.14.* vide Thomam Gramma. *cons.1. n.1.*] & dicit nostra captiua, sibi factam iniuriam per captiuam oblatam ex his, quæ scribit Alexand. *cons.99.vol.1. Constit. Caroli V.art.23.vers.* Aber so die/ &c. Quinimo negari non potest, quod dictus balneator accusatoris potius, quam testis personam sustineat, nam ad substantiam & suggestionem illius factum est, quod captiua nostra inquisitioni tandem & torturæ subiecta fuerit. Ideoq; dictum
offensi † etiam constituti in articulo mortis non 20
facit indicium ad torturam, *l.si quis in graui. §. si quis moriens ff.ad Syllan. Iul. Clar.d.§.fin. q.27.n.17.* Nec moueor, si dicatur, quod in materia indiciorum † vna præsumptio iuuat aliam, *Bartol.in* 21
l.fina.ff.de quæstio. Et sic videtur fieri indicium saltem ex pluribus simul iunctis: quia respondetur illud procedere, quando singula indicia in † suo genere essent perfecta, & ad plenum 22
probata, *Bar.& DD. in l.admonendi.ff.de iureiu.* setus in casu præsenti, vbi balneator deponit de actu separato & plane diuerso à superiori, d. sc. mulierum obiectione: Idcirco cum aliis coniungi non potest. (Testes etenim singulares deponentes † de factis diuersis loco & tempore, 23
nisi tendant ad vnum & eundem finem, non

coniunguntur ad faciẽdam probationem, quia inde non resultat indicium ad torturam.) Casonus *de tormentis. c. 6. n. 11. cum seq.* Postremo, indi-
24 cia vt sint † sufficientia ad torturam, non solum debent esse certa & limitata, sed etiam probabilia & verisimilia, *l. milites. §. oportet. C. de quæst.* sed si percurremus diligenter & considerabimus prædicta indicia, nullum horum tale esse videtur: verisimile enim non est, fœminam primariam & opulentam perdidissimorum hominum consortio se adiungere, & tantum scelus in se admittere voluisse, præsertim cum nulla præcesserit suspicio huiusmodi criminis antea perpetrati, vel quod cum talibus mulieribus conuersationem habuerit vnquam. Nam
25 qualis quisque † est, talium consortio delectatur, *Gandin. super maleficiis, rubric. de præsumption. & indic. folio mihi 175. num. 3.* vide pulcra notata apud Crauett. *cons. 220. num. 12.* vbi allegat Alexand. *consil. 119. & 154. libr. 5. & Marsil. in pract. crim.*
26 *§. expedita. n. 93.* quod ex conuersatione † malorum multum moueatur animus Iudicis circa
27 indicium ad torturam, & ex † conuersatione præsumatur, quibus quisque sit moribus, notat Bald. *in l. eum qui. C. de Episc. & cler.* Præterea nulla hic reperitur causa delinquendi, quæ tamen in Reo maxime considerari debet, *l. qui cum vno. in fine. ff. de re milit.* Quam enim verisimilitudinis speciem habet, quod arguitur, captiuam d. balneatorem non solum compatrem suum, vt constat ex actis, sed etiam tot beneficiis à se cumulatum, voluisse sine vlla causa, nullis præcedentibus minis vel indiciis, veneno tollere; cui tamen ante & post in infirmitate sua, visitando & consolando, affuisse asseritur, & omnia beneuolentiæ & humanitatis officia exhibuisse. De-
28 inde, quia occasio, locus † & tempus maximum rei gestæ vel non gestæ indicium probent, nullam omnimodo occasionem propinandi venenum fuisse, maxime in præsentia mariti & familiæ. Ex quibus colligitur, indicia supradicta non solum esse nimium generalia, incerta, & obscura, sed veritati & rationi minus consentanea, & per consequens non satis vrgentia ad torturam. Altera nunc occurrit quæstio:
29 An captiuæ † petenti, antequam subiret torturam, danda sit copia indiciorum cum termino, ad faciendum suas defensiones? Manifesti
30 enim iuris est, quod inquisito copia † dari debeat, vt de indiciis se purgare, & suas exceptio-
31 nes † contra personas & dicta testium proponere queat, textus est *in capitul. qualiter & quando. §. debet igitur. de accusation. Bartol. in l. final. nu-*
32 *mero octauo. ff. de quæstionibus.* Et hoc † obtinere etiam in atrocissimis delictis, vt in crimine læsæ maiestatis, & similibus, tradit Boss. *tit. de indiciis. n. 74.* tum quia grauamen illatum per tortu-
33 ram † postea reparari non potest, tum quia iu-
34 ra † summopere fauent Reis, præsertim in infligendis pœnis. Constat autem ex Actis, copiam indiciorum à captiua & amicis pro sua defensione aliquoties petitam, sed denegatam ex causa, (vt testes nonnulli deponunt, ad 25. interroga. 8. vsque ad 18. defensional.) dieweil es diß Orts nicht gebräuchlich. Idem patet ex instrumento numer. 7. Ex quo infertur, quod denegata copia indiciorum, inquisitio † non 35
valeat ipso iure, idem Aug. *in tractat. malefic. in verbo, quod fama publica. §. idem aduertas. numero trigesimoseptimo. folio mihi quadragesimosexto.* Nam ad defensionem inquisiti pertinet, vt articulorum copiam habeat, quæ nemini auferri debet, ne à Principe quidem, adeo, quod Iudex etiam nemine petente, ex officio tenetur quærere defensiones Reorum, per text. *l. si non defendantur. ff. de pœn.* & si aliter fiat, processus erit nullus, neque Reum prægrauat, per ea quæ tradit Alexand. *consilio nonagesimosexto, numero septimo. Gail. de pace publica. libro secundo. cap. 7. numero 6.* Et *Chil.* Goldtstein *in sua pract. cap. 2. de inquisit. num. 1. cum seq. Brunus de hæret. cap. 8.* volunt similiter, quod contra inquisitionem opponi possit, si Reo non sunt exhibiti articuli inquisitionis.

Tertium quæsitum est, De modo torturæ, in quo Rei quoque non parum deliquisse videntur, siquidem ex iure certum est, torturam esse adhibendam iuxta qualitatem indiciorum, & conditionem personæ. Igitur quando apparent indicia leuia, † & non multum vr- 36
gentia, tortura repeti non debet, præsertim in fœmina, quia aliter sunt torquendi † serui & 37
robusti, aliter ingenui & delicati, *dicta lege, milites. Cod. de quæstionibus.* Et vt concedamus, indicia fuisse satis vrgentia, tamen quia captiua prima & secunda vice impatienter torta in sua innocentia perstitit, atque hoc modo indicia, si qua fuissent, sufficienter purgauit, vlterius torqueri non debuit: est enim tristissima iuris regula, quod semel tortus † amplius tor- 38
queri non debeat, nisi noua superueniant indicia, & † quidem vrgentiora primis. Liquet 39
autem ex Actis, nulla in proposito superuenisse indicia, & captiuam non semel secundo & tertio, sed interpellatis quinque diebus, (vt ipsimet fatentur Rei in suis defensionalibus) quindecim vicibus semel atque iterum subiectis ponderibus grauissime tortam, vbi nullo modo excusari potest, quod fatetur Scultetus in sua defensione ad 20. vsque 66. defens. post confessionem extortam, cum nihil restaret amplius, super quo captiua interrogari debuit, non dicitur excedere tres vices, & Rei torti vltra ternarium detur torti immoderate, & videtur fateri vi tormentorum. Casen. *de tormentis. capitulo decimoquarto, numero quarto,* vbi dicit, quod si confessio facta † in tortura si- 40
ne legitimis indiciis, non valet, ita confessio facta † ob tormenta repetita, quæ repe- 41
ti non debuerunt, nulla est, per iura ibidem alleg.

alleg. ex quibus concluditur dd. Reos non solum indebite nulloque seruato iuris ordine, sed & nulliter contra naturalem æquitatem & rationem processisse. Sed his non obstantibus, pro qualitate huius causæ contrarium decidendum puto, & quia in inquisitionibus &
42 indiciis attendi debent † coniecturæ verisimiles quæ capiuntur ex fama, qualitate facti, & conditione personarum, ideo videndum ante omnia de fama captiuæ de qua in specie deponit 3. Testis ab Actore productus ad 17. speciale inter. Similiter quartus Reorum testis ad 82. & 83. defens. qui dicit se audiuisse, daß vngefehr vor vier oder fünff Jahren etliche Weiber so Hexerey halben zu T. verbrennt worden / auff sie G. bekennt haben sollen / cui etiam suffragatur 10. Testis ad 2. Interrog. 95. defens. Item 15. testis ad 82. & 83. defens. daß er vor vier oder fünff Jahren bey den M. gehört / da sie G. lenger da blieben were / würde jhr vielleicht widerfahren seyn wie K B. Cum quibus concordant ad 17. defension. Similiter 18. ad 17. Interrogat. 1. & aliquot seqq. articulorum. 19. Testis ad 17. & 84. Defension. Ex quorum dictis colligitur, G. biennio vel triennio ante capturam de Sortilegio suspectam fuisse, quam suspicionem etiam non parum auget, quod ipsamet captiua examinata per commissarium iurato deposuit, daß von wegen deß vorigen Stattschreibers Abgang allerhandt heimlich gemürmeln ergangen / gegen sie eines Trucks halben / so er eyngenommen / vnnd sie vielleicht deßwegen inn verdacht gekommen seyn möcht. Quibus etiam adminiculatur, quod deponit 17. testis ad 17. interrogatorum, primi & seqq. articulorum defensionalium, daß der geweseine Stattschreiber die G. inn Argwohn gehabt hat / ob potionem sibi exhibitam, also daß sie jhm etwas angethan haben solte / vnd sey er folgendts den andern oder dritten Tag gestorben / Et licet vt supra dictum testes nonnulli deponant, daß sie G. vor ein fromme Erbahre Fraw gehalten worden / vsque ad delationem trium mulierum, & Balneatoris, tamen illa depositio est minus generalis, quæ eliditur per contrariam famam, & præsumptionem specialem, maxime quando est super eodem genere delicti, *Hippol. in l. de minore. §. plurimum. numero 92.*
43 *ff. de quæstionibus.* vbi inquit, quod testes † deponentes specialiter super mala fama alicuius, præferuntur testibus deponentibus in genere de bona fama. Ideo quamuis mille testes dicant Reum esse bonæ famæ; & pauci contrarium dicerent, indicitur purgatio, quia vtrumque esse potest, Innocent. *in cap. inquisitionis. de accus.*
44 Nam plus † creditur duobus testibus in specie quam pluribus in genere deponentibus. Præterea asserti Testes dum loquuntur de reputatione captiuæ, quod pro honesta fœmina fuit
45 reputata, tamen non probant † famam per ea quæ tradunt Bartol. & Doctor. *in dicto §. plurimum.* Imo non probaretur fama, etsi testes dicerent, quod ita fuerit habita publice. *Bartol. in l. 3. §. eiusdem quoque. in fin. ff. de testib. Alexand. consil. 20. volum. 4.* quia potuisset ita publice ab vno reputari. *Crauett. consil. 262. numero quinto.* Nec releuat, quid de innocentia captiuæ & testimonio † Senatorum quorundam ex aduer- 46
so adducitur, nam id factum constat priuatim in ædibus ipsius G. captiuæ, tempore celebrati conuiuii, vel minime conueniebat, indicia delati criminis exaggerare, multo minus indicium & senatus sententiam de futura G. inquisitione & captura amicis & fautoribus eiusdem reuelare. Deinde hoc apparet factum † ante 47
assumptam informationem, & inquisitionem Senatus. Ideo nihil impedit quo minus postea, pluribus aliis & nouis superuenientibus indiciis ad inquisitionem specialem & capturam procedi possit. Posterior † enim præsum- 48
ptio, tollit priorem. *Gand. d. rubr. de præsumpt. & indiciis. numer. 15.* & si fama † probaretur di- 49
uersis temporibus, standum erit vltimæ famæ, quæ reperitur tempore accusationis vt eleganter notat Hippol. *in l. 1. §. si seruitus. numer. 9. ff. de quæst. & in dicto §. plurimum. numer. 47. cum ibi allegat.* Alterum fundamentum Reorum est indicium & nominatio 3. sagarum, quarum vna quoque in carcere confrontata simul cum reliquis duabus in sua confessione vsq; ad mortem constanter perseuerauit. Quamuis autem regulariter dictum socii † criminis non facit indi- 50
ciam ad torturam, etiam in criminib. exceptis, tamen hoc † fallit si alia concurrit præsumptio 51
vel si plures contra aliquem deponunt, Carer. *in sua pract. §. 1. numer. 122. Iul. Clar. d. §. fin. quæ. 21. numero nono, Boer. decis. 319. numero vigesimoquarto.* Et peculiare est in hoc genere delicti, vt affines huius criminis audiantur, per text. *in l. fin. C. de malef. & mathem.* atque ex hac quoque causa maleficæ † in testes admittuntur, licet sint in- 52
fames ex facto, cum tam exectanda crimina, quæ fiunt noctu plerumque in locis abditis & remotis, qui per alios testes nequeunt reuelari, quam qui huiusmodi ædibus, quas adeunt de nocte interfuerunt: igitur iure talium etiam adhibentur testimonia, ne crimina † ma- 53
neant impunita. Idque sic generaliter obseruatum, & practicatum fuisse hactenus à Iudicibus Germaniæ, Galliæ, & Italiæ in hoc delicto ex Sprengero & Paulo Grillando refert Ioan. Bodin. *de magorum dæmonomania lib. 4. cap. 2. 3. & 4.* vbi vult, non esse hic religiose inhærendum regulis iuris, sed extra ordinem procedendum, diuersa à cæteris criminibus ratione. Nam in exorbitantibus † & atrocissimis delictis lici- 54
tum est iura transgredi, *Innoc. in c. cum omnes extra de const. Alex. & Ias. in l. de pupillo, 5. §. si quis forte. 4. ff. de oper. nou. nun.* Constat præterea, quod in delictis secretis, & quæ sui natura non possunt

probari, nisi per certum genus hominum, Iudex potuit animosius arbitrari, & ex indiciis minus legitimis ad torturam peruenire, vt tradit Bossi. *in pract. tit. de indiciis. numer.* 200. adeo, quod si veritas haberi aliter non potest
55 † coniecturalem probationem putant sufficere non solum ad torturam, sed etiam ad condemnationem, *Bald. in l. quicunque. versic. octauo nota. ff. de seru. fugit.* Sed hic occurrit alia difficultas, quæ inquisitionem prædictam remorari videtur. Nondum enim adhuc satis exploratum, neque apud Doctor. definitum reperitur, an verum sit quod dicitur, sagas opera
56 † Diaboli ad huiusmodi cœtus nocturnos trãsportari, sunt enim, qui opinantur, nihil harum rerum realiter fieri, sed per imaginationem tantum & quasi per somnium, atque eas ob id commiseratione potius, quam supplicio dignas esse, quorum autor Placentius Vierus, pro quibus facit *ca. Episcop. 26. qu. 5.* sed contra corporaliter transferri probat Paulus Grillandus *de Sortilegiis. Ioan. Bodin. de mag. Dæmo. Sprengerus in malleo*, & plures alii, quorum sententia communior est, & non solum probabilibus argumentis sed & viuis multorum testi-
57 moniis & exemplis comprobata † vtrum tamen sit, satis erit, ad inquirendum, quod eiusmodi homines, cum Dæmone paciscentes, fidem Deo creatori suo abnegarunt. Licet enim nihil aliud interuenerit, tamen hoc scelus meretur pœnam atrocissimam. Idem Bodin. *dicto capitu. 4. de præsumpt. aduersus magas.* Præterea responderi potest, quod teste Gril-
58 lando duo sint Lamiarum † genera; Alterum professionis expressæ, quales sunt illæ, quæ translatæ tempore nocturno, diabolum adorant; Alterum tacitæ in qua sunt venificæ, & quæ diuinatorias & maleficas artes exercent. Quamuis ergo captiua pro saga in primo genere inquiri non possit, tamen pro venefica in secundo genere inquisitionem effugere nequit, cum non magis ad vnum, quam ad alterum genus indicia pertineant. Tertium fundamentum Reorum, est inculpatio Balneatoris, qui, vt testes plerique affirmant, fuit vir probus & honestus, cui tanto maior fides habenda est, quod non vltionis studio hæc dixerit moriturus, cum nullas vt dictum est, contra delatam inimicitiam causas habuerit. Deinde quia testatus est de re seu maleficio in suos sensus quodammodo incurrente. Nec moueor quod non tam subito decesserit, fit enim interdum quod quis tanto veneno & longis cruciatibus ita conficiatur, vt vniuersa virtute contabescente tandem emori cogatur. Et indicium veneni esse potest, quod infirmitas Balneatoris, illico post haustum vini superuenerit, sine alia præuia debilitatione, cum tamen
59 naturales infirmitates † succedentes soleant de-
60 bilitare. Quod autem dictum vnius † hominis de rei veritate vel de ipso maleficio deponentis, si sit integræ famæ, facit indicium ad torturam, maxime aliis concurrentibus præsumptionibus & coniecturis, communiter tenent Doctor. *in l. 1. ff. ad Syllan.* Cui etiam adminiculatur, quod supra dictum est, de suspicione & morte Archigrammatei quondam defuncti, vt ne dicam interim de puero Ephippiarii de quo deposit 9. Testis ad 83. defen. Nec obstat, quod dicitur tres testes omnino esse singulares & de diuersis actibus deponentes, nam etsi horum singularia sunt de singulis factis testimonia, vniuersaliter tamen in sortilegii seu veneficii crimine consentiunt, talem autem probationem sufficere in occultis, supra ostensum est. Et notat Specul. *titu de inquisit. §. 1. Bald. in l. actor. numer. 5. C. de prob.* Et hoc genus probationis *singularitatem adminiculatiuam* vocant Doct. quia scilicet de vniuerso & generali crimine inter testes omnino conuenit. Quod itaque in hac causa singulare est, alterum ab altero non euertitur, sed probationem adiuuat, & firmiorem facit, *Bald. in rubr. de controuers. Inuestiturę. in vsib feud. & in auth. rogati. C. de testibus.* Igitur quia omnia indicia tendunt † ad probandum vnum 61
totum seu vniuersale, etiamsi essent imperfecta tamen coniunguntur. Casonus de tormentis *cap. 6. numer. 11. cum seqq. Hippol. in pract. §. diligenter. num.* 149. vbi concludit, quod licet plures semiplenæ probationes non coniungantur ad faciendam plenam probationem, tamen ad faciendum vnum indicium. Nam licet in specie sit diuersitas actuum, tamen in genere est eadem qualitas, quæ ex pluribus & diuersis actibus resultat, & omnes isti actus habent causas colligatas ad probandum idem genus maleficii. *Cast. cons.* 113. Accedit postremo non solum latitatio & suspicio fugæ, de qua deponunt 17. 18. & 19. Testis ad 2. inter. 88. defens. Item 21. Testis sub eodem articulo, cum annexis Interr. sed etiam ipsamet Rea in carceribus prædixit, Sie werde verbrennt werden / & quamuis obiurgata à custodibus vt taceret, tamen in eo obfirmate permansit, rationem reddendo non semel sed sæpius, † Sie wisse mehr / dann sie die 62
Hütet. Hoc autem certissimum indicium † ma- 63
leficii esse, cum quis se ante condemnat, quam accusatur, tradit idem Bodinus *in d. tract. cap. 4.* Ex his concluditur Senatum indicia habuisse satis idonea, præsertim in crimine tam atroci & occulto, vbi iudex dicitur esse facilior ad torturam, secundum omnes Bald. *in l. 3. num. 3. C. de Episcop. aud Guid. de Suzaria, de indic. & tor. nu. 21. Paris. in tract. de Synd. §. tortura. nu. 9.*

Nec obstant argumenta in contrarium adducta. Primo, debere Iudici ante omnia † con- 64
stare de delicto, priusquam ad inquisitionem & torturam progrediatur, sunt enim quædam delicta † in quibus nulla remanent vestigia 65
quale est hæresis, Sortilegium, & id genus alia,

quæ

quæ in animo plerunque consistunt, de quibus etiamsi plene constare non potest, tamen secundum subiectam materiam sufficit, si aliquo modo constet de delicto saltem per indicia. *Bald. in l. cum probatio, ff. de probat. in d. tr. super maleficiis, folio mihi 175. pag. 2. de præsumpt. versic. aliud etiam nota, quam refert & sequitur Bossius d. tit. de delict. numer. 18. Ioannes Baptist. de pleb. consil. criminali, 132. numer. 22.* vbi volunt, quod in tali casu, vbi cessat rei euidentia, si adest indicium huiusmodi delicti, proceditur ad inquisitionem & torturam, alioquin delicta sæpe manerent impunita, & hoc practicari tota die in delictis, in quibus signa non remanent, testatur idem Bossius *in loco iam allegato.* Non obstat secundo: generalitas & obscuritas indiciorum ex aduerso obiecta. Nam licet factum nude tantum & simpliciter proponatur in articulis defensionalibus, tamen illud specialiter declarari potest ex confessione d. sagarum, auß jrer Vrgicht. Item ex confrontatione C.R. quæ in præsentia captiuæ circumscripto loco & aliis circumstantiis G. in cœtu aliarum sagarum conuiuio noctu interfuisse commonstrauit. Quibus adminiculatur, quod deponit 17. testis ad 3. defens. mulieres duas articulatas interrogatas de conuersione captiuæ, & admonitas in specie dixisse, daß sie G. in jhrer Gesellschafft/ vnd sonderlich auff ein mahl / da sie auff einem Weg vber die Stattmawer gefahren / mit gewesen. Atque hoc ipsum fassa est quoque captiua iisdem verbis fere & circumstantiis expressis, vt etiam in articulo defens. 48. Quod sane magnum est probabilitatis argumentum, quod scilicet plures separatim & vna seorsim ab altera, nesciente quid alia dixerit, conueniunt de eodem facto, loco & aliis circumstantiis delicti, vt eleganter docet Bern. Commensis *in suo tr. de strigibus. numer. 13.* non obstat tertio, quod dicitur, nõ esse verisimile tam execrandum flagitium in fœmina † tam honorata & opulenta, 66
vt quæ nullam causam habuisse videatur talia perpetrandi. Non enim eadem omnium delinquendi causa est, sed vt tradunt Dd. & quotidiana experientia docet, homines partim auaritia, partim libidine, alii ex alia causa ad huiusmodi adducuntur flagitia, nonnulli à Diabolo semel circumuenti postea desistere non possunt. Imo etiam inuiti verberibus & minis ad malefaciendum adiguntur. Idque satis liquet ex confessione captiuæ quæ plures abnegationis suæ causas habuisse fatetur, & vt apparet ex defensionali 60. atrocissimis minis compulsa fuit à Diabolo, vt balneatori puluerem toxicatum porrigeret, & hæc de indiciis. Venio nunc ad alteram quæstionem, quæ continet publicationem indiciorum & defensionem captiuæ, vbi animaduertendum indicia non semel, sed sæpius & diuersis temporibus ante torturam captiuæ fuisse prælecta, & excusationem illius, si quam haberet desuper auditam, vt apparet ex ipsiusmet depositione rotulo actorum inserta *fol. 198. pag. 2.* vbi fatetur, Schultetum sequenti statim die post factam incarcerationem vna cum aliis senatoribus ad se venisse, indiciisque & nominibus testium articulatim propositis & responsione captiuæ desuper audita, nihil tunc quidem seuerius actum, sed aliis discedentibus Z. G. solum apud se remansisse, welche sie getröstet vnd ermahnt/ diese zwey Artickl müsse sie verantworten/ darzu solte sie jre Freundtschafft zu Hülff nemmen. Interim pro maiori cautela Rei C.R. cum captiua confrontari fecerunt, quæ circumscripto loco & circumstantiis aliis, captiuæ in faciem dixit, da sie viel eher in Dassenbach gewesen. Et licet captiua nostra prætendat, se tunc quidem statim contradixisse pluribus hinc inde habitis sermonibus; tamen testis 19. ad 6. defens. iurato deposuit, G. se præsente confrontatam nihil omnino respondisse ad delati criminis obiectionem. (postridie duos senatores ad se venisse, coram quibus iterum se excusauit, offerens se ad probandum, daß solche gezücht auß Haß vnd Neydt beschehen. Porro sequenti sabbatho captiuam rursus examinatam in der gütte petiisse causas & indicia, weren jhr dazumal die 4. obgemeldte Vrsachen / vnnd deß Sattlers Kindt fürgehalten worden) Ex quibus colligitur, nihil à senatu præcipitanter actum, neque defensionem captiuæ fuisse denegatã, sed prælectis aliquoties indiciis, & nominibus testium publicatis, decimo tandem mense post factam incarcerationem ad torturam progressum: idque fatetur captiua in Rotulo ab Actore producto adeo quod à primo examine decem integros menses habuerit, ad se defendendum, antequam torturæ subiiceretur. Quamuis autẽ regulariter Iudex tenetur dare copiam indiciorũ Reo petenti ad faciendũ suas defensiones, tamen hic animaduertendum, quod si Reus † simpliciter pe- 67
teret copiam indiciorũ, neq; allegaret qualem defensionem haberet, sed solum diceret indicia illa nõ esse vera, ita quod Iudex videret manifestam calumniam, & petitionem factam animo differendi: tum eam posset denegare, & ita limitat Ludou. Bolog. *in addit. Guid. de Sazaria tract. de ind. & tortur. n. 63.* Idem consuluit Alex. quasi in terminis, *consil. 65. habita super contentis, vol. 1.* Similiter hoc declaratur, non esse intelligendum ita rudi Minerua, vt debeat dari copia in scriptis, sed communicatio, hoc fit per interrogationes Rei, præsentationes testium, & lecturã indiciorum. Idq; maxime consentaneum videtur cõstitutioni criminali, articulo 47. vbi quamuis dicatur de defensione captiuorũ, tamen nusquã copiam indiciorũ Reo tradendam in scriptis, sed captiuum antequam adhibeatur tortura admonendũ per iudicẽ, si qua ratione ꝓbare possit, se à delato crimine esse immunẽ,

& si

& si congruas & releuantes causas innocentis allegaret, tunc probationem captiuo non esse denegandam: ex quibus consequitur, quod si captiuus nihil tale prætenderet, quod probatum releuaret, Iudicem non teneri differre torturam. Atque hæc omnino in præsenti casu obseruata fuisse, ex præcedentibus colligitur: siquidem prælectis aliquoties indiciis, captiua examinata simpliciter contradixit, neque aliam fere defensionem allegauit, dann daß solche Gezücht auß Neidt vnd Haß beschehen. Causas autem inimicitiæ retulit non satis releuantes, von wegen der Kundtschafft so sie mit dem vorigen Stattschreiber gehabt/& quia dictis mulieribus ædibus illius interdictum fuerat, mögten sie darob ein Verdruß gehabt/ vnnd darauff die Gefangene auß Neidt angeben haben. In quibus verbis nihil certi ponit, quod probatum
68 releuaret: nam tali casu si inimicitia † non est capitalis, sed modo mulhebri concitata, non excusat per ea quæ notat Sprengerus *in malleo malef. part. 3. q. 5.* Facit quod in dubio semper præsumi debet, Iudicem motum ex causa in reiiciendis exceptionibus. *Innoc. in c. post electionem, de conces. præbend.* Præterea hic obseruandum, quod dicitur, stylum & obseruantiam fori esse
69 in contrarium, qui sane stylus † seruari pro lege
70 debet, *l. fin. C. de iniuriis.* Et quod nullitas † actus non attendatur, quando ita de facto obseruatur, notat Decius *in l. si auia, C. de succes. edict. Crauet. consil. 137. num. 8. & 9.* adeo quod longæuus
71 † vsus potest allegari pro iure. *Cardin. in clem. sæpe. §. quia vero, ext. de verb. sign. cum similib.* Notoria autem est consuetudo Germaniæ, † quod
72 criminaliter agendo per viam inquisitionis, in plerisque locis summarie tantum proceditur. Igitur si nihil aliud sit, possent tamen se tueri Rei nostri communi Germaniæ consuetudine, quod nihil aliud fecerunt, quam quod plerique Principes, ciuitates & status Imperii facere solent. Porro licet defensio nemi-
73 ni † auferri debeat, modus tamen defensionis variari potest. *Fel. in c. dilecti, versic. sed nota, ext. de excep. Alex. cons. 225. lib. 6. Vantius de nullit. ex defect. citationis, num. 9.* Certum autem est copiam indiciorum nō ob aliam causam tradi Reo, quam vt se ab indiciis purgare & defendere possit. Nihil igitur referre videtur, siue hoc faciat in scriptis, siue sine scriptis, dummodo terminum habeat competentem ad defensam; neq; enim aufertur defensio, sed determinatus quidam defensionis modus, qui iuris positiui est, & alius supereſt modus, quo se tueri potest. *Oldrad. consil. 43. Quæritur vtrum citatio.* Nec obstat, quod
74 in inquisitione debet apponi † locus & tempus; non enim per hoc redditur processus nullus, etiam si non apponantur. *Ludou. Carnerius in tr. de hæretic. num. 109.* Et tanto magis in crimine apostasiæ, sortilegii vel hæresis, quod tempore & loco non circumscribitur, cum sit delictum plerunque in animo consistens. *Ang. in l. libellorum. ff. de accus. late Menoch. consil. 100. num. 87. cum aliquot seqq.* Postremo dici non potest, indicia Actori non fuisse communicata: constat enim quod in causa mandati de relaxanda captiua, eadem indicia, vna cum articulis inquisitionalibus, exceptionibus Reorum inserta, & pro defensione captiuæ habitis copiis ab Actoribus in suis Replicis iam pridem plenissime examinata & disputata fuerunt. Quod autem his non attentis Rei nihilominus ad torturam processerint, in eo si peccauerunt, contra ius partis egisse potius, quam nulliter processisse videntur. Restat tertium quæsitum, de modo torquendi, quod obiicitur, Reos contra omnia iura † diuersis temporibus torturam sæpius 75
reiterasse, nullis superuenientibus nouis indiciis, (idque probari ex ipsa Reorum confessione, & articulis defensionalibus, medio iuramento exhibitis, vbi ad longum recensent, quoties & quomodo tortura adhibita, & ex quibus causis postea repetita sit.) Hoc tamen vtcunque defendi potest, si consideretur, quod captiua tot indiciis conuicta, prima vice leuiter tantum extensa corda, vt habet articulus 104. & testes qui interfuerunt torturæ desuper examinati deposuerunt, quæstionata fuerit, non tamen à terra eleuata. Notum est autem, quod leuiter tortus † iterum torqueri 76
potest. *Doctor. in l. vnus, ff. de quæstionib.* Nam † le- 77
uis tortura non est tortura, secundum Bald. *in l. 2. num. 2. C. quor. appell. non recip. quem refert Paris. de Puteo, d. tr. de repet. torturæ. num. 6.* Idcirco interiectis aliquot diebus ter quaterve repetita captiua petiit dilationem vsque ad aliud tempus, quod ipsi à Senatu permissum esse apparet ex propria confessione & responsione Actoris ad 109. defensional. Sed cum in proposito perstitisset, tandem tertio die sine vllo pondere tribus vicibus eleuata, petiit sibi dari cibum, iussitque vt à meridie ad se rediretur. Quo facto, apostasiam & abnegationem diuinam vltro fassa est sine tortura. Sed cum sequenti die iterum interrogata confessionem pridie factam reuocasset, vt patet ex responsione eiusdem captiuæ ad 115. defens. Senatus † iustam & legiti- 78
mam causam habuisse videtur repetendi torturam. Nam in hoc † conueniunt omnes, 79
quod confessus delictum de quo inquiritur, si postea negat, potest repeti ad torturam. *Bart. in d. l. vnius, §. Reus. Bald. in l. in bonæ fidei, n. 5. C. de iureiur.* Talis enim confessio dicitur nouum indicium & facit semiplenam probationem, *Bald. ibid. in vers. quæritur.* Cum quibus concordat constitutio criminalis, *art. 57. Iul. Clar. d. q. 21. n. 36.* Ideo quarta die semel sine, postea cum pondere bis à terra eleuata priorem confessionem ratificauit. Sed cum sequentibus diebus plura sponte de conuersione dictarum sagarum confessa, de nece balneatoris nihil fateri

voluis-

voluisset, quinta die duabus vicibus sine pondere eleuata, iterum petiit se deponi, quo impetrato, fassa est venenum balneatori à se exhibitum. Et licet dicant Dd. quod † repetitio
80 non debeat excedere tres vices, tamen hoc de
81 consuetudine non obseruari, † sed repetitionem fieri indistincte, cum Iudici videbitur, affirmat Bartol. *in d.l. vnius, §. Reus, numer. 1. Bald. in l. 2. numer. 11. C. quod met. causa.* Quibus etiam suffragatur constitutio criminalis *articulo 58.* quæ hoc totum reliquit arbitrio discreti Iudicis. Ex quibus apparet Senatum non excessisse modum in torquendo, maxime considerata qualitate criminis obiecti, quia aliter adhibetur tortura in causa ardua, aliter in leui, *l. vbi, C. de falsis. Paris. in d. tr. §. viso, de indiciis, nu. 2.* Aut si excessit, tamē excusari posse, ex causis iam allegatis, præsertim cum tortura adhibita sit cum tali moderamine, quod nullum membrum captiuæ fuerit debilitatum. Concludendum igitur Reos ab instituta actione absoluendos esse compensatis tamen expensis, propter culpam & negligentiam eorundem, in inquirendo commissam, & plura alia supradicta, quæ probabilem recipiunt disputationem. Saluis, &c.

Sententia.

In Sachen J. B. G. jetzo dessen Consorten/ Klägern eins / wider Meister vnnd Raht der Statt K. Beklagte anders Theils/ nullitatis, ist allem Fürbringen nach zu Recht erkennt / daß gedachte Beklagte von angestellter Klag zu absoluiren vnd zu erledigen seyen/ als wir sie hiemit dauon absoluiren vnnd erledigen / die Gerichts-Kosten derowegen auffgelauffen/ auß bewegenden Vrsachen gegen einander compensirend vnd vergleichend/ &c.

VOTVM VII.

In causa K. F. contra Abbatem monasterii R. H. & D. B.

SVMMARIA.

1 *Continentia causæ diuidi non debet, & cur.*
2 *Testes habiles defectum inhabilium supplent.*
3 *Interdictum Vti possidetis quando competat, & in quibus.*
4 *Matricula quantam fidem faciat.*
5 *Consuetudo aliqua siue præscriptio quantam fidem faciant & quando admittantur.*
6 *Registra ab authenticis personis scripta quantam fidem faciant, & quando.*
7 *Diuturnitas temporis actum solemniter esse celebratum facit.*
8 *Antiquitas est titulus legitimus.*
9 *Registris fiscalis quanta fides adhiberi debeat.*
10 *In omni facto antiquo magis creditur instrumentis & monumentis publicis quam testibus.*
11 *Præscriptio an de iure contra functiones publicas non currat.*
12 *Libertas à tributo an præscribatur.*
13 *Præscriptio an contra vtilitatem currat.*
14 *Functiones publicæ an & quando præscribantur.*
15 *Præscriptio de iure communi in tributis & collectis non currit.*
16 *Dominium rei patrimonialis licet præscribatur; solutio tamen canonis vel tributi non præscribitur.*
17 *Priuilegium contra functiones publicas non valet.*
18 *Seruitia & onera à potentioribus imposita, vi & metu extorta præsumuntur.*
19 *Solutio onerum coacta atque violenta concessam immunitatem vel aliud ius non tollit, neq; vllum ius tribuit. num. 36.*
20 *Quomodo probetur, hoc aut illud in hoc vel illo territorio situm esse.*
21 *Argumentum à toto ad partem in iure quando procedit.*
22 *Iniquum est eandem rem duplici onere grauari.*
23 *Interruptio post completam præscriptionem nihil iuuat & cur.*
24 *Probato quod res se aliter habeat, rem se ita non habere probatur: & probato, quod quis iurisdictionem habeat, probat, quod alius non habeat. num. 25.*
26 *Fiscus ad expensas non tenetur: nisi in euidenti calumnia. num. 27.*
28 *Qui totum non edidit, is nihil edidisse videtur.*
29 *Matriculæ nudæ an & quando sit credendum.*
30 *Ratio diuersitatis inter matriculam imperii, & matriculam collegiorum, an aliqua sit, & quæ.*
31 *An necesse sit, vt ab inscriptione matriculæ appelletur.*
32 *Appellatio cur ab Imperatore non fiat: supplicatio tamen ex gratia admittitur.*
33 *Antiquis monumentis publicis, documentis & libris magis creditur quam testibus, & cur.*
34 *Probatio veritatis præsumptioni recte opponitur.*
35 *Probatio testium simplex præsumptionem simplicem tollit.*
37 *Tacens & non contradicens pro consentiente habetur, & quando non.*
38 *Ius collectandi per non vsum non amittitur.*
39 *Antiquitas & antiquum est, quod centum annos excedit.*
40 *In antiquis testimonium de auditu sufficit, cur, & quatenus.*
41 *In dubio pro fisco iudicandum est.*
42 *Interpretatio in dubio fieri debet contra collectam.*
43 *Subditi an pro domino testes esse possint, & quando.*
44 *Monachi in causis suarum ecclesiarum testificari possunt, & cur.*
45 *Rector & prælatus ecclesiæ testes in causa eiusdem ecclesiæ esse queunt.*
46 *Vasalli quomodo pro suo domino testes esse possint.*

47 In

47 *In materia antiquitatis, domestici quoq;, subditi aliiq; inhabiles ad testificandum admittuntur, cur & quando.*

48 *Iudex tantum secundum allegata & probata procedere debet.*

49 *Acta in vno iudicio facta, in alio non probant etiam inter easdem partes, nisi pars producat.*

DA S. Processum hunc à nullitate defendi posse putat; etsi enim primo intuitu Cameræ iurisdictio non videatur competere, (quod insanabilis & irreparabilis defectus reputatur secundum Vanti. *de nullit. tit. 9 num. 6.*) quia Dux, vt Princeps Imperii habet Außträg / & Abbas habet superiorem: tamen dicit eos
1 propter continentiam † causæ, quæ non debet diuidi, recte hic conueniri potuisse. Deinde Iudex fisci est Iudex Rei: nam fiscus agit coram suo Iudice, licet non sit Iudex Rei, & sic Actor non sequitur forum Rei, *l. 1 & 2. C. vbi causæ fiscal. Castrens. in l. si rite, C. de priuil. fisc. l. 3. C. quando fis. vel priu. l. 1. & 2. C. vbi causa fisc. Geil. lib. 1 obs. 20. num. 1.* & fiscus agens forum Rei non sequitur, sed Iudex ipsius fisci de causa cognoscit, *l. 1. C. de repud. hæred. l. 3. de his quib. vt ind. Bart. Socin. in fall. reg. reg. 10. Specul. de comp. iud. adit. §. generaliter, nu. 10. & seq. Socin. in c. cum sic generale, num. 8. vsque ad num. 18. ext. de for. compet. Ord. Cam. quoq; ti. 20. p. 2.* nostram iurisdictionem fundat. Altera nullitas, quod testes absente fiscali sunt examinati, & quod subditis iuramentum non sit relaxatum, sic defendi posse videtur, videlicet quod si testes præsente parte aduersa produci debeant, vt iurent, sufficit tamen, si iurent altera parte citata, licet sit absens per contumaciam, *cap. 2. ext. de test. l. si quando, Cod. ead.* Deinde relaxatio non ita videtur magnopere necessaria, cum testes etiam ab alterutra parte producti debeant iurare, quod dicant veritatem, & sic vigore huius iuramenti tam pro Actore, quam pro Reo deponere tenentur. Deinde etiam attestationes hoc saluat, quod nonnulli sunt testes, qui iuramento non sunt obstricti, ideoque non opus fuit relaxatione, & sic habiles testes
2 † inhabilium defectum supplent. *Hyppol. singul. 154.* & sibi imputet fiscalis quod non comparuerit.

De Actione.

De iure communi actum videtur vtili interdicto, Vti possidetis. Vbique enim in Actis, & præsertim in responsione ad 20. artic. defensional. iactitat Fiscalis Imperium fuisse in q. possessione collectandi, & ipsa etiam inscriptio in matriculam possessionem probat. Item datur illud etiam ei qui ciuiliter tantum possidet: vel actum est actione in factum, surrogata in locum eius, quæ datur, si quis ratione solutionis tributi, collectarum vel iurium debitorum, fiscum vel officialem Imperii inquietat, seu turbat in soluendo illi nec præstando sibi pacifice, & igitur ne ipsum turbet, sed vt soluat in futurum. *Spec. in titu. de caus. poss. & propri. num. 12. & seq.* Item expulso à possess. iuris incorp. datur, etiam officium iudicis vel condictio ex canone vel lege. *Ferrar. pract. inform. lib. in caus. spol. poss. §. coram nobis, numer. 11. Bartol. in l. 1. §. 1. vti possid. Chass. in consil. Burg. tit. des enfans de plusieus, §. 4. vers. entragens nobles, num. 15.* Quia tamen petitio libelli magis petitorium quam possessorium respicit, dicendum potius confessoriam, quam vti possidetis † interdictum intentatum, 3
quæ competit, pro iure vectigali & aliis iuribus denegatis. *Bartol. in l. si publicanus, §. in omnibus, numer. 3 ff. de publican. & ibi in addition. in verb. possum petere.* Item interdictum: Vti possidetis ob id non putat competere, quod si quis negauerit plane deberi collectas, tunc cesset hoc, & competat interdictum Vnde vi, & interdict. Vti possid. *Innoc. in c. cum venerabilis, n. 2. de religios. domib.* Sicut autem pro iure Ecclesiæ Prælati habent possessionem vtilem, cum non sint Domini nisi ratione Ecclesiæ eam intentant. *Ioan. Faber in §. æque, col. 8. Instit. de action.* Ita & fiscus videtur habere nomine Imperii. Verum licet nulla harum competeret Fiscali, tamen haberet rationem ex constit. Imperii vel recessu Augustano, de Anno 48. §. etliche andere.

An intentio Fiscalis sit probata.

Censet optime probatam † per matriculam 4
Imperii & Registra der Anschläg à centum hinc annis in singulis Comitiis imperii. Quæ inscriptio siue matriculatio per Reum est confessata per resp. ad 2. artic. posit. Quod autem matricula habeat præsumptionem per se, probat, *l. nil petitionem, C. de aduoc. diuers. iudic. Barto. in l. matriculam, n. 4. C. de agent. in reb. libr. 12. Hortul. in tract. quis ten. probare negat. num. 169. & Ang. in l. scriniarios. C. de milit. test.* dicit quod non matriculatus reputetur priuatus. Ergo à contrario sensu, &c. Idem tenet Iason *in l. Barbarius, numer. 56. ff. de offic. prætor.* vbi ait, quod matricula inducat præsumptionem, inter positionem & inuestituram, hancque communem dicit Camill. Plantius *in dicta l. Barbarius, numer. 171.* Et hæc præsumptio certi roboris est, vt qui eam pro se habet, ab onere probãdi releuetur, *Ioan. Bap. Brun. in tract. de statut. præscript. gloss. 24. num. 2.* Nec contra hanc præsumptionem admittitur
† aliqua consuetudo siue præscriptio, nisi sit 5
immemorialis. *Paris. consil. 25. num. 23. lib. 4.* Item non admittitur probatio in contrarium, *Grau. de antiq. temp. 4. p. 8. materia, num. 13.* Quod libris collectariorum publica autoritate electorum quoque credatur notum est, & probat Henning. *consi. 10. c. 1. est tit. de tributis, num. 12.* Registra † quoq; si sunt bene custodita, & inueniantur in archiuis authenticarum personarum, puta eorum, qui habent potestatem scripturas 6
authen-

authenticas faciendi, fidem facere tradit Innoc. *in c. 1. n. 1. ad fin. de procurat.* vide Grauet. *de antiq. temp. p. 11. §. quarto limitatur.* Accedit quod licet huic extracto matriculæ alioquin tãquam scripturæ non crederetur, tamen si vetus sit scriptura (vt est nostra matricula, quæ habetur in cancellaria) facit præsumptionem vel semi-
7 plenam probationem. Et temporis † diuturnitas facit actum solemniter esse celebratum. *Rom. cons. 275. n. 3. Guid. Pap. sing. 197.* Sic etiam di-
8 citur, quod antiquitas † sit titulus legitimus. Grauet. *d. §. materia ista. nu. 2.* Vel si sit scriptura sumpta ex Archiuo publico subsignata à custode Archiui. *Montan. de finib. regund. cap. 6. num. 3.* prout hic factum est per Cancell. Moguntinum, penes quem imperii matricula habetur, quę plenam facit fidem, licet ille non esset Notarius. *gl. & Fel. n. 7. in c. cum causam. de prob.* Quod scriptura quoq; deputata ad locum publicum, plene probet, not. à Canon. *in c. ad audientiam. de præscrip.* Hinc factum existimat, quod 7. Octob. Anno 1550. SCtum in Camera sit factum, & in pleno Senatu conclusum, quod Registris
9 † Fiscalis fides adhiberi debeat (vide tamen *l. exemplo. C. de probat.*) nec opus sit ad omnes causas, vt repetat, tametsi nullæ rationes in prothocollo adscriptæ reperiantur. A qua conclusione non facile recedendum; præsertim cum respiciat publicã vtilitatem, *Ias. in d. l. Barbarius. num. 26. de offic. prætor.* Facit quod in omni
10 facto antiquo † magis credatur instrumentis, & monumentis publicis quam testibus, *l. census. ff. de probat. Bald. in l. si alterius. C. si min. se maior. dix. Abbas in d. c. ad audientiam.*

Ad fiscalis quoq; intentionem fundandam
11 facit, quod de iure præscriptio † contra functiones publicas non currat, *l. competit. C. de præscript. 30. vel 40. ann. & ibi Bart. Bald. Sal. & Ang.*
12 Et quod in rebus † concernentibus statum imperii vel superioritatem, vel tributorum rationem, non currat præscriptio temporis cuiuscunq;, tradit Guid. Pap. *q. 416.* Thomatius *de*
13 *collect. § ex actis. n. 28.* Et quod præscriptio † contra vtilitatem non currat, tradit Abb. *in c. extirpandæ. §. qui nostro. n. 27. de præben.* Item functio-
14 nes † publicæ non præscribuntur nisi mediante titulo à fisco concesso. *Ioan. Galli. in quæst. Parlamenti. Paris. q. 360. Curt. iun. cons. 174. nu. 16.*
15 vbi tenet, quod præscriptio † de iure communi in tributis & collectis non currat. Et licet
16 præscribatur † dominium rei patrimonialis, non tamen solutio Canonis vel tributi, *Balb. de præscrip. p. 1. 6. pri. vers. Quintus casus.* Et posito præscriptionem locum habere, & contra imperium cœptam esse, tamen ea per extraiudicialem quæstoris imperii interpellationem, & per multiplices fiscalis citationes & iudiciarios processus interrupta videtur. Inuenitur enim hoc monasterium inter Anschlãg in Comitiis Imperii, Anno 1467. factas, & sic successiue in singulis Comitiis. Et dubium non est, quin quæstor Imperii semper exegerit contributiones & collectas illas, licet frustra. Et idem de consuetudine & priuilegio, quod de præscriptione est dicendum. Nam posito consuetudinem collectandi Abbatem per Ducem introductam esse, tamen quando ea est contra ius publicum, reprobatur, *Thomatius de collect. §. ex actis. nu. 21. vsq; ad nu. 25.* Et priuilegium † contra 17
publicas functiones non valet. Idem *in §. nobilitas. n. 18. & seq.* Quod autem collectas soluere cogatur, etiam is qui habet priuilegium à Principe non teneatur, est tex. *in l. omnium. & ibi Bal. & Salic. C. de vectigal. Bertach. de gabellis. p. 7. nu. 40.* Nec contributio Duci facta & seruitia præstita præiudicant Imperio, quia seruitia † & one- 18
ra à potentioribus imposita, præsumuntur vi & metu extorta, secundum ea quæ allegaui in causa Hartgaw contra Hanaw. Et solutio † o- 19
nerum coacta atque violenta, concessam immunitatem, vel aliud ius non tollit, *Roman. cons. 252. n. 5.* Postremo aduersarii ipsi suo iuri in eo tacite renunciarunt, quod ab inscriptione in matriculam non appellarunt, quod tamen intra 10. cies facere debuissent, *Alexan. cons. 136. n. 11. vol. 2. Marant. in Spec. p. 6. tit. de appell. n. 514. Nic. Euerhard. cons. 21. n. 30. Schurff. cons. 59. nu. 32. cent. 1.* Item Rei per quæstorem interpellati nũquam, vt debuerunt, sunt protestati, *Gozadin. cons. 24. nu. 6.* Et hoc casu taciturnitas pro consensu habetur in præiudicialibus. Ex quibus omnibus concludit intentionem Fiscalis esse fundatam, quia habet optima fundamenta.

An elisa sit intentio Fiscalis per Reorum defensionales? Primo Dux B. pro defensione allegat inuestituram Ducatus B. & L. † quam 20
probat per instrumenta inuestiturarum Impp. & Regum Romanorum. Et per inuestituram veram consequitur quis non solum possessionem rei feudalis, verum etiam dominium vtile, directo tamen penes dominum remanente, vt apud feudistas. Videndum igitur an Monasterium litigiosum sit situm in Ducatu B. vel in Ducis territorio. Id probant 5. 6. & 10. testes ad 2. artic. Vnde putat recte argumentum † du- 21
ci posse à toto ad partem. In toto enim sunt quælibet eius partes. Et Host. *in cap. si diligenti. n. 2. de præscrip.* dicit, quod hac ratione communiter Domini temporales fundant intentionem suam, quoad res sitas in suo territorio, & intra limites suæ terræ, quoad iurisdictionem. Et licet per testes nihil probaretur, tamen exercitium iurisdictionis (quam eo loci vltra hominum memoriam Ducem vsurpasse testes asserunt) faceret, præsumi quod de territorio esset, *Mont. de fin. regund. c. 16. num. 10.* Vnde Bald. pulchre *in l. data opera. num. 28. C. qui accus. non poss.* ait, quod probetur terra de territorio alicuius domini, si testes dicant, quod ibi viderint malefactores capi, vel viderint homines

eius loci obedire, Item subire onera & soluere collectas. Pulchre quoq; Alex. *cons.* 23. *num.* 3. *art.* 5. Sic etiam dicitur, vt subditus alicui principi, quis dicatur, necesse esse, vt probetur eum seruitia, census, tributa, collectas præstitisse & persoluisse, *Paris. consil.* 27. *num.* 22. *& seq.* At per omnes testes Reorum ad 4. 5. 6. 7. & 8. artic. defens. prolatum est, Abbatem in R. cum cæteris subditis ad conuentus prouinciales, quotiescunque à Duce fuerit requisitus, comparuisse, seruitia, census, tributa & collectas semper Duci, & non Imperio quantum sciunt, præstitisse & persoluisse. Et addunt testes depositioni suæ, quod nunquam viderint, nec audierint ipsi, neque audiuerint alios vidisse vel audiuisse aliter fuisse factum, per quem modum tempus immemoriale probatur, *Grauet. d.* §. *materia. nu.* 38.

22 Et iniquum est, vt eadem † res duplici onere grauetur. Ex prædictis infert Abbatem nunquam imperio immediate fuisse subiectum. Et posito, quod aliquando membrum Imperii fuisset, tamen Dux se præscripsisse dicit, præsertim in 19. artic. defens. Quod quidem argumentum Referens optime defendi posse putat contra ea quæ supra profuse adducta, imo contra quæuis iura Imperii, & quæ supremam Imperatoris potestatem locum habere arbitratur. Pro quo allegat Grauet. *in d.* §. *materia. nu.* 73. *Capel. Thol. decis.* 345. *Schurff. cons.* 90. *nu.* 48. *cent.* 3. *Grauet. consil.* 54. *nu.* 8. *p.* 1. *Boer. q.* 39. *n.* 11. *& seq. & q.* 39. *num.* 6. *& seq. & q.* 264. *num.* 21. *Menoch. in* 15. *remed. recuper. possess. nu.* 428. Posito autem quod præscriptio ab hinc 100. annis fuisset cœpta, eaque postea per citationem Fiscalis interrupta, tamen id Reis non noceret, cum ex chirographo Ducis de dato anni 1433. lit. F. & instrumento siue scriptura de dato 1369. lit. H. constet, ius Ducis longe vetustius esse quam interpellationem Fiscalis, hoc est, Ducem in quieta possessione fuisse antequam imperium quidquam prætenderet, vel Fiscalis pro solutione collectarum instaret. Interruptio enim

23 † post completam præscriptionem nil iuuat. Et hoc amplius pro antiquiori possessione semper est presumendum, vt probatum in causa L. B. contra die 3. Stätt H. D. S. vnd R. B. Nec hic requiritur, vt Dux doceat de continuatione possessionis, vel etiam de eius initio, quia in consuetudine temporis immemorialis, cuius initii in contrarium non extat memoria, non est necesse quærere de actibus, à quibus ea originem habuerit, *Oldrad. consil.* 244. *num.* 13. sed sufficit allegare actus, in quibus per hominum memoriam ita fuit obseruatum, *Grauet. d.* §. *materia ista. nu.* 23. Et quia nulla vnquam fuit præscriptio, quorsum interruptio? Postremo vltra iam allegata argum. etiam iure ipso Imperii constitutio An. 1548. in Com. August. facta Reos defendit in §. hette aber der außgezogen / ob er gleich in deß Reichs Anschlägē begriffen / dem Reich weder vor oder hernach nie nichts geleyst. & quæ sequuntur. Quod autem per D. Abbatem Imperio nullæ fuerint collectæ solutæ, abunde per testes Reorum ad 16. & 17. defens. probatum est. Ita enim probant isti negatiui articuli, si testes dicunt, se maiores 50. annis, & quod semper ita viderint & audiuerint, & non audierint vnquam dici contrarium (prout dicunt nostri) & quod est, & semper fuit cōmunis vox & fama, quod sic fuit & est, & quod non extat memoria in contrarium, Alex. *consil.* 90. *nu.* 7. *vol.* 6. *Paris. cons.* 104. *nu.* 121. *vol.* 1. *& cons.* 117. *eod.* Item quod collectæ non fuerint Imperio solutæ probatur probando, quod Duci sint solutę, vt deponunt nostri testes. Probato enim † quod res se aliter habeat, probatur rem se ita 24
non habere, *Alex. cons.* 168. *in pr. nu.* 2. *vol.* 5. *Paris. cons.* 75. *vol.* 1. Et probato † quod quis iurisdictio- 25
nem habeat, probatur quod alius non habeat. *Alex. cons.* 42. *in fin. lib.* 1. Item ex quo ius ad alium pertinet, ad me non pertinere probatur, *Dec. cons.* 271. *n.* 3. Concludit igitur per supra dicta intentionem Fiscalis elisam, Reosq; de iure communi & de iure cōstitutionis Imperii absoluendos, cōpensatis expensis. Hoc enim speciale est in fisco, † vt causa cadens non teneatur expen- 26
sas soluere, nisi fuisset † in euidenti calumnia. *Io.* 27
Gallus q. 360. *& ibi Car. Molin. late Boer. q.* 324. *n.* 1. *Bald. in l.* 2. *C. qui accus. non poss.*

Solutio contrariorum. Et primum non obstat matricula Imperii, quia si per omnia valida, indubitata, & fide digna esset, Imp. & status facultatem contrarium probandi non concessissent in præall. recess. de Anno 1548. §. vnnd sol vnser. Maxime etiam ob id, quod parum fidei huic matriculę ipse Imp. & status attribuerunt, vt demonstrant illa verba in d. recess. §. Dieweil auch etliche Stände in die Reichs matricul kommen seynd / aber zweiffelich ist / ob dieselben gewiß seyn möchten oder nit / &c. Quod cum ita sit, non necesse est, vt multis hic disseram, quātum hæc de iure communi valere possit. Ego tamē si mihi de eius viribus aliquid esset dicendum, multa in ea desiderarem, & omisso quod multa inde sunt in contrarium, quæ matricula non probat, *l. scriniarios. C. de milit. test. Io. Andr. in addit. ad Spec. tit. de instr. edit.* §. *instat. Ias. in l. Barbarius. n.* 50. *& ibi Cam. Plantius n.* 171. *& seq. de offi. prætor. Alc. de præscr. reg.* 3. *præscr.* 17. *nu.* 5. Primum in hac matricula desidero, quod Fiscalis nō docuit nec probauit eam esse Authenticam, & publica autoritate confectam, ideoq; illi plenam fidem adhibere nō possum, cum solis publicis vel alio modo authenticis scripturis credi non debeat. Item requiritur, quod matricula solemniter sit scripta: nam propter vilem & immundam chartam fit suspecta, *Tilm. in c. si scripturam, n.* 19. *de fid. instr.* Et quod historiis, scripturis, foliis siue chartis, non credatur tradit Stradha. *tract. de monat. numero* 54. Quanto magis matriculæ:

quæ

quæ solennitor non est confecta, vel extracto vnius folii fides non est adhibenda, *Fel. in cap. 1. numero 2. & seq. de fide instrum.* Præterea tota matricula fuit edenda, ad hoc quod probare debuisset: Nec enim videtur † edidisse, qui totum 28
non edidit, *l. 1. § pen. de edendo.* Et scribit Abb. *in c. exemplarium num 32. de probat.* quod originale debeat ostendi Iudici, vt videatur. Et quicunque à fisco conuenitur, non ex indice, aut exemplo alicuius scripturę, sed ex authentico conueniendus est, *l. 2. ff de fide instrum. Guid. Pap. quæst. 19.* Nec scripturæ fisci creditur, *l. exemplo. & ibi gl. vero nequ. C. de probat.* Vel saltem exemplatio matriculæ fieri debet citatis, quos negotium tangit. *Spec. de fid. instrum. § ostenso. num. 26. Franc. Marc. quæst. 457.* Ita vt transumpta probent in præiudicium contradicentis, non hoc sufficit, quod fiat auctoritate Iudicis, sed etiam requiritur vt aduersarius (si is certus sit) specialiter ad hoc citetur, *Dd. in authen. si quis in aliquo. C. de edend. Alex. cons. 112. vol. 4.* vbi etiam alia requisita, quæ hic omissa sunt inueniuntur: Imo etsi partes cõsentiant exemplationi, fine Iudice tamen non valebit. Spec. *d. § ostenso n. 24 & seq.* Si igitur hæc solennitas requiritur in exemplatione priuatorum instrumentorum, quanto maior debet adhiberi in confectione matriculæ eiusq; exemplatione, vbi præiudicium Statuum versatur. Præterea si ad eam pars citata comparere non possit, saltem debet aliquis suo nomine acceptare. Actus enim me absente factus, potest ratificari ex post facto, dummodo aliquis meo nomine acceptet, *Abb. in c. fin. vt l. non contest.* Præterea vt matriculæ credi debeat, requiro subscriptiones & sigilla Statuum, præsertim eorum, de quorum præiudicio agitur. Item plenam causæ cognitionem. Item, quod matricula vel aliis liber correspondens contineat acceptata & data, hoc est, quod aliquando quid, vt Status solverit. *Bald. l. ad hoc. C. de præscript.* Item *in l. rationes. C. de probat.* Si nihil horum contineat, non puto probari, ni statutum & sanctum reperiatur im Abschiedt Comitiorum Imperii, quod nudæ † matriculæ sit credendum, 29
quod non puto vnquam statutum, imo contrarium: quid enim alias toties opus esset in Comitiis von richtigmachung der matricul disputare? Vel quod talis sit consuetudo, quod matricula imperii probet, quæ tamen probare opus esset, *Bertach. de Gabel. p. 4. n. 3.* His tamen, licet sint iuris, non vellem ita pertinaciter inniti, modo mihi aliqua fisci realis possessio, & vnus atq; alter actus solutionis probaretur, qui factus fuisset bey Menschen gedencken quiete & sine protestatione, sciente & patiente aduersa parte, quo casu matricula quo ad has partes pro legitima agnosceretur. Verum id minime est probatũ, ideoq; à supra allegato recessu Augustano & iure communi non recedo. Non ob-
stat, si quis dicat † aliud esse matriculam impe- 30
rii, aliud matriculã collegiorum. Quia ego puto nullam esse rationem diuersitatis, imo subest eadem æquitas. Non etiam mouet, si obiciatur, per hanc sententiam absolutoriam totam matriculam imperii corruituram. Quia matriculæ quantum ad eos attinet, qui contributiones imperio fecerunt, & sic quod fiscalis in quasi possessionem collectandi venit, nihil detrahitur, sed firma & rata, vt antea, manet. Nam pars prædicamentalis (quanquam non concedo, q nostrum monasterium sit talis pars imperii) a toto deducta, illud non vitiat, sed tantum minuit, *l. seruus. §. fi. de legat. 3. l. 7. in fin. quod cuiusque vniuers. nom.* Non obstat Reos vel Abbatem † renunciasse suo iuri, sibiq; præiudicasse, quod ab 31
inscriptione matriculæ non appellarit, quia nõ constat, quando illa inscriptio fuerit facta, & ideo non potuit etiã appellari. Necesse igitur est, vt Fiscalis primum doceat, quo tempore, & an legitimo modo sit facta; item præsentibus Reis, præsertim Duce B. Abbas enim etiamsi consensisset, tamen Duci præiudicare non potuisset, *Abbas in c. audit. is. nu. 19. de præscr.* Præterea non video, ad quem appellare debuisset, cum appellatio † à Cæsare nõ fiat. Admittitur tamen ex gra- 32
tia supplicatio. Item querelare potuisset. Quod autem reclamatum & supplicatum sit, sępe colligi potest ex recessibus Comitiorum Imperii. Non obstat quod antiquis † monumentis pu- 33
blicis, id est, documentis & libris (vt hic est matricula) magis credi debeat quam testib. Quia respondeo hoc verum esse, modo talia monumenta sint, quibus fides adhiberi debeat, *Montan. de fin. regund. c 62. n. 2.* Atq; hic talia non sunt, vt supra probatum. Ergo potius testibus & famæ standum. Non obstat quod contra præsumptionem iuris, & de iure non admittitur probatio in contrarium, nec consuetudo est præscriptio, quia probatio admittitur per indirectum, vt probat Cravet. *in d. §. materia ista. n. 14.* Sic ego hic non dico, quod matricula præsumptionem iuris pro se non habeat, sed quod in facto & veritate potest contra matriculam probari. Præ- 34
sumptioni enim † recte opponitur probatio veritatis; & simplicem præsumptionem † sim- 35
plex testium probatio tollit, *l. optimam. in fin. C. de contr. stipul.* Et quod probatio vincat præsumptionem, scribit Neuiz. *in Synop. lib. 4. n. 23.* Non obstat, quod solutio † onerum & collectarum 36
coacta, & violenta nullum ius tribuat, quia tamen si vis & metus interuenissent (quod omnino hic negatur) illud vitium temporis cursu purgatum censeretur, *l. fin. ibi Bart. & gl. C. vnde vi* & quidem multo magis quando illud est immemoriale. Non obstat, quod non † contradi- 37
cens & tacens habeatur pro consentiente: Quia hoc limitatur, quando quis verbo seu facto, vel signo contradiceret, quia tunc non habetur pro consentiente. Francus *in reg. qui tacet. 44. de reg. iur. in 6.* Item limitatur, quando tractatur

de præiudicio tertii *Franc. ibid.* Et in facto contrarium probatum est, per testes, daß sich die Ebte gewegert haben. Non obstat, quod dicitur præscribi non posse obedientiam, quia subditus non potest contra Dominum nomine proprio, & per se ipsum præscribere: Duces hoc facere potuissent, si præscriptione opus fuisset. ita soluit Oldrad. *cons.* 244. *num.* 4. & Iacob. Rebuffus *in l. si quis decurio. C. de decur.* Non obstat, *l. quod competit. C. de præscrip.* 30. *annorum.* quia illa lex loquitur in casu speciali, scil. in tributis & aliis functionibus, quæ dantur in signum veræ subiectionis. sic soluit Nic. Euerhard. *cons.* 3. *nu.* 50. Ita etiam distinguit Abb. *in c. ad audientiam. nu.* 10. *de præscript. Alex. consil.* 30. *vol.* 5. *Balb. de præscript. part.* 2. *quintæ p. q.* 7. *nu.* 2. Huc facit, quod tradit Abb. *in c. cum non liceat. num.* 16. *& seq. de præscript.* Præterea in hoc casu non præscribitur obedientia contra Imperatorem & imperium, imo nihilominus, d. monasterium siue Abbatia manet, tanquam pars Ducatus B. & feudi imperialis, sub imperio, mediate tamen: Et Dux vt vasallus imperii in signum supremæ potestatis & subiectionis vere sustinet onera, & soluit collectas, quas tam ab Abbate, quam à reliquis suis subditis exegit. Et sic Abbas soluit imperio licet mediate. Item Abbas appellare potest à Duce ad Cameram, quod non posset, si Dux vel Abbas prætenderent præscript. contra obedientiam & supremam potestatem Imperatoris. Non obstat, quod dicitur per non
38 vsum † non admitti ius collectandi, *Iacob. Rebuff. in l. in filiis. num.* 1. *C. de decur. lib.* 10. *Chass. in Consu. Burgun. tit. des iustices. §.* 4. *vers. non, &c. num.* 16. Quia licet quis longissimo tempore non fuerit collectatus, princeps vel alius ius collectandi non amittit, tamen si ab alio collectetur, (vt Abbatia à Duce B. est collectata) præscribitur, quoad collectãtem, & alter ius suum amittit, *Rebuff. in d. l. si quis decurio. C. de decur. lib.* 10. Non obstat, si quis allegatum recessum August. §. Hette aber in verb. nie nichts geben / de centenaria præscriptione, vt scilicet libertatem prætendens, docere debeat, se in 100. annis nihil soluisse, quodque per Reos factum non sit, quia ad id respondeo sufficere, vt probetur per tempus immemoriale nil solutum esse, vt supra late deduxi. Nam in antiquis (antiquum autem
39 est, † quod 100. annos excedit) sufficit † testi-
40 monium de auditu, *Grauet. de antiqui. temp. p.* 1. §. *viso de fama. nu.* 32. Nostri autem testes de vsu & auditu ita deposuerunt, vt ipsorum testimonium tam sit sufficiens, ac si tempus 100. annorum probassent. Testimonium enim de auditu in antiquis plene probat, *Menoch. cons.* 475. Non obstat, quod scriptura custodita in publico loco, vel sumpta ex Archiuo publico plene probent secundum supra allegata iura, quia hoc intelligendum, modo communicentur ea quæ Innoc. *in c.* 1. *de procur.* potissimum requirit, vt ait Felin. *in c.* 2. *n.* 9. *de præscr.* Deinde libri officialium de publico deputatorum inter eos tãtum probant, cum quibus res gesta est, secus contra tertium aliquem. Non obstat, quod in dubio † pro 41
fisco sit iudicandum, per ea quæ tradit Couar. *lib.* 1. *resol. c.* 16. quia in dubio non versamur, siquidem Rei immemorialem præscriptionem probarunt. Accedit, quod multi sint Dd. qui sentiant, quod contra fiscum sit iudicandum in dubio, tex. est *in l. nõ puto. de iure fisci. Matthes. sing.* 72. *Alex. & alii in l.* 1. *solut. matr.* Item in dubio debet † fieri interpretatio contra collectam tan- 42
quam rem odiosam, *Grauet. cons.* 111. *nu.* 26. Non obstat, quod obiectum est contra testes, scilicet quod sint † subditi & Vasalli & Monachi, ideo- 43
que pro Domino testificari non possint. Quia respondeo 1. Quod ad subditos attinet, quod iure eis credatur, si nõ habeant singulare commodum, & Monachi † in causis suarum Eccle- 44
siarum testificari possint, quia non inneniuntur prohibiti, *Accurs. in l.* 1. *de testib. Auth. si dicatur. C. eod.* Rector & prælatus † Ecclesiæ possunt esse 45
testes in causa ejusdem Ecclesiæ: Actor tamẽ & testes simul esse nequeunt, sed si conuentus agit, tunc licet in instrumento dicatur, quod Abbas & conuentus constituant talem procuratorem, bene poterit Abbas esse testis, & quilibet de conuentu, *Spec. de testib. in pr. n.* 23. Item vasalli possunt † esse testes, pro suo Domino si sint 46
bonæ famæ & verisimiliter deponunt, maxime si conueniant cum dicto aliorum, vt hic, qui nõ sunt vasalli, *Montan. de fin. regund. c.* 58. *n.* 3. Præterea in materia † antiquitatis etiam domestici & 47
subditi ac alii inhabiles, præsertim quando res per alios verisimiliter probari non potest, admittuntur, *Grauet. d. §. viso de fama. num.* 13. *&* 19. Non obstat, quod per Cæsarem & Cam. sæpe Abbati sit mandatum, vt collectas soluat, quia per solum præceptum, quod facit Dominus, nõ probatur iurisdictio vel superioritas, vel aliud ius, nisi probetur, quod obeditum sit præcepto, & qui præcepit & non paretur, vel in alium possidet, *Afflict. decis.* 265. *n.* 9. *& seq.* Hinc collectandi ius tollitur, si probetur de contemptu legis, statuti, iuris vel præcepti, si scilicet requisiti per longum tempus contradixerint, & præcepta contempserint, *Pet. de Rauen. in tit. de consuetud. §.* 4. *n.* 40. *Bouius in tract. de stat. rer præscrip. gl.* 4. *n.* 4. licet alias per non vsum collectandi non tollatur lex, consuetudo, vel ius collectandi, *Alex. cõs.* 138. *n.* 19. *vol.* 2. Quod autem Abbas semper cõtradixerit & præceptũ contempserit ex testium dictis abunde cõstat, quibus adde Bal. *in l. de quib. n.* 35. *de legib.* Nec obst. quæ extra processum hũc pro Fiscali possunt adduci. Nam Iudex † debet 48
secundum allegata & probata procedere, *c. licet Heli. de sim.* Item iura vt prosint in actis, produci debent, *Menoch. in cons.* 3. *causa Finanens. n.* 7. Ita etiam dicitur, quod acta † facta in vno iudicio, nõ 49
probant in alio etiã inter easdem personas, nisi

pars

pats producat, *Alex. conſ. 82. vol. 1. Lanfran. Balb. deciſ. 232.* Vide *c. cum dilectus. de fide inſtrum. Couar. lib. 1. reſolut. c. 1. num. 5. c. indicantem, 30. q. 5. & ibi Archidiac. num. 8. & 9.*

VOTVM VIII.

In cauſa T. S. von W. P. contra M. S. L. W. in S.

SVMMARIA.

1 *Exceptiones pro intereſſe exhibitæ an ad probandum admittantur, nec ne, & quando?*
2 *Non exemplis ſed legibus iudicandum eſt.*
3 *Quilibet rationem ſui facti reddere tenetur.*
4 *Conceſſo territorio vniuerſali, conceſſa quoque omnis iuriſdictio intelligitur.*
5 *Alienatio cum cauſa ſua an dominium ad alium transferre poſſit, & quomodo.*
6 *Res tranſit cum ſuo onere, & omni ſuo priuilegio.*
7 *Ante venditionem an à Landtgericht in Sueuia immediate ad Cameram appellari poſſit.*
8 *An Landtvogtey & Landtgericht in Sueuia immediate imperio ſubſint. num. 9.*
10 *Cæſar & ſtatus ſunt de curia imperii.*
11 *Nemo cauſam poſſeſſionis ſibi mutare poteſt, nulla extrinſecus cauſa accedente.*
12 *In iure poſſidere dicitur, cuius nomine alius poſſidet.*
13 *Forma legis Regiæ eſt, vt imperium per vnum regatur, & non in plures diuidatur.*
14 *Imperium ſibi parem facere vel ſuperiorem conſtituere, qui in parem imperio reſiſtere poteſt, nequit.*
15 *Appellationes ab* Jnſpruck *ad Cameram Imper. an permittantur.*
16 *Appellationes ad ſuperiorem in iuriſdictione ſemper dirigi debent.*
17 *Melius eſt præuenire quam præueniri.*
18 *Imperator rem imperii alienando, ſuperioritatem à ſe abdicare, & in alium transferre non poteſt.*
19 *Imperator non poteſt efficere, vt imperialia ab imperii iuriſdictione omnino eximantur.*
20 *Supremum ius an ab Imperatore ſeparari poſſit.*
21 *Imperator quoad protectionem dicitur dominus mundi.*
22 *Res inter alios acta, aliis præiudicare non debet.*
23 *Iuri publico non præſcribitur: Item contra imperii libertatem, & iuriſdictionem præſcriptio non currit. num. 24. & an præſcribere quis poſſit, vt imperio non ſubſit. num. 25.*
26 *Pragmatica ſanctio, item ſacra annotatio generali iuri vel vtilitati publicæ aduerſans, non habet locum.*
27 *Imperator priuilegium omnimodæ exemptionis concedere non poteſt: illudque concedere eſt imperium lacerare & iuriſdictionem à ſe abdicare. num. 28.*
29 *Reſcripta ſummi principis ſunt intelligenda, vt nemini iniuriam faciant.*
30 *Intentio principis præſumitur eſſe talis, qualis eſt legis ſcriptæ & rationis naturalis.*
31 *Par in parem imperium habere non poteſt nec debet.*
32 *Imperator alienationem in præiudicium imperii ſui facere non poteſt: & ideo dicitur Auguſtus ab augendo. num. 33. omniaque ex plenitudine poteſtatis poteſt. num. 34.*
35 *In quæſtione, vtrum imperator res imperii alienare poſſit, quæ diſtinctio obſeruanda.*

SVbmiſſio noſtra in puncto deuolutionis verſatur, vtrum exceptiones † articulatæ 1
22. Auguſt. Anno 54. ex parte Imp. Ferdinandi, tanquam Principis Auſtriaci pro intereſſe exhibitæ ad probandum admitti debeant, nec ne? Regulariter enim ad probandum admitti non debet, quod probatum non releuat probantem, *l. probationem. & ibi Bar. C. de probat.* Videndum ergo, an probatæ releuent probantem: & certe ſi non extarent præiudicia, quod iidem articuli in ſimilibus caſibus, ad probandum admitti potuiſſent; res meo iudicio non careret ſcrupulo. Quoniam autem non exemplis, † ſed ll. iudicandum eſt, & vnuſquiſq; † ſui 2
facti ratione reddere debet, ideo breuiter exa- 3
minabo dictas exceptiones. Et in primis quæ ex ordine & continua ſerie vſque ad 26. artic. de emtione, de præfectura S. de translatione & traditione dominii, de adminiſtratione eiuſdem, de generali conſuetudine Germaniæ articulantur, nihil ad elidendum Imperii iuriſdictionem momenti habent. Status enim controuerſiæ non conſiſtit in eo, vtrum Landtvogtey vnd Landtgericht in S. cum pacto de retrouendendo den E. zu D. ab Imperio hypothecata, hoc eſt, verkaufft (ſic enim accipiunt, & vbique in productis verbum verpfendt interpretatur) worden. Nam per illam venditionem proculdubio non ſolum dominium, ſed etiam exercitium iuriſdictionis conſecuti ſunt, quia iuris eſt expediti, quod conceſſo territorio † vni- 4
uerſali, conceſſa ſit quoque omnis iuriſdictio, *Dd. in l. Imperium. ff. de iuriſdict.* Sed in eo potiſſimum cardo totius controuerſiæ verſatur: An per illam venditionem dominium illius præfecturæ ita in emptores A. translatum ſit, vt à iudicio pronunciatur, (ſcilicet Landtgericht in S.) non ad Cameram Imperialem, ſed gen J. appellari debeat: Hoc opus, hic labor eſt; ſed vt ego arbitror appellationes, non obſtante venditione, ad Cameram fieri debent, ſi non immediate (quod magis crediderim) ſaltem mediate, idque ſequentibus rationibus oſtendere conabor. Quarum prima, quod alienatio † cum ſua cauſa dominium ad alium transfe- 5

rat, quæ esset futura, si apud eum, qui alienat res mansisset, *l. alienatio. ff. de contrah. empt. l. traditio. ff. de acquir. rer. domin.* Res enim transit † cum
6 suo onere, & cum omni suo priuilegio, *l. si conuenerit. §. si fundus. ff. de pign. actio. l. 2. C. sine cens. Dinus in c. nemo potest. de reg. iur. in 6.* Sed in confesso adeoq; notorium est, quod ante venditionem
7 † à Landtgericht in S. immediate ad Cameram appellari potuit. Quid obstat igitur, quod minus & hodie possit, per rationem *d. l. alienatio. cum simili.* Est enim extra omnem controuer-
8 siam, quod Landtvogtey † vnd Landtgericht zu S. immediate subsint imperio. Item quod sint
9 † feudum imperii, à quocunque possideantur. Ergo sub iurisdictione domini directi & pa-
10 rium remanserunt. Si est Cæsaris † & statuum, qui sunt de curia imperii, ad eos tanquam Iudices ordinarios ex aurea bulla constitut. Imperii & iure communi vtique prouocare poterunt, *cap. 1. de controuers. apud pares term. vbi Afflict. num. 4. Iser. num. 5. & 7. Præpos. num. 4. Innoc. in c. cæterum. nu. 4. de iudic.* Et non solum ipsi status Sueuiæ, verum etiam eorũ subditi sub iurisdictione & protectione imperii mediate remanserunt. Secunda ratio, quia nemo potest sibi causam
11 possessionis † mutare nulla extrinsecus accedente causa, *l. cum nemo. C. de acquir. poss. l. 2. §. quod vulgo. ff. pro hered.* A. autem dictam præfecturam ab imperio habent, & eius nomine possident iure hypothecæ, vel emptionis cum pacto de retrouendendo. Ergo non possunt alio nouo iure possidere, vel iurisdictionem imperii ad se deriuare. Satis est, quod habent virtute emptionis commodum possessionis & exercitium iurisdictionis, quæ ipsis non denegantur. Relinquantur ergo imperio sua maiestas &
12 excellentia, præsertim cum in iure † dicatur possidere, cuius nomine alius possidet, *l. quod meo. ff. de acquir. poss. c diligenti. de præscript.* Accedit huc doctrina Iacob. de S. Georg. *in tract. feud. in verb. & dicti Vasalli. nu. 36. in fi. & in verb. cum mero. nu. 9.* vbi vide.

Tertia ratio est, quod à Landtgericht adhuc hodie an das K. Landtgericht in S. appellatur, id quod ex citationibus constat, vbi Carolus V. Imp. vocat, das Landtgericht in S. ein Kayſ. Landtgericht. Nota circulum Sueuicum distinxisse inter Landtvogtey in S. & Landtgericht in S. ex sequentibus causis. 1. Daß die Landtvogtey nicht ein Kayſ. Landtvogtey / sondern / das Landtgericht ein Kayſ. Landtgericht genennet werde / vnnd nicht ein Fürstlich Landtgericht / es seye in was Händen es wölle. 2. Daß auch kein Fürstlich / sondern ein Kayſ. Landtgericht sey / id inde apparere, daß es allein mit Bürgern der Reichsstätt / als Vrtheilern deß Kayſ. Gerichts besetzt werde. 3. Daß sich das Landtgericht mit seinem Gezirck viel weiter erstreckt / dañ die Landvogtey. Ergo bene sequitur, der E. A. ist verus & directus dominus, der Landtvogtey / sed male, er sey verus & directus dominus, deß Landgerichts.
4. Daß die Herrn T. S. vñ andere Pfandherrn / welche die Landvogtey administrirt, niemals das Landtgericht für jhr eygen gehalten / sondern es für ein Kayſ. Landtgericht erkennt. Verum hæ rationes postea à Cæsare Ferdinando fuerunt refutatæ, additum ibi, daß der Prelat von K. C. F. von F. B. Graff von M. F. auch Kayſ. Landgericht hetten / vnd weren dennoch jren Herrn vñ Graffschafft zugehörig / vnd seynd solche Landtgericht von Röm. Kayſ. vnd Königen für andere Gericht / vnd sonderlich mit dem Gewalt zu richten priuilegirt vnd begabet. Daß das Landtgericht sich weiter erstreckt / als die Landvogtey / ist daher / tempore concilii Constantiensis zerrissen worden. Item das Landtgericht seye älter / dann die Reichsstätte vnd jre Bürger / ꝛc: Si Cæsaris & Imperiale iudicium. Ergo non ad A. quo nomine Imperii hypothecæ vel emptionis iure administrationem tantum & commodũ possessionis habet, *d. l. quod vero.* Sed ad Cæsarem & eius Cameram appellari debet, quemadmodũ à iudicio Rottvveilensi: Alias si necessario gen
J. appellandum foret, ibique appellationis remedium, porro ad Cameram locum non haberet, sequeretur absurdum, quod duos haberemus in Romano Imperio Cæsares, alterum in G. alterum in A. & sic diuisum Imperium cõtra leg. Regiam, cuius forma † est, vt per vnum 13
regatur, non vt in plures Imperium diuidatur, *l. 2. § nouissime. de O. l. Bal. in proœm. feud. nu. 33.* vbi dicit, quod imperium † non possit sibi parem 14
facere, vel superiorem, aut aliquem constituere, qui in parem possit Imperio resistere. Hinc pro 4. ratione, & illud inconueniens sequeretur, quod toties in actis S. circuli allegatum est, quod nimirũ omnes status, eius prouinciæ puta, Principes, Comites, Barones & Nobiles eximerentur à iurisdictione Imperii, & subiicerentur potestati & iurisdictioni domus A. Quia notorium, quod ab I. appellationes † ad Came- 15
ram non permittantur. Iuris autem manifesti est, quod appellationes semper † debeant diri- 16
gi ad illum qui est superior in iurisdictione, & vt conquiescant in supremo iudice, *l. à proconsulibus. l. præcipimus. C. de appell.* Si igitur von J. non possit appellari ad Cameram, consectarium erit, A. esse Imperatores Statuum Sueuiæ, quod nulla ratione Imperii fauore eis concedi atque permitti potest. Nec obstat, quod allegatur, nos non versari in illis terminis: Vtrum ab A. ad Cameram porro appellari possit, quia melius est præuenire † quam præueniri. Quinta 17
ratio: Quia Imperator rem † Imperii alienando 18
etiam si vellet, non posset, à se superioritatem & supremum illud ius protectionis & iurisdictionis, quod non ex successione sed electione cõsecutus est, abdicare, & in aliũ transferre, hoc est, nõ potest efficere † vt res Imperiales omni- 19
no à iurisdictione Imperii eximantur, ad quod

opti-

optime facit *l.pen. ff. de offic.præsid.* At plene notant Dd. *in proœm. ff. & C. Mandel. consil. 64. nu. 47.* Quod supremum ius siue superioritas Imperii non concernat dominium aliquod directum vel vtile, sed iurisdictionem & protectionem in vniuersum, vt not. gloss. *in proœm. ff. §. 1. in verb. sancimus. Bar. ibi. nu. 3. Mand. d. cons. 64. n. 99.* Vnde licet dominium dictæ præfecturæ ex illa venditione, quam fecit W. I. qui propter malam administrationem ab Imperio est depositus, eins ist diese Brieffverschreibung informirter vnnd weitleufftig gestellet / Dann auch die Statt A. & B. darinn begriffen. Iusta autem est venditio H. L. A. Anno 1379. rursus Anno 1447. temp. I. F. eam emit, D. A. qui non 1452. in possess. missus, Es haben die T. erstlich / folgend die G. S. B. die von L. Herrliches Siegler / H. von F. & rursus Anno 1529. die T. solche Landvogtey ingehabt / biß sie Anno 41. widerumb gelöst. Sed dicit I. F. im Bericht an die Reichs Stände / daß dieselbe nit vom Römischen Reich / sondern von dem E. A. solche Gerechtigkeit deß Anhabens bekommen / venditione consecuti essent, eadem in sua Iurisdictione & protectione Imperatoris permansit, quia, vt dixi, supremum
20 † illud ius ab Imperatore separari non potest. Hinc est, quod Imperator, quoad protectio-
21 nem, † dicatur dominus mundi, & omnium prouinciarum, iuribus vulgatis.

Ad extremum sexta ratio accedat, quod eo tempore, quo Landvogtey den T. S. ab Imperio verpfändt / immediate à Landgericht ad Cameram absque contradictione appellatum sit, prout multis præiudiciis, quæ in defensionalibus recensentur, comprobatum extat. Itaque quod Camera etiam post hypothecam semper fuerit in quasi possessione recipiendi appellationes: Et hactenus quoad priores 26. articulos.

Cætera quæ sequuntur à 27. artic. vsque ad 51. inclusiue, quod scilicet ab eo tempore, quo præfectura penes A. fuit, semper appellatum sit vom Landgericht in S. gen J. cum allegatis ad hoc nuncupatim præiudiciis parum apud
22 me pondus habent. 1. Quia res † inter alios acta, aliis non debet præiudicare. 2. Quia notorium est, huiusmodi appellationes non ex voluntate partium procedere, sed metu banni fieri, ideo nullius sunt momenti, *tot. tit. quod metus causa.* Et extant huius iusti metus, qui in virum constantissimum cadere potest, exempla banni, vt in causa der Statt A. pro interesse, vñ G. D. R. principalem contra C. G. Item in causa A. F. vnd Gemeind zu K. S. contra D. I. & nouissime in causa S. contra C. G. 4. appellationis.
23 3. Quia iuri publico † non præscribitur, &
24 contra Imperii libertatem † & iurisdictionē nulla currat præscriptio, *l. omnes. & ibi gloss. magna l. competit. C. de præscript. 30. annor. l 1. & 2. C. ne rei dom. l. fin. C. de fun. patr. lib. 10. Guid. decis. 416. nu. 7. cum seq. Panorm. & Felin. in c. cum non liceat. de præscript.* vbi disputant, an præscribere † quis pos- 25
sit, vt non subsit Imperio, de qua quæstione late Mandell. *cons. 62. num. 35. & cons. 64. num. 91. per multa allegata.* Quod ad artic. 52. vsque ad 55. inclusiue attinet, de priuilegio A. de non appellando ad Cameram, facilis est responsio, quod huiusmodi priuilegia, tanquam superioritas Imperii ab Impp. concedi non possunt, sed sunt ipso iure nulla. Nulla enim pragmatica † san- 26
ctio, nulla sacra annotatio, quæ generali iuri vel vtilitati publicæ aduersatur, valet, *l. fin. & ibi Dd. C. si cont. ius vel vtil. publ. l. vnic. C. de his qui vacat. à princ. accep. lib. 10. l. 1. in pr. de vac. mun. l. iubemus nulli. C. de sacros. eccl. l. si quis per diuturnam. C. de aq. duct. lib. 12. Bald. in proœm. feud. num. 32. Panorm. in d. cap. cum non liceat, num. 16. in fin.* vbi dicit, quod Imperator non possit concedere † priuilegium o- 27
mnimodæ exemptionis, quia esset lacerare † Imperium, & abdicare à se iurisdictionem, 28
quod non est possibile, *argumen. dict. l. pen. de offic. præsid.*

Præterea noti iuris est, rescripta † summi 29
principis ita intelligenda esse, vt nemini iniuriam faciant, *cap. super eo. de offic. deleg. vbi late Felin. l. ex facto. de vulg. & pup. substi. l. nec auus. C. de eman. cip. liber. Bal. in l. 2. C. de diuers. rescript. Bellon. cons. 18. n. 6.* Intentio enim principis † talis esse præsu- 30
mitur, qualis est legis scriptæ & rationis naturalis. *Dec. consil. 11. num. 3. 4. Item consil. 209. num. 8. Ias. in l. quoties. num. 3. & 4. C. de preci. Imp. offerend. num. 3. & 41.* Sed in præsenti, graui & intolerabili iniuria afficerentur status S. si illud priuilegium etiam illos comprehenderet, quia inuiti à iurisdictione Imperii eximerentur, & alterius potestati subiicerentur, vt supra demonstratum. Adhæc Imperator non potest præiudicare Imperio, vel pari, hoc est, Imperatori venienti post se, quia par † in parem non habet im- 31
perium, *l. ille à quo. §. tempestiuum. ff. ad Trebell.* Et nudus tantum administrator non dominus Imperii est, ideoque successor poterit huiusmodi priuilegia cassare & annullare. Ad hoc optime faciunt text. *in l. iure nostro. de testam. tut. & l. quamuis. de rebus eor. Bartol. Bald. & communiter Dd. in proœm. ff. & C. de dol. in rubr. ff. de verbor. obligat. Felin. in cap. solitæ. de maior. & obed.* Vtut sit, omnes in locis allegatis concludunt vnanimiter, Imperatorem non posse † facere alienatio- 32
nem in præiudicium Imperii sui, cum dicatur Augustus † ab augendo, & iuret in manus Ele- 33
ctorum Imperii, iura seruare, augere, & non minuere, *cap. intellecto. de iureiuran. vbi pulchre Bald. Henn. God. consil. 2.* Et quod omnia † possit 34
ex plenitudine potestatis, certa scientia intelligi debere, salua tamen Maiestate Imperii sui. *Specul. in tit. de instrumen. edit. §. nunc autem videndum. num. 11. Alexan. consil. 24. Bald. in proœm. feud.* qui in hac quæstione, vtrum † Imperator pos- 35
sit res Imperii alienare, ita distinguit: aut con-

cedit aliquid in feudum, & tunc alienare potest absque dubio, quia eo casu superioritas manet penes ipsum Imperatorem, aut plane alienat rem, & abdicat à se superioritatem, & tunc non valet. Concludo in nostra hypothesi priuilegium A. de non appellando, de quo in actis fit mentio, in præiudicium Statuum à solo Imperatore concessum, non valere. Non obstat, quod Imperator quibusdam Statibus concesserit priuilegia de non appellando. Item, quod ab Electorum sententiis non appelletur ad Cameram, quia hæc in actis satis confutata sunt. Descendamus igitur ad reliquos articulos, scilicet ad 56. & seq. vsque ad finem. Habet autem d. artic. 56. quod tale priuilegium Ann. 30. in Comitiis Augustanis consensu Electorum & Statuum Imperii quasi confirmatum & approbatum sit, Daß man vom Landtgericht S. gen J. vnd nicht ad Cameram appelliren soll. Iste articulus inter alios, veluti Lucifer inter stellas solus emicat, & probatus in eo iudicio releuare posset: quia si omnium Statuum consensus accessit, non de aliis, sed de seipsis conqueri debent, quod consenserint. Cæteri articuli à seipsis dependent, quia si non valet priuilegium, nec nisi nomine valebit. Adhæc tales mutationes semper fiunt cum clausula, *saluo iure Imperii*, vti ex stylo Cameræ & formis sententiarum constat. Cum igitur d. articulus 56. & per consequens reliqui articuli, qui ab eo dependent, possint esse releuantes, & iuris sit, quod in dubio Iudex articulos potius admittere ad probandum, quam reiicere debeat, cum clausula: *saluo iure impertinentium. Ias. in l. si duo patroni. §. idem Iulianus. 2. de iureiur. Lanfr. Bald. decis. 163. Gl. & Panorm. in c. cum contingat, nu. 12. de offic. deleg.* Volo Antecessorum vestigiis insistere, & articulos ad probandum admittere in forma consueta. Quod si me non terrerent vestigia eorum, hoc est, præiudicia, quæ nobis à procuratore A. ob oculos toties ponuntur, intrepide pro iurisdictione Imperii, in puncto deuolutionis pronunciarem. Quia si rem accuratius perpendamus, etiam probato consensu Electorum & Statuum, tamen talis consensus in puncto iuris vix releuare posset. Et quod in simili consensus domini & vasalli in alienanda re feudali, non possit præiudicare eorum successoribus, natis vel nascituris iura vulg. habent. Et militant in membris eædem rationes, quæ in capite, hoc est, quod successoribus non possint præiudicare, quia Imperium posset sic ad nihilum redigi. Accedit, quod consensus non sit allegatus: quod enim omnes concernit, ab omnibus debet approbari, *l. fin. C. de auctor. præst.* Sed propter allegata præiudicia, & causæ difficultatem concludo categorice tutiorem viam eligendam, & in dubio articulos ad probandum admittendos esse, censeo. Saluo, &c.

Sententia:

IN Sachen weyland H. H. T. S. Freyherrn zu W. jtzo desselben Erben & Consorten pro interesse, vnd H. M. als Appellanten/ wider M. S. Landweibeln in S. Appellaten/ seynd die Exceptiones articulatæ von wegen D. eynkommen/ saluo iure impertinentium zubeweisen zugelassen/ Darauff D. H. in zeit 2. Monat/ so jme von Ampts wegen darzu angesetzt/ wie sich/ vermög der Ordnung/ gebühret/ antworten soll/ compensatis expensis. Ferner ist von Ampts wegen der Bescheidt/ daß beyde Partheyen fürderlich in der Sachen volnfahren sollen.

VOTVM IX.

In causa VV. D. von L. Appellantis, contra M. vnd R. zu A. Actores in 1. Instantia. Pro conseruatorio priuilegiorum & conseruatorum potestate, & auocatione à Iudice R. VV.

SVMMARIA.

1 *Priuilegium Argentinensium quodnam & quale.*
2 *Rotvvilenses sunt conseruatores priuilegiorum Argentinensium.*
3 *Causæ conseruatoriorum*, als Ehehafften / *non remittuntur.*
4 *Iurisdictio Rotvvilensis est duplex, & quomodo.*
5 *Priuilegium antiquius an à principe reuocari possit, & quidem sine causa?*
6 *Priuilegium posterius speciale an contra priuilegium anterius generale valeat?*
7 *Priuilegia in iurisdictionalibus an sint reuocabilia.*
8 *Priuilegia stricte interpretanda sunt, si ius tertii ledant.*
9 *Priuilegia per generalia verba concedere non videntur, quæ difficulter concedi solent.*
10 *Quæ exceptio reuocationem causæ impediat.*
11 *Causæ fiscales à priuatis & publicis causis differunt, & quomodo.*
12 *Ardua in generali sermone an veniant: nec in eis iurisdictio per consuetudinem datur, nu. 13.*
14 *Conseruatores æque ab Imperatore ac à Pontifice an constitui possint.*
15 *Conseruatorium quantumuis generale, priuilegiis Appellantium non derogatur.*
16 *Iudex non attento priuilegio Appellantis, an se recte competentem pronunciare possit?*

ARgentinensium priuilegium sonat, † quod 1
à nemine, siue laicus siue clericus sit, sub pœna 20. Marcarũ auri puri, extra A. ob quamcunque causam in ius vocari possint, sed quod conueniendi coram ciuitatis A. Iudicibus. Hoc nõ attento Schultheiß vñ Gericht deß Dorffs L. ad instantiam jres Junckherrn D. von L. primo arrestarunt bona H. W. ciuis A. & ad Argent. vberschickte Endtschlagbrieff/ ea non solum

lum non relaxarunt, sed etiam d. ciuem in ius vocarunt. Et licet A.d. Reos de priuilegiis certiorarint, & etiam coram Notario & testibus ea illis insinuarint, petendo ciuem suum ad se remitti, cum oblatione iustitiæ administrandæ, tamen illi ad definitiuam processerunt: ac etiam appellatione ad Cameram (videntur dicere voluisse, ad Iudices R.) interposita contra Cameræ inhibitionem d. sententiam executi sunt, ostium d. ciuis violenter aperientes, & Korn vendentes. Petierunt igitur Actores, vt R. als Kayserliche conseruatores vnd Handhaber priuilegiorum A. vigore conseruatorii pronuncient, Reis non licuisse ita de facto A. in suis priuilegiis turbare, daß sie daran zuviel gethan/& in pœnam dicti priuilegii inciderint, & cauere debeant, de in posterum non turbando cum refusione expensarum & damnorum, oder darumb gegen jhnen mit Acht vnd Ahleitung zu procediren. Citantur Rei scilicet, d. Pagus, comparet procurator L B. dans Abforderung / L B. scribit Iudicibus, quod A. seine angehörige Vnterthanen zu S H. conuenerint, curando eos citari ad comparendum. Vber vnd wider/daß sie Rechtens hinder jhme wol gesessen/auch vrbietig seynd/ꝛc. Cum igitur dessen per se & suis à Cæsaribus gefreyet / vt ipsi dessen glaubwirdige vidimus hinder jhnen haben / petit causam & partes für Schultheiß vnd Gericht zu N H. in seine Obrigkeit / vigore dicti priuilegii remitti, ibi Actoribus ad eorum instantiam ius indultum iri. Actores dicunt, priuilegium L B. hoc casu non habere locum, quia Rotweilenses 2 sint † conseruatores priuil. Argent. Item, hanc causam cõcernere vim, sey also gleichsowol eine Ehehafftin/hoc respectu, als respectu conseruatorii. Et in Camera in contradictorio iudicio obtentum, quod conseruatorium vnd gewaltsame/als Ehehaffte Sachen/ non remittantur. Præterea hanc causam L B. ipsum concernere, ideoque non remittendam. L B. opponit generalitatem sui priuilegii, quod omnes causas auocet. Præterea se hanc causam non ad se, sed ad N H. auocare.

Sententia Rotvveil. contra L B.

Dieweil diese Handlung ein Conseruatorium, vnd also eine Ehehafftin/ deß Kayſ. Hofgerichts betreffendt/ ist/ so weiß man dieselbe nit/ doch hetten sich Gegentheil darauff verlassen/ gebe man jnen Auffschub biß zum andern Hofgericht/ 2. Martii post exalt. Crucis, An. &c. 51.

L B. appellat ad Cameram. Vtriusq; partis argumenta patebunt ex subiectis votis.

D. H. Referens dicit, Actores & Appellatos 5. vti exceptionibus. 1. Quod priuilegia Appellantium non eximant Reos à Rotweilensibus, vt conseruatoribus priuilegiorum A. speciali priuilegio constitutis. 2. Styli est, quod causæ 3 † conseruatoriorum, als Ehehafftin / non remittantur. 3. Quod causa ipsum Appellantem tangat. 4. Quod similem causam habeat. 5. Quod actum ratione eins Peenfalls/ ob violata priuilegia, quem casum priuilegia Appellantium non contineant. Quod ad primum attinet, quæritur: An conseruatores possint indagare, cum alias sint nudi executores. *Ioan. Andr. in cap. 1. de offic. delegat. in 6. Abb. consil. 100. n. 3. volum. 1. Guid. Pap. decis. 247. num. 1.* asserit, in mero Imperio eorum officium consistere. Sed Referens putat Rotvveilens. vt conseruatores, nisi Appellantes contra fuerint priuilegiati, cognoscere potuisse de violatione priuilegii, quia tacite potuissent partes protegere. *Innoc. d. c. 1. num. 6. & 7.* 2. Quod *d. c. 1. & fin.* non habeat locum in violatione priuilegiorum. *Archidiac. d. c. fin. de offic. delegat.* 3. Si forma rescripti Iurisdictionem tribuat, quia varie conseruatores dari possunt, Dd. *in c. 1. & fin.* putat, Appellantes suo priuilegio à conseruatoria Iurisdictione Rotvveil. non esse exemptos, siue dicamus conseruatorium Actorum priuilegium antiquius siue recentius. Nam si antiquius, per posterius non putatur sublatum, nisi id, cuius speciatim mentionem faciat, *text. in l. in totum. de reg. iur. c. in genere. de reg. iur. Dec. in c. 1. de restit. Aret. cons. 67.* Non obstat clausula *de certa scientia*, nisi de certa scientia Imperatoris aliter constiterit: cum ea, quæ in facto consistunt, Imperator præsumatur nescire. *Dec. consil. 198. Mol. in cons. Paris. §. 5. n. 73. Alex. cons. 22. & seq. vol. 4.* Priuilegium L B. clausula derogatoria tam generali quam speciali vacat. *Felin. in c. nonnulli, de rescript.* Generalis exemptio ab omnibus causis restringenda, quia nimia generalitas in iure reprobatur, nec ita attendenda venit, *gl. & text. in c. ad hæc. de rescript. & c. cum in generali. de off. vicar. in 6.* neque casum adeo specialissimum comprehendit, de quo non cogitatum. *c. 1. de constit. in 6. l. non est. ff. de transact.* Duplex est R. † Iurisdi- 4 ctio, ordinaria, vt in causa B. contra B. & priuilegiata ex conseruatorio, quo ordinaria eorum Iurisdictio non tantum excitata est, sed etiam alterata. *Abb. in c. licet. de off. ord. & ibi Fel. Marc. dist. 5. in fin.* Exemptionem potius de ordinaria, quam priuilegio concessam interpretatur: ergo etsi Appellantium priuilegium posterius sit, tamen conseruatorio non derogare concludit. Quid si conseruatorium posterius sit? Generale L B. priuilegium non obstat, quia conseruatorium speciale & pœnale.

Priuilegium † antiquius à principe reuocari 5 potest, & sine causa. *Bald. in l. qui se patris. in 11. quæst. vers. & scias. C. vnde lib.* nisi contractus sit non priuilegium, *l. fundi, C. de fund patrim.* Priuilegium posterius speciale † valet, contra priui- 6 legium anterius generale. *Fel. in c. 3. nu. 3. & 11. de rescript. text. in c. dudum, de præb. in 6.* vbi vide Gemin. *nu. 16.* vbi limitat, si in generali species aliquæ recenseantur.

Priui-

7 Priuilegia † in iurisdictionalibus sunt reuocabilia, *Gram.cons.suo* 28. *Gem.cons.*74. *Dec.in c.nouit.n* 13. *de iudic.* & maxime secundum speciale, si primi generalis mentionem non faciat specificam, si generale in totum non absorbeat. *Fe in. d.c.1.n.3. de rescript. text.in d.c.dudum*, vt hic in nostro casu: vbi vtrunque priuilegium potest consistere. Interpretatio facienda, vt actus potius valeat, quam pereat. *Matthes.singul.*167. *Dec. cons.*70. Appellantis priuilegium non habet clausulam derogatoriam in futurum. *Fe.in.c. nonnulli. de rescr pt.* Nec credibile, Imperatorem ita sibi in priuilegio Appellantium præiudicare voluisse, vt priuilegiis aliis concessis, conseruationes constituere non possit, *argum. text.in d. c.dudum, de præben.in 6.* concludit, priuilegium L B eorum subditos à Iudice Rotweil. hoc casu non eximere. Cæterum cum Appellantes conseruatorium negent, Appellanti probationem offerant, iniungenda erit, nisi aliis exceptionibus priuilegium Appellantium infirmetur. 2. quod excipitur, styli esse, causas conseruatoriorum non remitti, id valet, per not. *in c.fin. de consuet.* Sed quia hæc consuetudo negatur, cum facti sit, ab Appellatis probanda est, ad quam probationem se in duplicis offerunt. 3. quod excipitur, quod hæc causa Appellantem tangat, releuans est, *tot.tit. Cod. ne quis in sua causa, &c.*

8 Priuilegia † stricte interpretanda, si ius tertii lædant. *Dec. num.6. Felin.nu.* 11. *Bald.nu.* 4. *in c.causa*
9 *quæ. de rescript.* Priuilegia † per generalia verba non videntur concedere, quæ difficulter concedi solent. addit. ad Bart. *ad l. ben fictum. ff. de constit. princip.* Sed appellans hoc casu foret Iudex in propria causa. Si non agitur de nudo iurisdictionis exercitio, sed proprietate, subiectionis scilicet, aliquis omnino Iudex esse non potest. *Felin. & Abb. in cap. super literis, num.*10. *de rescript. Abb. in capit. conquerente. de restitut. spoliat.* pu-
10 tant, hanc solam † exceptionem impedire reuocationem causæ.

Non iuuat Appellantes, quod causam non ad se, sed ad O H. euocarint, quia hos esse superiores Iudices L H. nunquam allegatum est, & contrarium ex causa appellationis W. contra L B. colligitur, quare remissio ad eos fieri non debet. *gloss. in verb. læsionem in c.cum persona. de priuil. in 6. c.porro & c delicti. de priuil.* 4. quod excipitur, Appellantem causam consimilem habere probatum & releuatum est. *gloss. in c.eam quæ.*
2 *de iudic.* nec præsumendum generali concessione, Imperatorem de hoc casu cogitasse. 5. quod excipitur, causam concerniere, ein Peenfall. Itaque priuilegii verba quantumuis generalia non operari auctionem, id Referens ve-
11 rum putat, cum causæ † Fiscales, qualis ista, à publicis & priuatis causis differant, *tot.tit. C. vbi causa fiscal.* & mixtæ sint, quia pœna partim fisco, partim parti applicatur. *gloss. & Dd. in l. prætor ff. de sepul. viol. Mar. in* 1. *dist. nu.*57. Item arduæ & graues. *Authent. vt omnes obediant. §. si igitur fuerit. Zabar. in clem non potest. versic. quarto quæro. de procurat.*

Ardua in generali † sermone non veniunt. 12
c.per venerabilem § rationibus. qui fil sint legit. Iurisdictio per consuetudinem non datur in arduis. 13
Host in cap. literas. de restit. spol. vide Zabar. *d. loc.* & Fab. *in c cum clericus. de sacros. eccl. per l. causas. C. de transact.* Rotweil. ordinarii L H. quia in iurisdictionis Rotvveil. districtu siti. Præterea conseruatorio Argent. eorum Iurisdictio non excitata, sed alterata, vt supra.

Qualitas enti aduenies id qualificat. *Matthes. sing.* 90. *vel in nouo* 89. *Hippol. de Marsil. singul.* 520. Actoris electio si Rei forum multiplex, iuribus vulg. Non aliter in hac causa violati priuilegii procedi potest, nisi quatenus conseruatorium patitur. *Vanius in tit. de nullit. ext def. iurisd. tam in ord quam deleg. n.*171. *Hipp. sing.*71. Concludit, quod conclusio ex officio rescindenda, & conseruatorii authentici productio iniungenda: superfluum esse, consuetudinis non remittendi probationem iniungere, &, si probari non posset, nos præiudicium generassemus.

D.B. Correfer. conseruatores † æque ab Im- 14
peratore ac à Pontifice constitui possunt propter summam eius potestatem. Rotvveilenses ex conseruatorio sunt delegati Iudices. Ordinarius enim si à Pontifice inscribatur, vel ab Imperatore illi committatur coercitio criminum, tanquam cuilibet extraneo vel commissario, ex ordinario statim fit delegatus. *Abb. in c. graue. num.*5. *de offic. ordin.* Si de iurisdictione dubitatur, per literas commissionis probari debet nec prius pro illis habendi, qui tales se asserunt, etsi in magna dignitate constituti. *Spec. de offic. delegat. § superest. num.*16. vide & Abb. *consil.*18 *lib.*2.

Literæ conseruatorii diligenter inspiciendæ: An Rotvv il. meri executores, an delegati. *Ioan. Andr. in c.fin. de offic. delegat.* vide quæ tradunt Ioan. Andr. Franc. & alii *in c.*1. *& c fin. de offic. delegat. in* 6. *Specul. eod. §. fin. num* 44. *& seqq. Goffred. in summa eiusdem tit.* putat, conseruatorium † quantumcunque generale sit (quatenus per 15
temporis angustiam hanc quæstionem nunc perpendere licet) Appellantium priuilegiis non derogari (si talia originalia sunt, quales copiæ productæ) nisi quatenus expressum fuit de exemptione. *Ioan. de Imol. in clem.* 2. *de priuileg. c.fin. de vsu pallii.* & hæc est communior differentia in praxi. Quod etiam delegati Papæ vel Imperatoris, quibus super correctionem criminum processus commissi sunt, contra exemptos non procedant. *Felin in capit. graue. ad fin. de offic. ordin.* licet Ioan. Andr. *in capit. si propter, numero* 2 *de rescript. in* 6. *& Abb. in dict. capit. graue.* teneant, per hoc vnicum argumentum, quod extensio ab omni ordinaria iurisdictione non

eximat

eximat quem à iurisdictione Papæ, vel Imperatoris, vel eorum delegato, qui Papam specialius, quam quilibet ordinarius repræsentat. Fel. vbi sup. & Abb. Quia hoc speciale in legato à latere. *arg. l. ius singulare, ff. de ll.* Etsi enim Papæ nomine quid fit, tamen commissio non extenditur ad maiora expressis, *c. sedes, de rescript.* Nec ad ea, quæ habent specialem excellentiam, vel prærogatiuam præ aliis, vt sunt exempti. *c. quoad. de offic. deleg.* Vnde si exemptionis mentio in commissione nõ facta, æqualis potestas, quam delegans habet, commissario non tribuitur. Imo quod plus est, dicit Rota *consil. 498. num. 5.* illos legatos de latere, & qui potentius fungũtur vice Papæ, quam quilibet delegatus, aduersus exemptos per Apostolicam sedem, nullam obtinere potestatem vigore mandati generalis. *Spec. tit. de offic. deleg. §. superest, num. 13.* Concludit ex his, antequam ex originali conseruatorii de mente delegantis constet, nos non posse respondere. Crederet tamen, nisi in illo saltem generalis mentio quorumcunque exemptionum fieret, potius pro Appellante pronunciandum: idque ex aliis rationibus, quas non refert. Appellanti etiam iniungendum, vt summum priuilegium in originali producat. Allegati styli vel consuetudinis probationem ex dictis causis nondum iniungendam: Si tamen placeat iniungi, videndum an copulatiue vel alternatiue. Et crederet ad euitandas varias suspiciones, probationem, vt oblata fuit, iniungendam. Nihil de expensis.

16 D.N. Quæstio: An Iudex non † attento priuilegio Appellantis (quod habet, quod nec ipse, nec illius subditi possint coram Rotvveil. vel aliis Iudicibus extraneis conueniri) recte se pronunciauerit competentem? Præsuppono cum D. Referen. Rotvveil. per conseruatorium ex ordinariis factos delegatos. Quia autem in sententia dixerunt, hanc causam conseruatorium concernere, ideoque se eam non remittere, nec dictum conseruatorium productum: iniungenda eius exhibitio: Si non extet, vel minus generalis sit, puto Appellantium priuilegio locum esse. Iniungenda & eius exhibitio. Consuetudinis in sententia allegatæ, probationem nondum puto iniungendam, nisi prius constet, an conseruatorium extet, ne fiat illi qualitati, quæ Rotvvil. iurisdictionem fundat, præiudicium. Nam si nullum est conseruatorium, tum non sumus in casu, quo opus sit consuetudinis probatione. Vtrum priuilegium præualeat, nunc non possumus disputare, cum de tenore nondum constat.

D.S. cum Referente.

D.R. iniungit probationem conseruatorii & priuilegii. Item consuetudinis.

D.K. consuetudinem probandam: In reliquis cum Referente.

D.A. Quia prior sententia causam insertam habet, necessario in cognitionem venit, non tantum vt sententiam iustificet, sed magis vt causæ illius qualitas priori Iudici iurisdictionem tribuat. Nobis autem de ea re vere non constat, prioribus Iudicibus & Appellatis non creditur, *c. quoniam, de probat. c. cum à nobis. de testibus.* Conclusionem ex officio rescindendam (sic ad vlteriorem processum partes tacite admittuntur) Appellatis iniungendum: Conseruatorii allegati, glaubwürdigen Schein zu produciren. Licebit Appellanti econtra exceptiones opponere, suumque priuilegium defendere, cuius probatio etiam iniungenda: quia in Rotvvilensi (intelligo ordinatione) huiusmodi causa der nicht Weissung/non expressa, & iniungendo illis probationem temere confirmaretur styli vsus: tum quod si conseruatorium non extet, frustranea sit illa probatio, & fortassis in Camera etiam in præallegato, & aliis præiudiciis contrarium fuerit pronunciatum: tum quod Appellati in duplicis suis exprimant, daß R. in conseruatorio auch auffer legt vnd verbotten worden/nicht zu weissen/ꝛc.

D.B. Quoad conseruatorium & priuilegia, vt Domini, præsertim Correferens: quoad consuetudinem, vt D.A.

Sententia lata 13. Octob. Anno 61.

IN Sachen W.D. von L. Appellanten wider Meister vnd Raht der Statt S. Appellaten/ Ist der Beschluß den 25. Octob. Anno 59. beschehen / von Ampts wegen rescindirt / vnd der Bescheidt / daß die Partheyen / der Appellant sein Priuilegium, der Appellat das Conseruatorium, beyde in Acten angezogen / in glaubwirdigem Schein fürbringen sollen / darauff ferner zubeschehen/was recht ist/ꝛc.

VOTVM X.

In causa I L. contra C. F. T. pro mandato de non offendendo, & mandato pœnali, auff den Religionfrieden.

SVMMARIA.

1 *Mandatum de non offendendo quando petendum & decernendum, num. 4. 8.*
2 *Mandatum de restituendo quando petendum.*
3 *Mandatum de relaxando arresto in causa religionis quando decernendum.*
5 *Clerici vt laici domino homagium non præstare tenentur, & cur.*
6 *Camera* in Priuationsachen *an quid constituere possit.*
7 *Principi concessum, prouinciam suam à malis purgare.*
9 *Verba in pragmaticis sanctionibus semper quid operari debent.*

10 Cle-

10 *Clericus vxorem ducens, nulla alia pœna, nisi priuatione beneficij dignus, num.13.*

11 *Iurisdictio ecclesiastica quoad religionem, contra Augustanæ confessionis consortes est suspensa.*

12 *Id quod nobis debetur, in bonis nostris est.*

14 *Mandatum de non offendendo subditis contra magistratus suos, cur non facile decernatur, & quando.*

15 *An etiam alij clerici, præter status ecclesiastici, sub constitutione religionis pacificatæ comprehendantur?*

16 *Mandati de non offendendo fundamentum est timor: estq; illud mandatum in decernendo fauorabile, num.17.*

18 *Camera Imperatorem Imperiiq; ordines ac status repræsentat.*

VOtum D.Referentis à R.petuntur à supplicante mandata, si non sunt plura. Primo
1 mandatum de non † offendendo, quod non decernitur, nisi metuatur vis, quæ non possit repelli, vel saltem reparari, als in Sachen den Landfrieden betr. & similibus. In hoc autem casu non video ego aliquam vim maiorem, quæ non possit reparari aliqua via iuris ordinaria. Illud igitur mandatum denego: siquidem etiam hoc mandatum alias magis in consequentiam, quam particulariter decerni solet. Mandatum
2 de restituendo, † quod secundo loco petitur, quoq; denego: quia non sumus fundati in iurisdictione, quoad Religionfrieden/ quæ tum demum vult decernere mandata, quando partes status Imperii, vel saltem immediate sub Imperio sunt, quod hic in supplicante desideratur.
3 Tertium mandatum † de relaxando arresto minime etiam potest decerni, quia partes nõ sunt vtrinq; immediate sub Imperio: neq; etiam oblata est cautio iudicio sisti, & iudicatum solui. Ergo ego petitos processus simpliciter denego.

Votum D.E.mandatum de non offendendo denego, quia nihil tale actum, quod pacem publicam frangat. Factum quidem coloratur su-
4 per Religionfrieden. An igitur mandatum † ex illa constitutione decernendum? Certe, illa statuit, daß die Geistliche Jurisdiction / eiusq; exercitium suo casu & modo debeat esse limitata & suspensa. Verum loquitur tantum de ipsis diuersæ Religionis statibus, iuxta Recessum de Anno 44.§.So viel das Recht/ &c. & §. So soll/ & §. Vnd wir Churfürsten/ &c. & de Anno 55. §. damit auch. At hunc supplicantem nõ esse Statum, nec alterius, quam E.T. subditum, supplicatio illius docet. Non igitur video, quomodo d.E. Iurisdictio ita sit suspensa, vt non contra personam priuatam vel subiectam, ex vno loco diœcesis in alium eiusdem pergentem exerceri possit. Cur enim ille homines à sua fide alienos in suo territorio ferre cogatur, cum alii Principes ferre nolint? Sed forte dici posset, hunc supplicantem, vt clericum, comprehendi sub pace Religionis, in §. vñ nachdem/ in verb. oder andere Geistliches Standes. Verum quia illa verba intelligenda tantum sunt de illis, qui Status sunt, ergo nostro supplicanti, quoad ipsius personam prodesse nequeunt, siquidem hic multa extant exempla, quod Stifftspersonen/ München vnd Nonnen contra confessionistas denegati fuerint processus, propterea quod Status non essent: interim tamen supplicans ratione rerum suberit paci Religionis, eo quod contra Ecclesiæ suæ instituta fecerit, vxorem ducendo, quo casu vere subest, si non actiue, tamen passiue, ita vt ministerio suo deleto vel finito, ius quoq; ipsius euanuerit. Et sic §. vnnd nachdem/ ipsum non priuat. At fortasse iuuat §. Wo aber vnsere Vnterthanen. Quod tamen similiter mihi non videtur. Ille enim loquitur de protectione ex principatu in alium principatum, de vna ciuitate in aliam, vnd sollen præcise an andere örter ziehen. Noster vero supplicans domicilium primo quærit, & nõdum habet, imo vult in principatu siue diœcesi zu L. manere, quod Religionfrieden repugnat. Deinde etiam constat, quod clerici vt laici † non 5
præstent domino homagium, sed suis iuratis statutis obligantur. Et quoad relaxationem habent suum Iudicem, ac, vt patet ex præiudiciis, non potest Camera † in priuation Sachen sei- 6
ner Pflicht halber quicquam constituere: Deo enim vouit & castitati, quæ ad nostrum forum non spectant. Arbitror itaque E.T. more antiquissimo, & lege tributũ esse, suam prouinciam † à talibus purgare, qui cæteros offendunt, ac 7
scandalum præbent. Quod si fiat, vt Principes & officiales modum excedant, siue multando, siue puniendo clericum, tunc grauatus habet competentia sua remedia, quibus se tueri potest, secundum Bern. Laurentii præsidem Tholos. *in tract. in quib. cau. pot. cler. pun. laic.* Et concludo, petitos processus simpliciter denegandos.

Votum D.C. In genere petit supplicans duo mandata: mandatum de non offendendo, & mandatum auff den Religionfrieden / idque 4. specialibus modis. 1. de restituendis ablatis. 2. de relaxando arresto. 3. ihme dictorum bonorum Verkauffung zuzulassen/ vnd zugestatten. 4. zu würcklicher Bezahlung im Stifft außstehender Schulden zuverhelffen/ & in genere angenommenen Ehestandts halben vnbeschwerdt zulassen. Primum quoad mandatum de non offendendo, vt im Land: sic quoq; im Religionsfrieden/ & per se solum principaliter, & per consequentiam cum aliis processibus, vt ex infinitis præiudiciis patet, tam mediate quã immediate Imperio subiectis decernitur, maxime subditis. §. Wo aber vnsere im Religionfrieden / vsque si ipsis vis vel in personis, vel bonis inferatur, Wann man jnen einen freyen Ab: vnd Zuzug/ verkauffung jrer Haab vnd Güter nit zulassen/ oder sie sonst vber das/ so im Religionsfriede versehen/

sehen (§. Vnd demnach / & §. Wo aber vnsere) oder der Religion etwas entgelten lesst. Atque ita obtenuatum in causa F. von E. contra A. & alias præiudiciis, quæ 23. Octobris, Anno, &c. 75. retuli in causa der Vnterthanen L. (credo O.) contra B.

Atque ita in hac materia supplicationis refert Actor, werde jhme dermassen zugesetzt / daß er in / oder vmb das Stifft nicht sicher vnnd vnbefahret wandern / sondern inn Gefahr Leibes vnnd Lebens stehen / vnnd darzu seiner Güter beraubt seyn muß.

Cum igitur narratis sit standum, & ex factis præteritis appareat, T. & suos, supplicantem contra dict. Religionfrieden grauasse, & à grauiori pœna sibi merito metuat, censeo mandatum † de non offendendo decerni posse. Primo enim de clericis cautum est in §. Vnd nachdem. Qui non loquitur tantum de immediate Imperio subditis, als Ertzbischoffen / Bischoffen / vnd Prælaten / verum etiam de immediate subiectis. Patet hoc ex verbis, daß derselbig sein Ertzbistumb / Prælatur vnnd andere Beneficia, quæ frustra ponerentur disiunctiue, vt & in verb. Oder ein anderer Geistlichs Standts: si non sub iis comprehenderentur alii, quam immediate Imperio subiecti, quos antea speciatim enumerauit. Verba autem † aliquid operari debent, præsertim in pragmaticis imperii sanctionibus. Deinde, quia licuit huic sein beneficium zuuerlassen / nec propterea fuit vlla multa vel in persona, vel rebus & bonis afficiendus. Fecit igitur & facit T. contra constitutionem, qui eum grauauit, & adhuc grauare vult. Sed, inquis, fuit clericus, & duxit vxorem. Esto. Tamen propterea non † aliam promeritus fuit pœnam, quam priuationem beneficii, cum iurisdictio ecclesiastica, † quoad fidem, religionem, ministeria contra Augustanæ confessionis consortes est suspensa, qui vno ore consentiunt, clerico vbique vxorem ducere licere. Non igitur T. licuit durius quidquam in illum statuere, quam quod cautum in d. §. Wo aber vnsere.

Quocirca mandatum de non offendendo, vel illius saltē §. intuitu decernerem. Secundo, ad mandatum auff den Religionsfrieden quod attinet, daß jme bonorū suorum Verkauffung zugelassen vnd gestattet werden sol / ex eodem §. Wo aber vnsere / aperte liquet. Itaque eatenus etiam mandatum decernerem. Nam tametsi in §. Nachdem / constitutum est, daß gewesene Geistliche Personen jhre Beneficia, auch damit alle Frucht vnnd Einkommen / so sie darvon gehabt / alsbaldt verlassen sollen. Tamen id non debet trahi ad propria bona, & quæ ex fructibus beneficiorum quæsita sunt. Illa enim sub his verbis non comprehenduntur, vt patet ex præiudiciis eorum, qui ducturi vxores, beneficia sua reliquerunt. Et hic §. cum sit pœnalis, stricte est intelligendus, nec extendendus ad non commemorata. Nec idcirco pro malefico habendus, quod vxorem duxit, præsertim cum in principio referat, se ita semper vixisse, vt nunquam fuerit multatus. Nec mandat statutis Ecclesiæ T. Canonib. & iure Pontificio, imo nec Imperii legibus, si quæ ante constitutionem religionis promulgatæ fuerunt. Nam hæc tanquam nouissima omnibus derogat, sicut etiam aperte clausulam derogatoriam annexam habet.

Quod ad restitutionem multarum, expensarumque attinet, si principaliter petatur, nolo decernere ex hac constitutione, quia videtur ea ad Status tantum coarctata esse, & supplicans non est Status. Sed cum mandata de restituendo & relaxando tanquam accessoria, & per consequentiam petuntur, tum in causis fractæ pacis decernuntur, etiamsi in eis restitutio petatur, in quibus alioquin in iurisdictione fundati non sumus. Quare per consequens hic quoque mandatum de restituendo cum clausula decernerem, vti accessorium priorum processuum, qui auff den Religionfrieden fundantur.

Quod ad relaxationem Arresti vnd Verbott / puto id eo ipso, quod mandatum decernitur, von verkauffung der Güter relaxari. Et hoc quidem intuitu Religionis propter ductam vxorem † factū esse existimo, qua ratione Archiepiscopo nihil amplius licet, quam ex stylo jhme auß dem Landt zu gebieten / ex duriori interpretatione d. §. Wo aber vnsere. Nam ille §. multo benignior, vt alias respondi.

Quoad verhelffung zu würcklicher Bezalung seiner im Stifft außstehenden Schulden / quia id quoq; quod † nobis debetur, in bonis nostris est. Idcirco ex d. §. Wo aber / in liquidis debitis supplicanti coniunctim mit verhelffung zu seinen Haab vnd Gütern mandatū decernerem.

Votum D. de H. Licet in proposito multis & diuersis mandatis supplicetur: videtur tamen vna omnium causa esse in decernendo. Initio itaque puto ego diligenter considerandum, quod habetur in ordinat. p. 2. t. 23. Si enim præsens factum eiusmodi erit, hoc est, si iure communi, siue municipali, aut constitutione aliqua Imperii prohibitum esse reperiatur, tunc statim apparebit, nec mandata sine clausula decernere nos posse. At nostrum factum tale esse id haud obscure colligitur ex Recessu de Ann. 55. in §. Vnd nachdem bey / &c. & §. Wo aber vnser / cum ibi dicitur: quod ecclesiasticæ personæ cuiuscunque sint gradus, si defecti à Rom. Ecclesia August. confessionem amplectantur, alias pœnas † non incurrant, nisi priuationem beneficiorum. Item Episcopo, vel alio domino sic volente siue iubente Diœcesi siue prouincia, eius exire cogatur, ita tamen vt illis prius ad distractionem bonorum immobiliū, & ad emigrandum cum vxore & liberis,

terminus & licentia concedantur. Cum itaque ſupplicans noſter conſtitutione Imperiali permittente religionem & ſtatum mutauit, ſicque in nullas alias, quam in d. conſtit. Relig. expreſſas pœnas incurrerit, & quod lege permittente fit, pœnam non mereatur: Sequitur ipſum inique & contra conſt. Imperii à R. T. AE. incarceratum, maiori parte bonorum exutum, & reliquorum vſu ei interdictum eſſe. Quia igitur de præterito in futurum præſumitur, ſicque etiam T. ex præcedentibus factis aduerſus ſupplicantem vlterius de facto proceſſurus præſumatur, putarem ego mandatum de non offendendo omnino decernendum eſſe. Ad reliqua mandata petita quod attinet, cum facta illa, ſuper quibus petuntur, æque ac præcedens contra ſupra dictas conſtit. ſunt, & T. ſupplicanti noſtro licentiam diſtrahendi bona, & terminum emigrandi, re & facto ipſo denegarit, per incarcerationem, pecuniam prehenſam pœnæ nomine, prohibens diſtractionē rerum, poſſeſſionum & prouentuum, aliisq; ſimilibus modis in ſupplicatione expreſſis, nemo ſanus dubitare poteſt, quin via emigrandi pręcluſa & facultas diſtrahendi bona ſua ei præciſa eſſe dicatur. Nec me mouet, quod ſupplicans noſter non eſt Status Imperii: quia hoc in omnib. cuiuſcunq; ſint conditionis, locum habet. Imo d. §. Wo aber vnſere/ꝛc. de ſubditis tantum diſponit. Nam ſi ſupplicans eſſet Status nec T. ſubiectus, tū non cogeretur res ſuas diſtrahere, & migrare. Nec etiam illud mouet, quod nō petit expreſſe mandatum pro conceſſione termini ad emigrandum: quia illud parū releuaret, niſi prius mandata petita ſcil. de reſtituendo ablata, & relaxando arreſto decernantur. Si poſtea ipſum T. non vult tolerare, tum ei terminum emigrandi pręfigat. Vnde ego petitum mandatum ſi non ſine, ſaltem cum clauſula decerno.

Votum D. R. quod reddidit 24. Ian. An. 76.

Supplicans petit in effectu principaliter tria mandata. 1. De non offendendo. 2. De reſtituendo. 3. De relaxando arreſto. Quod ad primum hactenus in hoc auguſtiſſimo Tribunali id diligentiſſime obſeruari vidi, vt ſubditis
14 † contra magiſtratus ſuos talia mandata de non offendendo, niſi grauiſſima ſubfuerit ſæuitia, quæ nulla probabili cauſa excuſari poſſit, aut minæ atrociſſimæ, & quæ tranſgreſſionem pacis publicæ adæquarent, non fuerint impertita, idque ex hac cauſa, ne ſcilicet ſubditi contra ſuos dominos facile concitentur, & armentur. At inter Status potentiores, & ad tumultus excitandos procliues facile decerni vidi, cum nihil aliud præcipiant, quam quod iura communia ſuadent, & pacis publicæ ſanctio iubet. Sed in hoc noſtro caſu ſupplicans eſt ſubditus T. & quidem talis, qui neglecto & fracto continentiæ voto, de quo *in c. de his, 22. diſtinct.* nunc aliud vitæ genus elegit, ideoque merito ſubiacet Canonicis pœnis. Et quia ſupplicans non narrat, daß er von der alten Religion abgetretten/quod requirit §. Vnd nachdem / certe non poteſt illum ſolum matrimonium à iuriſdictione Archiepiſcopi eximere, ſed ſola religionis veteris mutatio, de qua hic verbum nullum. Et ſic narrata non ſunt qualificata auff den Religionsfrieden/præſertim cum non conqueratur, daß er der geſtalt vmb der Augſpurg. Confeſſion willen geplaget werde. Deinde etiam non ſunt hic talia damna irrecuperabilia, quæ requiſita deß Landtfriedens exæquent, & quæ iuris ordinariis remediis non poſſint recuperari. Accedit & hoc abſurdum, ſi Archiepiſcopo, ne talem ſubditum offenderet, ſub grauiſſima pœna priuationis, mandaremus, tunc videremur non obſcure ipſi præcipere, vt tales religionis Catholicæ deſertores in ſua diœceſi contra Religionsfrieden patiatur & foueat, & ſic potius licentiam de immigrando, quam emigrando ſupplicans obtineret, würde darauff baldt die gantze Cleriſey zu grundt vnd Boden gehen.

Poſtremo credo Archiepiſcopum has pœnas ſacerdoti ſuo ſubdito inflixiſſe, propterea quod Statibus exploratum ſit, ex grauaminibus in Comitiis nuper Spirenſibus à Camera Imper. exhibitis, dubium eſſe excitatum inter D D. Aſſeſſores; An etiam alii clerici † præter 15
Status eccleſiaſticos ſub conſtitutione deß Religionfriedens comprehendantur? Derohalben dann bißhero alle Rechthängige Sachen / ſo die Klöſter vnd Ordens Prouincial hetten zu referiren vnd decidiren eingeſtellet werden. Vnde T. cogitare potuit, huius clerici punitionem (etiamſi ipſi de religione mutata conſtaret) ad ſe tanquam ordinarium immediatum pertinere: quia iure Canonico præter officii & beneficii priuationem (de qua §. Vnd nachdem/ loquitur) aliæ grauioresque pœnæ conſtitutæ ſunt in ſacerdotes vxores ducentes, vt excommunicationis, inquiſitionis de hæreſi, arctioris carceris vel monaſterii, de quibus Bernardus Diaz. *in ſua praxi criminal. Canon. capit.* 74.

Quapropter mandatum de non offendendo denego. Mandatum de reſtituendo etiam non decerno: quia vt hoc ſubdito decernatur, neceſſe eſt, vt præcedat mandatum de emigrando, per quod noſtra iuriſdictio fundatur. Quemadmodum in cauſis fractæ pacis neceſſe eſt, vt citatio prius impetretur, quam mandetur reſtitutio. Sed noſter ſupplicans emigrare non cupit, ſed potius petit, Jhme zu würcklicher Bezahlung ſeiner/ bey dem Stifft T. außſtehenden Schulden zuuerhelffen / vnnd deß angenommenen Eheſtandts halben gantz vnnd gar vnbeſchwehrt bleiben zulaſſen / Auch zu dem Effect frey Sicherheit / vnnd auch Gleidt mit zu theilen. Ex quibus ſane

verbis

verbis nulla voluntas de emigrando apparet, sed videtur in Archiepiscopatu tanquam coniugatus commorari velle, neque narrat se mutasse religionem Catholicam. Non enim sequitur, Duxit vxorem: Ergo in totum defecit à religione Catholica, cum sub Magistro ordinis Teutonici, & in Landtgrauiatu L. complures inueniantur sacerdotes Catholici, vxores & liberos habentes. Requisita autem d. §. wo aber vnser / duo sunt. 1. vt religionis causa emigrare velit. Deinde, daß er auß S. C. F. F. oder Standts / Landt / Städten oder Flecken an andere Ort ziehen / vnnd sich nider thun wölle / &c. quorum neutrum hic per nostrum supplicantem narratur.

Vnd gehört also sein Supplicanten Intent vnd Petition gar nicht auff den §. Wo aber vnsere. Et si migratio non fieret religionis mutatæ causa, non essemus fundati in iurisdictione præfigendi terminum E. de commoda emigratione, vnd daß er mit der Nachstewer / Item Abtrag der Leibeigenschafft / wie vblich hergebracht / gehalten werden / vnd jhme solches an seinen Ehren vnd Pflichten vnentgolten seyn solle. Neque refert, quod incidenter, & in consequentiam relaxationem bonorum subiungat; deroselben Verkauffung zu gestatten. Quia non sequitur, quod illis venditis animum emigrandi habeat, siquidem & bonis immobilibus venditis, nihilominus in prouincia commorari potest. Mandatum igitur de emigrando non decerno.

Mandatum etiam de relaxando decerni nequit, cum supplicans non sit Status, neque illo indigeret, si mandatum de emigrando peteret, & obtineret. Nam hoc mandatum tacite includeret illud ipsum, cum nulla libera bonorum possit celebrari venditio, nisi illis omnino relaxatis, & ab omni impedimento liberatis. Denego igitur petitos processus omnes. In hoc tamen cum Dominis sentio, sacerdoti Catholico religionem mutanti, & vxorem ducenti, nullam aliam pœnam infligi debere, prohibente id iam pace Religionis, quam vt ipso facto statim beneficium & officium amittat. Et D. C. & cæteros Doctores recte sentire arbitror, quibus ego quoque adstipulor, dum putant, quod in d. §. Vnd nachdem / verb. oder ein ander Geistliches Stands / &c. (si tamē in reliquis §§. d. Religionfriedens / vt in §. Dargegen / §. Dieweil aber / & §. Also auch / similis interpretatio fiat) quilibet clericus seu sacerdos Catholicus comprehendatur, licet Status non sit. & sic recte puto decretos esse processus in causa Teutschmeister contra Anhaldt & Ladorff, Imo putarem ex d. interpretatione procedi & pronunciari posse in causis hactenus dilatis, non sine maximo & summo, tam Religionis, quam Catholicorum detrimento, scilicet der Klöster / vnd Prouincial / als Prediger Ordens Prouincial contra Marggraff C. von Baden. Item Klösterlein zu Neuburg contra Pfaltz / Cartheuser Prouincial contra Ottingen / & aliis innumeris. Quæ monasteria diu post erectam Religionfrieden spoliata & occupata fuere. Et miror Dominos iam ab executione incipere, & sine clausula E. T. subditi gratia mandare velle, cū hactenus Catholicis Statibus cōtra protestantes mandata de restituendo tantum cum clausula decreuerint, in factis longe atrocioribus, atque omni iure prohibitis, vt in causa Wormbs contra Churf. Pfaltz / den auffgestellten Predicanten zu H. bel. den 10. Decemb. Ann. 72. Item in causa F. Vormundtschafft contra Baden 27. Octobr. Anno 72. Item Cartheuser Prouincial contra Ottingen. Item Aichstatt contra Brandenburg / 4. Decemb. Anno 61. vt alia quam plurima præiudicia præteream.

Votum D. M. Mandatum de non † offendendo, cuius fundamentum est timor. Herculan. *in tract. de caut. de non offend. c. 6. num.* 2. recte hic mihi peti videtur. Securitas namque de non offendendo est legitimū præsidium, quod per officium præsidentis iuste timenti datur. Herculan. *d. tract. c. 1. in princ.* At periculum nostri supplicantis non vanus, sed iustus est timor, vt constat ex narratis. Et inspecto fine sumus in casu fauorabili. Occurritur enim maleficio, ne innocens plectatur: sicque mandatum de non † offendendo in decernendo est fauorabile, licet postea, si T. eidem contraueniret, & ad eiusdem pœnam procederetur, tanquam pœnale, videri possit odiosum. Hercul. *d. c. 1. numer.* 33. 34. 35. Nec grauatur tali mandato T. vt Domini nouerunt. Mandatum igitur de non offendendo decerno, idque eo magis, cum non petat supplicans, se tanquam permanentem subditum T. contra Archiepiscopum defendi, verum potius, daß er in posterum tanquam forensis in / bey / vnnd durch das Ertzstifft T. vnvergewaltiget wandern / ziehen vnd weberen möge. 16 17

Vlterius petit supplicans mandatum super constitutione Religionis ex contextu d. §. wo aber vnsere / & simul mandatum de emigrando, quod ipsi etiam omnino decernendum puto. Ad mandatum de restituendo quod attinet, præmitto vigore deß Religionfriedens / (in quā Archiepiscopus quoq; consensit) duas in Imp. propositas esse religiones, à quarum altera quis impune recedere, & alteri se adiungere possit, idque etiam locum habet, si sit antiquæ Religionis clericus, & Imperio mediate saltem subiectus, si præsertim, vt supplicans noster beneficium suum sponte deserat, & bona sua vendere, & emigrare cupiat. Idque vigore §. Vnd nachdem / & §. Wo aber vnser im Religionsfrieden. Quod enim d. § Vnd nachdem / &c. clericos mediate subiectos quoque complectatur, ra-

tiones per DC. adductæ conuincunt, & Cameræ huius præiudicium, in causa Teutschmeister contra Anhaldt & Ladorff / de quo me fero ad votum meum in dicta causa. Quia igitur alterutrius religionis electio libera & impunita esse debet; Archiepiscopus certe tam grauiter supplicantem nostrum plectendo, suaque ipsi in Cameris extorquendo contra Religionfrieden expresse fecisse videtur, ideoque ex ord. *p. 2. tit. 23.* mandatum de restituendo sine clausula omnino decerno. Sed fortasse quia Archiepiscopus tanta in clementia supplicantem puniuit, arbitrabitur quis, alias causas subesse, & sic mandatum non nisi cum clausula decerni posse: quo casu nos non sumus fundati in iurisdictione, sed res pertinebit ad Außträg / vbi si grauabitur supplicans, poterit ad Cameram appellare. Respondeo, supplicantis narratis esse standum. Iam autem nulla alia causa narratur, quam contractus matrimonii, & mutatio religionis, vnde adhuc sine clausula potest mandari. Et si narrata sunt falsa, tunc Archiepisc. saluæ sunt exceptiones sub & obreptionis. Sed si rursus quis instet, In Religionsfrieden expresse prohibitum non esse, quod clericus religionem suam mutans, non possit ab ordinario suo vltra priuationem beneficii aliis pœnis puniri, & sic in casu dubio non nisi cum clausula mandari posse. Respondeo. Nulla libertas religionis esset, quam tantæ pœnæ inflictio maneret. Quod vero libertas illa deß Religionfriedens impunita sit, & esse debeat, apud me nullum est dubium. Sed posito, non tamen concesso, quod casus hic dubius sit, & interpretatione indigeat, illa ipsa tamen interpretatio deß Religionfriedens non inferioribus iudiciis der Außträg / sed Imperatori, & imperii ordinibus, qui pacificationem religionis erexerunt, Cameræ quoque, quæ ipsos
18 † repræsentat, competit. Neque si quis obiiciat, interpretationem, quæ omnes forte status concernat, ad Cameram pertinere, non si in casu particulari certarum personarum versemur, quarum altera si coram Außträg grauetur, possit ad Cameram appellare. Si enim hoc permittimus, quis non eludet pacem religionis, quæ mutationem liberam & impunitam esse vult. Nam hac ratione superior maiorem partem bonorum eriperet, & deinde se iuri ordinario offerret, quam viam miser supplicans neque pertexere, neque etiam liti superuiuere posset. Mandatum igitur sine clausula decerno. Saluo, &c.

Secunda Deputatio in hac causa.

Votum D. D. Non credo oblatam supplicationem per procuratorem subscriptum esse conceptam, adeo confuse est disposita, præsertim in narratione theseos & hypotheseos. In thesi sane sufficit nude allegare, & sese referre ad contenta deß Religionfriedens, vti notoria & pragmatica. Sed non in hypothesi sufficit allegare vnum atque alterum punctum, scilicet mutasse presbyterum religionem, ducendo vxorem. Hoc enim factum non stringitur ad proximam qualitatem Augustanæ confessionis, sed applicari potest ad plura alia dogmata prohibita, circa quæ iurisdictio ecclesiastica aut ciuilis gubernatio Electoris in sua prouincia restricta, quæ per constit. religionis limitata nō est. Idcirco denego auff vorbrachte narrata. Quod si postea narrauerit in minori, seu hypothesi, se mutasse presbyteralem professionem in Christianam August. confessionis religionem, ob quam mutationem Elector eum multauerit, tunc decerno omnia mandata, sed cum clausula. Ecclesiastica enim simul & secularis iurisdictio Electoris in tali casu nullas alias habet vires, quam præfigere terminum docentem emigrandi, sine læsione honorum & bonorum. In tali etiam casu mutans religionem cogi non debet, vt petat statim mutatione facta terminum emigrandi, nisi Elector velit expellere. Est enim in facultate ipsius situm mutantem tolerare in sua prouincia, vel etiam expellere, sed multare, aut incarcerare, intuitu d. mutationis licitæ nullatenus potest. Concludo ergo ita decernendum, auff vorbrachte narrata abgeschlagen. Consenserunt DD. F. S. A. & D. O H. Sed D. I. simpliciter denegauit supplicanti petitos processus. Maioribus ergo votis conclusum: Ist dem Supplicanten auff vorbrachte Narrata sein begeren abgeschlagen.

VOTVM XI.

In causa religionis pro mandato de non offendendo. In causa H H. contra H. H.

SVMMARIA.

1 *Verba hæc,* Schutz vnd Schirm / *an iurisdictionem quandam importent.*
2 *Melius est in tempore occurrere, quam post vulneratam causam remedium quærere.*
3 *Iniuriæ verbales à pastoribus in concionibus effusæ, an tantæ sint, vt fractam pacem causare possint.*

Votum D. à W.

ILle vult decernere, sicut petitum est, idq; eo magis, quia Episcopus omnium Statuum illius prouinciæ ordinarius est, cui etiam ciuitas cum ciuibus iurata & obligata est, cui etiam tenetur obedire, licet se de facto exemerit. Etsi enim ab initio concessum est, exercitium liberum August. confessionis, tamen ecclesiasticos iurisdictione ordinarii sui se eximere, & foro temporali subiicere non possunt, vt cumque is nihil

nihil aliud in ipsos iuris habet, quam Schutz
1 vnd Schirm / † quod nullam iurisdictionem importat, idcirco merito porrecta est hæc supplicatio super classico cõcionatorum, quo populum aduersus ordinariam potestatem excitarunt. Facile igitur fieri potest, vt ipsi accidat, quod contigit Fr. E. M. qui libertatem religionis ciuibus concessit, verum postea ad instigationem concionatorum omnes Ecclesiasticæ personæ ciuitate sunt eiectæ, & processus banni hic in Camera ad occurrendum huic malo sunt petiti. Puto igitur processus ex iure communi decerni posse: *Capel. Thol. q. 489. Alex. in l. de pupillo. § meminisse. ff. de noui oper. nunc. Ang. in §. iurare. n. 10. de actio.* Nec me mouet, adhuc nullam pacem esse fractam, quia hoc mandatum futura tantũ respicit: melius autem est in tem-
2 pore † occurrere, quam post vulneratam causam remedium quærere. Non obstat, quod Magistratus ipsis non potest modum concionandi præscribere, quia partim id non credo esse verum, partim etiam non releuat, quia in illis locis, vbi religio libera est, ita concionatores se gerere debent, vt etiam Catholici possint conniuere. Non obstat, quod ciues, non sint subditi Administratoris, quia hoc est manifeste falsum. Deinde notorium est, quod sit ciuitas prouincialis: quod compareat in Comitiis prouincialibus, vt Landtstandt / quod ciues non aliter collectentur ac rustici, quod ciuitas nihil ex iure regalium habeat. Non obstat etiam, quod Magistratus coram alio iudicio conueniri possit, quia nulli alii subsunt, quam ei, quem offendunt, & Cameræ. Non obstat etiam, quod metus minarum non specificatur, quia puto narrata sufficere, quoad hoc mandatum, quod non est præiudiciale. Non releuat etiam, quod sint antiqua spolia ecclesiarum, quia in hunc vsque diem continuationem fieri supplicans satis innuit.

Votum D. S. censet posse decerni mandatum, quia nihil aliud continet, quam ius commune.

Votum D. B. Putat decerni posse mandatum contra ciuitatem & Senatum. Sed quoad concionatores denegat: quia verbales illæ in-
3 iuriæ, † quas in concionibus effundunt, non sunt tantæ, vt possint causare fractam pacem. Si autem in specie narrarent, quod seditiosa verba contra constitut. Religionis publicam euomerent, tunc forte mandatum iuxta narrata decerneret.

Votum D. H. Is sentit cum D. B.

Votum D. V. Facile decernit mandatum de non offendendo contra Senatum, sed nõ contra concionatores, quia sunt priuatæ personæ.

Decretum: Ist das gebetten Mandat / wider Bürg. Raht / vnd Gemeind der alten Statt H. erkandt wider die vbrigen abgeschlagen / vlt. Decemb. Anno 76.

VOTVM XII.

In causa E. VV. contra E. VV. In puncto religionis.

SVMMARIA.

1 *Si mediate subiectus* dem Religionfrieden *contraueniat, an in Camera conueniri possit, antequam superior requisitus sit?*
2 *Constitutio violatæ religionis an per omnia fractæ pacis constitutioni sit exæquata.*
3 *Eius est prorogare, cuius est præfigere.*

Quæstio resoluta 24. Iulii, Anno 62. auff den Religionfrieden.

DVbitatum fuit: An si mediate subiectus † contraueniat Religionsrieden / possit in 1
Camera conueniri, antequam superior sit requisitus? Et in pleno Senatu maioribus votis Dominorum concluſum, quod sic, quia per omnia constitutio † Religionis violatæ, sit ex- 2
æquata constitutioni fractæ pacis. Inter 17. dominos dissenserunt S. A. D. G. & S. qui putarunt Magistratũ superiorem prius adeundum. In causa N. Bürgers zu E. contra Bürg. vnnd Raht zu E. quæ est subiecta Episcopo Augustano, erat mandatum supplicanti, vt infra festum Iacobi diuenditis bonis migraret iuxta Religionfrieden / cuius termini prorogationem petit in Camera, & mandatum de non offendendo. Putabant prædicti Domini, pro prorogando tempore præfixo, requirendum Episcopum eorum superiorem, quo negante illam, Camera posset implorari. Sed id falsum putauit D. N. quia cuius est prorogare, † eius est et- 3
iam præfigere. Cum ergo requisiti E. denegarint prorogationem, recte petiit illam in Camera, quemadmodum vigore constitutionis potuisset ab initio petere in Camera mandatum de migrando, si ciuitas nil præfixisset.

Bedencken *D. N. in causa* B. vnd R. der Statt R. *contra* den Stifft L.

IN Sachen Herrn Bürgermeister vnd Raht der Statt R. contra den Stifft L. habe ich die Acta mit fleiß durchlesen / vnnd ex supplicatione pro commissione ad perpetuam rei memoriam vermerckt / daß er Anwaldt anfänglich in supplicatione pro processibus impetrandis gewißlich ein mehrers gesucht / weder erkandt / dasselbig aber nicht erhalten mögen. Wo ich inn dieser Sachen vor angefangenem Proceß hette sollen mein Bedencken vermelden / hette ich diese Proceß ex cancellaria zu etrahiren nicht / sondern vielmehr / weil ein Erbar Raht dz ius gladii, vnd die hochfreyßliche Obrigkeit inn dem Dorff

G. darzu auch einen guten Vertrag für sich hat/ zur Handthab gerahten / daß sie sich nemblich auß keiner Possession deß exercitii Augspurgischer Confession sollen treiben lassen / Vnnd im fall daß ein Mangel entstünde / welchen die Patroni nicht ersetzen wolten / die Pfarr selbst mit einer tauglichen qualificirten Personen besetzen.

Dann nachdem mir auß Beywohnung vieler dergleichen Religions Sachen vnverborgen/ wie es leyder jetzt damit zugeht/ daß vnsere Confessions Verwandten entweder nichts/oder aber solche Proceß erhalten / dadurch die Predigt Göttlichs Worts verhindert/ vnnd das Exercitium religionis hin vnd wider entweder gesteckt/ oder abgethan/Ist nunmehr diß der bequembste vnnd Rahtsambste Weg/daß die Euangelische Stände/wo sie jmmer Gelegenheit haben / vnd jrer guten Sachen getrawen künnen/ nun selbst vor Bäpstlichem eyndringen/ vnnd Gewalt sich handthaben / vnnd gehört auff einen harten Knopff auffzumachen ein spitziger Löser.

Wie nun ein Erbar Raht anfänglich in dieser Sachen den Glimpff gesucht/vnnd sich zum theil seines Vortheils / daß er sich zum Kläger hat lassen machen/begeben. Also gibt der Stifft E. wolermeldtem Raht mit seinen gebrauchten Rencken / in responsionibus & exceptionibus so viel Vortheils wider inn die Handt / daß ich darfür gäntzlich halte/ solcher sey auch nicht auß Handen zu lassen.

Dann wann die Responsiones vnnd Exceptiones gegen der Klag gehalten / vnd erwogen werden/ würdt sich bald finden/daß ein E. Raht sich de facto bey jhrer Possession handthaben muß vnd sol/ nisi causa cadere velit, vnd jhme selbst an seinem wolbefügtem Rechten præiudiciren.

Ein Erbar Raht beschwehrt sich / daß er von dem Stifft E. turbirt werde in dē exercitio confessionis August. inn der Pfarr deß Dorffs G.

Der Stifft ist der Turbation nicht geständig/ Sondern widersprichts in Responsione ad 20. articulum, vnnd sonst hin vnnd wider inn den Schrifften.

Ein Raht sagt/daß er zu G. als in der Landtwehr dz Ius gladii vnd die hochfreyßliche Obrigkeit habe / Der Stifft antwort auff den 5. Articul/er habs limitato modo.

Ein Raht gibt für/sie seyen in possessione religionis & exercitii confessionis Augustanæ.

Das negirt der Stifft/vnd sagt/es habē auch deß jetzigen Bischoffs Vorfahren die vacirende Pfarr G. jederzeit mit Priestern versehen.

Ein E. Raht allegirt den Vertrag de An. 67. in welchem sich der Stifft E. bewilligt/die Pfarr ohne Mangel versehen zu lassen.

Diesen Vertrag cauillirt der Stifft nicht allein seines gefallēs/sondern gibt noch für / er habe seinem ordinario nicht Maß oder Ordnung zugeben/ vnnd transferiren also das Ius ordinatum auff W. vnd solches zu behaupten/wenden sie consuetudinem Franciæ ein/ dz die Kirchen-Bestallung dieser Herrschafft anhange / welche die Vogtey an den Orten hat/ vnd schliessen also darauff / einem Erbaren Raht gebühre kein Action wider sie / vnnd begeren den Raht an gebürenden Orten zu klagen anzuweisen.

Ein Erbar Raht aber begert die Turbation abzustellen/vnd dem Vertrag zu geleben.

Dieses sein vtriusque partis fürnembste fundamenta/vnnd auff deß Stiffts seiten ist es also gewandt / daß seine Exceptiones von den Papisten werden in sondere Acht genommen werden/ dieweil die Turbatio verneint / vnnd der Raht selbst geständig ist / dz er jetziger zeit nicht mehr in possessione sey/ Sondern daß ein Meßpfaff in der Pfarr G. seine Götzendienst verrichte / Daher argumentiren die Papisten also: Priuilegium mutandæ & alterandæ Religionis cum periculosum sit, interitu tot animarum, quot hominum, nec reparabile, vt temporalia, ideoque veteri lege sacerdotibus & Leuitis tantum qui temporalia non curabant, permissum, per vnicam contrauentionem merito perditur. Cum igitur hoc nostro casu iam contrauentum sit, so bleibe es billich dabey.

Neben dem werden deß Stiffts fundamenta auch mit diesem gesteckt / daß für ein gemeinen Schluß gehaltē würd / daß das ius patronatus, welchs mann dem Stifft von Rechts wegen geständig / beneficium Religionis mutandæ vel reformandæ nicht habe / vnd sey auch solch Ius im Religionsfriedt nicht begriffen / Weil dann der Stifft allein Patronus, so gebüre dem Raht auch wider denselben keine Action / Sondern habs mit dem angegebnen Ordinario, oder Diœcesano zu fechten.

Wiewol nun diese Gründt alle / stattlich vnd baldt köndten widerlegt werdē/so findet sich doch in experientia, daß man sich auff der Papisten Seiten keines wegs mehr wil weisen lassen.

Vnd dieweil eines Erbarn Rahts Fundamenta viel kräfftiger vnnd beständiger / wie hernach sol angezeigt werden / So were das meine Meynung / weil G. zu nechst bey R. vnd in der Landtwehr ligt / daß sich ein Erbar Raht hette bey dieser Pfarr de facto Handtgehabt / den Meßpfaffen inn die Statt geführt / vnnd jhme ein Gelübdt abgenommen / nimmer inn das Dorff den Götzendienst zu exerciren weiters zu kommen.

Dagegen aber einen Euangelischen Predicanten auffzustellen / der alßbaldt daselbst predige / vnd nach verrichtem Gottesdienst/sich wider inn die Statt / zu mehrer gewarsam mache / Es sey dann in der Landtwehr also bewandt/daß mann sich Wegführens nicht hette zu befahren / vnd hette man solche Wegführung so offt fürzunemmen / so offt ein Meßling daselbst auffzustehen sich vnterwinden wölte/wie in Pfandungssachen

sachen geschicht/ daß super vno eodemque iure offt viel Pfandungē geschehen/ weil sich der erste nicht wil depossessionirn/ vnd partem aduersam in quietam possessionem kommen lassen/ dann durch diß Mittel kompt ein Erbarer Rhat zu der Kirchen/ so jhme von Rechts wegen gebürt/ vnd exercitii confessionis Euangelicæ possession. welches sonst noch viel Jahr/ ja wol gantz vnnd gar verbleiben würde. Vnd ob wol gleich ein Erbarer Rhat von dem Stifft E. oder von dem Bischoff selbst darüber/ wie es nicht verbleiben würde/ Rechtlich solte beklagt werden/ hat man doch solches nit hoch zu achten/ dann klagt der Stifft/ so wirdt meines Erachtens nicht baldt etwas extraiudicialiter erkandt/ sondern iudicialiter gewiesen/ vnd darüber ein Erbarer Rhat auch gehört werden. Als dañ hat man zu opponiren vnd fürzuwenden/ daß ein Erbarer Rhat kein Turbation begangen/ sondern seine Possession continuirt.

Zum andern/ daß der Stifft selbst bekandtlich/ vnnd iudicialiter vielmahlen fürgeben/ sie seyen nicht ordinarii, sondern nur patróni. Wann dann ein Erbarer Rhat das ius gladii, vnd also das ius ordinariatus von wegē deß Religionfriedens erlangt/ vnnd bey dem Stifft als dem patrono nicht erhalten künnen/ dz nicht allein dem Religionfriedē/ vnd durchgehendem gebrauch vñ Obseruantz in gantz Teutschland/ sondern auch zuvor auffgerichtem Vertrag nach/ ein Euangelischer were auff die Pfarr præsentirt vnd geordnet wordē/ als hette ein Erbarer Rhat als der ordinarius dieses Orts/ cuius ius tali casu tanquam fortius, debilius illud ius patronatus absorberet. sich dessen gebraucht/ dessen er befügt were. Vnd diß seyn solche fundamenta, welche jederzeit dolum excusiren mögen/ vnd derenwegen pœna constitutionis auff den Religionfrieden nicht kan statt haben.

Wolte aber der Bischoff sich klagens anmassen/ vnd gleichfals auff den Religionfrieden dasselbig fürnemmen/ so haben obangeregte Vrsachen abermal statt. Dann es würdt für einen gemeinen Schluß gehalten/ wie es auch der Religionsfrieden zuverstehen gibt/ quod Religionis exercitium dependeat à suprema iurisdictione, & quod Statibus permissum sit, qui superioritatem in loco habent, Religionem, quam velint, libere instituere, præsertim quando etiam solum Imperatorem recognoscunt, neque illis modum à quoquam alio circa Religionem præscribi posse, vel eius causa turbari. Et in hunc finem etiam Ecclesiasticam iurisdictionem sublatam esse.

Vnd dieweil Streit fürgefallen/ wie es an denen Orten zu halten seyn solle/ da einer die hohe Obrigkeit/ der ander die Gerichtliche Fälle hette/ ist doch für billich vnnd recht angesehen worden/ daß dem höhern die Religion zu ändern sol zugelassen seyn/ welchs ich darumb vermelde/ dieweil der Stifft fürgibt/ daß die bestellung der Kirchen der Vogtey anhange/ vnnd also der nidern Gerichtbarkeit/ welches kein Oberherrschafft/ wo eine/ so ist sich deß Bischofflichen oder Pfäffischen gewalts/ dann vnd weise zu erwehren würd nach zusehen gesinnet seyn/ auch außtrücklichen dem Religionfrieden zu wider ist. Zu dem/ so ist es wider den hellen/ klaren auffgerichten Vertrag/ den ein Erbarer Rhat neben dem ordinariatus iure zum besten vor sich hat/ vnd were auch wol vnnötig gewesen/ sich mit dem patrono deßhalb in ein Vertrag einzulassen/ weil das ordinariatus ius viel kräfftiger ist/ als das ius patronatus, vnnd der patronus von Rechts wegen schuldig/ wie auch der Religionfrieden dahin verstanden würdt/ einen solchen Pharrherrn auffzustellen/ der das exercitium Religionis treibe/ welches der ordinarius begeret/ wie man dann dessen viel exempla hin vnnd wider im Reich hat/ Als mit Maintz vnnd Pfaltz. Item mit Eychstatt vnnd Brandenburg/ mit Bayern vnd Pfaltz/ Item mit Pfaltz vnd Brandenburg.

Wann aber auß den einkommen Acti klärlich abzunemmen/ daß der Bischoff sich mit seiner iurisdictione Ecclesiastica wil eyndringen/ alles zu Schmälerung vnnd Abbruch eines Erbarn Rhats hoher Obrigkeit vnnd Jurisdiction/ vnnd da einen Fuß inn die Landtwehr setzen/ vnnd der Stifft E. sich der Action gern gar wolte entschütē/ Als ist kein besser Mittel/ denn daß sie die angedeute handhab fürnemmen.

Dann da solches solte verbleiben/ wirt jhnen per actionem institutam turbatæ possessionis nun mehr schwerlich geholffen werden/ dieweil ich ex actis nicht vermercken kan/ daß sie tempore litis cœptæ ac lite pendente hic in Camera in possessione Religionis Augustanæ gewesen weren/ sondern wil die Nothurfft erfordern/ eine andere Action zu instituiren/ vnnd nemblich spolii. Dagegen aber wirdt der Stifft abermahls das Ius ordinariatus, das dem Bischoff gebüre/ fürwenden/ vnd kündten als dann eben die oballegirten Bedencken fürfallen/ wie in gleichem dañ von eim Erbarn Rhat super attentatis geklagt würde/ Welches als dann seyn muß/ daß sie lite pendente der Possession deß exercitii Religionis destituirt. Es ist aber dieses alles weniger fürträglich/ weil der Proceß langsam/ vnnd ein Erbarer Rhat in viel Jahren im kein Possessß/ ja wol nimmermehr möchte kommen/ Dieweil die decisiones causarum Religionis, wo von den Ständen nicht andere Versehung geschicht/ alle stecken bleiben/ vnnd nunmehr dahin gerathen/ daß wer die Handhab vermag/ den besten Schutz dabey selbst finden kan/ auch nimmermehr sich derselben begeben sol. Vltima Aprilis, Anno 1590.

VOTVM XIII.

In causa F. contra T. in puncto noui Calendarii.

SVMMARIA.

1 *Religionis pacificatio in imperio sancita an nobilibus immediatis liberum Augustanæ confessionis exercitium tribuat.*
2 *Causa finalis pacificatæ religionis quæ, & quomodo in eam peccetur.*
3 *In decernendis processibus Iudicis est ante omnia dispicere, an iurisdictio sit sua.*
4 *Nouum Calendarium quoque à Principibus Augustanæ confessionis publice receptum est quibusdam in locis, & vbi.*
5 *Calendarium per se consideratum est res mere politica.*
6 *Nouum Calendarium an sit res conscientiæ, an vero politica.*

1 VOtum D. S. B. cum pacificatio † Religionis in imperio sancita omnino tribuat immediatis Nobilibus liberum Augustanæ Religionis exercitium, & quæ à quoquam (nemine excepto) molestationem vel censuram vllam eis idcirco fieri vetet, considerata facti nostri qualitate, certe non video, qua ratione in d. constitutionem à Reis nostris commissum non esse dici possit. Quid enim amabo istud aliud est, contra der Augspurgischen Confession/ Religion/ Glauben/ Bestellung der Ministerien/ Kirchengebräuchen/ Ordnungen vnd Ceremonien/ in massen sie auffgericht/ ihren Gang nemmen/ darinn Hindernuß vnnd Eyntrag thun/ contra apertissima verba & mentem allegatæ constitutionis in § damit auch/ &c. non attento, siue iam directo, siue per indirectum id fiat, quoniam vtrolibet modo æque peccatur in
2 causam finalem † sæpedictæ constitutionis, quæ est, vt pax & tranquillitas in Imperio sarta tecta conseruetur. Accedit porro, quod narrata supplicationis nostræ nonnihil quoque participent, von den vier Fällen/ dum factum istud præsentissime eo tendat, vt intercludat & prorsus subuertat commercia, pariat confusionem communis societatis hominum, tam circa res diuinas, quam humanas & prophanas, vi obtrudat illud, quod nec ipsum agnoscit Imperator Roman. potentissimorum Imperii Principum animos moueat ad discordias, omnisque tandem generis alia incommoda inde promanent. Qua de causa mandatum sine clausula hoc nostro casu vere decerni posse existimarim, siquidem qualitates quatuor casuum, quando coincidunt cum requisitis constitutionis religionis non minui, sed augeri potius, rationi & æqualitati conuenit. Quod si tamen domini maioribus priorem viam eligere, & mandatum super constitutione Religionis in communi forma decernere maluerint, non refragabor. Saluis, &c.

Aliud Votum.

D. B. simpliciter denegat, eo quod in causa der Kirchenpfleger vnd Probst d' Euangelischen Kirchen zu Augspurg contra Magistratum daselbst Calendarium nouum pro causa politica sit habitum, & sic Religionis punctum nō concernat, cui præiudicio inhæret H. cum B. & O. cum D. sine clausula decernunt.

Aliud Votum.

D. B. Refer. D. P. A. O. D. B. Ref. etsi in decernendis processibus, vt à quibusdam asseritur, standum sit simpliciter narratis supplicationis, sine consideratione causæ principalis, tamen hoc fallere certum est, neque Iudicem astringi ad decernendum aliquid, si ex qualitate facti, vel ex circumstantiis rei narratæ verisimiliter liqueret, iurisdictionem non esse fundatam; cum † Iudicis sit ante omnia dispicere, 3
an sua sit iurisdictio. Illud autem scire non potest, nisi alio modo in specie appareat de qualitate fundante iurisdictionem, quæ si deficiat, præstaret interdum nihil omnino decernere, quam post litem institutam cum magna temporis & sumptuum iactura processus decretos postea iterum cassare. Quod autem publicatio noui Calendarii suapte natura conscientiam & statum Religionis non concernat, nihil opus est hic latius disputare: cum id copiose satis & abunde examinatum & diiudicatum sit in causa Kirchenprobst zu Augspurg/ contra Senatum ibidem. Et hoc vsque adeo notorium est, quod in multis partibus Germaniæ, Galliæ, Poloniæ (vt interim nil dicatur de Anglia) vbi quam maxime viget Augustana confessio, † nouum 4
Calendarium publice sit receptum. Non igitur video, quomodo introductio noui Calendarii in quibusdam locis præiudicet Religioni: In aliis vero eiusdem Religionis nullum omnino adferat præiudicium. Quibus sic stantibus, cum ex narratis supplicationis pateat, supplicantes per mutationem Calendarii, non tam in causa Religionis, quæ ipsis in hoc casu libera relinquitur, quam in exercitio suæ iurisdictionis, quam prætendunt, turbatos fuisse, satis esse puto cum Ref. G. petitos processus denegare. Saluis, &c.

Votum D. O.

Quia Calendarium per se † consideratum, 5
rem mere politicam esse, vel ex eo constat, quod in Religione ipsa, ordinationibus ac ceremoniis Ecclesiarum nihil prorsus immutatum reperiatur: Non video inprimis, quomodo narrata supplicationis super constitutione Religionis intuitu facta: quia tamen

ista

ista turbatio in solo edicto de recipiendo & obseruando nouo Calendario indicatur, quo etiam probato, factum prout narratum super constitut. Religionis fundatum non est, non puto hoc casu huiusmodi narratis, vbi certi sumus, illa in processu causæ aliter iustificari non posse, standum esse. Præterea, siue præsupponamus, Abbatem F. in dictis locis merum imperium, veluti in supplicatione narratur, nullam omnino iurisdictionem habere, non videtur supplicantes per tale edictum grauatos esse. Cum primo casu licite illud promulgari, altero vero impune à supplicantibus eidem non pareri potuerit, neq; iurisdictionis simplex quædam turbatio sit, quæ contrario edicto de non parendo facile reuocari potuit, neque etiam hoc casu minas vlterioris turbationis vel grauaminis metu scandali publici, armorum, damni denique irreparabilis consideratur, cum de istiusmodi in specie nihil narratum, multo minus probatum sit, quod tamen eo casu ante omnia minimum foret, cum non solum præsumptio in contrarium, imo manifestissimum sit, in locis quam plurimis, vbi iam illud Calendarium publicatum est, atque receptum, tale quid nihil accidisse, vt taceatur vani timoris ac metus nullam considerationem habendã, tantum abest, vt mandatum cum vel sine clausula desuper decerni queat, prout ex voto D. G. latius cõstat, quo breuitatis causa me refero, atq; per omnia cum eodem concludo. Saluo.

Votum D. P.

Cur petitum mandatum sine clausula decerni non possit aut debeat, rationes releuantes nullas videt. Quæstionem illam de nouo
6 Calendario, an † sit res conscientiæ, an vero politica, tanquam impertinentem, & ad processum causæ spectantem, iam non attingit. Sufficit constare ex narratis, turbationem factam intuitu Religionis, tot tantaque pericula, & omnium tam sacrarum quam prophanarum rerum confusionem allegatam: quę singula per se considerata sufficerẽt ad obtinendum mandatum, quodq; principaliter requisitum mandati à domino Reo contra supplicantes emanati de recipiendo nouo Calendario, subiectio scilicet deficiat. Neque enim vlla ratione supplicantes Nobiles immediate domino Reo subiecti sunt. Tale igitur mandatum à non habente iurisdictionem factum, nullum est & cassari debet. Quare supplicantibus contra iura enormiter oppressis legis auxilio subueniendum, illisq; tanquam defensione iuris sui tempore immemoriali acquisiti, semper quoque (præsenti turbatione excepta) continuati, officium Iudicis implorantib. mandato sine clausula tanquam remedio ordinario ex consti. ord. *p. 2. titul. 23.* succurrendum esse, cum Dominis idem mandatum decernere volentibus concludo. Si tamen Dominis per maiora placuerit, mandatum cum clausula super constitut. decernere, non multum repugnabo. Mallem tamen propter coadunationem qualitatem 4. casuum pinguiori remedio supplicantibus consulere.

VOTVM XIIII.

In causa S. von *S. contra A.* von *R. Relatio in causa fractæ pacis.*

SVMMARIA.

1 *Illud admitti non debet, quod probatum non releuat.*
2 *Nemo in causa propria iudex esse potest.*
3 *Delicta mutua compensatione tolli debent.*
4 *Diffidationes sunt prohibitæ, ac species pacis publicæ.*
5 *Diffidatio est conditionalis, & non nisi conditione existente desuper agi potest.*
6 *Ea quæ sunt in conditione, non sunt in dispositione.*
7 *Pœna cum delicto commensurari debet.*
8 *Duella hodie omnino sunt prohibita.*
9 *Delictum sine dolo non committitur.*
10 *Conditionis euentus obligationem non inducit.*
11 *Iusta causa à dolo an excuset.*

SVbmissio super admissione defensionalium Ref. eos non admittendos censet, quia non debet admitti, quod probatum non † releuat, 1
idque tam de Iure communi, quam constitut. fractæ pacis, quæ habet, daß keiner den andern vmb keinerley Vrsach willen/ &c. quibus exclusæ videntur omnes rationes, præsertim vero irreleuantes. Dato, omnia esse vera, quæ in defensionalibus continentur, tamen non potuit esse Iudex † in causa propria, *toto titulo, C. ne quis in* 2
sua causa. Quia articuli nihil aliud continent, quam relationem criminum, *leg. is qui reus. ff. de public. iudic.* Sed † delicta mutua compensatio- 3
ne tolluntur, *l. viro atque vxore. ff. solut. matr. Iaf. in §. in bonæ fidei. n. 80. Inst. de actio.* Sed hic paria delicta obiiciuntur, & hoc hic non petitur, & in nostra specie id fieri non potest. Licet enim generaliter hoc procedat, si diuersum delictum in modum exceptionis non obiiciatur & opponatur, antequam nomen eius receptum fuerit inter Reos, *Dyn. in reg. 65. in pari causa nu. 5. de R. I. in 6.* Sed ex protocollo iudiciali constat, post litis cõtestationem exceptionem esse allegatam, *Mar. p. 4. dist. 6. n. 50.* Imo, postquam Actor concluserit. Fallit, etiamsi delicta sint diuersa, vt Inno. *in c. sicut. de iureiur.* Fallit, etiam si pœna venit fisco applicanda. Concludit, defensionales non admittendos, sed diffinitiue pronuntiandum.

Aliud

Aliud Votum.

Actum condictione ex lege nouæ constitutionis de pace, *Chass. de consuet. tit. dos. n. 6. §. 7. ver. ponit lex. Apostill. ad Bart. in l. vnic. de condict. ex lege.*

1. *An probata.*) 1. An actus hic in pace publica comprehensus sit, *Matth. de Afflict. de pace tuenda.*
4 Diffidationes † sunt prohibitæ, & species pacis publicæ.

5 *An elisa.*) Quod conditionalis sit † diffidatio, sed non nisi existente conditione agi potest, *leg. cedere diem. de V. S. c. 1. vbi DD. de plus petit.* Et quæ
6 sunt in conditione, non † sunt in dispositione, *d. l. cedere diem. l. fin ff. de cond. insti.* Cum ergo conditio nondum sit impleta, &c.

2. Et Actorem egisse contra publicam pacem, quod amitam R. B. gladio insectatus pace publica permittere repulsionem. Et tertius interuenire potest ad defendendum offensum, *l. 3 in prin. ff. de furt. Maran. in 1. disp. n. 27.*

3. Scripsisse animo defendendi, vt aut consanguineos defendere posset, aut Actorem à proposio abstraheret.

4. Et saltem leuem causam excusare à dolo.

Conditio nihil impedit, quod sit diffidatio. Duo enim in dictis literis consideranda. Vnum diffidatio, quæ respicit præsens tempus. Alterum sunt minæ, quæ ad futurum tempus referuntur. Manet diffidatio, etiamsi effusio sanguinis subsecuta non sit. Hæc constitutiones Imperatorum distinguunt, imo pleræq; sunt conditionales.

2. Si perpendamus minorem: Et omnia vera sunt: tamen propterea pax non est violata, nec relatione criminum, sed innocentia se purgare debet.

3. Non potest dici defensio, quæ expresse prohibita est: Sed expresse ist verbotten gefehrlich zu schreiben. Et dato, Actorē potuisse Reum offendere, tamen id in continenti, & non postea facere debuit, *Marant. in disp. 1.* Non mouetur aliis rationibus contrariis, daß ein Vedtsbrieff scilicet veterem constitutionem actum requirere, sed hic præter diffidationem actus non interuenit primum numerus decernentium processus. Nec lex requirit actum, pœnam alterat ex æquitate scripta, ppter has rationes. I. Enim hæc potestas ab Imp. data & concessa est Augustæ, Anno 48. sub tit. von gewalt deß Cammergerichts/ vt hæc pœna ex officio mutari possit. II. Quia in vno casu ratio motiua militare videtur. III. Conueniunt iura communia cum constit. *Mynsing. obs. 3. cent. 2. Hyppol. in pract. §. quoniam. n. 95 fol. 75.* IV. Exactis constat, quod Reus minatus sit, in effectum deduxerit, sed hodie nunquam punitur delictum attētatum, vt consummatum, *Mar. p. 4. in 1. iudic. pro diui. n. 54. Idem*
7 *disput. 3. nu. 16.* V. Pœna debet † commensurari cum delicto. VI. Quia alterationis pœnæ extat præiudiciū in causa Hanaw contra Straßburg/ An. 37. Et in causa Waldeck contra Banten/ sententia lata 20. Iulii, Anno 60. VII. Consideratum, quod supplicarit pro processibus super iniuriis.

D. Correfer. A. Actionem ex fracta pace probatam per exhibitam missiuam & recognitam, & diffidationes prohibitas ex identitate rationis facit, quod † duella in itinere omni iu- 8
re sint prohibita, *Couar. de homici. vers. circa quartum. n. 339.* Dolus hic adest, quia delictum non committitur † sine dolo, coadunatio nō est ne- 9
cessaria, quoad vim publicam, *Thom. Gram. cons. 43. Couar. d. §. homicidium. n. 343.*

An elisa: Modus defensionis non est seruatus. 2. Non est rogatus, *Marsc. cons. 132. nu. 17.* 3. Conditionalis est: Conditionalis creditor dicitur proprie, *Dec. l. 1. num. 25. cum seq si cert pet.* Facit, quod conditionis euentus † non inducit obli- 10
gationem, sed conuentio siue contractus præcedens, *Alb. in l. quæcunq; n. 10. de offic. eius cui mandat. est. Bald. in l. Stichum qui meus erit. de leg 1.* Iusta causa † excusat à dolo. & ipsa constitutio tollit, 11
vnter was gesuchtem Schein/ *Henning. consil. 2. de iniur. num. 112.* Concludit, actionem non elisam, nisi quoad pœnam banni, *Gram. cons. 8. n. 10. Laurent. Sylua. cons. 43. lib. 10.*

Sententia.

In sachen fractæ pacis S. von S. Klägern wider A. von R. B. beklagten / seyn die defensional Articul den 18. Septembris, Anno 65. Als vnerheblich nit / sondern die Sach von Ampts wegen vor beschlossen angenommen / darauff vñ allem vorbringen nach zu Recht erkandt / dz auß bewegenden vrsachen gedachter Beklagter in die gemeine Peen deß Keys. Landfriedens / nemblich der Acht nicht / sondern vmb seiner angezogenen vnd geübter verhandlung willen dem Keys. fisco vnd ermeldten Klägern in ein Geltpeen / die auff 6. Marck lötiges Golds hiemit gemässiget / zu erklären vnd verdammen sey / vnd erkennen / daß er den halben Theil solcher Peen gedachten Klägern / darzu die Gerichtskosten derwegen auffgelauffen / auff Rechtliche Ermässigung zu entrichten / vnd zu bezahlen schuldig sey.

VOTVM XV.

In causa fractæ pacis H. L. contra R. H. & S.

SVMMARIA.

1 *Medium concludendi in qualibet petitione attendendum, & cur.*
2 *Rescripta & mandata contra ius vel minus legitime impetrata, non valent.*
3 *Dominus territorii an subditos arcere possit, ne duella faciant.*
4 *Voluntas & propositum maleficia distinguunt.*

5 *Vis*

5 *Vis publica dicitur & maior & armata, & cur.*
6 *Arma quæ dicantur.*
7 *Vis armata quando dicitur fieri.*
8 *Requisita & qualitates fractæ pacis hoc loco probata non videntur, & cur.*
9 *Pax publica variis modis turbatur, & quibusnam.*
10 *Leges secundum naturam tituli, sub quo situatæ sunt, in dubio intelligi debent.*
11 *Legalis ordo requirit, vt suo quæque lex titulo respondeat.*
12 *Lex non vult actus suos facere frustratorios.*
13 *Relatio fieri debet ad proxima, & non ad remotiora, eaque ad omnia fieri non solet, nisi par sit ratio. n.14.*
15 *Diffidatores an ad pacis violatores referendi sint.*
16 *Homines lege mitiores esse non decet, nec quod lex dictat, nos dicere conuenit.*
17 *Nemo sibi in propria causa ius dicere potest.*
18 *Diffidationes omnis generis conspirationibus & conuenticulis prohibitis causam præbent, suntq; tãquam scaturigo ac radix omnium malorum. num.19. Ideoque eruendæ, vt zizania inter lilia. n.20.*
21 *Diffidare idem est, quod vel bellum denuntiare, vel ponere extra protectionem & defensionem principis. n.22.*
23 *Constitutio de pace publica cur promulgata sit, & quibusnam de causis.*
24 *Diffidationes sunt species pacis publicæ violatæ.*
25 *Verba,* befehden/absagen/ gefehrlich zuschreiben/ verwahren / *an eadem sint cum verbis,* mit gewaltiger That angreiffen / eynnemmen/entsetzen/plündern/ rauben/ brennen vnd morden.
26 *Constitutio de pace publica secundum literam intelligi debet.*
27 *Pacta semper intelligenda sunt, vt quid operentur.*
28 *Verbum quodcunque etiam minimum in lege vel statuto intelligi debet sic positum, vt quid operetur.*
29 *Diffidationes à Germanis dicuntur* Feindtbrieffe.
30 *Intentio disponentis si dubia est, tunc ad causam finalem recurri debet.*
31 *Quælibet dispositio ob causam suam finalem restringitur.*
32 *Contrarium non debet operari aliud contrarium: nec inducta ad vnum finem operantur alium. num.33.*
34 *Actus agentium ex intentione operationem sortiuntur.*
35 *Princeps statutum ita interpretari debet, ne elusorium fiat.*
36 *Iuris dispositio secundum consuetudinem intelligi debet.*
37 *Diffidationes,* Absagung/ Abklag/ *quando fieri solent.*
38 *Qui mandato pœnali non paret, securitatem infringit.*
39 *Nobiles mitius in corpore puniendi quam plebeii, & cur.*
40 *Aliud est condemnare, aliud permittere, vt occidatur.*
41 *Nobilis mandatum Principis transgrediens, vel contemnens, grauius punitur, quam plebeius.*
42 *Reipubl. interest, ne delicta impunita maneant.*
43 *Iniusta misericordia quæ dicatur.*
Diffidentium pœna, ibid.
44 *Delictum non est, vbi pœna non est.*
45 *Vtrum qualitas vnius facti inter opposita qualificet aliud.*
46 *Qualitas vni adiecta censetur alteri denegata.*
47 *Verba legis aut constitutionis cum effectu sunt intelligenda.*
48 *Schurffius diffidationes coniurationibus ad turbam tendentibus æquat.*
49 *De potentia ad actum propinqua iudicandum est tanquam de actu.*
50 *Integrum iudicium quodnam dicatur.*
51 *Requisita vt quis propter diffidationem tanquam violator pacis publicæ puniri possit.*
52 *Diffidatio est actus iure prohibitus.*
53 *Status imperii quomodo puniantur.*
54 *Diffidatio principium belli.*
55 *Vis armata num in diffidationibus etiam requiratur, &c.*
56 *Vis armata in fracta pace requiritur.*
57 *Regulæ plerunque & communiter fauendum est.*
58 *Regulæ secundum circumstantias mutationem recipiunt.*
59 *Dolus in diffidationibus omnino requiritur.*
60 *Dolus vnde probetur.*
61 *Facto datur voluntas intelligi. Et plus est facere facto quam verbo.*
62 *Doli species duæ à iuris interpretibus constitutæ.*
63 *Probatio præsumptiua in quibus sufficit.*
64 *Dolus præsumptus in causa fractæ pacis sufficit.*
65 *Violentia dolum probat.*
66 *Cogitata loquimur: siue agitata mente proferimus.*
67 *Propositum in factis consideratur.*
68 *Diffidationes aboleuit Imperii constitutio.*
69 *Dolus quomodo & quando præsumatur. & num. 71.72.73.74.*
70 *Dolose facere quis dicatur.*
75 *Dolus præsumptus pro dolo habetur.*
76 *Voluntas & propositum distinguunt maleficia. & nn.79.*
77 *Verba produnt animum.*
78 *Actus quilibet quomodo & vnde considerandus.*
80 *Intentio hominis animum indicat.*
81 *Diffidare, & vim armatam exercere differunt.*
82 *Spoliatus in primis restituendus, nec prius à quoquam poterit conueniri.*

83 Ban-

83 *Bannitum licet impune offendere, sic & receptatorem eius.*
Receptatores bannitorum æque criminosi sunt.
84 *Societatis incurrit suspicionem, qui manifesto facinori desinit obuiare.*
85 *Non corrigens quod potest, facientis culpam habet.*
86 *Priuato quoque interdum licet res suas armis recuperare.*
87 *Permittente lege quod fit, pœnam non meretur.*
88 *Mandatum Iudicis licitum facit ex illicito.*
89 *Consueta sunt inspicienda.*
De vi & operatione consuetudinis.
90 *Dolus interdum per quamlibet, etiam iniustam causam excusatur.*
*Limitatur hoc axioma. nu.*109. 110.
91 *Dicens se spoliatum, quæ dicere & probare debeat.*
92 *Præda quando recte dicatur capientis esse.*
93 *Natura coniunctionem inter homines constituit propter eorundem vtilitatem.*
94 *Proximus hospitii charitate non est defraudandus.*
95 *Scientem non ignorantem lex obligat.*
96 *Viro bono credi non est culpa.*
97 *Culpa, in qua quis versatur, alii non est obiicienda.*
98 *Non interpellatio, sed obligatio præcedens debitores facit.*
99 *Actionem factum aliquod præcedit.*
100 *Præsumptio delictum & dolum in dubio excludit.*
101 *Homo homini debet obsequium.*
102 *In dubio nemo præsumitur velle delinquere.*
Bonitas & innocentia præsumitur, donec contrarium doceatur.
103 *Banni forma est obseruanda, nec vlterius quam verba, &c. extendenda.*
104 *Executionem pœnæ declaratio Iudicis præcedat.*
105 *Caroli V. Imper. Constitut. fractores pacis præuia citatione & declaratione banniendos esse.*
106 *Consuetudo mala non excusat, sed est abolenda.*
107 *Peccatum diuturnitate temporis augetur.*
108 *Consuetudo in iudicio allegata probanda est.*
111 *Malæ causæ plerunque infelix est patrocinium.*
112 *Conclusio agentium intentionem in hac causa non elisam esse, cum rationibus.* n.113 115.
114 *An quis ob crimen exceptionis causa obiectum puniri debeat.*
116 *Reconuentio in criminalibus locum non habet.*
117 *Procuratoris confessio an & quando domino noceat.*
118 *Diffidationes dolo interueniente sunt species fractæ pacis.*
119 *Actio fractæ pacis non transit ad hæredes.*
120 *Pœna partim fisco, partim accusatori applicanda, causam arguit criminalem, vel mixtam.*
121 *Plures æque principaliter delinquentes, pariter puniuntur.*
122 *Constitutiones Imper. interpretari ad quem pertineat.*
123 *Constitutio pacis publicæ non derogat iuri communi, sed illud declarat & auget.*
Lex concussiones & vetitas congregationes prohibet.
124 *Disiunctiuæ particulæ vis & natura.*
125 *Diffidatio est accipienda cum effectu.*
126 *Vis publica armis committitur.*
127 *Si factum debet esse qualificatum, multo magis intentio & animus.*

AD nullitates quod attinet, 1. Cum frater vnius Rei defuncti causam reassumpserit, & in lite manserit, donec quod in causa conclusum est, exprimat, an velut hæres, vel tutor, vel alius defensor litem hanc agitare velit, quare antequam sententia feratur, hoc mandatum reiiciendum, & sufficientius ipsi iniungendum existimo. 2. Quod de dilationis lapsu & coram commissariis, & hic in Camera motum est, nullitatem examinis non inducit. Nam si dilatione effluxa, puta prima, commissarius procedat examinando testes, non impetrata secunda dilatione, examen ideo non est irritum, dummodo deinde prorogetur, & secunda dilatio petita sit. Ita seruatum in causa Stein contra Weyben. Præter has duas nullitates, si tamen tales dicendæ sint alias, non video. Nunc itaq, consueto ordine de actione videamus.

Attento medio † concludendi, quod maxime in cuncta petitione attendendum esse tradiderunt DD. *in cap. ex parte. de for. compet.* vbi idem notat Ant. de But. *in 1. nota. cum con. or. ibi. & in c. examinata. de iudic. Alex. consil.* 121. *vol.* 1. duæ rationes cumulatæ esse videtur, nimirum actio ex mandato de non offendendo, & accusatio ex cõstitutione publica fractæ pacis. Sed in priori neque libellus datus, neque lis contestata est, &c. Ad priorem quod attinet, ex mandato actionem in factum subsidiariam dari receptum est, cum causa generaliter mandato inserta eadem sit, quæ fractæ pacis, non nimis de ea laborandum erit. Competit autem vbicunque nomen proprium actionis, vel nomen contractus defuit, & quando dubitatur, qua actione te debeam conuenire, & tamen æquum est, quod contra te agam, *Zas. in §. actionum. numero* 31. *Institut. de actionibus.* Hæc vero licet ita effusa & generalis sit, vt non possit aliquo modo, siue aliquibus regulis coerceri, sicut nec mora, quæ nequit certis finibus constringi, *l. mora. post prin. de vsuris. Zasius in §. actionum. numero trigesimosecundo.* Tamen ad eam rationem mandati quod attinet, tria præcipua requisita in hoc iudicio considerari constat. I. Vt doceatur mandatum recte decretum. Rescripta siquidem & mandata † contra ius vel minus legitime impetrata non valent, *l. rescripta. C. de prec. Imp. offe. & ibi DD. omnes.* II. Vt doceatur mandatum parti insinuatum, in quo relationi nuntii creditur, *Bart. in l. 1. §. circa. ff. de offic. præs. vrb. Abb. in c. cum parati.*

1

2

de

de appell. cum aliis notatis per Iaſ. in §. quadrupli. numer. 20. Inſtit. de action. III. Mandato contumaciter non eſſe paritum. *Ang. in conſil. 8. incip. Relatores introitus regni. Caſtrenſ. in l. 1. §. 1. ff. ſi quis ius dic. non obtemp. Iaſ. poſt Alexan. in d. l. 1. § fin. num. 32.* Ad primum quod attinet, conſtat propter minas, timorem & iuſtum metum, recte impetratum & decretum eſſe mandatum. Siquidem cum alioquin minitans eius eſt qualitatis ac conditionis, quod ſoleat minas exequi is, cui minæ factæ ſunt, iuſto metu compulſus, Iudicem adire poteſt ac petere, vt ſibi de ſecuritate caueatur. *l. denunciamus. C. de his qui ad Eccleſ. confug. & ibi Dd. l. illicitas. §. ne potentiores. & ibi Guil. & Bart. ff. de offic. præſid.* Adde Bart. *in l. hæc autem ſatisdatio. ff. ſi cui plus quam per l. Falcid. Angel. de maleſic. verb. iniurioſa. §. quod ſi verba minatoria. Anchor. conſil. 51. Capell. Tholoſ. deciſ. 489.* Et Iudex debet obuiare ante factum, ne partes veniant ad arma, vt notatur *in l. 1. §. & poſt. ff. de nou. oper. nunc. & in l. 1. §. ciues. ff. de offic. præf. vrb.* Et ſubditi ſunt compeſcendi, ne faciant rumores. *Pariſ. de Puteo in tract.* 3 *de re milit. in rubric. An dominus Epiſcop. poßit † arcere ſubditos, ne faciant duella.* Vt ergo primum requiſitum adeſt, & ſua perfectione conſtat, ſic ſecundo non nihil defectus ineſſe videtur. Nam cum Rei ſint vagabundi, non niſi inſinuatum eſt W. 16. Maii, Anno 49. Et ad inſtantiam agentium in Camera renouatum eſt, vt propter reliquos affigeretur W. & H. verum ſaltem curiæ H. 13. Iulii affixum eſt, vnde nullitas reſultat. *Butr. in capit. 1. column. 6. verſicul. quæro vtrum qui citatur. de milit. vaſ. qui contu. Angel. l. 1. §. hæc ſtipulat. ff. ſi cui plus quam per l. Falcid.* Idque conſuetudine in Camera ſeruari, notum eſt.

Cæterum cum poſtea citatione emanata omnes comparuerint, facile colligi poteſt, id mandatum ad eorum notitiam peruenisſe, vt de hoc defectu nihil nobis laborandum ſit.

Porro ad tertium quod attinet, nimirum mandato non eſſe paritum, id ſatis ex eo patet, quod poſt mandatum publice emanatum, literas diffidatrices Actoribus miſerint, in quibus ipſis inter alia minati ſunt, woſern ſie jhnen zwiſchen genandter Zeit vnnd Martini/ nechſtkünfftig 1500. Thaler zu Ergetzung der abgeſtrickten zween Wagen nicht erlegen würden/ daß ſie alsdann ſich gegen agentes die jhren/ alle jhren Leiben/ Haaben vnd Gütern/ wo ſie die antreffen möchten/ zuerholen/ zuergetzen/ vnd nicht weiter mit jhnen vber dieſer Rechtfertigung Sachen in Schrifften zu ſtreitten gedächten. Quo ipſo eas in pœnas mandato inſertas incidiſſe, dubium non eſt. Nam cum mandatum ſit ipſis, ne quicquam pacі publicæ contrarium aduerſus agentes attentarent, & conſtitutione pacis publicæ diffidatores tanquam eius violatores haberi præcipiantur, vnd daß ſie mit der That von Recht zu ſampt andern Peenen in deß H. Reichs Acht gefallen ſeyn/ (vt habetur in conſtitut. Wormatienſ. de Anno 1521. ſub articul. die Peen aller Friedbrecher) nemo facile negabit, quin mandato emanato minime paritum, ſed vt contumaciter per diffidationem à Reis factam, neglectum ludibrioque habitum fuerit. Quæ cum ita ſint, actionem in factum ex mandato pœnali de non offendendo reſultantem competiiſſe, ac plene probatam fuiſſe, concludo per rationes mox in altera actione allegandas. Sed quia libellus in hac actione porrectus non eſt, nec lis principalis in cauſa conteſtata; ideo ea omiſſa, ad aliam progrediemur.

De actione fractæ pacis.

Porro quod ad alteram actionem attinet, ea intentata eſt ex conſtitut. pacis publicæ, nimirum vt diffidatores, pacis publicæ violatores declarentur. Ea vero iuxta vulgatiorem ſententiam tria requirit.

I. Vt vis ſit facta dolo malo ex propoſito, & deſtinata voluntate freffentlicher vnd fürſetzlicher weiſe/ ord. Wormat. de Anno 1521. artic. 1. ibi. freffentlich eynnemen/ oder gefährlicher mit Brandt. Et in renouata pace publ. Auguſtæ Anno 48. vbi eadem repetita ſunt. *l ſi quis ex domo. ff. de furt. Couar. late in §. homicidij num. 5. in pract. crimin. Cæpoll. conſil. 75. num. 15. volum. 1.* Voluntas † enim & propoſitum diſtinguunt delicta. *l. qui iniuriæ cauſa, in pr. de furt.* Et hic dolus præſumitur ex iſta violentia, quia quoties quis explicat actum per ſe illicitum, eo ipſo cenſetur eſſe in dolo manifeſto *gloſſ. & Dd. in l. dolum. C. de dolo.* 4

II. Requiritur, quod vis ſit facta cum impetu, qui repelli non potuerit, *l. 2. ff. de eo quod met. cauſa. & ibi Zaſ.*

III. Requiritur, quod fuerit vis publica, † quæ & maior & armata dicitur. Maior quidem reſpectu priuatæ, quæ fit ſine armis, Ang. *Inſtit. de public. iudic. § item lex Iulia.* Armata autem, quod armis fit. *l. 1. §. cum qui. & l. 3. §. 1. ff. de vi & vi armat.* Arma vero † omnia ea dicimus, quibus & nocere & offendere quis poſſit. *l. armatos. ff. ad l. Iul. de vi publ.* Id quod tamen ex improprio dicendi vſu & lata ſignificatione accipiendum, cenſet *gloſſ. in clement. 1. de ſtatu mon.* quam multum Aretin. extendit *in §. ex maleſiciis, num. 16. Inſtit. de act.* Idem *in tract. de maleſ. verb. & ad hoc colloquium tractatum ver. quod ſi autem ſtatutum.* vbi ampliſſime etiam poſt eum Brechæus *in leg. armorum. num. 6. de verb. ſignific.* Et dicitur vis armata † fieri non ſolum, quando armorum vſus & operatio actualis fit, ſed etiam quando inuadens arma habuit, licet non fuerit illis vſus, quia propter arma dicitur effici audacior, & aduerſarius timidior, ſufficitque terror armorum, *l. 3. circa fin. pr. ff. de vi & vi armat.* 5 6 7

& ibi Bar. & bona additio text. concordantes allegans. Hæc vero armata vis publica ideo dicitur, quia vsu armorum atque commercio priuatis hominibus lege Iulia interdictum erat. *l.1. ad l.Iul. ff. de vi publ.* Eamque subseqq. Impp. confirmarunt *in tit. C. vt armo. vs. lib.11. Iustin. nouel. constit. 85. de arm.* Et ex nostris Imperatoribus Fridericus, *§. si quis rusticus, de pace tenen. & eius viol.* Et hanc armatam vim in deuastationibus & vim expulsiuam interuenire debere verba constitutionis de An. 48. in 10. articul. expresse demonstrant, ibi. mit gewehrter Hand vnd gewaltiger That. Et rursus circa fin. eiusdem artic. mit gewaltiger That freffentlich eynnemmen.

8 An probata: Requisita & qualitates † fractæ pacis non videntur probatæ, quia Actores ob id diffidati sunt, quod bona diffidantibus erepta M. proscriptis restituerent, ideoque dolus abesse videtur, à quo etiam iniusta causâ excusat. *l.1. §. fin ff. de abig.* Deinde etiam, quia duo reliqua requisita, nimirum violentia, terrificaque inuasio, & vis armata desunt. Ideoque videntur Rei esse absoluendi. *l. qui accusare. Cod. de edendo. l. qui præsentiam. C. de pœn.* Verum his non obstantibus, Reos condemnandos existimo: Dolus namque adest, vt demonstrabo, reliqua duo requisita adesse non est necesse. Nam variæ sunt violentiæ species, de quibus gloss. *in l. 1. C. quod met. caus. gloss. in c. ad audientiam. extr. eod. Ang. in l. ex maleficiis, num. 17. Inst. de act.* Recte quidem vis armatæ qualitates & cum impetu factæ tunc exigi credo, cum de vi expulsiua &
9 violentis inuasionibus agitur. Pax publica † nõ tantum per violentiam factam, sed & per molitiones, denunciationes, conspirationesque hostiles turbatur. Licet autem apud veteres Germanos receptum fuerit, lites armis finire, *Alciat. lib. 2. cap. vlt. & consil. 132. colum. 3.* tamen postea eatenus tantum concessum hoc erat, si iustitiam impetrare quis non posset. Alber. Austria. in constitutione adiuncta ei parti Speculi Saxon. quæ vocatur Lehenrecht. Et videre est in aurea bulla Caroli IV. sub titul. *de diffidator.* quemadmodum & iure communi, *l. si alius, §. bellissime. & ibi gloss. in verb. ex magno, ff. quod vi aut clam. Alciat. d. consil. 132. num. 18. volum. 5.* Quinetiam Fridericus III. sub ista conditione diffidationes in sua Reformatione Francofurti Anno 1442. edita, permisit art. daß niemandt den andern befehdige. Cæterum cum inde omnis generis conspirationes ac metus ad publ. tranquillitatis perturbationem suscitarentur, factum est, vt à successoribus Frid. Maximiliano filio Carolique abnepote de diffidationibus abrogandis æquissimæ constitutiones susciperentur. Quare Maximil. pace publica in Comitiis Wormac. Anno 1495. facta, omnes diffidationes, Fehde vnd Verwahrung/ sustulit, sub artic. Auffhebung aller Fehde/ fol. 24. Deinde in declar. deß Landfriedens zu Augspurg/ Anno 1500. sub tit. vom auffgerichten Landfrieden/ ꝛc. Rursus pace in Comitiis Colonienſibus renouata Anno 1512. hat er alles Abklagen/ Absagen vnd Befehden wider den Landfrieden verbotten. Carolus V. auo succedens in Comitiis Worm. Anno 21. postea quoque Augustanis, Anno 48. in quibus diffidantes pacis publicæ censentur violatores esse, nec aliter intelligi potest, ob duas rationes. I. Illæ constitutiones de diffidationibus semper sub tit. de pace publica collocatæ inueniuntur, vt videre est in Worm. de Anno 1521. Augustana de Anno 48. Leges vero † in dubio debent intelligi se- 10
cundum naturam tituli, sub quo situatæ sunt, *l. Imp. Seuerus. ff. de in diem addict. Iaſ. in l. si filius qui in potestate, num. 32. ff. de liber. & posthum.* Et ordo legalis exposcit, † vt suo quæque lex titulo re- 11
spondeat. *l. fin. in pr. ff. de cond. indeb. Bart. in l. si hoc. num. 10. de sol. Zaſ. in rubr. de vulg. & pupill. substit. n. 7.* Idem in defensione aduersus Petrum Stellam, *§. quod autem.* II. Lex non † vult facere actus 12
suos frustratorios, vel qui de facili possunt reddi frustratorii, *l. non cogendum, §. si procuratori, ff. de procur. & l. hac stipul. ff. vt leg. no. caue.* Quod fieret, si de pacis publicæ violatoribus non acciperetur, si secundum præcedentia non intelligeretur, non magni momenti essent, nihil operarentur. III. Licet hæc sufficere possent, tamen insuper etiam ex contextu expresse demonstrari potest: Verba de diffidationibus Anno 1495. Worm. abrogatis, ita habent sub rubr. die Peen der Friedbrecher/ vnd ob jemands/ was Würden oder Stands/ der oder die weren/ wider der eins oder mehr/ so vorgemelt im nechsten Articul gesetzt ist/ handlen wird/ die sollen mit der That/ ꝛc. fol. 25. Relatio enim debet fieri † ad 13
proxima & immediata, & non ad remota. *l. si idem cum eodem. §. fin. ff. de iurisd. om. iud.* (nec relatio † fieri solet ad omnia, nisi par sit ratio. *l. 1. C.* 14
de lib. prætor. c. secundo requiris, cum ibi not. de appell.) Diffidatores igitur † ad pacis violatores refer- 15
re debemus, cum nos lege † mitiores esse non 16
deceat, neq; quod lex nõ dictat, nos dicere conueniat. Eadem repetita sunt Anno 21. & August. An. 48. sub art. de pœna violatorum pacis, mihi fol. 63. Ac licet nostrum non sit, in rationes accuratius inquirere, videntur tamen hæ reddi posse. I. Nemo † sibi in propria causa 17
ius dicere potest, *l. 1. C. ne quis ius sibi dic. in propria. l. nulli. C. de iudic. l. extat. ff. de eo quod met. causa. l. pen. ad l. Iul. de vi pr. & in pr. de pace ten. & iur. fir. l. si quis in tantam. & ibi Dd. pleniss. C. vnde vi.* Eamque non esse leue, sed immane delictum, dicit gloss. *in d. l. scilicet, ff. de vi & vi arm.* quam notat Salic. & Bald. *in l. vnic. Cod. ne quis in su.* & probat Henning. *consilio 2. de iniur. numero 112.* Ad eamque respexerunt Status Imperii, vt apparet ex constitut. Wormat. Anno 1495. vbi circa fin. primi articuli dicitur: Sondern wer zum andern zusprechen vermeint/ der sol solches thun an

den

den Enden vnd Gerichten / da die Sachen hievor oder jetzo in der Ordnung deß Cammergerichts zu Außträg vertheidigt seyn oder künfftiglich werden / oder ordentlich hingehören.

28 II. Tales diffidationes † causam præbent omnis generis conspirationibus & conventiculis, quæ tamen prohibita sunt. *l. denunciamus. Cod. de his qui ad Eccles. confug. l. conuenticula. Cod. de episcop. & cleric. l. aut facta vi. in pr. ff. de pœn. l. 3. in princip. ff. ad l. Iul de vi publ. c. vlt. §. conuenticula. de pace ten. inter sub.* Landfried / de an. 48. articul. 10. ibi, noch einige verbottene Conspiration. Ideoq;

19 nec immerito diffidationes † tanquam scaturigo omnium istorum malorum radix, siqui-

20 dem eruenda † est, vt zizania inter lilia, & morbus à radice curandus, prout eleganter Zasius inquit *in l. si mater. §. si filius, nu. 3. ff. de vulg. & pup. substit.*

21 III. Diffidare † idem est, quod vel bellum denunciare. *Zas. in §. sic itaq; discretis, numero* 15. *Matth. de Afflict. de pac. tenen. §. si quis hoc modo. nu-*

22 *me.* 57. *In vsi. feud.* Vel ponere † extra protectionem & defensionem principis. *Andr. de Iser. de statu & consuet. cont. lib. Eccles. §. ipso iure banni. n. 6. & seqq.* Statuereque ac præcipere, quod diffidans impune possit occidi, nec dum per Iudicem, sed etiam per priuatum. *l. 3. §. transfugas. ff. de sicar. authent. nauigia. C. de furt. authen. item quæcunq; communitas, C. de episcop. & cleric. Ang. de Perus. consil.* 14. *num.* 3. Eæque diffidationes etiam bella iusta præcedere debent. *Bal. in §. vasalli qui ipsi. nu* 3. *de pac. Constant.* Idem *in l. si manumissio.* 4. *C. de obsequi pa. præst. & l. 2. n.* 71. *C. de ser. & aq. & in l. executorem, num.* 34. *C. de execut. rei iudic. & in auth. item nulla communitas. num.* 2. *C. de episcop. & cler. Laudens. in tract. de bello. q.* 9. *& q.* 39. Idem *in c. similiter si. num.* 12. *quibus mod. feud. amit. Paris. de Puteo de re mil. lib.* 6. *de causa duel. &c. n.* 5. Verum priuato non est concessa facultas belli denunciandi vel extra Imperii protectionem ponendi, imo Duces ac Principes si sunt subiecti maiori Principi, ius non habent indicendi belli absque licentia Domini, *l.* 1. *C. vt armo. vs. inst. pr. lib.* 11. Imo si contrarium faciunt, incidunt in crimen legis Iuliæ, de vi publica, vt ex autoritate Bart. tradit Alciat. *præalleg. consil.* 132. *numer.* 20. *lib.* 5. vel vt alii, quorum opinio receptior est in crimen proditionis, & sic in crimen læsæ maiestatis, *l. fin. ff. ad l. Iuliam maiest. l. Pannonius. §. rei perduellionis, ff. de acquir. hæredit. Afflict. de pac tenen. §. si quis hominem. num.* 57. *Laudens. in tract. de duello. quæst.* 2. *Damhoud. in prax. rer. crimin. capit.* 82. *de bello. num.* 20. *l. fin. de re milit.* His igitur de causis

23 promulgata † est constitutio de pace publica, vt is qui alium diffidat, in pœnas pacis publicæ incidat, &c.

24 Postquam ostendimus, diffidationes † speciem pacis publicæ violatæ esse, restat vt videamus, an in iis qualitas seu requisita, de quibus supra dictum est, desiderentur: eaque non requiri hæ rationes suadent. I. Namque si armata vis requireretur, proprietates loquendi, nominaque rerum confunderentur. Nam befehden / absagen / † gefährlich zuschreiben / verwahren / 25 idem futura essent, mit gewaltiger That angreiffen / eynnemmen vnd entsetzen / plündern / rauben / brennen / morden. Id quod eorum successione non contineri, quilibet Germanici idiomatis peritus non diffitebitur. Cæterum & recessus Wormatiensis de Anno 1521. §. Befehlen auch hiemit / vult constitutionem † de pace publica intelligi debere, & interpretari debere nach Außweisung deß Buchstabens. Et 26 iura communia idem exigunt. Nam verba mentis communia minime deserenda. *l. Labeo. de supel. legat. Alciat. l. commodissime. nu.* 6. *de liber. & posthum.* Nec temere per interpretationem restringenda. *l.* 1. *§. & generaliter, ff. de leg præsta. Alciat. l.* 1. *n.* 1. *C. de transs.* vel extra propriam significationem trahenda. *argum. l. qui autem. in pr. ff. quæ in fraud. cred.* Sed in primis considerandæ sunt, nec à propria eorum significatione recedendum. *l. non aliter, de leg.* 3. *Alciat. in l. nepos, num.* 9. *de verb. signific.* Et non saltem secundum naturalem sensum, *l. fin. C. de his qui ven. ætat.* sed & communem vsum loquendi accipienda sunt, *l. liberorum. vers. quid ergo. de leg.* 3. *Alc. in tr. de noui operis nunc. num.* 29. quod nisi fiat, verba befehden / betrachten / absagen / frustratoria erunt, cum tamen semper pacta † interpretanda ac intelli- 27 genda sint, vt aliquid operentur, *l. si quando. de legat.* 1. *Zas. consil.* 12. *colum.* 2. Imo verbum quodcunque etiam minimum † in lege vel statuto 28 debet intelligi sic positum, vt aliquid operetur. *Bald. in rubr. de contr. empt. in* 11. *quæst.* II. Faciunt huc, quæ habentur in legibus Longobardorum, sub titul. *de feudis, qui vltimus est in lib.* 1. vbi gloss. etiam feudum pro inimicitia interpretatur, eaque intelligenda est, licet nullum damnum datum sit.

Hinc etiam diffidationes † à Germanis vo- 29 cantur Feindbrieff / vt omnibus notum est.

III. Mens & intentio statuentium semper attendi debet. *l. in conuentionibus, de verb. signif.* Et vbi dubia est † intentio disponentis, semper 30 recurritur ad causam finalem, ex qua eam colligimus & interpretamur. *c. intelligentia. de verbor. signif. l adigere. §. quæuis. ff. de iure patro. l. cum mulier. ff. solut. matrimon. l. scire oportet. D. ff. de excus. tutor. Alex. consil.* 245. *num.* 2. *lib.* 2. Et quælibet dispositio † restringitur ob suam causam finalem. *l.* 31 *cum pater. §. dulcissimus. de legat.* 2. Sed causa finalis de reprobandis atque tollendis diffidationibus sub pœna pacis publicæ fuit, ne ad arma peruenireturr, sed eorum strepitu represso, quilibet ciuis via ordinaria ius suum persequeretur, eique acquiesceret, vt in constitut. Wormat. de Anno 95. sub art. Friedbott, & in ead. de Anno 21. circa fin. princ. liquidissime apparet.

Quare quod armata vis diffidationibus accedat, nemo facile dixerit. Contrarium enim
32 † contrarium non debet operari, *l. in iis, ff. de leg.*
33 *& ibi Zaſ. nu.* 10. Nec inducta † ad vnum finem operantur alium vel contrarium, quia actus a-
34 gentium † ex intentione regulantur ac operationem ſortiuntur. *l. non omnis ff. ſi certum. pet. & ibi Doctor.*

IV. Conſtitutio ab Anno 21. ad augmentum pacis publicæ, vt & conſtitut. de Anno 55. §. Wir ſetzen/ ꝛc. introducta eſt, vt primi §. verba expreſſe ſonant ibi, mit etlichen nottürfftigen Sätzen vnd weiter Erklärungen. Cæterum ſi vis armata diffidationibus accedere deberet, non augmentum per conſtitutiones eas factum, ſed eadem cantilena à Carolo V. repetita, actusque fruſtratorius ab eo ſuſceptus fuiſſet. Ea vero, quæ prætendunt augmentum, non debent parere diminutionem, *leg. ſi mancipia, in princip. cum gloſſ. de fide inſtrumen. Zaſ. conſilio* 13. *numero quarto & ſeptimo, & conſilio* 14. *numero* 4. *lib.* 2.

35 Et ſtatutum Princeps ita † interpretari debet, ne reddatur eluſorium, *l. ſi prætor, ff. de iudic. l. fin. ff. ne quid in loco publ. Crauet. conſilio centeſimo ſeptuageſimo quinto, numero tertio, & conſilio* 155.
36 *numero* 25. dicit, quod iuris diſpoſitio † ſecundum conſuetudinem intelligenda eſt, faciunt quam plurima iura vulg. *l. ſi ſeruum plurium. in fin. de leg.* 1. *l. ſemper in ſtip. de reg. iur. &c.* Et quælibet diſpoſitio de modo interpretationem à conſuetudine capit. *Innoc. Abb. & alij c. olim, de verbor.*
37 *ſignific.* Sed diffidationes, † Abſagung / Abklag vnd Verwarung / ante vim illatam fieri ſolent, quod conſuetudo apud Germanos vigens, docet, & formæ diffidationum declarant, vtpote Sickingiacæ factæ L. G. & T. R. cum nouiſſime ea, quæ à Smalcaldici fœderis ſociis 13. Iulii Anno 42. H. B. facta eſt obſidione W. B. 9. Auguſti poſtea ſecuta.

V. Verſamur in tali caſu, in quo iure communi nulla actuali violentia opus eſt, ſed ſolus conatus ſufficit, nimirum in crimine læſæ ma-
38 ieſtatis. Nam qui mandato † pœnali non paret, ſecuritatem infringit, & hic committit in l. Iul. maieſt. *Ioan. Fab. in l. denunciamus. C. de his qui ad eccleſ. confug.* vel perduellionis, vt ſupra probatum eſt. In eo autem crimine ſolus conatus punitur. *c. vtrum. 6. q. 1. l. quiſquis. in pr. Cod. ad l. Iul. maieſt.*

VI. Et publicis Imperii conſtitutionibus & ſtatutis municipalibus, diffidatores conciuium ſuorum, etſi ad nullū actum deuenerint, capitali ſupplicio afficiuntur, vt habetur in criminali conſtit. Caroli V. promulgata Anno 30. artic. 128. Et in receſſu Auguſt. de Anno 55. §. Wir ſetzen / mihi fol. 55. & in Ordin. Bambergenſi, artic. 154. Quanto magis extranei diffidatores, à quibus plus periculi metuendum eſt, puniendi ſunt, &c. Tradiderunt quidam interpp. Nobiles mitius † in corpore puniendos, 39
quam plebeios, *l. moris. §. ſed etiam, ff. de pœn. cum aliis not. à Tiraquell. capit.* 20. *num.* 3. *de nobil.* Hi enim vltimo ſupplicio, illi banno puniuntur. Ac licet hæc non parua ſit pœna, tamen capitalis non eſt, ſed ſaltem licentia quædam offendendi. aliud vero eſt condemnare, † aliud per- 40
mittere vt occidatur. *Bald. in l. data opera. num.* 62. *Cod. qui accuſ. non poſſ. & in l.* 1. *Cod. de hæred. inſtit.* Nec ſtatim bona proſcriptorum publicantur, ſed tunc demum cum pœna 2000. marcarum auri ſoluta non fuerit, *gloſſ. final. in l. qui ſepulchra. & ibi Bartol. C. de ſepul. viol.* Et dato, non tamen conceſſo, quod pœna banni grauior ſit capitali, verum tamen eſt, quod nobilis contemnens † vel tranſgrediens mandatum Principis, gra- 41
uius puniatur, quam ignobilis, vt magna autoritate affirmat Bald. *in capit.* 1. §. *ſi quis iure. de pace iur. firm. & ſequitur ibid. Matt. Afflict. l. qui cum. §. legit. in princip. in* 10. *notab. Felin. in capit. cum quidam, num.* 3. *extra de iureiuran. Tiraquell. c.* 20. *num.* 124. *de nobil.*

VII. Diffidatores & profugi ſubditi adeo exoſi ſunt conſtitutionibus Imperii, vt & Magiſtratus, qui eos receperit, tanquam violator pacis publicæ, ad pœnam banni accuſari poſſit, vt habetur in conſtitutione Wormatien. de Anno 21. ſub titul. Friedbrecher vnd Thäter nicht zu hauſen / in fin. articuli, mihi fol. 135. Quanto magis ipſi diffidatores ad eam pœnam condemnari poſſunt, licet violentiam nondum adhibuerint, vt etſi nihil de facto attentarint, nihilominus capitali ſupplicio affici eos voluerint, vt regulariter in atrocioribus delictis ii, qui veniunt ad actum proximum, licet non perfecerint, puniuntur, ac ſi feciſſent, *l. is qui cum eo, Cod. ad l. Cornel. de ſicar. l. ſi quis non dicam, Cod. de epiſcop. & cleric. cum aliis notat. à Capicio, deciſ.* 155. *num.* 16. Niſi ſimile delictum hoc atrox in eminentioribus perſonis etiam nulla attentatione habita, quoque coerceatur, impunitum futurum eſſet. At id Status minime voluiſſe, credibile eſt. Nam Reipublicæ expedit, † ne delicta maneant impunita, *l. ita* 42
vulneratus. ff. ad l. Aquil. circa fin. l. ſi à reo. §. id quod. ff. de ſide inſt. §. 3. *Inſtitut. ad l. Aquil. l. congruit, & l. præſes prouinciæ. cum ſimil. de officio præſid.* Et iniuſta † eſt miſericordia, parcere pœnam debitam 43
delinquenti, *can. eſt iniuſta,* 23. *quæſt.* 4. *vbi textus notanter in medio.* Nonne innocentes exitio tradit, qui liberat multorum exitia cogitantem? *Thom. Gramm. deciſ.* 94. *numero* 6. *& deciſ.* 36. *nu.* 10. *vbi omnino vide.* Et niſi Status pœnam banni diffidanti irrogari voluiſſent, diffidantiam pro delicto fractæ pacis non habuiſſent. Nam delictum † non eſt, vbi pœna non eſt, 44
prout eſt text. *in l.* 1. §. 1. *ff. ne quis eum qui. & ibi Alex. quem refert & ſequitur Blonius in ſua praxi, in §. viſis, num.* 41.

IIX. Conſiderandum in conſtit. Worm. & aliis

aliis, de pace publ. varia facta referri, nimirum, daß von Zeit dieser Verkündigung / niemands / von was Würden / Standes oder Wesens der sey / den andern Befehden / Bekriegen / Vberziehen / Belagern / Schlossz / Stätte abtringen / oder durch gewaltige That freffentlich eynnemmen soll / vbi vero plura facta † coniunguntur in eadem dispositione, qualitas opposita inter aliqua vnius facti, non qualificat aliud factum, licet ambo facta regantur eodem verbo (quod tamen hic non est) *glos. in clem. ne Romani, in verb. cæcus, de elect.* Etiam qualitas † vni adiecta, censetur alteri denegata. *arg. l. cum prætor, ff. de iud. & c. nonne, de præsumpt.* Et si qualitas, mit gewaltiger That / æque in diffidationibus, vt in vi expulsiua violentis deiectionibus & inuasionibus interuenire deberet, verba ista, vorwaren / abklagen / absagen / cum similibus, frustra in constitutione posita essent: Verum † verba legis vel constitutionis non debent intelligi, vt sint frustranea, *l. ait prætor. in verb. frustra. ff. de iureiur.*

IX. Hisce rationibus accedit & Schurffii non contemnendi ICti autoritas, qui *consil. vlt. cent. 3.* diffidationes † coniurationibus & conuenticulis ad turbandam pacem, & suscitandos tumultus tendentibus æquat, eaque in effectu idem esse dicit. Cum ergo diffidationes & conspirationes tendunt ad turbandam pacem, eam de facto turbatam esse debere, dici non poterit, sed de præparatoriis cogitatum esse sufficit. De potentia enim, † quæ est propinqua ad actum iudicamus tanquam de actu, *gloss. Bartol. & Bald. in l. pen. ff. de mil. test. l. 1. §. sed si in eo. vbi etiam Ba. ad Sylla. Imol. l. 2. vers. limita. C. de inoffic. test.* imo potentia ad actum reducibilis actus est, *l. quæsitum, §. illud fortasse, de leg. 3.* Et potentia nocendi inspicitur, sicut nocendi actus, *Anchor. consil. 159 quem refert & sequitur Rol. à Vall. consil. 2. num. 73. vol. 1.*

X. Non parum dominorum sententiæ tribuendum, qui diffidatione nostra cum supplicatione pro citatione ad videndum scilicet exhibita, citationem decreuerunt, qui id minime facturi essent, nisi diffidationem literalem pro specie pacis publicæ violatæ habuissent. Hi fuere H.H.L.R. pro hominibus Cameræ tum temporis habiti, quorum sententiæ postea adhæsisse videntur, qui S. de Stetten contra A. de Rosenberg in simili casu propter diffidationem processus decreuerunt: Quare dico, quod integrum † sit iudicium, quod plurimorum sententiis probatum, *capit. prudentiam. de officio delegat. capit. licet, de priuileg. lib. 6. Anch. consil. 157. num. 3.*

D.N.D. Seine böse betrawliche Wort habere formam diffidationis, aber iure communi möge er nicht erkennen / daß er eines Absagbrieffs halben soll pro fractore pacis cõdemnirt: Dañ die alte Constitution habe requirirt einen actum, vbi antequam ad actum peruenireturr, diffidationes sublatæ fuerint, daß aber jetzo im newen Religion vnd Landfrieden / im §. Gesatzt / *fol. 18.* sonderlich versehen der Absagbrieff halben / so werde doch daselbst nicht simpliciter geordnet / daß der / so abgesagt / möge als ein Landfriedbrecher vom Leben zum Todt gerichtet werden / † sondern wirt mehr da requirirt / nemlich / daß ein solcher außgetrettener sich an verdächtlichen Orten erhalte / darauß ein Actus zuvermuhten / darauff schlage er die Proceß abe / auff den Landfrieden / sonst der Iniurien halben läßt er es bey vorigem Decret bleiben. 51

D.N.R. Habe das schreiben pro diffidatione, als im Landfriedt / wölle die Ladung darumb erkennen / Aber ratione iniuriarum muß er bey vorigem Decret bleiben / die haben allda nicht statt.

D.N. Weil minæ graues, Aber darauff kein Actus erfolgt / läßt ers der Iniurien halben bey vorigem Decret bleiben / wil die Ladung abgeschlagen haben.

D.N.M. Erkennt Proceß auff die diffidation, läßt es bey vorigem Decret der Iniurien bleiben / quia diffidatio † sit actus de iure prohibitus. 52

D.N. Es sey vnum factum, vnd wölle pace Dominorum duabus actionibus ad vindictam handlen / das möge nit beschehen / der Iniurien halben sey Camera nicht Iudex. Quod ad citationem, wil er es lieber mit andern Herrn conseriren helffen / putat Cameram fundatam in Iurisdictione, quia si minor plebeius ob tale factũ capite punitur, &c. ein Standt deß Reichs tali casu non potest commodius, quam † per bannum puniri, cum Magistratui qui capite punire potest, non subsit. 53 Nam verbum befehden / iustificat causam. Est enim modus & † principium belli. 54 Ergo erkennt die Proceß / quia tamen magni præiudicii, vult audire alios Dominos.

D.N.D.N.D.N.D.N. Cameram esse fundatam in iurisdictione ex verbo befehden / & quod persona sit qualificata, daß er pflege seine minas zu exequiren.

Decretum: Jst gebettene Ladung auff den Landfrieden erkandt / in consil. 20. Iulii, Anno 56.

Ex hisce itaque rationibus, in diffidationibus † vim armatam non requiri, sed solum dolum sufficere concludo. 55 Nec mouet, quod pro communi regula vis † armata in fracta pace vulgo requiratur, 56 quia nulla regula tam certa ac firma est, quin patiatur exceptionem, & † fauendum est regulæ, nisi aperta & clara sit exceptio, 57 vt notatur *in l. 1. de regul. iur.* Et quando occurrunt aliqui casus particulares, in quibus regulæ rectitudo seruari non potest, in illis opus est flectere & incuruare regulam per dispensationem, prout tradit Card. Alex. *in c. regula. 3. distinct.* Nec inusitatum est, quod

58 secundum varietatem † negotiorum, temporum & personarum etiam regulæ mutationem recipiant, vt dicit Felin. *in c. Rudolphus. colum. 15. vers. vbi etiam didici de reg. Zas. in l. 3. §. quod Nerua. nu. 12. ff. de acquir. poss.* vbi inquit, aliquando propter aliquam vtilitatem, aut ob vitandum absurdum recedi à communibus iuris regulis.

59 Dolus autem omnino † requiritur per supra probata. Is vero cum in animo consistat, in-
60 terdum † ex indiciis perspicuis probatur. *l. dolum. C. de dolo malo. c. 2. de renunc. in 6. Dyn. in c. pro possessore. num. 4. de reg. iur. in 6. Francisc. Aret. cons. 146. num. 7.* Interdum factis ipsis & rebus. *l. non*
61 *codicillum. C. de testam.* Nam facto † datur voluntas intelligi, & plus est facere facto, quam verbo, *d. c. dilecti. de appell. Aret. consil. 281. numero 15.* Quia vero ea iudicia non parui momenti vel
62 similis efficaciæ sunt, ideo duæ † doli species à iuris interpretibus nostris sunt constitutæ. Nimirum quod vel dolus verus sit, quando de eo apparet ex indiciis manifestis, *d. l. dolum.* Vel præsumptus, quando indicia non sunt ita manifesta, seu coniecturæ non ita concludentes; vt si quis non vult restituere vel soluere illud, quod potest, vel scit, vel scire debet, se restituere vel soluere debere, *l. si procurator. de dero. §. dolo. & l. dolus. ff. mand. Alex. cons. 103. nu. 13. vol. 10. Guid.*
63 *Pap. sing. 704.* Vt igitur in his, † quæ à communiter accidentibus, sunt difficilis probationis, probatio præsumptiua sufficit, *arg. l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re mil. Ias. late in l. cum ea quæ. nu. 5.*
64 *C. de transact.* Sic & in dolo. Itaque dolus † præsumptus in causa fractæ pacis sufficit: Alias enim pax publica & eius pœna penitus eluderetur: vnde si aliunde dolus non apparet, ipsa
65 violentia † dolum probat. *l. 1. §. doli.* vbi lex inquit, qui vim facit, dolo malo facit. *ff. de vi bo. rap.*
66 vbi habetur, quod † nemo præsumitur dixisse, quod non mente agitauerit, cum aliis notatis à Marsil. *d. loc. num. 29. & seq.* Quod autem Rei nostri dolum admiserint, satis patet ex ipsorum facto, quod 170. porcos abegerunt, & insuper hanc diffid. scripserunt. Ac etsi non sit facta violentia, parati tamen erant facere, si
67 quis restitisset: attenditur † propositum & ex illo violentia dicitur. *per l. si quis ex domo, in princ. ff. de furt.* Sufficit namque terror armorum. *l. 3. in fin. ff. de vi & vi arm. & ibi Bart. ac bona additio, &c.* Dispiciendum igitur, ex quibus indiciis dolus probetur.

I. Initio dolus in nostro casu inde præsumitur, quod Rei diffidarint agentes contra publi-
68 cam Imperii constitutionem, † quæ diffidatio-
69 nes omnes aboleuit. Præsumitur † vero dolus, cum res illicita & de genere prohibitorio committitur, *l. si quis conuicij. Cod. de iniur. l. 1. ff. ad leg. Cornel. de sicar. cap. 1. de præsump. Ang. in §. præterea. num. 44. Instit. de act.* Et omne malum factum praue præsumitur actum, *cap. 1. de præsumpt.* Et
70 † quis dolose dicitur facere, quando scienter facit sibi rem prohibitam, *Ias. in l. si quis cum aliter. n. 9. de V. O.* Et dolus præsumptus † sem- 71
per inducitur, cum factum illicitum deducitur, ita tenent Angel. *in l. si vacantia. C. de bon. vacant. lib. 10. verb. intellectum istorum verborum*, quem refert & sequitur Tegius *in suo tract. crim. part. 8. numero 31.*

II. Rei diffidarunt agentes post emanatum mandatum, vt ex actis constat. Cum vero dolus à lege præsumatur † in eo, qui facit contra 72
denuntiationem, *l. virilis portio, §. si quis adierit, & ibi Alb. ff. de leg. præst. num. 1.* Multo minus potest dolo carere, qui Imperio Magistratus non obtemperat. *l. non potest. de regul. iur. Aufred. in decis. Capel. Tholos. 266.*

III. Quicumque non vult † ipse iuris forma experiri, neque admittere, vt alius experia- 73
tur, is dolo non caret, *argum. l. manifesto, de iniur. & l. diffamari, Cod. de ingen. ma.* quod nostri Rei fecerunt, vt constat ex diffidationum literis.

IV. Dolum videtur facere, qui ex aliena † iactura lucrum quærit, *l. is qui mancipiis. §. fin. ff.* 74
de inst. act. l. nam hoc naturæ. ff. de cond. indeb. l. sed & ex dolo. ff. de dolo. At licet hic dolus † præsumptus 75
sit, tamen pro dolo habetur, quia præsumptio iuris dicitur liquidissima probatio, *l. si quis loculos, ff. de manu. testam. l. licet Imp. vbi etiam Dd. de legat. 1.* Quod latius deducit Curt. Iun. *consil. 53. numero 10. & 11.* Boss. *de partu suppos. numero 34. in sua prax.* Quod autem nostri Rei ex aliena iactura lucrum quæsierint, ex narratis satis constat.

V. Cum † voluntas & propositum distin- 76
guant maleficia, *l. qui iniuriæ causa, in princip. & l. verum, §. 2. ff. de furt. l. qui Reipub. causa. ff. de iniur. c. cum voluntate. de sentent. excommun.* Et † verba 77
sint notæ passionum animi. *l. Labeo. §. id Tubero. ff. de sup. leg. l. non aliter. de lega. 3. Bart. in l. contra legem, ff. de legib.*

Nec ex errore præsumantur probata, cum eorum verificatio ex voluntate proferentis pendet, *l. penult. ff. fin. reg. & ibi Zas. num. 3. in intell. sing.* Voluntas autem ex eorum exceptionibus & defensionalibus satis appareat: Et licet alium finem prætendant, vt scilicet ad iustam transactionem adigere aduersarios possent, &c. non potest illis opitulari ille tamen: Actus enim † considerandus est ex eo, quod principa- 78
liter intenditur, non ex eo, quod incidenter resultat. *l. qui exceptionem. ff. de cond. indeb. l. si quis nec causam. ff. si cert. pet.* Et in † maleficiis spectatur 79
voluntas, non exitus, *l. si quis necandi, & ibi Alber. de Ros. nu. 30. C. ad l. Corn. de sicar.* Intentio † ani- 80
mum hominis indicat. Et hæc ex confessione Reorum clara sit, dolumq; manifestum arguat: Ergo eos ab hoc excusare nequeo, & dolum simpliciter probatũ concludo, quo probato, de vi & impetu nõ magnopere laborandum est, vt supra satis deductum, fretus autoritate recessus

Wor-

Wormat. de Anno 21. qui expresse vult. daß der Landtfried nach außweisung deß Buchstabens festiglich gehandelt werden soll. Aliud vero
81 est † diffidare, & vim armatam exercere, &c.

An elisa? Vt Agentium intentio sola diffidatione post insinuationem mandati Imperialis facta nititur: sic Rei multis coloratis argumentis causam releuare atque elidere conantur, quæ hæc sunt. 1. Quod Agentes eos spoliarint bonis, quæ Magdeburgensibus proscriptis extorserant, ac ea Reis repetentibus restituere noluerint, prout habetur in defens.
82 14. & 23. Spoliatus † vero, præterquam quod ante omnia est restituendus, *l. si quis ad se. & ibi communiter Dd. C. ad l. Iul. de vi publ.* à nemine conueniri vel accusari potest, antequam restituatur, *cap. 1. de restit. spol. in 6. Bart. in l. si te bonis. C. de iure delib. d. l. si quis ad se. nu. 7.* Idque adeo verum est, vt etiamsi spoliatus crimina spolianti obiiciat: tamen restituendus, *Abb. in c. cum quis. nu. 3. de rest. spol. Menoch. in remed. recup. poss. num. 295. & seq.* ad obulum vsque. *Menoch. d. loc. num. 300. Ias. cons. 162. in fin. lib. 1. & in l. sancimus. vers. 8. extende. C. de Iudæis. Rol. à Vall. cons. 53. nu. 25.*

II. Quod Actores bona proscriptorum in oppidum suum receperint, &c. Vt autem ban-
83 nitum † impune offendere licet, sic & receptatorem eius, *vt not. in d. l. 1. ff. de recept. l. fi. C. de fabr.* Et receptatores non minus criminosi sunt, *l. qui naufragium. §. non tantum. ff. de incend. ruin. &c.* Inprimis autem tenetur vniuersitas, si passa est subditos suos delinquere, *cap. quanta præsumptionis. de sentent. excommun. cum aliis not. ab Ancharan. consil. 158. num. 16.* Nec scrupulo societa-
84 tis † occultæ caret, qui manifesto facinori desinit obuiare, *cap. sicut dignum. §. illi etiam, de homicid. c. non inferenda. 23. q. 3.* Et facientis † cul-
85 pam proculdubio habet, qui quod potest corrigere, emendare negligit, *c. facientis, 86. dist.*

III. Quod Agentes quamuis sæpe interpellati bona reddere noluerint, & transactiones & pacta oblata semper spreuerint. Iuris autem
86 quod si aliter † spoliato consuli vel iustitia haberi nequit, etiam priuato pro recuperatione rerum suarum arma mouere liceat, *l. si alius. §. bellißime, ff. quod vi aut clam. Alciat. consil. 132. nu. 18. vol. 5.*

IV. Quod agentes non solum Magdeburg. proscriptis bona ablata restituerint, sed & commercia, & clandestinas machinationes & practicas cum iis exercuerint. Per executoriales vero banni contra Magd. emanatos, singulis commercia cum proscriptis prohibita fuisse. Non iniuste itaque Reos fecisse qui dif-
87 fidarint. Nam quod † permittente lege fit, pœnam non meretur, *l. Gracchus. C. de adult.* alias quis deciperetur autoritate legis, *gloss. 1. in fin. C. de his qui veniam æta. Ias. in l. transigere. num. 12. C. de transact.* Neque peccat, qui legis autoritate peccat, *23. quæst. 4. cap. qui peccat, & 13. quæst. 5. cap. dixit. Alexan. consil. 209. num. 7. volum. 2.* Et mandatum † Iudicis facit licitum, quod alias 88
erat illicitum, *l. ait prætor. 7. §. quod tamen. ff. de minor. Tiraquell. in tract. de pœn. in 34. consil. numero 4.*

V. Quod diffidando Actores fecerint rem nobilibus consuetam, prout habetur in Reorum exceptionibus, 5. Maii, Anno 57. exhibitis circa articulum 7. Consueta † vero inspi- 89
cienda esse iura volunt, *l. si mihi & Titio §. si stipulatus fuero, de verb. oblig. vbi Zas. post alios.* Et quanta sit vis & operatio consuetudinis nemo ignorat, & communiter tractatur per Doctor. *in l. fin. C. quæ sit long. cons.* Et inter alia consuetudo facit licitum, quod alias est illicitum, vt dicit Ias. *in l. certi iuris. C. de iudi.* Et consuetudo à pœna delicti excusat, vt dicit Bald. *in cap. 1. de feud. cogn. num. 2. & 3.* quem refert & sequitur Alexand. *consil. 172. num. 6. lib. 2. & consil. 140. nu. 8. volum. 6.*

I. Cum Rei ob præcedentes causas Actores diffidarint, ipsi dolo, qui præcipue in delictis spectatur, carere videntur, quia in casibus, † in 90
quibus lex expresse dolum requirit, quæuis causa iniusta, fatua & bestialis excusat à dolo, *l. 1. §. fina. & ibi glo. ff. de abig. Ias. in l. si id quod. de iurisdict. omnium iud.* vbi complura accumulat. Quæ cum ita se habeant, dicendum videtur intentionem Agentium elisam, & Reos ab intentata actione absoluendos esse. Cæterum quantumuis probabiles Reorum defensiones videantur, tamen meo iudicio minime ipsos à pœna fractæ pacis eximent. Nam ad 1. rationem quod attinet, ea non est probata, sed falsissima. Iuris autem est, quod qui dicit, † se spolia- 91
tum, vel violentiam, vel dolum aduersarii docere, *l. si quis ad se fundum, & ibi not. C. ad leg. Iul. de vi publ. & ibi late Salic. Ang. in §. quadrupli. num. 42. Inst. de act.* & possessionem etiam probare debet, *l. 1. §. deiicitur, ff. de vi & vi ar.* Verum cum ipsi Rei hęc bona eodem fere momento rapuerint, & sibi in continenti eripi iterum passi sint, non possunt dici possedisse, *§. item ea quæ ab hostibus. Inst. de rer. diuis. l. 3. §. eum igitur. ff. de vi & vi arma.* Sed ea remanere priorum dominorum tradit Laudens. *in tract. de bello, quæst. 7.* Ias. eleganter *l. 1. nu. 12. ff. de acquir. poss.* Ang. *in l. ab hostib. C. de capt. & postlim. reuers.* vbi *circa fin.* inquit, quod tunc demum † præda censeatur facta ca- 92
pientis, cum est traducta in præsidium ipsius, donec vero effugiat cum præda, nec sit in loco tuto, capientis dici non posse, *argumen. l. si quis in seruitute, cum l. sequen. ff. de furt.* Imo qui primus spoliauit, impune incontinenti spoliari potest, *l. 3. §. eum igitur, l. qui possessionem, ff. de vi & vi arm.* Quo loco Bart. hanc sententiam probauit, quem secuti sunt Ias. *in l. clam possidere. §. qui ad nundinas. nu. 25. ff. de acq. poss.*

II. Nec Actoribus incommodare poterit, quod bona proscriptorum in oppidũ suum re-

ceperint, quia ea bona non sunt ciuium M. sed tertii cuiusdam, scilicet mercatoris L. vt deponunt testes, ideoque ob eam receptionem illis nihil imputari potest. Receptio namque est de
93 natura boni, cum natura † constituerit coniunctionem inter homines, vt alter alteri prosit, *l. vt vim. ff. de iust. & iure.* Et non leue peccatum est,
94 hospitii † caritate proximum defraudare, *cap. non satis est. distinct. 85. cap. charitas. §. proximos autem. de pœnitent. distinctione 2.* Et quæ de pœna receptantium allegata sunt, tunc demum locum habent, si scienter ij receptati sint, secus vero si ignoranter, *gloss. in l. 1. ff. de recept.* quam ibidem sequitur Bart. & post eum Rom. *consil. 473.*
95 quia scientem † non ignorantem lex vult obligari, *l. generali. C. de tab. exhib. lib. 10.* Cum itaque negotiator Luneb. dixerit, bona ad se pertinere, merito ei subuenerunt. Nec culpa est
96 † si bono viro credatur, vt dicit Bald. *in l. qui fortuitis. ad fin. C. de pign. act.* Rei autem nullum ius in iis habuerunt. Quilibet namque suo contentus esse debet, nec quę alterius sunt concupiscere debet, *l. si constiterit, & ibi Cast. not. nu.*
97 *5. C. fin. reg.* Nec culpa † in qua quis versatur alii obiicienda est, *l. item verba illa, ff. de const. pec. l. viro atque vxore. 39 ff. sol. matrimon. l. in arenam. C. de inoffic. testam.*

III. Non obstat Agentibus, quod Rei crebro & frequenter eos de solutione 1500. Thal. in-
98 terpellarint. Non enim † interpellando debitores constituuntur, sed obligationem præcedere oportet. Obligatio namque mater est actionis, *l. liuet. 42. §. ea obligatio. ff. de procur.* At Actores Reis nulla ratione, neque ex contractu, neque ex delicto obligati fuere. Quare non saltem contra iuris regulas sine actione experiri voluerunt, *l. si pupilli. in fin. ff. de negot. gest. l. quotiens tutor. §. tem si temporali. ff. de admin. tut.* cum nulla
99 sit actio, † quam non præcedat factum aliquod præiacens, ex quo oriatur, Zas. *in l. si quum seruum. nu. 6. ff. si cert. pet.* Sed & cum detrimento Agentium locupletari voluerint, id quod iuri naturæ auersatur, *l. iure naturæ. de reg. iur. l. nam hoc natura. 38. ff. de cond. indeb. l. plane. ff. de pet. hered. c. locupletari. de reg. iur. in 6.*

IV. Nec eæ obiectiones elidere intentionem Actoris poterunt, quia non sunt probatæ.
100 Nec in dubio † est præsumptio, quæ non sit delicti vel doli exclusiua, *l. merito. 51. ff. pro soc. c. ex*
101 *eo. de reg. iur. in 6. & ibi Abb.* Homo † namque homini debet obsequium, *l. seruus. ff. de seru. export.* Et nemo facile præsumitur ea subuertere voluisse, quæ prius magno labore perfecerat, *argum. l. scimus. 36. C. de inoffic. test.* Si nec in dubio
102 quis præsumitur, † velle delinquere, sed semper præsumptio est bonitatis & innocentiæ, nisi contrarium ostendatur, vt *in d. l. merito, ff. pro soc.* Et huc accedit: quod in executorialibus, seu formula banni tantum abest, vt cuiquam facultas concedatur diffidandi exercentes commercia cum proscriptis, vt ne quidem aliæ pœnæ contra secus Agentes statuantur, dann daß jhre Wahr vnnd Gütter zu gleich andern deren von M. Güter preiß gemacht vnd erlaubt seyn sollen.
Forma vero † banni diligenter est obseruanda, 103
vt tradit Bald. *in l. 3. num. 4. C. de fid. instrum.* Nec illud vlterius extendendum, quam se eius verba extendunt: cum personalia statuta omnino sint odiosa & restringenda, *Bald. in l. illud. C. de SS. Eccl. Bar. in l. fin. §. fin. ff. de his qui not. infam. & in l. transigere. C. de transs.* Imo etsi exercentes cum iis commercia pari pœna digni essent, tamen antequam fiat † executio, requiritur de- 104
claratio (banni) Iudicis: ita notanter dicit Phil. Franc. *in c. cum secundum leges, §. confiscationis, de hæret. in 6.* Idem voluit Archidiac. & Ioan. And. ibi, & idem Archid. *in c. 1. de homicid. in 6.* Eleganter Bald. *in vsib. feud. de pac. ten. num. 3. in pr. c. hic finitur lex.* Et quid Dd. autoritates prodest allegare? cum ipse Carol. Imp. † in const. Wor- 105
mat An. 21. & in Augustana An. 48. sub rub. von Peen der Friedbrecher expresse statuerit contra pacem publicam Agentes, præuia citatione & declaratione banniendos esse. Hunc iuris ordinem cum Rei non seruauerint, excusari non possunt.

V. Quæ de consuetudine allegantur, de bona consuetudine, & non de abusu intelligenda sunt, *cap. fin. de consuet.* quod ad hoc allegat Zas. *d. l. si mihi & Titio. §. si stipulatus fuero, num. 5. ff. de V. O.* Nec consuetudo † ad vitia & peccata ten- 106
dens valet vel excusat, sed tanquam dilecti nutricula abolenda est, *c. abolendæ, de sepult.* Et quanto mala consuetudo magis protenditur, tanto plus est detestanda; cum peccatum † diu- 107
turnitate temporis augeatur, non minuatur, *c. cum habet, circa fin. cap. cum tanto. de consuetud. Zas. cons. 14. num. 106. lib. 1.* Nihil itaque consuetudo ista praua Reis proderit: imo allegata tantum est, & non probata. Constat etiam iure notissimo, quod consuetudo † in iudicio al- 108
legata probanda sit, vt Dd. communiter *in cons. & lecturis suis* tradiderunt. Cyn. *in l. 1. in prin. C. quæ sit long. cons.*

VI. Vltimo ad 6. fundamentum quod attinet, nimirum, quod quælibet etiam iniusta causa à dolo excusat. Id axioma limitari tradiderunt variis modis, & quidem vt non excu-
set à † pœna statutaria, quarum complures re- 109
fert Ias. *in l. iuste possidet. num. 32. ff. de acquir. poss.* Et quamuis Zas. *cons. 25. num. 9. lib. 1.* id iuxta dist. Ang. *in l. plagii. C. ad l. Fab. de plag.* intelligendum putat, sequutus Mynsi. *obs. 98. 3. cent.* tamé, quando quis † faceret actū, qui esset de genere pro- 110
hibitorum, iniusta causa non excusaret à dolo, & post Innoc. *in c. sane. de offic. ord. Bald. in l. de quibus. ff. de leg.* At nos hic in pœna statutaria ac in genere prohibitorum versamur, quare facto nostro generaliter illud axioma non accommodari, sed secundum eius limitationes regula-

gulari debet. Cum itaque argumenta à Reis pro-
lisione adducta, penitus sint irreleuantia,
121 sicuti plerunq; in mala † causa nullum felix patrocinium esse solet, vt Zas. eleganter inquit *in l. cum si cui stipulatus. num. 2. de verb. oblig.* Tandem concludo, † intentionem Agentium elisam non esse, & vt intentionem Agentium Rei non infregerunt, sic nec petitioni ipsorum factæ in conclusionibus 9. Iun. Anno 60. exhibitis, locus esse potest; nimirum vt Agentes tanquam contemptores Cæsar. executorialium, & per consequens Rebelles Cæs. Maiest.
113 in bannum declarentur, idque præcipue † duabus de causis. Ac primo quidem, quod Rei per viam exceptionis Agentibus, crimen rebellionis obiecerint. Iuris autem est, quod quando
114 crimen † obiicitur per modum exceptionis, etsi de eo constet, quod accusatus inde puniri non debet: quia ad hoc non fuit actum, & modus agendi inspici debet, iuxta *c. 2. de ord. cogn. & cap. super his, de accus. Bart. in l. 2. §. si publico. & ibi bona addit. ff. de adult.* Nec debent ea, quæ ad vnum effectum deducta sunt, contrarium vel alium operari, *l. legata inutiliter, ff. de adem. leg.*
115 Deinde, quia quis se prius † saluare debet, quam alium inculpare, *l. is qui reus. sup. ff. de publ. iudic.* per quam legem Ioan. de Imol. in crimi-
116 nalibus † reconuentionem non habere locum dicit, &c.

Diffidationis recognitio cum per procuratorem facta sit, dicendum videtur Reis obesse
117 non posse. Nec etiam confessio † procuratoris nocet Domino, *l. certum. §. sed ait prætor. ff. de confess.* sicut nec confessio Archiepiscopi & Capituli Ecclesiæ nocet, *traditur in c. 1. de rebus eccles. non alien. lib. 6. per Socin. consil. 22. lib. 1. num. 9.* Cæterum quicquid illis locis dicatur, confessionem procuratoris domino nocere; puto, cum illa per modum contentiosæ iurisdictionis sit facta. Tunc enim præiudicat, sicut & sententia præiudicat, *l. Plautius ait, ff. de proc. & l. 4. ff. de re iudic.* Secus vero esset in voluntaria confessione, quia talis non præiudicaret, *d. l. certum. §. sed an ipsos.* quo casu loquuntur Dd. in contrarium allegati. de qua re extat *decis. Capell. Tholos. 391. vt ibi Aufrer. late cum ius, quæ tradit Ias. in l. 1. §. si procurator. num. 16. & 17. ff. si quis ius dic. non obtem.* Tangit etiam de hoc nonnihil Afflic. *decis. 129. num. 10. & 11.*

Nunc ad postremam partem relationis accedendum est, ac diligenter considerandum, quid pronun-
118 ciandum, cum diffidationes † dolo interueniente species sint fractæ pacis, vt ex superioribus patet, ac ita pœnam banni mereantur Rei nostri iuxta 3. articulum constitutionis Wormac. & in bannum declarandi essent, sed quo minus id in singulis procedat, personarum qualitas, quæ in lite sunt, & natura actionis intentatæ facit. Nam cum tres citati fuerint ad videndum, nimirum H. R. IH. & T. S. prior mortuus est, & licet eius frater H. litem susceperit, & persecutus sit, non tamen an vel heres, vel tutor, vel defensor sit, constat. Imo etsi de eo constaret, tamen sententia banni in ipsum ferri non posset. Quia actio † fractæ pa- 119
cis non transit ad hæredes, siue ante, siue post litem contestatam, vtpote ex delicto publico descendens, *§. non autem omnes. vbi gloss. & Dd. Inst. de perp. & temp. act.* Nec pœna pecuniaria affici poterit, cum quoties pœna † partim fi- 120
sco, partim accusatori applicando petitur, causa criminalis esse censetur, vt colligitur ex dictis Baldi *in l. 1. num. 6. C. de iud.* vel potius mixta, vt putat Ioan. de Arnon. *singul. 41.* Et ita hæc pœna ad hæredes non transit. Per mortem itaque R. perempta est instantia, *Mynsing. cent. 2. obseruat. 98.* Cæterum ad alios, nimirum H. & S. quod attinet, si vterque se, prout decet, legitimauerit, & etiam adhuc in viuis sunt, voto meo eos omnino in bannum declaro.

Nam iuris expediti & indubitati est, quod si plures † æque principaliter delinquant, omnes 121
insolidum teneantur, atque de delicto pariter puniri possint, *l. item Mela. §. si plures. & ibi Bartol. & Bald. ff. ad legem Aquil. idem Bart. in l. semper. §. 2. ff. quod vi aut clam. gloss. & Dd. plene in c. significasti, extra de homicid.*

Nec hic alterationi pœnæ locum censeo esse, cum non simus in casu tali, de quo ordinatio loquitur sub tit. Von Gewalt deß Cammersgerichts die Acht vnnd Fren derselben betreffend. Nec causæ cur illa commutatio pœnæ fieri debeat, subsint, de quibus Alciat. *decisio. 287. num. 7.* Si vero vnus vel ambo mortui sunt, pronunciandum, vt supra: saluo aliorum iudicio.

D.D. Quoad legitimationes, eas omnino requirit, repetit fractæ pacis accusationem intentatam.

An elisa: præmittit, quod Rei nudi diffidantes fuerint, quodque istam diffidationem coram commissariis effutierint, locumque soluendi 1500. WB. expresserint, vt in 7. posit. & ibi testes. Denique quod coram dictis ordinariis ratione huius diffidationis, sæpe hinc inde Wechselbrieff commutarint cum ordinariis partes, deponit 3. testis agentium ad 1. 2. 3. articulum. Hinc concludit diffidantes non fuisse vagabundos, neque diffidantes immediate sub Imperio fuisse. In iure præmittit, constit. fractæ pacis in casu diffidationis nudæ, exercitium iurisdictionis Cameræ non prius nec aliter concedere, quam si ordinarii iustitiam administrare, vel diffidantes gladio punire negauerint. Non sum immemor quæ Correfer. præcipue in 6. 7. 8. obiectione adduxit: Illa namque in ista causa mihi non satisfaciunt, cum status Imperii, Anno. &c. 48. Augustæ, in §. Als sich dann / &c. cum seqq. aliquot, fol. 94.

Item,

Item ordinatio *p. 2. tit. 14.* aliam declarationem verborum & rerum in priorum constitutionum verbis, modus diffidationis, imo gradus Instantiarum, & requisita quædam antecedentia iurisdictionem Cameræ expresserint, atque vt ibi est videre, promulgauerint. Adde, quod eadem hæc declaratio in ordin. Anno 48. *fol. 105. fac. 2. titul.* Daß weder sie/ so außgetretten / præsertim diffidationem præcessit, & vt præcessisset, tamen iurisdictio Cameræ non ex claris constitutionis verbis, sed solummodo interpretatione fundata possit videri. At interpretandi facultas † non penes Cameram est, 122
sed ipsum constituentem, *l. si innouatione. C. de sacrosanct. eccles. Ias. in l. ex facto. num. 4. ff. de vulg. & pupil. substit. tut.* Cautius itaque accusatores egissent, si consilium commissariorum secuti fuissent, & ordinarium pro administratione iustitiæ requisiuissent. Qua denegata rectius Cameram imploraſſent. Ergo præmissis præmittendis de legitimationibus, concludit Reos absoluendos ab instantia, & causam remittendam ex officio, compensatis expensis: & tunc demum deducta per Correfer. locum habent. Stratus hic nullam declarationem, quæ allegatur, facere voluerunt. (Nec enim ea opus fuit:) sed contra subditos malitiose excedentes & diffidantes conciues suos constitutionem istam promulgarunt, id quod initio ex verbis Vnderthanen / & postea deß andern außgetrettenen Vnderthanen / & alus in toto §. itto patet. At nos non versamur in causa der Außtrettung. Nec enim nostri Rei vlla ratione dici possunt Außgetrettene / cum nunquam subditi vel eorum potestati subiecti fuerint, prout initio habetur in constitutione Wormac. de Anno 21. sub titul. Friedbrecher vnd Thäter nit zuhausen / mihi fol. 135. in constitut. August. de anno 1555. mihi fol. 95. §. Alsdann auch deren / &c. *cum aliis subsequentibus.* Sed Rei nostri vtpote vagabundi non subditi Actorum H L. sub §. constitut. Wormac. de Anno 21. sub rubr. die Peen aller Friedbrecher comprehenduntur, & ex ea ius suum non ex constitutione der außgetrettenen Vnderthanen accipiunt, & ita non sub ordinario, cum nullum habeant, sed sub Camera sententiam expectare coguntur. Idem etiam statutum in Recessu August. de Anno 48. mihi fol. 43. sub rubr. die Peen der Friedbrecher.

D. N. VH. Concludit cum Corref. breuiter, probatam esse sic diffidationem pro denunciatione & initio belli. Henning. *cons. vlt. num. 23.* non dubitat, quin diffidationibus pax publica violetur, *Henning. d. consil.* Ius commune non requirit actualem actum, & constitu-
tio † pacis publ. non derogat ei, sed ius com- 123
mune declarare & augere voluit: lex concussiones prohibet, *l. 1. & 2. ff. de concuss.* Similiter veritas congregationes, etiamsi nullus effectus sequatur. Disiunctiuæ † natura est, vt disiungat, 124
& non copulet, *l. cum pupillus. §. disiunctiuæ. ff. de cond. & demonst. Dyn. in l. locupletari. de reg. iur.* Nec requirit disiunctiua veritatem omnium disiunctiuorum, Bald. *d. §. disiunctiuo. Aret. in l. si quis ita. in princ de V.O.* considerat particulam Noch/ quę disiunctiua est, ita vt non necesse sit, hic adesse omnes qualitates, dolum interuenisse, *Bald. in c. super literis. de rescript. nu. 11. c. 1. extra. de præsumpt.* vim armatam non requirit. Actionem probatam concludit.

An elisa sit? Ambos Reos cum in vitiis fuerint, in pœnas constitutionis condemnandos: causam tamen ad plenum Senatum deferendam, & posse mutari pœnam ordinariam in mulctam pecuniariam, *ex l. 1. ff. de extraordin. crimin.*

D. N. Quantum ad causam principalem, videndum, an huiusmodi diffidationes sub pœna fractæ pacis contineantur: Nam simplex diffidatio Beuehden? dubitat primo ex aurea bulla, & constitutione Francfordiana, & † dif- 125
fidationem esse accipiendam cum effectu. Sed præsuppositio, quod diffidare sit denunciare bellum, non excusat Reos à delicto vel dolo, cum negari non possit, quin propter insinuatum mandatum in manifesto dolo constituantur, & causam communem probatam ex literis dictis, non elisam. Sed quia diffidatio nostra, quæ in terminis nudæ & simplicis denunciationis mansit, non adeo magna, vt vis dici possit conditione modificata, sic minus periculosa; & periculo occurri potuit, & ipsi mutare propositum ruinæ potius, qua facta putat pœnam banni in pecuniariã mutandam esse. quod fieri posset, vt antea dictum est, *Mynsing. obs. 30. cent. 2.* idque etiam per constitut. de Anno 48. permittitur, sic singulos Reos in pœnam 500. flor. vmb jhrer verhandlung condemnandos, cum expensis in pœnam talionis.

D. N. S. Diffidare etiam respicere priuatos. Et an sufficiat diffidatio ad pœnam fractæ pacis, repetit rationes Correfer. sed non sufficere, quia vbique in dispositionibus fieri mentionem actuum & factorum. Nec qui cogitat facere, sed qui diffidat, facit. Vis † publica dici- 126
tur, quæ armis committitur, *l. 3. §. penult. ff. ad l. Iul. de vi publ.* Poni in constitutione, sahen / berauben / sed non quodlibet horum sufficere, vt in pœnas condemnetur. Et sic in hoc nostro casu, etsi quis se paret ad arma, & desistat, non tamen incidit in pœnas, § Vnd ob sich zutrüge/ *tit 9 p. 2.* Quomodo ergo diffidans puniri poterit, cum sit potius munitio quam offensio, *fol. 138.* diffidare, oder beschädigen. Nullum præiudicium extat, quod diffidatores pro pacis publicæ violatoribus damnati sint. Si factum † debet esse qualificatum, quanto magis in- 127
tentio & animus: Puta actionem non probatam: & cum non entis nullæ sint qualitates,

ideo

ideo non potest moderari, sed si fieri possit, sibi non erit contrarium.

D. N. Berlisdorff.

Nullitates nullas; factum nostrum non contineri sub pace publica. A dolo excusari posse; Cameram Iudicem esse non posse: absoluendos Reos: & compensandas expensas.

VOTVM XVI.

In causa N. contra N.

An interuentionales articuli in causa pignorationis admittendi sint?

SVMMARIA.

1 *Pignorationis duplex punctus: & qualis sit.*
2 *De quo puncto pignorat. hic sit quæstio.*
3 *Quid in hoc puncto conclusum sit in Camera, Anno, &c. 59.*
4 *In prima instantia quilibet interuenire potest pro suo interesse.*
5 *In causis pignorationum prima instantia est Camera.*
6 *Obiectionis solutio.*
7 *Decisio huius quæstionis.*

QVærebatur in Camera, an interuentionales articuli in causa pignorationis ex parte fratris eius, qui mandatum prius obtinuerat, & iam in puncto citationis ex Actore factus erat Reus, soluſq; audiendus videri posset, producti, sint ad probandum admittendi? Et non meminerunt Domini, in causa pignorationis vnquam interuentionales productos esse. Sed an de iure communi produci possint, videndum.

1 Duplex est † punctus pignorationis: alter in puncto mandati, alter in puncto citationis. In puncto mandati hic non sumus, quia pari-
2 tum est: sed in † puncto citationis. Cum igitur
3 in pleno Senatu † conclusum sit An. 59. quod in causas pignorationum in puncto citationis possessorium plenissime disputari & definiri possit ac debeat in Camera, ita vt non pariat præiudicium. Eo præsuppositio iuris est, quod
4 in prima † instantia quilibet interuenire potest pro suo interesse. Sed in causis pignoratio-
5 num † prima instantia est Camera. Ergo non potest coram alio Iudice conuenire, vel interuenire, vel ius suum deducere quam coram Iudice Cameræ, quia non habet alium ordinarium, quam Cameram. Nec mouet, quod non sit nominatus in processu, nec etiam pignora-
6 tus: quia venit † ad hanc causam in puncto citationis, non via actionis, sed defensionis, quæ defensio illi denegari hic in Camera etiam in causis pignorationum tanquam interuenienti
7 nō debet. Putarem igitur † illos articulos interuentionales in hoc processu pignorationis admittendos, propter doctrinam Dd. *in c. cum super, de sent. & re iud. & in l. sæpe. ff. eod.* Accedit quod iuris est, quod in dubio Iudex semper admittere debet articulos, cum clausula tamen, saluo iure impertinentium, *l. si duo patroni*, §. *idem Iulianus, vbi pulchre Iaſ. ff. de iureiuran.* Et ita pronuntiatum in Camera, licet plurimi essent in contraria sententia, in causa Frid. von S. contra N. N. mandati 2. der Pfändung/7. April. Anno 68.

VOTVM XVII.

In causa N. contra N.

SVMMARIA.

1 *Exceptio pignorationem non suo iussu, licet per suum præfectum, factam esse, &c. num impediat pœnam.*
2 *Si præfectus neget se mandato sui domini pignorationem feciſſe, quid faciendum.*

IN causa pignorationis, cum ad paritionem docendam pignoranti esset iniunctum sub pœna declarationis: ille exceptiones produ-
1 xit, † pignorationem non suo iussu, licet durch seinen Amptman / factam esse. Et ideo videtur quod propter defectum præcipui requisiti & constit. huius essentialis, quia negatur mandato Comitis pignorationem factam, declarare non potuit in pœnam, nec iniungere vlteriorem paritionem, quia non auderet postea non
2 parentem in pœnam condemnare ob dictam exceptionem, quod præfectus negat se mandato sui domini feciſſe. Quare per sententiā † dem Amptmann iniunctum fuit, vt in specie deducat, quo nomine & iure pignorarit, cum clausula euentualis declarationis. Et hoc ideo, quia omnino nouus & casus specialis in Camera fuit, licet alii contrariam sententiam maluissent eligere, scilicet paritionem iniungere, cum constet, pignorantem præfectum gerere negotium Comitis, suamq; habeat administrationem, & nullibi alias ille officiarius possit conueniri, nisi in Camera. Sed prior obtinuit in causa S. contra R. 15. Maii, Anno 68.

VOTVM XVIII.

In causa S. L. curat. actor. contra L. L. H. & Consortes.

Vtrum iussus, seu ratihabitio Domini circa pignorationem à subditis factam, statim intelligatur (præsumptiue saltem) probata, si de interesse ipsius Domini aliquo modo possit constare.

SVMMARIA.

1 *Ius domini, cuius nomine pignoratio facta est, probari debet, &c.*
2 *Vnico testi, absque iuramento deponenti: Item subdito absque relaxatione iuramenti, quo domino est obligatus, an fides haberi debeat.*
3 *Confessione famuli an præiudicari possit domino.*

4 Rati-

4 *Ratihabitio mandato non comparetur & n.24.*
5 *Mandans rem per suos pignoratam restituere, an propterea videri possit pignorationem fieri iussisse.*
6 *Conniventia in causis pignorationum differt à mandato & iussu domini, &c.*
7 *Princeps aut dominus naturali æquitate tenetur subditos suos in licitis defendere.*
8 *Vtrum commissio impetrata concernens iurisdictionem, vel alia iura inter dominos controversa, recte ad subditorum ius priuatum referri possit.*
9 *Ex diuersis non sit bona vel recta illatio.*
10 *Obiectio.*
11 *Interesse, de quo in pignorationis causa agitur, quomodo considerandum & distinguendum sit.*
12 *An probatio interesse, iussus vel saltem ratihabitio in pignoratione præsumi possit.*
13 *An subditorum pignorationes priuatæ ad Cameram trahi possint: & Principes inuiti subditorum causas priuatas suscipere cogantur.*
14 *Pignoratio subditorum etiam ipsius domini interesse quodammodo concernit.*
15 *Interesse non semper arguit iussum, vel saltem ratihabitionem domini, in causa pignorationis. Item nu.16.*
17 *Factum non præsumitur.*
18 *Duo coniunctim requiruntur, vt mandata in pignorationis causa emanata, subsistere valeant.*
19 *In casibus difficilioris probationis, quæcunque haberi potest, admittitur.*
20 *Limitatio huius sententiæ seu dicti.*
21 *Probatio debet esse certa, & necessario concludens.*
22 *Dubia probatio contra probantem sumitur & explicatur.*
23 *Mandatum illicitum nunquam præsumitur.*
25 *Iussus facti est, ideoque probandus, non præsumendus.*
26 *Verisimilitudinis effectus.*
27 *Iuramentum decisorium, quando à Iudice sit deferendum.*
28 *Quid intelligendum sit per vocabulum Gränz.*
29 *Princeps non præsumitur illicita mandasse.*
30 *Ratihabitio eius quod nostro nomine gestum est, tam tacite, quam expresse fieri potest. Ratihabitio vel tacita vel expressa est.*
31 *Probato interesse & tacita ratihabitione, probari potest & iussus.*
32 *Sententia lata.*

Tenor Mandati.

WEwol Klägere gleich jhren Voraltern die Possession / vel q. vmb gewehr deß Waldts W. SB. genannt / vnnd ohne mittel vnter das Ampt L. gehörig / ab immemoriali tempore mit aller Nutzung / Ober vnnd Gerechtigkeit nichts außgenommen / gerühiglich herbracht / so sey doch his non attentis, H. R. L. G. Schultheiß von S. mit zuthun anderer auß gedachtem Ampt / mit Büchsen vnd Spiessen zugefahren / vnd hab den 20. April. Ao. 71. H. P. S. L. B. Schultheissen daselbst / als er auff Befelch seiner Herrschafft durch die S. Vnderthanen im Ampt V. etlich Bawholtz in berürtem Waldt abhauwen / vnd heymführen lassen wöllen / sampt den Fuhrleuten vngestümlich vberfallen. Narratur, Scultetus habe ein Pferdt außgespannen / vnd weggenommen / vnd folgends den 28. d. Mensis das abgehauwen Holtz hinweg geführet / mit außtrücklicher Anzeig / daß er dessen also von seinem Herrn Befelch hette / alles der meynung / vt creent sibi nouum ius, &c. Mandatum sub pœna 12. Marcarum auri, die abgetrungene vnd abgepfändte Pferdt (doch auff gebührliche Versicherung deß widerstellens) ohne einigen Verzug vnnd Entgeltnuß dd. Actoribus widerumb zuzustellen. Citantur præterea Rei ad docendum de paritione. Datum 17. Maij, Anno 71.

Votum D. Referentis. Submissum ratione declarationis pœnæ ob minus sufficientem paritionem & cassationis mandati respectiue. Pro cuius resolutione videndum, an Iussus † LG. 1
iuxta sententiam Cameræ latam per impetrantes sit sufficienter probatus. Ad probandum autem dictum iussum plura allegant Actores. Primo, daß der H. Waldtförster R. tempore pignorationis factæ, die Bawren abgeführt / vnd zum theil hin vnd wider im Holtz versteckt / vnnd sich öffentlich hören lassen / daß er dessen / so er dahandlet / von seinem G. Herrn / vnd den Fürstlichen Räthen Befelch hette. Sed quia hoc ipsum nec documentis, nec testibus sufficienter, vti decet, probatum existit, ideo parum, vel nihil probat. Dañ so viel deß S. Schultheissen vnd Försters Bericht belanget / iuris est indubitati, quod vel vnico testi, † vel illi, qui absque 2
iuramento, vel in scriptis, vel in causa domini sui, cui iuramento obstrictus, nec ab eo relaxatus est, deponit, fides haberi non debeat. *Anfrer. num. 43. Campegius reg 13. Damhoud. num. 6. & 16. in tract. de testib.* Quinimo etsi hoc probatum existeret, tamen per confessionem † famuli tanquam vilis personæ, Domino LG. præiudicari non potuisset. Secundo allegant iussum 3
LG. vel saltem ratihabitionem † quæ mandato 4
comparatur, ex eo colligi posse, quod equus pignoratus non prius restitutus est, quam restitutio per emanatum mandatum LH. est iniuncta. Hoc quoque argumentum, iussum L.H. † nequaquam probat: quia non sequitur, Der 5
L. hat zu gebürlichem Gehorsam deß außgangenen Mandats seinen Vnderthanen befohlen / das abgepfandte Pferd widerumb zu restituiren. Ergo so ist die Pfandung auß seinem Geheiß vnd Befelch geschehen.

Tertio dicunt, die L. Räht / haben sich dieser Pfandungssachen, wie mit allerhandt Wechselschrifften

schrifften zu beweisen) jederzeit angenommen/also auch die Rottel der Caution super restitutione eventuali, revidirt / vnnd sich gefallen lassen. Sed ne hoc quidem argumentum ad probandum iussum quicquam facit, cum meo iudicio
6 conniuentia † in causis pignorationum à mandato & iussu domini ratione proprij iuris vel in-
7 teresse longè differat. Et quilibet dominus † vel Princeps naturali æquitate suadente tenetur subditos suos, quantum fieri potest, in iuribus suis defendere, iisque in rebus licitis assistere: nec tamen ex eo iussus aliquis in nostro casu concludenter probari poterit.

Quartò allegant Actores daß sie Anno 55. eben dieser Sachen halben commissionem in Camera ad perpetuam rei memoriam contra H. außbracht/ iuxta documenta lit. E. Hoc quoque argumentum parum mihi ad rem facere vide-
8 tur, quia sunt diuersa facta, quorum † illud iurisdictionem aliaque inter ipsos dominos controuersa iura: hoc verò factum ius priuatum subditorum lignandi scilicet principaliter concernere videtur. Et certe quis credat dictam commissionem vel ad præsens ius lignandi inter subditos principaliter nunc controuersum, vel ad hanc etiam pignorationem recte referri aut applicari posse; cum & huius controuersi iuris lignandi nulla in articulis Anno 55. productis, fiat mentio. Et præsens etiam pignoratio, vtpote quæ 20. fere annis post dictam commissionem impetratam contigit, tum temporis in rerum natura non fuerit: præterea etiam præsens factum meram pignorationem: illud verò simplicem turbationem & spolium sapiat, prout ex Reorum except. sub num. 26. in §. Vors ander. Item ex 5. 9. 10. 11. & 13. articulis apparet, daß der Streit damahls fürnemblich auß angemaßen H. vbergang vnd Anschiedt halben/vnnd gar nicht dieser jetzigen Pfandung halben / quæ ius priuatorum lignandi concernit, zu thun gewesen / vnd daß solche Turbatio der Possession/ das Gehöltz in der W. H. da diese Pfandung geschehen / gar nichts angehe / vnnd derowegen die damahls außgebrachte Commissio mit gegenwertiger Pfandungssachen nicht zuthun habe. Cum igitur hæc facta sint diuersa & separata,
9 sequitur ex † diuersis bonam vel rectam illationem fieri non posse, *Roland. consil. 82. num 19. & consil. 11. num. 24. consil. 62. num. 48. lib. 3. & consil. 38. num. 6. lib. 2.*

Verum hoc loco obiici potest: imò ex dictis
10 articulis, interesse saltem † LG. etiam in præsenti causa non obscure colligi posse, cum eo ipso in loco, vel saltem in illo districtu. da den Impetranten durch den H. Pfandtinhaber die articulirte 1000. Morgen Anno 54. abgenommen worden / hæc quoque pignoratio sit facta. Ex quo quidem (concurrentibus etiam aliis adminiculis, de quibus supra) vel iussus, vel certè ratihabitio LG. præsumptiuè saltem probata videri posset. Sed ego huic obiectioni pluribus rationibus responderi posse arbitror. Primò enim distinguendum puto, vtrum interes-
11 se, † de quo in vnaquaque pignorationis causa agitur, principaliter ipsius Principis ius proprium iam quæsitum, vel in posterum quæreudum, puta iurisdictionem aliquam, respiciat. Vel an interesse illud principaliter ius aliquod subditorum puta lignandi, pascendi, agendi & similia; secundariò vero & in consequentiam ipsum quoque Principem vel dominum concernat. In primò namque casu saltem probabiliter forte dici potest, probato † interesse,
12 iussum, vel saltem ratihabitionem in pignorationibus præsumi posse. In altero vero casu (in quo nostram hypothesin versari puto) id minime concesserim. Hac enim ratione fieret, quòd omnes † subditorum causæ ac pignora-
13 tiones priuatæ ad Cameram trahi possent, sicque Principes atque Domini causæ primæ instantiæ coram ipsis ventilanda defraudarentur: atque inuiti subditorum causas priuatas in se suscipere cogerentur, quod non minus absurdum & iniquum, quam etiam constitutioni von Pfandung prorsus contrarium, & Cameræ quoque Imperiali valde molestum & graue esset futurum, cum nulla vnquam subditorum pignoratio † (licet ea maxime
14 priuata sit) contingat, quin etiam interesse aliquod ipsius domini certo modo, secundariò saltem & in consequentiam in ea non versetur.

Secundò, posito, interesse Domini LG. principaliter in hac causa versari, idque sufficienter probatum esse, quod tamen ego consideratis tam narratis mandati, quam factæ pignorationis qualitate, nullo modo concedere possum, adhuc tamen, meo iudicio, impetratum mandatum subsistere non posset. Nec enim sequitur concludenter: † Domi-
15 nus LG. in hac pignoratione interesse habet: Ergo pignoratio ipsius iussu, vel saltem ratihabitione facta est: cùm hæc duo inter se penitus sint separata, & possit interuenire iussus, vbi nullum interesse Domini versatur, & econtra Dominus interesse habere possit, vbi tamen pignoratio ipsius mandato vel iussu minime sit facta.

Ad quod accedit, quòd licet † quis inter-
16 esse aliquod habeat, imò tota causa ipsum vti Dominum principaliter concernat, mandatum tamen vel iussus nequaquam præsumatur, nisi expresse probetur, cum facti sit;
† quod non præsumitur, *Roland. à Vall. consil.* 17
26. nume. 14. & in terminis in consil. 90. nume. 46. volum. 1.

Hinc fit, quòd iuxta constitutionem pignorationis ac eiusdem requisita, quæ omnibus sunt notissima, ad hoc, vt emanata mandata subsistere valeant, non sufficit, † narrare pigno-
18

rationem noui iuris quærendi causa factam esse, & sic interesse aliquod à pignorante prætendi. Sed vltrà etiam expresse & cumulatiuè requiritur, vt pignoratio vel per aduersarium ipsum, vel per officiales mandato & iussu ipsius domini sit facta. Ex quo apparet vtrumque requiri, & vnum absque altero per se non sufficere: imò altero ex his duobus deficiente, mandatum quoque subsistere non posse.

Accedat quod supra dixi de facto illo antiquo, quod magis turbationem & spoliationem simplicem, quam pignorationem sapere videtur, ad hoc nostrum factum, illationem vix rectè fieri posse. Dato enim in illo facto interesse dominorum, puta iurisdictionem principaliter versari: ex eo tamen non sequitur, in hoc quoque facto, quod ius priuatum subditorum concernit, interesse quoque Domini (nisi per consequentiam & de interesse remoto non propinquo loquamur) versari.

19 Non releuat, quod in † casibus, in quibus difficilis est probatio, admittitur quæcunque haberi potest, *l. non omnes. §. à Barbaris. ff. de re milit.* adeò quod præsumpta & coniecturata sufficiat. *Bald. in authent. quas actiones. C. de sacrosanct. ec-*
20 *cles.* Hoc enim locum habet in antiquis, † vbi propter antiquitatem difficilis est probatio, non in casibus & factis nouis ac recentibus, quorum probatio impossibilis non est, sed per testes vel documenta bene tamen fieri potest, *Crauet. de antiq. temp. part. 1. cap. vlt. §. viso. de fama.*
21 *num. 3.* Regulariter autem probatio † certa & necessariò concludens esse debet, Roland. *consi. 27. numer. 10. par. 3.* Probatio enim dubia & obscura nihil valet, nec probantem aliquo modo releuat, *Roland. consil. 46. num. 29. lib. 3. Corn. consil.*
22 *238. incip. reperio, lit. F. volum 4.* Et dubia † probatio interpretatur contra probantem. *Bald. in l. fin. C. si minor se maior. dixer. Bar. in l. 2. colum. fin. ver. circa secundum, de duobus reis, &c.*

Cum igitur meo iudicio, nec iussus nec ratihabitio, nec etiam interesse L G. propinquum; vel quod principaliter considerari possit, sufficienter sint probata, concludo mandatum cassandum cum expensis. Ita iudicatum reperio in causa Teutschmeister contra Würtenberg die newe Schatzung der Beampten zu F. belangendt / Referente D. M. 26. Octob. An. 65. & in causa Graffen von B. contra B. zu S. 24. Ian. Ann. eod. vbi vterque citatus negabat pignorationem suo iussu factam. Saluo, &c.

Votum D. O. Causam esse dubiam, & certum esse, quòd interlocutoriæ non sit satisfactum, siquidem non est probatum, pignorationem nomine L G. factam esse. concludo igitur cum Referente.

Votum D. E. Mandatum non præsumitur, *Gabriel. lib. 2. de procur. concl. 1. num. 1. & nu. 10. ac seq.* Sed in vicario præsumitur, *Bursat. consi. 24. nu. 20. 21. & 22. Vant. de null. sent. ex inhab. seu defect. mandati. n. 94. & 95.* Ratificatio quoque præsumitur ex continua possessione, item si quis fecerit expensas, *Loffred. consi. 37. num. 2.* Sed non videtur H. commodum esse consecutum post erectionem factam, quia equus pignoratus restitutus est. Quòd si prætendatur ab Actore interesse, apud suum Iudicem consequatur. Præterea † mandatum illicitum nunquam præsumitur, *Ripa resp. 24. nu. 7.* Et ratihabitio † non comparatur mandato, quando pro forma requiritur, quòd mandatum præcedat, *Ripa resp. 90. nu. 22.* Concludit ergo cum Referente, compensatis expensis propter varias coniecturas ratificationis, *vide Bursat. consi. 33. num. 5. & consi. 24. quando ex coniecturis præsumatur ratihabitio.*

23 24

Votum D. H. R. Tametsi iussus † facti sit, ideoque probari debeat, & præsumi non possit, tamen cum præsumptiones variæ eædemq; nequaquam temerariæ allegentur, verisimilem apud me iussum faciunt. Verisimilitudo autem non † solum attendenda est in probationibus. *l.* 26
cum de ætate. ff. de probat. sed etiam quando nõ sufficit ad pronunciandum, transfert tamen onus probandi in aduersarium, *text. cum gl. in l. ex persona, & in l. siue possidetis. C. de probat. & in l. circa. ff. eod.* Iniungenda igitur videtur Reo probatio exceptionum, quæ cum negatiua sit, & probari non possit aut debeat, *c. fin. § sanè. de iureiur. c. 2. ibi glos. de purg. Can.* Iniungerem ei iuramentum decisorium † vel purgationis, quod per Iudicem 27
defertur, quando contra Reum sunt aliqua indicia vel semiplena probatio, ita vt non possit diffinitiuè condemnari vel absolui: *Maran. p. 6. de iuram. nu. 28.* Itaque si iurabit Reus pignorationem non esse suo iussu factam, absoluam, & cassabo mandatum: sin minus, vlteriorem paritionem iniungam.

25

Votum D. M. F. considerandum puto, qua mente equus pignoratus sit, & cuius respectu. Sed ratione finium controuersorum ante multos annos commissio ad perpetuam rei memoriam contra L. H. emanata, & adhuc deposita est, ac interim H. acquieuerunt, & Solmenses interea non molestarunt. Hæc autem pignoratio ad prætensos illos fines facta, ad consequenda iura, quæ inde dependent, nempe iurisdict. ius lignandi, pascendi, & similia. Et sic, meo iudicio principaliter, & magis de interesse L. quam ipsorum subditorum commodo. Inde, vt & ex aliis circumstantiis, iussum vel ratihabitionem L. cogor præsumere, videlicet propter suum interesse proprium, coadunationem hominum à Torsten in syluis factam, quod hoc ius lignandi inter ipsos subditos priuatos nunquam fuerit controuersum, cum nec sylua ipsa, nec ligna ad subditos pertineant.

Accedit assertio Forsteri, qui est minister L. & officialis. Quod autem pignoratio facta ob confines & iura inde dependentia,

ponet

ponere videtur ipsemet Reus in der Anzeig / & except. 22. Augusti, Anno 72. in quo scripto
28 † semper vtitur verbo † der Gräntzen / quod non quadrat in vero sensu limitibus priuatorum, sed regnorum & principatuum. Cum itaque contentio sit de finibus von Gräntzen / & iuribus inde dependentibus, facile videtur, non inter priuatos, sed ipsos dominos rem agi, qui subditorum opera ad hoc sunt vsi. Et quia non nisi insinuato mandato, licet sæpius essent requisiti, restitutionem fecerunt, satis de iussu vel ratihabitione constare videtur. Nam quæ quis patitur, &c. *l. semper qui non prohibet, ibi Dec. numer. 1. & 2. de reg. iur. Alexand. consil. 120. nume. 5. volum. 5. Dyn. in capit. ratihabitio. de regul. iur. in 6.* Puto igitur ad eludendum tantum mandatum, Comitemque defatigandum, & vt fiat Iudex in propria causa, exceptiones has propositas, & ideo non attendendas. Ac vtrique parti consultius, vt causa hic discutiatur, & ius suum deducant, quam vt ea per viam appellationis in Camera definiatur. Imò nec de magno H. præiudicio agitur. Concludendo putarem, non obstante der Exceptionschrifft / decernendum, quod intra certum tempus Reus causas pignorandi proponat sub comminatione perpetui silentii.

29 Votum D. N. R. Princeps † non præsumitur illicita mandasse, *Grauet. consil. 168.* In generali etiam mandato, &c. *Grauet. consil. 265. num. 5. & consil. 304. num. 4.* Interim tamen tam tacitè,
30 † quam expressè ratihaberi potest, quam nostro nomine est gestum. Tiraq. *de iure const. poss. num. 11. Vide Mascard. de probatio. concl. 125. vol. 3. vbi multa de ratificatione congessit.* Ratificatio autem in nostro casu non obscurè, si non expressè, tamen tacitè colligitur inde, quod H. & ipsius consiliarii hanc pignorationem per Forsterum factam, non improbarunt, neque contradixerunt. *Grauet. consil. 197. num. 14.* Concludit ergo partitionem iniungendam.

Votum D. M. W. Putat attendendam constitutionem in ea parte, quæ fundat iurisdictionem nostram. Ideoque requisita eius per coniecturatas & præsumptiuas probationes impleri non possunt, præsertim vbi mandati siue iussus quæstio incidit, etiamsi aliàs non dubito,
31 quin probato † interesse & tacita ratihabitione, probari possit & iussus. *Menoch. remed. 1. recup. pos. à num. 50. vsque ad 63.* Secundò quia non modò supplicans se ipsum arctauit ad probandum iussum, sed & nos, qui probationem iniunximus, sequendo narrata. Et constat etiam ipsos Solmenses vicinales hac controuersia fateri, propter vtrunq; Dominorum & Rusticorum vtriusque partis Gängen vnd Schieden / siue illi termini prouinciales sint, siue subditorum; ita vt apud me fiat verisimilius hanc pignorationem factam esse à Forstero ad instantiam rusticorum magis, quàm dominorum, sonst wür-

den sich die Oberamptleuth der Pfandung wol mehr angenommen haben. Sed intricatè deducitur, quasi Forsterus id ratione officii, & iussu generali fecerit. Sed ad hoc generale mandatum non sufficit, *Rim. Iun. in §. 1. num. 128. Instit. quib. alien. non lic.* Corroboratur etiam ex eo, quòd narrata mandati non sunt apta ad hos processus decernendos, cum præ se ferat meram turbationem, quæ Camer. Iurisdict. non fundat. Imò si dominorum magis interesset, quam rusticorum, adhuc tamen mandatum L. non esset sufficienter probatum, idque ideo, quod ipse L. fatetur, omnes causas prouinciales communes esse inter L. nec singulos tangere. Concludit igitur cum Referente, mandatum cassandum propter defectum iurisdictionis. Et sic tandem placuit per maiora vota mandatum cassandum, cum expensis.

Sententia.

IN Sachen S. contra H. mandati, † das ab-
32 gepfändte Fuhrpferdt belangent / Ist erkandt / daß solch Mandat widerumb zu cassieren vnnd auffzuhebē sey / als wir auch dasselbig hiermit cassieren / vnd auffhebē / darzu gemelte Klägere in die Gerichtskosten derhalbē auffgeloffen / nach rechtlicher ermessigung / jhme dem Beklagten zuentrichten / vnd zubezahlen fällig ertheilendt. Relata 15. Iul. Anno 76.

VOTVM XIX.

In causa I. B. contra H.

SVMMARIA.

1 *Duo casus parum differentes, in quibus tamen dissimiliter fuit pronunciatum, vt num. 2.*
3 *Varii sunt motus iudicantium, & cur.*
4 *Ratio decidendi in primo casu.*
5 *Ratio decidendi in posteriore siue secundo casu.*

NOta: In causa Herrn W. E. Graffen zu B. contra Herrn G. L. H. ꝛc. 13. abgepfändte †
1 Pferdt betreffendt / emanatum fuit mandatum contra dictum L. nomine der Gemein zu T. subditorum scil. L. qui pignorationem fecerant; & restitutio iniuncta sub pœna 8. Marcarum auri puri. In termino, (scilicet an. 85. vlt. Decemb.) verò L. exceptiones sub & obreptiones porrexit, & in iis præcipuè hoc vrget, quòd pignoratio illa non sit facta suo iussu. Item quòd eam deinceps nullo modo ratificauerit, imò quòd eius nullam scientiam habuerit, prius quàm ad eum hac de re Comes scripserit: Verum quòd subditi proprio motu & ex priuata quadam cupiditate fecerint. Atque ideo mandatum respectu L. omnino cassandum esset per notata Gailij *de pignorat. obseruat. 5.*

Comes replicando produxit Missiuam L. de dato Lichtenberg/1. Aug. An. 85. per quam ratihabitionem probare voluit. Dixit etiam ex eo satis fundari Cameræ iurisdictionem, quòd sibi lis moueatur de iurisdictione in den dreyen Dörffern/vbi facta pignoratio, die jhme doch zugehören. Sed quia nec iussum, nec ratihabitionem satis probauit, ideo etiam cassatum mandatum.

VOTVM.

Eædem partes alio tempore egerunt ex constitutione pignorationis. Comes enim E. impetrauit contra L. mandatum auff die Constitution der Pfandung zu G. abgepfandt Mehl † betreffendt / 22. Nouembr. Anno 81. Hic rursus L. excepit pignorationem suo iussu nec factam, neque etiam postea ratificatam esse, atque ideo mandatum cassari oportere. Sed hac exceptione non obstante nihilominus L. paritio vlterius iniuncta. Paruit, & postea causales produxit. Sed dubitatio incidit, cur in vno casu non æquè cassatum mandatum, atque in altero. De hoc ita perscripsit Aduocatus causæ. Præmissis præmittendis.

Wiewol nun eines jeden Referenten Gedancken vnd rationes in ertheilung vnnd cassierung der Proceß nicht allweg zutreffen / † cum varii sint motus iudicantium, Auch die Beysitzer selbst/sonderlich ratione constitutionis der Pfandung/vnd wie weit die zu extendiren/oder restringiren / nicht durchauß einerley meynung seyndt/ Also vnnd dergestallt / daß bißweilen inn einem Raht/ Proceß erkandt werden/deren man sich in einem andern nicht zugetrösten / oder versehen hette/Daher die jenigen / so in diuersa opinione, mann in den Sachen / vnnd puncto paritionis submittirt/emanatos processus schwerlich zu salviren pflegen.

So lasse ich mich jedoch bedüncken/† daß cassatio deß Mandats / die abgepfandte 13. M. Pferdt betreffendt / fürnemblich daher erfolgt/ weil H. in Exceptionibus für vnd eyngewandt/ daß die geklagte Pfandung weder durch J. F. G. noch dero Beampte vnd Diener mit J. F. G. Consens/Vorwissen/Willen / vnd noch viel weniger auß derselben Geheiß / Mandat / Befelch/ oder Ratification / darzu nicht J. F. G. zu Nutz vnd Vortheil/Sondern von denen von T. als öbersten Gemärckern / jhrem Gebrauch vnd herkommen nach/jhnen zu gutem ins Werck gerichtet / wie ich mich dann etzlicher Præiudicien / auß ebenmässiger Vrsachen cassirter Mandaten/ als Speyer contra Speyer. Item Hildesheim contra Braunschweig/vñ anderer weiß zu erinnern. Auß was bedencklichen Motiven aber diuersum in Sachen das abgepfandt Mehl betreffendt/ erkendt/kan ich bey mir nicht ermessen/ es were dañ Sach / daß der Referent darfür gehalten/ † weil in narratis ersterwehntes mandati gesetzt / vnd in den H. Exceptionibus in specie nicht abgeleint noch widersprochen/daß J. F. G. sich der Obrigkeit auff der H. oder C. M. vnnd ander gantzen Marckt anmassen / daß die Constitut. der Pfandung propter turbatam iurisdictionem tam ex verbis, quam mente statuentium, Vnd dieweil berührte Constitution eben der Vrsachen willen von den Ständē deß Reichs promulgiret/in derselben statt haben köndte. Gleichwol dem sey wie jhm wölle / ist die Hauptsache bemeltes cassirten Mandats anderer gestallt nicht in Camera, als per citationem ratione connexitatis vel continentiæ causæ non diuidendæ, wider H. vnd die von T. zugleich/oder je auff den in Replicis angedeuten weg/ *ex tit. ord. 21. p. 2. §.* Wo auch zwischen Partheyen/ꝛc. von den M. F. wider die von T. anhängig zumachē/jedoch restitutio der abgepfandten Pferd ante sententiam definitiuam nicht zuwegen zubringen / vnnd stehet demnach zubedencken/ob es rahtsamb / wann die Sache zum stande Rechtens gelangt/dieselben Pferd den Armen zum besten/prꝛuia protestatione, vñ vnvergreifflich der Litispendentz zu redimiren/ꝛc.

VOTVM XX.

In causa pignorationis N. contra N.

Ius nouum quærendum in supplicatione pro mandato ex constitutione pignorationis, in specie exprimi debet.

SVMMARIA.

1 *Supplicans pro mandato ex constitutione pignorationis, dum ius nouum quærendum allegat, illud expresse ac clare in supplicatione exprimere debet: Rationes eius quæ, num. 2.*

3 *Ius nouum quærendum in supplicatione pro mandato pignor. semper in specie exprimendum est.*

4 *Ad processus ex const. pignorationis obtinendos necesse est, vt ius nouum quærendum in loco aliquo in specie exprimatur, & idem non diuersum ac separatum ius, in cuius possessione supplicans se esse prætendit, sit.*

SVpplicans pro mandato ex constitut. pignorationis † soll nicht simpliciter turbationem suæ possessionis narriren / vnd darauff in genere affirmiren / daß sein Gegentheil durch solche Turbation vnd Pfandung jm ein newe Gerechtigkeit schöpffen wölle/Sondern er muß solch gesucht newe Ius außtrücklich benamen / sonst werden jm auff vorbrachte Narrata die begerten Proceß abgeschlagen. Ratio est, † vt scilicet ius nouum quærendum mandato specifice inseri, & pignorans contra illud suas defensiones eò plenius ac certius instituere possit. Deinde ne sub generali allegatione noui iuris vsurpati mandata ex hac constitutione fraudulenter ac iniquo extrahantur. Sic 17. Augusti, Anno 1584.

per

pro N. N. modo prædicto decretum est, ad supplicationem pro mandato de restituendo H. I. B. ratione interesse & directi dominii, vnd J. B. zu B. ratione vtilis dominii, Principal Klägern/contra H. E. B. dessen Regierung Cantzler vnd Amptmann zum E B. die 68. abgepfändte Küh belangend. Et ex his declaratur 3. requisitũ der Constitution der Pfandung/ *de quo Gail. de pignor. c. 3. num. 7.* Idem 11. Iunii, An. 85. in causa W. G. Eygenthumbs Erben contra Graff A. L. S. fuit decisum & decretum. Quamuis enim supplicantes in maiori de iure venandi locuti fuissent, tamen postea in conclusione tantum dixerunt, daß der Beklagte solches allein thue der meynung/ sie die Supplicanten an jhrem territorio, Eygenthümlichen Grund vnd Boden zu turbiren/ zupfänden/ vnd jhme eine newe/ zuvor vngewöhnliche Gerechtigkeit zuerzwingen.

Eadem denegandi ratio est, vbi ius quærendum † in specie quidem exprimitur: attamen 3 ab illo iure, in cuius possessione supplicans se esse prætendit, reperitur esse diuersum, separatum & alienum. Atque hac ratione denegatum est 26. Nou. Ann. 89. mandatum auff die Constitution der Pfandung Syndico der Statt N. zu T. contra H. G. F. M. an der B. In maiori enim allegabatur possessio iuris venandi, postea verò circa ius quærendum asserebant Actores, daß der Beklagt solches alles (videlicet die Pfandung) keiner andern meynung gethan hette/ dann jme eine neuwe Gerechtigkeit in Actorum Landtwehr vnnd Landtgraben mit verderbung/ zerhauwung/ zerlöcherung vnd verwüstung derselben zuerzwingen. Sicque apparebat ius quærendum ab illo iure, cuius possessionem Actores prætendebant longè esse diuersum. Ideo petiti processus ad narrata istius supplicationis recte fuerunt denegati. Ad obtinendum enim pro- 4 cessus † ex constitutione pignorationis requiritur, vt ius quærendum non solum in specie exprimatur, sed etiam vt à iure, in cuius possessione supplicans se esse prætendit, non sit diuersum ac separatum, sed idem. Quæ omnia diligenter sunt obseruanda.

VOTVM XXI.

In causa H. B. contra P.

SVMMARIA.

1 *Forma inuestituræ in hoc voto quæ.*
2 *Consultatio huius voti in quotnam partes distinguenda, & quæ.*
3 *Materia feudorum est tantum masculina, & cur.*
4 *Constitutiones feudales lædi dicuntur, quando fœminæ admittuntur.*
5 *Inuestitura alicui simpliciter facta, absque vlla successorum expressione, pro sola masculorum successione facta dicitur.*
6 *Verbum, Heres, est in iure commune verbum; secus in iure feudali, vbi de solis masculis descendentibus accipitur num. 7.*
8 *Pactum de admissione fœminarum hoc loco in inuestitura adiectum quomodo accipiendum. num. 27. 28. 29. 32.*
9 *Feudum in prima acquisitione cur fiat fœmineum.*
10 *Concessio feudi seu inuestitura pro masculis & fœminis facta quomodo accipienda, & an vocatio fœminarum in ea expresse fieri debeat.*
11 *Fœmina in feudo semel exclusa, an exclusa maneat. num. 14. 24. 31. 53.*
12 *Cardo litis in hac controuersa quæstione circa quæ versetur.*
13 *Opinio affirmatiua hoc loco quæ: item negatiua quæ. num. 15.*
16 *Proportio paritatis inter tam multos Doctores quæ.*
17 *Causa exclusionis cessante, cessat ipsa exclusio. numer. 44.*
18 *Catalogus autoritatum de iure feudorum cur tam anxiè hic ponatur, & quid ex eo liqueat. numero 19.*
20 *Feudo pro masculis & fœminis concesso, relicto masculo fœminæ non admittuntur, & cur: Limitatio huius regulæ à D. Ardizone posita, n. 21. qui sibi contrarius num. 22.*
23 *Lex vbi non distinguit, ibi nec nos distinguere debemus.*
25 *Vnus fratrum, si absque masculo discedat, fœmina sola relicta, illa patri suo succedit, excluso patruo masculo.*
26 *In feudo pro masculis & fœminis recepto, fœmina cum masculis tempore mortis primi acquirentis feudum extantibus num simul succedant.*
30 *Verba, donec, quandiu, quousque, quid importent.*
33 *Ius succedendi per fœminas an feudo metiendum sit, & cur.*
34 *Odium ex parte vasalli in feudi dominum quomodo considerari aut fieri possit?*
35 *Argumentum à specie ad genus in iure affirmatiuè non valet.*
36 *Sonsbecius non rectè affirmat, quod ob vnius vel alterius noui casus contingentiam, regula iuris feudalis communis destruatur.*
37 *Fœminæ vtrum in feudo pro masculis & fœminis recepto, per solam masculorum existentiam in totum excludantur, an postea masculis, qui extiterunt, mortuis denuo admittantur?*
38 *In diuersitate voluntatum ius ex vtraque parte metiendum est.*
39 *Cessante causa, effectus quoque cessare debet, & quando hac regula non habeat locum. numero 40.*
41 *Verbum, vlterius, cum effectu operandi positum censetur.*
42 *Verbum, vlterius, cum subnexa negatione positum, ad quodnam tempus referri debeat.*
43 *Fœminæ an masculis superstitibus, sint aliquo*

tempore sequenti in vita adhuc masculorum admittendæ, & exclusa filia quis includatur? num.45.

44 *Masculi extantes quando fœminas semel excludunt, & postea feudo iam possesso illos mori contingit, an tunc fœmina ad feudi successionem vlterius redintegretur? num.46.*

47 *Verba*, his deficientibus, *in conditionem suspensiuam resoluuntur.*

48 *Verbum*, deficere, *proprie est* excessisse semel; & postea desiisse esse & viuere.

50 *Verba*, donec, quousque, quandiu, *vel* amplius, &c. *quid denotent.*

51 *Verba*, Für vnnd für / deinceps & in perpetuum, *futurum tempus significant: & quid ea operentur. num.52.56.57.*

53 *In feudo emptitio, remuneratorio & acquisito per pecuniam fœmina de iure communi feudorum succedere potest. num.62.*

55 *Apertio feudi quando valeat.*

58 *Verbum*, Vorhanden / *quid denotet.*

59 *Feudum hereditarium in iure feudali quodnam, & cur sic dicatur.*

60 *Verba concessionis*, zum Erblehen / Leibserblehen / *quid significent, vt num.61.*

63 *Fœmina in feudo empto succedere potest, & cur.*

64 *Feudum precio acquisitum propriam feudi naturam non retinet.*

65 *Feudum dicitur beneficium, seu beneuola concessio.*

66 *Muti & surdi an in feudo succedere possint.*

67 *Regulis iuris firmiter inhærendum est.*

68 *AEdificium columnis subductis corruit.*

69 *Feudum aliquod contractum vel pactum si in vna qualitate alteratur, in omnibus reliquis capitulis & requisitis manere, & proprium ac rectum feudum esse.*

70 *Emptio substantiam feudi non mutat, sed præstatio census & annuæ pensionis.*

71 *Quicquid rei satis demonstratæ adiicitur, frustra & superfluum iudicatur.*

QVondam nobilis vir W. ab H. Anno Domini 1528. recepit in feudum Castrum M. & sequenti Septem. Anno scilicet 1529. cum iisdem conditionibus pagum A. cum vtriusque pertinentiis ab illustrissima & Electorali domo
1 HB. sub hac inuestituræ † forma: Zu rechten Leibserblehen auff Söhn vnnd Töchter / Als da ich W. primus acquirens Söhne von mir Ehelich gebohren / nach meinem Absterben hinderlassen würde / daß solch Lehen auff dieselbigen / vnnd nicht auff die Töchter fallen soll / da aber keine Söhne vorhanden würden seyn / als dann soll es auff die Töchter erben / vnd für vnnd für auff derselben Leibslehenserben bleiben / allweg Söhn vnd Töchter angezeigter massen fallen / Wo sich aber begebe / daß ich vielgenanter Wilhelm / oder vorgemelte meine Leibslehens Erben jtzn abstergender Linien ohne Leibslehens Erben Söhn vnd Töchter mit Todt abgehen würde / so soll als dann das obgemeldt Schloß vnnd Dorff mit seiner angezeigter Zugehöre / an Jhre Gnaden / oder dero Erben P. G. bey R. lediglich wider fallen / &c.

In facto autem contigit, vt tempore, quo moreretur primus acquirens, extarent masculi 4. vel 5. ac etiam filiæ, quæ tamen iuxta inuestituræ supra memoratæ tenorem, ac etiam communis iuris feudalis dispositionem per extantes masculos à d. paterno feudo, licet pro masculis & fœminis recepto, fuerunt exclusæ, sed filiis W. post mortem successiue omnibus ad vnum vsque Anno 68. defunctis absque vllo descendente, redeunt filiæ W. adhuc superstites, & prædefunctorum nepotes, & se ad feudi successionem, tanquam in casu deficientiæ masculorum redintegrari petunt: Domino contra ob earum perpetuo exclusionem, feudum sibi nunc apertum asserente, quæritur, quid iuris? & quæ sint iudicantium partes in absoluendo vel condemnando Dominum Reum.

Nos quidem visis diligenter actis, & omnibus aliis, quæ tam in facto, quam in iure consistere videri quoquo modo possunt, mature ponderatis, pro illustriss. domino conuento & feudi apertione concludimus. Vt autem hanc nostram conclusionem testatissimam faciamus, & in iuris puncto fundatissimam liquido demonstremus, totam hanc nostram consultationem † ita bipartiemur; vt in 1. parte istius quæ- a
stionis seu articuli veritatem, an scilicet in feudo pro masculis & fœminis recepto, fœmina per masculos extantes semel exclusa, sit & maneat perpetuo exclusa, principaliter discussuri sumus. In 2. vero parte tractabimus, vtrum scilicet supposito etiam, quod in præmissa quæstione affirmatiua opinio, quæ exclusionem perpetuam fere asserit, sit in iure fundatissima, ac etiam apud iuris nostri Doct. non tam communes quam graues, in themate modo non subsint circumstantiæ, vel qualitates facientes pro filiarum admissione, per quas supra d. affirmatiua, vt maxime vera & iuridica, tamen quo ad præsentem casum limitanda iudicatur. Et sic in hac 2. parte & principalioribus obstantiis, seu obiectionibus in nostro themate militantibus discutiendis agemus.

Quod ad 1. partem igitur attinet, & quæstionis in ea principalis resolutionem, præmittimus primo, quod tota materia † feudorum est 3
masculina, vt per feudistas *in c.1. §. quin etiam. Episcop. vel Abbat.* hoc est, quod in feudis ex regulari, & propria sua natura non admittuntur, nisi masculi, quod feudales † constitutiones (quæ circa 4
feudorum successionem faciunt, & sunt ius commune, vt fuse per Hieronym. Grat. *lib.1. consil.9. & Alex. consil.29. in 1. vol.*) dicantur & lædi, &

à iure

à iure communi feudorum recedi, quando alicubi fœminæ ex pacto vel alia ratione admitti dicuntur, ideoque vt per eos ibidem, fit semper ea inuestiturarum & pactorum in iis appositornm interpretatio, vt vel non lædant, vel quoad minimum lædant ius commune feudorum. Hinc fit vt si inuestitura simpliciter
5 † alicui absque alia expressione successorum facta legatur, pro sola masculorum successione facta intelligatur. Item si heredibus citra sexus expressionem facta legitur verbum, *he-*
6 *res*, † licet alias sit commune verbum, & in communi materia vtriusque sexus comprehensiuum. *Bartolus & Doctores in l. Gallus. §. & si à parente. ff. de lib. & posthum.* Tamen in hac feudorum masculina & regulari materia verbum *he-*
7 *res* de solis † masculis descendentibus accipitur, *§. etsi clientibus. de alienat. feud. Martin. Laudensis & alii in capitulo primo, §. rursus si fidelis. quib. modis feud. amitten.* & quod plus, etiamsi in inuestitura prima & originaria expresse dictum sit de fœminis, vt quia concessum feudum explicite pro masculis & fœminis: tamen vt ius feudalium constitutionum tanquam ius commune, quoad possit, minimum lædatur, fit interpretatio, vt masculi soli præ fœminis succedant, &
8 pactum de admissione † fœminarum in inuestitura adiectum secundum subiectam materiam, & ex natura feudorum regulari accipiatur, conditionaliter, scilicet si masculi non extiterint, vt *capitulo primo, de nat. succession. feud. & capitulo primo, §. filia. cum ibi not. communiter per feudistas in capitulo primo, §. filia. de successi. feud.* Et quod plus est, etiamsi feudum origine primæ
9 suæ acquisitionis † sit fœmineum, hoc est, initio fœminæ concessum, vel quod ob defectum masculorum euenientem fœmina in feudi successione admissa sit semel, tamen postea masculi nati & concurrentes cum filiabus vel neptibus, fœminis præferuntur, & soli succedunt. per text. & ibi feudistas *in capitulo primo, in fin. de eo qui sibi vel heredibus suis, &c.* Et hæc quæ hactenus pro masculina qualitate in feudorum successione regulariter desiderare possumus, per claros textus feudales apud omnes in vniuersum feudistas sunt indubitata & confessata omnia. Sed dubium stat in hoc, si ita vt præmissum est, & in
10 casu in facto nostro euenit, inuestitura † seu concessio facta sit pro masculis & fœminis, & contingat à primo acquirente post mortem suam filios vel filias relinqui, & filii iuxta inuestituræ formulam, sororibus exclusis initio soli succedant, iique postea successiue moriantur nullis ex se porro relictis masculis: in quo casu quæritur, qualiter accipienda inuestitura, an scilicet vocatio fœminarum in ea expresse facta sit, pro conditionali & temporali, an vero pro suspensiua & perpetua accipienda, hoc est, vt dicamus explicatius, an scilicet, fœminæ, expresse tamen mentionatæ in inuestitura per concurrentiam masculorum semel exclusæ, sint & maneant perpetuo ita exclusæ, vt sequenti tempore, etiamsi masculi concurrentes cum illis, postea sine descendente decesserint: illæ tamen amplius ad talis feudi concessionem non admittantur, sed feudum illud ad agnatos remotiores si supersunt vel illis non superextantibus ad dominum feudi concessorem, per defectum masculorum deuoluatur, vel an potius supra dictis casibus existentiæ vel concurrentiæ masculorum, fœminæ quidem interim in successione feudali postpositæ, stent in suspenso, & excludantur, tantum temporaliter, hoc est, quam diu masculi ex primo acquirente extiterint, sed illis porro deficientibus & mortuis sine masculis, ipsæ fœminæ rursus in defectum masculorum in feudi successione redintegrandæ & admittendæ sint, domino feudi excluso. Et sic in prætenso feudo, vt rem in pauciora membra contrahamus, stat breuiter quæstio, an scilicet fœmina † in 11
feudo semel exclusa, sit & maneat perpetuo exclusa? In huius igitur quæstionis puncto, vt in plerisque aliis iuris feudalis controuersis articulis Doctores nostri ac feudistæ inter se controuertunt, aliis negatiuam partem, aliis vero affirmatiuam tenentibus & tuentibus. In hac igitur controuersa † quæstione explicanda, 12
& decisionis veritate iuridica demonstranda, quia litis cardinem in ea versari nemo non videt, tota nostræ consultationis pars occupabitur. Et sic præmittimus rursus, quod quando in iure nostro in aliquo iuris articulo Doctores nostri punctualiter dissentiunt & controuertunt, in eiusmodi opinionum conflictu iudicabimus eliciendæ veritatis & indagandæ iustitiæ viam paratam & infallibilem à Doctorib. nostris ex recti iudicii tramite hanc præscribi, vt scilicet primo videatur, pro qua opinione stent Dd. numero & pondere seu authoritate potiores.

Secundo in magna paritate Doctor. videndum qui potiores pro se habeant rationes & argumenta.

Ac tertio vtrobique post datam speciem paritatis argumentorum inuestigandum, vtra opinio innitatur & plus confirmetur clarioribus textibus iuris, vt per Matthesil. *in suo tract. de elect. vnionis opinionis per tot.* Vbi pro hoc multa & elegantia adducit: & nonnihil Euerhard. *in top. legal. in proœm.* Si igitur demonstrauerimus affirmatiuam † & pro principe Electo- 13
re & feudi apertione facientem opinionem supra memoratis tribus in vniuersum notis, hoc est, & authoritatum numero & argumentorum seu rationum pondere, ac etiam textuum clarioribus suffragiis, alteram nobis opinionem contrariam vincere putabimus, nos apud quemuis & sani capitis censorem iuris vicisse in iudicando illam pro principe conuento

contra partem Actricem insequendam & amplectendam. Hanc vero materiam, quod fœmi-
14 na † semel exclusa semper maneat exclusa, nec admittatur amplius ad feudi successionem, tenent omnes ferè, ac omnium ætatum Dd. & feudistæ antiqui, moderni & recentiores in lecturis, consiliis, decisionibus numero infinitis: vt ex infra subnexo catalogo liquebit: contrari-
15 am vero negatiuam † & nobis aduersantem opinionem, quod scilicet exclusa semel fœmina non sit perpetuo exclusa per hoc, sed bene stet interim, tum supersit masculus, in suspenso, & demum post deficientiam masculorum, illa denuo ad feudi successionem admittatur, tenent pauci, & de bonorum virorum paucitate dixit Iuuenalis Poëta:

Non totidem numero, quot ostia Nyli.

Nam eam asseruerunt sex tantum numero feudistæ, tres antiq. *Iac. de Bel. Iac. de Antizon. Martin. Laudens.* Et ex modernis tres numero, qui extant, scilicet *Iulius Clar. Francisc. Sonsbeck.* & postremo *Ioannes Fichardus* in locis infra allegat.
16 Quid autem hoc inter tam multos? quæ † paritatis proportio? vt autem infinitatem authoritatum, quam promisimus, ostendamus, Dd. facientes pro nobis copiosè curiosèque huc congeremus & allegabimus. De perpetua verò vt dictum fœminarum exclusione tenent ex antiquis glossator feudorum *in capitulo primo, §. quinetiam Episcop. vel Abbat.* feudistæ antiquiores in supra sæpius citato *§. quinetiam. Bartol. in leg. final. §. fin.* vbi tamen in statutaria materia loquitur, ad Tertullian. Bald. *l. si aug. C. de lib. præterit.* Idem *in dicto capitulo primo, §. quinetiam. ad fin. & in l. Gallus. §. & quid si tantum. de lib. & posthum.* Rursus idem *in l. si quis posthumus. §. primo, colum. fin. in prin. eod.* Idem *in gloss. III. incip. ad conuersationem. libro 2.* Idem *cons. 361. incip. cum supersit. eod. lib. 2. & consilio 267. incip. proponitur quod. colum. fin. libro 5.* Calderinus *cons. 4. incip. an si feudum. sub rubric. de feud.* Raphael Cuman. *cons. 99. incip. quædam possessio. column. prima.* Paul. de Castr. *in d. l. si auus. C. de lib. præter.* Idem *cons. 191. incip. visis ac diligenter examinatis. libr. 2.* & idem *cons. 300. incip. viso quodam processu. colu. secunda, lib. secundo,* cum pluribus aliis ipsius consiliis, in quibus semper constanterque nostræ communi opinioni, vt veriori, de iure adhæsit. Ex modernis, hoc est, mediæ ætatis Iurisconsultis hanc nostram communem tutati & secuti sunt, *Ang. de Perusio cons. 321. incip. pro decisione. colu. tertia, in princip. Idem in d. l. Gallus. §. & quid si tantum, ad fin. de lib. & posthum. Idem cons. 184. incip. extat. colum. fin. Alb. de Ros. in c. P. statutarii. vers. cauetur quod mortuo marito. Franc. de Aret. in l. si is qui. colum. 3. numero quarto, de vulg. & pup. substi. Idem in l. si quis posthum. numero octauo, vers. postremo debet scire. ff. de lib. & posth. Idem in d. l. Gallus. d. §. & quid si tantum. Idem cons. 50. incip. copiosè & eleganter. Idem cons. 158. incip. viso puncto fin. col. vers. circa secundum.* Rursum idem *cons. 143. incip. visa consultatione. in 2. colu. Alex. de Imol. cons. 20. incip. viso processu. columna quarta vers. 9. & vlt. & iterum col. seq. vers. non obstat si argumentum. libro primo.* Rursus *cons. 59. incip. consideratis. volumine sexto,* Aluar. magnus feudista *in d. c. 1. sæpe citat §. quinetiam Episcop. vel Abbat.* idem inter consilia Albert. Brun. *cons. 65. incip. super casu feudali.* Rursus idem *in consilio 108. incip. casus sicut ex actis colligitur. Andr. de Isern. feudistarum Coryphæus in supra citat. §. quinetiam. Alber. Brun. cons. 78. incip. quia casus iste videtur. Idem cons. seq. 79. incip. post scripta. in fin. Soc. sen. cons. 296. incip. in præsenti. vers. 4. & vlt. in 2. & c. Stephanus* Wernandus *cons. 276. incip. viso casu mihi exhibito. Curt. iun. cons. 49. incip. memoriæ recolendæ. vers. & facit secundum Pec. Philipp. Cornel. consilio secundo, in 2. volumine. Card. Mediolanens. in sup. allegat. §. quinetiam.* vbi etiam respondit ad fundamenta contraria. Hugo Celsus *cons. 26. incip. cum ex facto ius oritur. numero 48. §. vlterius attentatur. Dec. cons. 87. incip. pro replicatione casus. in princip. idem consilio 390. incip. quoniam ex facto. col. tertia, Idem cons. 516. incip. quomodo causa ista. idem consilio 307. incip. viso puncto. colu. 2. vers. sed tantum.* Rapha. Fulg. *consilio octauo, incip. Dominus Petrus. col. 1.* Ludo. Gozadinus *consilio nono, numero 59. & 16. Ias. in l. si arrogator. nu. 22. ff. de adopt.* Idem *in l. antep. colum. 2. in prin. C. de instit. & substit.* Ioan. de Imol. *cons. 27. incip. viso quodam instrumento. post medium.* Geor. Natta *in repetit. c. quamuis. num. 26. postrema quæstione secundæ quæstionis principal. titu. de pact. in 6.* Paris. *cons. 16. incip. si castrum montis ferrati. numero quinto in 4. vol. Idem cons. 23. num. 60. vol. 1.* Ioan. Rubeus *consilio 57. incip. præsupponitur. post medium.* Carol. Ruin. *consilio primo, numero tertio,* Soci. iun. *cons. 114. incip. præsens consultatio. col. 1. lib. 4. Idem cons. 43. incip. circa præsentem consulta. columna secunda, lib. 3. Idem cons. 50. incip. viso testamento. colu. 1. & vlt. libr. 3.* Vital. *in tract. clauſ. in rub. quando filia repellitur. in princip.* Ex recentioribus vero hanc communem tenuerunt, *Alciat. in cons. 170. per tot.* Additionator ad Laudens. *in sæpe cit. §. quinetiam. verb. exclusa.* Franc. Bursat. *in consilio 80. incip.* Dominus Ludouicus de Cupegio. *numero nono Idem consilio 63. incip. decessit nobilis. Idem consilio 31. numero 29.* Augustin. Purg. *consil. 67. numero 43. in 1. volumine. 3.* Catt. Cotta *in memorab. suis, in memorab. incip. momentum.* Claud. Cantiun. *consilio 35. numero 42.* Franc. Curt. *in tract. feud. in tertia parte princip. decis. 27. quæro. numero 32.* Cathenus *in decis. Pedemont. decis. 23. numero septimo,* Crotus *cons. 113. incip. animaduersis iis quæ in themate.* Ioann. Cæphal. *consilio 20. incip. inuestituris.* Tyber. Decian. *in consilio 98. incip. videbatur prima fronte. numero 21. volumine primo,* Franc. Duar. *in suo comment. in consuetud. feud. capitulo decimo, de succes. fœm. sub fin. qu. 12.* Ioann. Ferrar. Montan. *in collectaneis suis, in feud. vers. lib. 3. c. 8.* vbi probe IC. Hanc rem disputando ad contraria respondit Henning. God. *consil. 14. de feu. incip. ad consultat.* Thom. Gram. *in decis. 63. incip. honorabilis.* Anton. Henrichman. *in cons. 37. inci.* Wilhelmus quondam. *tom. 3.* Wilhelm. Hannetonius *in 2. li. de iure feu. c. 9. sub fi.* Iac. de Riminald. *cons. 678. incip.*

incip. præsens casus. numero 17. volumine quarto, Iac. de S. Georg. in sua inuest. feud. in verb. & fœminis. num. tertio, & 11. Ioa. Marinus inter Riminaldi consilia cons. 267. numero 41. Ioan. de Scarampis in consilio incip. casus sicuti ex actis, & c. columna septima, vers. præterea & sine præiudicio veritatis. numero 27. quod consil. habetur inter consil. Brun. & est in numero 108. Laurus de Palatiis in tract. suo statutorum Leonh. à lege in cons. feud. consilio decimo, numero tertio, Marant. in disput. 10. numero decimo quinto. Carol. Molin. consilio decimo, numero decimo, in respons. variorum Dd. tom. 3. Marc. Mantu. in consilio 333. Franc. Mozan. Vincentinus cons. 35. numero 24. Iacob. Menoch. consilio septimo, numero 458. & 461. libro primo, Roland. à Vall. cons. 58. numero 65. cum seq. volum. tertio, Schurff. cons. 45. incip. diligenter visa. cent. 1. Andr. Tiraq. in repet. l. si vnquam. in verb. suscepit liberos. numero 193. & seq. Cod. de reuoc. dom. Idem in rep. cessante causa. vers. 17 exclusionis causa cessante, † cessat ipsa exclusio, cum fuse ibi allegat. Ioan. Vincemalum consilio primo, num. 117. cum seq. idem in consilio secundo, numero 50. & seqq. Wes. cons. 41. numero 29. Idem de feud. capit. 6. Idem cons. 74. num. 19. par. 2. vbi etiam in fortioribus terminis idem concludit, scilicet si fœminæ primi semel successerint. Zas. in epit. feud. vt de suc. feud. num. 58. vers. 4. concluso. Lud. Zanthus Parmensis in cons. suis pro vxore cons. 2. num. 948. Hiero. Zanth. in repet. l. heredes mei. §. cum ita. nu. 1167. ff. ad Sctm. Treb. Frid. Schenck à Tautenberg. in suis comment. feu. tit. 6. nume. 2. & postremus omnium noster Cameralis assessor And. Gail. lib. 2. obs. 149. Et hic au- 18 toritatum catalogus † ideo à nobis tam curiosè & copiosè positus, vt ex eo communitas seu potius generalitas nostræ affirmatiuæ opinionis clarissimè liqueret & licet nonnulli allegatorum Dd. non in nostra materia in feudali, sed de statutis fœminarum exclusiuis & de renuntiationum mat. loquantur: tamen illi ipsi quoq; à fortiori concludunt in feudis, vt infra in argumentorum deductione docebitur euidenter. 19 Ex hoc immenso infinitorum † authorum catalogo plus satis liquere potest, hãc opinionem nõ tam communem quam generalem esse, iuxta tex. in l. Athletas, §. 1. ibi, & generale omnes opinantur. cum ibi traditis. ff. de his qui notantur infam. & communissimam etiam attestantur nõ tantum supra citati Dd. omnes, vt clarè videre est, in locis supra citatis, sed fatentur etiam ipsimet aduersæ opinionis Dd. in locis iam sup. allegat. Et ex superioribus, aliqui Dd. vt August. Berous cons. 67. nu. 43. vol. 1. Azo supra cit. cons. 170. Ioan. Thom. de Marin. in tr. feud. tit. vndec. de feud. fœm. num. 38. & seq. non dubitauerunt asseuerare hanc nostram affirmatiuam non tãtum communissimam, sed etiam esse per Dd. canonizatam, ita vt in iudicãdo tanquam norma insequẽda sit. Si enim communis sequenda per iudicantes, nisi malint male iudicare & litem suam facere, vt per Bartol. & Dd. in l. si. C. de pœn. iud. qui mal. iudic. & per Dd. in c. ne innitaris. de constitu. Quantò magis & quidem maxime per Iudicem amplectenda opinio generalis, vt d. l. Athletas. & ibi Dd. ff. de his qui not. inf. vt tamen illustrior sit nostra opinionum & authoritatum comparatio, explicabimus etiam, & quot Dd. & qualiter contrariam opinionem de temporali & suspẽsiua fœminarum in feudis exclusione adstruxerint. Eam vero tenuit Iacob. de Beluis. in c. 1. §. quinetiam. Episc. vel Abb. qui licet ibi dicat, quod ita interpretari pactum inuestituræ, vt filio postea decedente filiæ excludantur, sit contra contrahentium mentem, tamen communiori opinioni ipse, si rectè inspiciatur inhærere videtur, vt expressim attestatur ipse Franc. Sonsbeck. in suis comment feud. par. 9. numero 128. sub fin. 4. fallentia. Secundò eandem quoque negatiuam, quod scilicet fœminæ in feudis non nisi temporaliter excludantur, tenuit Iacob. de Ardizon. in summa sua feud. in titulo centesimotrigesimoseptimo, de feud. succession. quæstione tertia. Sed certè si quis rectè inspiciat sententiam Ardizo. & tradita ibidem, liquebit facile illum in tali assertione sua fluctuare, minimèque sibi constare. nam cum paulo supra dixerat pro regula, quod in feudo concesso † pro masculis & fœminis, 20 masculo relicto vlterius fœminæ non admittantur per alleg. text. in dicto capitulo primo, §. quinetiam. ibidemque limitando † hanc regulam con- 21 cederet, tum demum existente semel masculo fœminam admitti, si scilicet masculus natus momento expirans vel alias repudians feudum faciat locum fœminarum admissioni, vt per gloss. & not. Feudist. ibidem, & statim in seqq. vix tribus lineis interiectis, immemor præassertorum † in 22 limitatione regulæ sibi contrariatur, & dicit, quod fœminæ vlterius non admittantur, donec masculus supereſt, alioqui masculo deficiente fœmina admittitur. hactenus ille. Quæ duæ assertiones scilicet fœminam relicto masculo, & post feudi acquisitionem mortuo masculo fœminam denuo admitti. hæc duo inquam implicant contradictionem, nec admittit talem Ardizonis interpretationem, verbum *vlterius* in text. ab ipsomet allegato positum vt infr. in argumentorum deductione latius demonstrabitur. Ego concluſiue dicitur, Ardizonis vt contrariam & sub dubio quid asserentis authoritatem minimè recipiendam. Nec sane hic à nobis & sinceris consultorib. dissimulari debet, quod licet plerique nostræ partis Dd. Ioann. Blancum in summa sua feud. titulo de succession. feud. versiculo vel dic. quod masculo relicto. mihi columna sexta, pro affirmatiua adducant, tamen ex ipsius lectura apparere, quod plane cum negatiua teneat, sed quia iisdem plane cum prælegato Ardizonis vitiis laborat, eodem plane loco eius authoritatem ponendam & in iudicando postponendam esse, per supra deducta.

Tertio loco pro negatiua allegari consueuit Martin. Laudens. in capitulo primo, §. quinetiam. Episcop. vel Abb. Sed nec ibi Laud. sibi totus constat.

Ibi

Ibi enim refert *dicti text. feudalis* tres intellectus. Et licet pro primo intellectu faciente contra perpetuam conclusionem, ibi nonnulla argumenta afferat, ad quæ infrà in argumentorum deductione per nos respondebitur, tamen postea refert & ponit vltimum intellectum *Andr. de Isern.* qui pro nobis & perpetua fœminarum exclusione facit, eumque in se verum esse *ibidem Laudens.* fatetur, licet cauilletur illum non applaudentes textus habere. cuius contrarium inf. docebitur.

Quarto loco pro negatiua opinione ex modernis allegatur Iul. Clar. Mediolan. *libro quarto, recept. sentent. in § feudum.* Cui tamen non multum fidei in hac re tribuendum, quia præterquam ibi pro se nihil allegatur, videtur etiam aliàs sibi non constare satis, quia fœminam perpetuò excludi concedit iuxta communem nostram opinionem, sed tamen limitat respectu agnatorum, vt scilicet iis existentibus, fœmina non admittatur, secus vero respectu domini, quia tunc scilicet cognatis non existentibus, fœmina præ domino in feudo succedat, pro qua sua distinctione fundanda, nihil legis vel argu-
23 mentorum affert, vbi vero lex non † distinguit, ibi nec nos distinguere debemus, *leg. de pretio. ff. de public. in rem actione.* hanc tamen ratiunculam affert ibi, scilicet opinionem affirmatiuam, si fœmina cum domino concurrat, videri duram, cui tamen rationi per nos respondebitur in argumentorum contrariorum confutatione.

Quinto loco negatiuam tenet Franc. Sonsbeckius *in prima parte commentar. feud. numero decimotertio,* ibique hanc quæstionem ex professo & copiosius cæteris disputat argumentis, tamen non ita concludenter probantibus vt infr. satis euincemus.

Sexto loco negatiuæ singularis opinionis nouus assecla & assertor prodiit Ioann. Fichar. *in suis communibus opinionibus, in versicul. semel exclusa,* qui nihil afferendo textuum vel argumentorum merum ibi agit relatorem, & solis asseuerationibus vtendo, veriorem eam esse pronunciare audet. sed eadem facilitate quid negari potest, qua astruitur, *iuxta vulg.* & licet ibi referat, & in suam sententiam citet plures alios classicos Dd. scilicet *Hieron. Gratum, Socin. iun. Ioann. Cæphalum, Carol. Ruin. Cardinal. Paris. in consil. ibi ipso citatis,* qui tamen omnes citati si consulentur, tantum abest, vt ipsi Fichard. adstipulentur, vt etiam illi ipsi nostram affirmatiuam feudaliorum affirment. Nam illi omnes consultores, in suis consiliis nostram communem & communissimam ipsimet fatentur & præsupponunt, licet in terminis suis propositionum, thematum, vtpote diuersis & variantibus, eam non procedere limitatiuè concludunt. Et vt id quod assero, verum omne liqueat, de singulis singulatim & specifice deducunt. Et primo Cardinal. Paris. *consilio 22. & 23. in primo volumine confectis pro Marchionissa montis ferrati* concludit, quod scilicet illa Marchionissa licet semel exclusa per agnatos, tamē omnes postea deficientes, rursus in feudo Marchionatus admittenda veniat, ex talibus motiuis, quia scilicet ibi concessio non continuat feudum, sed donationem principaliter; quia scilicet in Marchionatu poterat ea forma concessionis succedi per heredes ex testamento ab intestato, & sic si feudum dicendum fuerat, erat feudum improprium & merè hereditarium. Vnde mirum non est, fœminam ibi ad successionem admissam, accedente, quod Imperator ex certa scientia & potestatis plenitudine, motu proprio eam de nouo inuestierat: cum aliis nonnullis per Paris. vtrobiq; in dict. consiliis nuncupatim consideratis pro limitatione nostra affirmatiuæ opinionis in terminis suorum consiliorum, licet eam pro regula & pro constanti ibidem ponat in materia feudali *in dicto consilio 22. numero 15. & 16.* & rursus *consilio 23.* vbi *numero 50.* formaliter dicit, fœmina semel exclusa † perpetuo censetur exclusa in 24
materia feudali, etsi eam excludens postea decedat sine filiis, & hoc casu dicit Paris. *ibidem numero sexto,* feudum reuerti ad Dominum. Ecce quid nobis dici potest apertius? Eodem plane modo responderi potest, ad falso allegatam authoritatem Hieron. Gratian. *consilio nono, in primo volumine,* quia in eadem facti specie, & in illuem terminis consuluit pro Marchionissa, vt minime se fundet super negatiua opinione communiter reprobata. sed vltra alia 5. memorata recte Gratus *numero 156. versicu. octogesimo præsupponitur, &c.* ponderauit, pro admissione dictæ Marchionissæ, & Ducissæ Mantuæ quod per tres retro Imp. feudum erat successiuè concessum descendentibus ex fœminis, & sic promiscua successio fuerat, in seqq. inuestituris continuata. vnde nihil mirum, si & nunc descendens fœmina masculorum defectu admittatur. Eadem prædicta etiam obtinent in alleg. Socin. iun. *consilio 76. in 1. volum.* qui de eodem plane Marchionatu montis ferrati pro Domina Ducissa Mantuæ consuluit, & cum *numero 112.* inseruiendo causæ suæ niteretur pro se litera d. opinionem negatiuam & fluctuanter responderet ad text. *dict. capitu. 1. §. quinetiam. Episc. vel Abb.* tandem non confisus suis solutionibus diuertit ad aliud suæ decisionis fundamentum, quia scil. Carolus Imp. hoc feudum ad se reuersum iam concesserat d. Ducissæ, quod potuit facere.

Circa vero allegatam authoritatem & præiudicium Carol. Ruini *in consilio 9. in primo volu:* respondemus, casum ipsius & terminos fuisse longe à nostris diuersos, ibi enim feudum fuerat pro vtriusque sexus descendentibus concessum, & expresse adiectum, vt vnus sexus alteri in feudo succederet, quo casu res indubitati iuris est, per expressam facti formam, mi-

nimè

nime autem eius consilii decisio nitebatur negatiuæ & communiter improbatæ opinionis fundamento.

Tandem Ioann.Cæphal. Ferrariens. adducta authoritas ex eius *consilio trigesimo, libro primo*, non plus ceteris supra dictis præiudicabit nostræ affirmatiuæ opinioni, quia dicta ibi minimè obtinent in nostris terminis. Ibi enim *Ceph.* pro fœminarum ante semel excluſarum admissione, non fundat se in negatiua opinione, imo præsupponendo nostram, vt veram & communem, tamen dicit non obstare in casu suo, quia ibi fuerat feudum olim receptum pro masculis & fœminis simpliciter. Patruus vero qui concurrebat ibi cum nepte ex fratre præmortuo, ipsemet impetrauerat renouationem & alternationem inuestituræ, vt scilicet tale feudum in posterum cuilibet fratrum, eorumque heredibus masculis, ac eis deficientibus fœminis de nouo concederetur, & sic feudum nouum fa-
25 ctum, vnde si vnus † fratrum decederet sine masculo, fœmina sola relicta, illam generi suo succedere, excluso patruo masculo, quia verum sit masculum in ea linea defecisse: Ideoque ad successionem subordinatiue fœminam vocari excluso masculo alterius lineæ, & recte. quia est casus ad literam, super quo etiam *Cæphalus* consulenter se fundat & allegat *capitulum primum*, §. *si. de duobus fratrib.* Et sic repetendo dicimus omnes supra memoratos consulenter non tantum non sequi vel approbare negatiuam, sed etiam attestari & præsupponere de nostra affirmatiua tanquam communi & vera, sed tantum in citatis consiliis eò contendere, vt doceant nostram conclusionem iuxta suorum casuum terminos decisionibus ipsorum non obstare: Vnde liquet bonum Fichard. dum illos pro negatiua opinione allegat, vel per inanimaduertentiam hallucinatum, vel etiam studio voluisse falli & fallere. Et licet iam euicerimus affirmatiuam, & pro nobis facientem opinionem esse non tam communem quam etiam generalem, contrariam vero, vt pauciſſimorum tanquam singulorum explodi posse, vt in simili de singulari Saturnini opinione pronunciat Vlp. I C. *in l. 1. in fin. ibi quod nec vsque relatum nec nunquam receptum est. ff. de senator.* Tamen vt contrariam opinionem plane eneruemus, & nostræ decisionis veritatem Illustriorem reddamus, sepositis nũc authoritatibus & Dd. præiudiciis rem hanc argumentis & rationibus disceptare placuit.

Primò pro nostra affirmatiua igitur & generali opinione vnicum quidem argument. militat, sed irrefutabile & plane inconsultum, quod desumitur ex theorica omnium feudistarum indubitata, iuncta theoria iuris communis, in statutis & pactis renunciationum fœminarum excluſiuis, hoc modo apud omnes in vniuersum feudistas & Dd. in confesso est, & indubitatum,
26 quod in feudo recepto † pro masculis ac fœminis, fœminæ cum masculis tempore mortis primi acquirentis seu recipientis feudum extantibus non simul succedant, sed subordinatè & ordine successiuo, hoc est, quod masculis primò fœminis seclusis feudum defertur, & iis non extantibus demum fœminis, & sic inuestitura facta pro masculis & fœminis est, † & intelligitur esse conditionalis, quia in concessione facta masculis & fœminis ex ipsa rei, quæ geritur, natura, quæ proprium verborum significatum subintelligitur & inest tacita conditio, scilicet fœminis concessum feudum si masculi non extiterint. & in hac subintellectione seu interpretatione conditionali feudalis concessionis pro masculis & fœminis factæ conspirant & consentiunt in vniuersum feudistæ & Dd. omnes nullo prorsus etiam contrariæ negatiuæ partis recepto, vt est videre *capitulo primo*, §. *quinetiam Episcop. vel Abbat. & pluribus aliis infinitis locis.* Si ergo fœmina etiam expresse in inuestitura cum masculis comprehensa, vocata † demum intelli- 28
gitur sub conditione, si masculus non extiterit, & tempore quo moritur Vasallus primus inuestitus adest masculus, consequitur necessario eius vocationem vtpote conditionalem existente iam conditione expirare, quia ad hoc vt dispositio sub conditione negatiua facta, puta *si sine liberis*, velut in casu nostro, *si sine masculis decesserit*, expirer, ac finiatur, sufficit conditionem semel & quidem momento tãtum extitisse, vt per tex. *in l. quod certatim. C. de posthum. hered. instituendis vel exhær.* & aliis quæ ibi de defectu conditionis traduntur per Dd. sic etiam in similibus & quidem fortioribus terminis causæ feuda. & in materia iuris communis ab omnibus receptissima, & pro nobis faciens est theorica *Bartol. & Dd. in leg. final. §. fin. ad SC. Tertull.* & in materia renunciationis per Georg. Natt. & alios repetentes *in capite quamuis causæ de pactis in 6.* vbi quæritur, si vel per statutum vel etiam per pactum renunciationis filia ob fratres masculos excludatur ab hereditate paterna, vtrum illa perpetuò ac etiam in casum deficientium, id est, post aditam semel hereditatem paternam mortuorum fratrum sine masculis excludatur, *& ibi Bartol. & Dd.* distinguunt & referre tradunt, quibus verbis exclusio seu renunciatio concepta sit, quia si verba denotent conditionem momentaneam, puta si masculi non extiterint, vel quod per ablatiuos absolutos & in conditionem resolubiles, puta masculis non extantibus fœmina debeat succedere, vel renuncians fœmina ad suam partem ita abnunciatam redintegrari, tum concluditur *per Bartol. & Doctores, vbi supra*, quod si contingat masculum extitisse tempore mortis patris, & sic delatæ hereditatis paternæ eo casu fœminam ad successionem etiam mortuis postea masculis amplius, & quidem perpetuo etiam in defectum masculorũ non admitti, quia scilicet sufficiat semel cõditionem extitisse

vel

vel defeciſſe, vt ſupra allegatum : Sin autem excluſio ſeu renunciatio concepta proponatur verbis temporalibus importantibus ſuſpenſionem quandam, non excluſionem, puta per verba *donec* vel *quo vſque maſculus extet*, vel æquipollentibus, eo caſu fœminam non admitti quidem, ſi tempore mortis maſculus intercedat, ſed ſi is poſtea etiam poſt aditam vel plenè acquiſitam hereditatem decedat ſine maſculis tunc filia tali caſu temporaliter tantum excluſa, ad ſuam portionẽ ſibi ſtatuto vel pacto renuntiationis hactenus intercluſam redintegrabitur, vt denuo ſuccedat, per tradita per Barto. & alios *in dicto §. final. dict. leg. fin. cum concor.* Nunc ad noſtrum feudalis fœmineæ ſucceſſionis propoſitum hanc certiſſimam iuris communis theoriam applicando dicimus, cum feudiſtæ omnes
29 fatentur, in feudo † pro maſculis & fœminis conceſſo ſubintelligi conditionem, ſcilicet *maſculis non exiſtentibus*, vt ſupra deductum, quæ tacitè & ex natura feudalis contractus veniens conditio, cum abſoluta & momentanea noſcatur, conſequens eſt, per exiſtentiam maſculorum tempore mortis, eius qui feudum taliter recepit, ſemel eam defeciſſe, ideoque fœminarum in feudo ſucceſſioni, quæ conditionalis fuerat, amplius locum non fore, ſed ea perpetuò excluſa, ad dominum, qui non niſi ſub condſtione non extantium maſculorum fœminis conceſſit, feuda iure reuerti: Secus vero per alia verba temporalia, puta *donec*, † *quam diu*, *quouſque*
30 extiterit maſculus in inueſtitura expreſsè poſita ſuſpenſa tantum, non excluſa fuerit fœmina, per tradita *Bart. & Dd. vbi ſupra.*

Et hoc quidem, quod in ſtatuto & pacto renunciationis deciditur *per Dd.* fortius procedit & concludit in feudo. Si enim filia à ſtatuto per maſculorum exiſtentiam excludenda, vel etiam filia ſimpliciter renuncians in fauorem maſculorum, ſemel tempore mortis paternę extantium, perpetuò etiam maſculis poſtea mortuis excluditur ab hereditate patris allodiali, quæ ipſi iure naturæ viuo etiam patre debita eſt, vt dicitur *in §. final. cum concordant. Inſtit. de hered. differen. & qual. & eſt text. in leg. tertia, pro ſoc.* Quantò facilius & iuſtius ob extantes ſemel maſculos excludi etiam à ſucceſſione feudali, quam ipſi natura rei feudalis per ſe negat, & dominus non niſi limitate & ſub tacita conditione non extante maſculorum initio concedi intelligitur per iura & textus feudales expreſſos *in capit. primo*, § *filia*, vbi niſi inueſtitura facta fuerit in genere, vt filii & filiæ ſuccedant: Tunc enim ſuccedet filia filiis non extantibus *tit. de ſucceſſio. feud. cũ plurimis conc. ibi per gl. & feudiſtas notatis exemplis*, deducto vnico argumento irrefragabili putamus, ſatis ſuperque fundari noſtram concluſionem affirmantem, quod in feudo fœmina aliàs feudalis ſucceſſionis incapax & per dominum non niſi conditionaliter vocata, & ſic per defectum conditionis ſemel excluſa ſit, † & maneat perpetuo excluſa. Sed tamen 31
vt fundatior & fundatiſſima liquidò conſtet veritas noſtræ concluſionis, etiam contrariæ patris argumenta ſolidè & ordine diluemus, quorum plura ſunt, & quidem decem numero, ſed fragilia omnia & de facili confutanda, vt ex infra dicendis apparebit. Tria priora ponit *Martin. Laudenſis*, præcipuus contrariæ opinionis aſſertor in ſæpe citato §. *quinetiam, in dict. capitulo primo*, *Epiſcop. vel Abbat.* ſequentia vero ſex argumenta intelligi poſſunt ex diſputatis Franc. Sonsbeck. *in ſuis comm. feud. loco ſupra citato.* Decimum ego dubii aggrauandi ergo ſubiiciam.

Non obſtat igitur 1. argumentum *Laudenſis* ſumptum ſeu nixum in communi regula feudali, quod ſcilicet vti actum eſt, maſculum & fœminam † in feuda ſuccedere, fœmina ſucce- 32
dat, maſculo non extante *capitulo primo*, §. *filia. de ſucceſſion. feud.* qui vt reſpondet Curt. *in tractat. ſuo feud. in tertia parte princip. in 21. quæſtion. numero 23. verſicul. & primo*, quod illa allegata regula ſeu axioma non probat intentum ſeu quæſitum principale, vtrum ſcilicet filia per exiſtentiam maſculi ſemel excluſa, poſtea illo maſculo deficiente ac mortuo, debeat amplius ad feudum admitti, vt per ſe declarat, ſed potius totum propoſitum probat. Dum enim ſimpliciter dicit, quod maſculo non extante, fœmina admittatur ad feudum, à contrario ſenſu & retorquendo argumentum contra Laud. conſequitur, quod extante maſculo quod ſit, ſi dum moritur primus inueſtitus relinquat maſculum ſuperuenientem (licet poſt moriatur) fœmina non admittatur vlterius. Secundum argumentum deſumit Laud. ex text. *capituli primi, in fin. de eo qui ſibi & heredib.* Sed Curtius præcitato loco reſpondere videtur, quod iſtius capituli text. habeat varios intellectus, quaſi velit dicere, quod ex iſto iure tanquam dubio non recte argui poſſet. Sed ad illam oppoſitionem textus nos infra dum textuum facturi ſumus collationem & diſcuſſionem ſolidè reſpondebimus.

Ad tertium Laudenſ. argumentum, quod ſcilicet in feudo debeat admitti perſona etiam aliàs regulariter inſucceſſibilis, ſi doceatur, de pacto inueſtituræ *capitulo primo, in fin. de duob. fratribus à capit. &c.* Ergo merito fœmina quantumuis feudalis ſucceſſionis aliàs ob ſexum incapax, debet venire in caſu deficientiæ maſculorum, quia venit ex pacto & prouidentia primi acquirentis. vt per Laud. *ibi* ſed reſp. facili modo, fœminam quidem vocari tam & comprehenſam eius perſonam in inueſtitura, ſed conditionaliter tantum, & iſta vocatio finitur & extinguitur per exiſtentiam conditionis in caſu exiſtentium maſculorum, ita vt à tempore morientis vaſalli primi cum ſuperſtitibus maſculis, ipſa amplius neque vocata neque comprehenſa

hensa intelligatur per supra deducta per nos, cum traditis per feudistas in sæpe *d. §. quinetiam.* Vbi concluditur talem vocationem pacti specialis iam extinctam seu finitam, fœminæ ad vlteriorem admissionem minimè proficere per iam deducta. Iam vero supra tact. Sonsbeckii argumentorum primum est desumptum à *l. cessante*, quia scilicet nullus textus feudalis hoc dixit, quod scilicet fœmina existentibus masculis semel excluſa, & postea iis mortuis non debeat vlterius admitti, & addit Sonsb. si quidem promi aliquis textus possit, non tamen vllum textum hoc nostrum axioma de vlteriore etiam exclusione fœminarum clare & diserte probare. Ex iure autem dubio non recte argui, vt supr. Ad hoc vero primo Sonsbecianum argu. facilis solutio patebit ex inf. in text. feudalium examine dicendis, vbi nostram opinionem ex textu feudali assertam clare probari probabimus.

Secundo quæ noster arguit Sonsb. à verisimili, quia scilicet verisimilimum sit patrē paciscentem, feudum primo sibi & suis liberis masculis & fœminis, ea fuisse mente & voluntate, vt scilicet voluerit fœminis tanquam suis descendentibus non tantū in primo casu non existentium filiorum prospexisse pro Dn. iuxta text. *in l. cum acutissimi. C. de fideicom. l. cum Auus. ff. de condit. & demonst. cum concord.* & hanc voluntatem nos quoq; non inficiamur, sed bonus Sonsb. in hoc imprudens failitur, q̄ pater in feudo tanquam in contractu & ab vtriusque contrahentium voluntate pendente eque ac in reliquis & vltimis voluntatibus ex vnius tantum relinquētis testatoris voluntate dependentibus & regulandis, iuxta allegatum *l. cum acutissimi. C. de fideic.* patet ius succedēdi
33 † per fœminas feudo metiendū esse, cuius contrarium in cōfutatione *6.* arg. demonstrabimus.

Tertium Sonsb. argum. quod multum affine est priori, ducitur ab absurdo. Quia inquit Sonsbec. quid absurdius quam non voluisse patrē taliter acceptum feudū ad filiam potius quam ad dominum (forte inimicissimū) redire? Sed pro confutando dicemus, nihil absurdius esse quam quod ibi præsupponit Sonsb. de inimicitia Domini & Vasalli, cum inter eos mutua certaq; soleat & debeat constare benevolentia, vt per feudistas *in præludiis feud.* & per Curt. *in suo tr. feud. in 1. p. in 11. q. pr.* Præterea non videmus quomodo ex parte vel Dn. vel Vasalli considerabilis vllo modo sit inimicitia grauior. Quomodo enim Dominus dici potest odisse vasallum grauius, quem feudo concesso, beneficio affectum voluit? *vt loco sup. citato.* Odiū vero
34 † ex parte vasalli in feudi Dn. quomodo considerari aut fieri potest? Cum si infensiore sit animo in Dn. vasallus, feudo priuandus venit, vt *in c. 1. quæ fuit prima causa benef. amit. cum concord.* Et quæ præterea inuidia posset esse vasalli in Dn. si feudum à Domino liberalitate ipsi concessum modificate & limitate iuxta feudalis concessionis naturam & consuetudinem vulgatam eueniente casu, in quem sibi Dominus reuersionem seu deuolutionem feudi reseruasse intelligitur, feudum ad Dominum tanquam fontem, à quo deriuatum, reuertatur? *l. argum. traditorum. de considerat. & reuersio. vsufr. ad prop. §. finitur. Inst. de vsufr. & l. fin. C. eod.*

Quarto arguitur à Sonsb. à speciali in duobus casibus ab ipso effictis, inquiens, pone patrem, qui alterum pedem in Cymba Charontis seu sepulchro habet, stipulatur feudum pro masculis & fœminis, ac ipse pater, vt ipse ponit Sonsb. agonizans iam filium habet recte valentem, ac filiam, quid (inquit) opus erat huic capulari patri seu seni feudum pro filia paciſci, cum feudum secundum naturam affirmatiuam opinionem omnino ad filiū patri superstiti solum, vel eo mortuo ad Dominum sit reuersurū? frustra sane videri adiectum in pacto inuestituræ de filia, quæ tali casu ad successionem non posset admitti, nisi in casu plane inopinato & de raro contingente, si scilicet filius sanus subito ante patrem agonizantem moreretur. Item *in iam citato loco Sonsbec.* suum absurditatis argum. adstruit in alio casu, si scilic. pater habet filium spadonem & procreationi inhabilem, & filiam, feudum cum masculo & fœmininæ successionis pacto comparet, dicit ipse Sonsb. absurdissimum fore, si hoc casu sentiamus cum opinione communi, scilic. pactum non operari vt filia fratri succedat, sed feudum ad Dn. deuoluendum contra probabilem patris mentem, qui proprium sanguinem Domino extraneo præposuisse intelligendus est, *l. cum acutissimi. C. de fideicom. & l. cum auus. ff. de cond. & demonst.* Sed respons. inf. vtrumque casum esse specialem & ex ipsis ad casus communes & sic à specie ad genus † affirma- 35
tiue non recte duci argumentum, nemo est Dialecticus vel etiam Iuris mediocriter peritus, qui nesciat, vt per Euerh. *in top. legal. in loc. à specie ad genus.* II. In hac argumentatione Sonsb. speciali posset rectissime contrarium retorqueri argu. de raro contingentibus, quod ad eiusmodi insolitos casiura feudalia non sint constituta, nec etiam trahi soleant, vt eleganter dixit IC. *in l. iura constituī. cum seqq. ff. de ll.* Ideoque per Sonsb. non recte affirmatur, quod ob vnius vel † alterius 36
noui casus contingentiam regula iuris feudalis communis destruatur.

Quintum argumentum desumptum legitur ab æquiparatis eamque æquiparationem facit duplicem. Prima est, quia dicit, si feudum est primo acquisitum vel deriuatum in fœminam, isque postea relinquat masculum & fœminam, Masculum quidem in casu pacti præferri, sed eo masculo postea per mortem subtracto fœminam denuo admitti. *c. 1. de feud. fœm.* Secundo facit æquiparationem ex *c. 1. §. filia. de duob. frat. à capit. &c.* Vbi habetur, quod si feudum concedatur duobus fratribus, quam diu ipsi vel eorum heredes masculi viuerent, & vt masculis deficientibus

entibus fœminæ succederent, quo casu feudistæ deficiente masculo, ex quolibet fratrum filiam fratris admittunt. Infert ergo Sonsb. quod sicut in sup. duobus casibus feudalibus fœminæ etiam post decedentiam filiorum denuo succedunt, ita vt hic in nostro casu videri admittendas, vt per eum ibi: sed destruendo æquiparationem & consequenter ad argumentum ab eo deductum respondemus, dictos 2. casus esse nostro dissimiles. Nam in priori casu ideo post decedentiam seu mortem masculorum fœminæ antea exclusæ admitti debent, quia scilicet tale feudum ex matre prima acquisitrice, tanquam ab ipsa radice traxit qualitatem fœmininæ successionis, & sic tale feudum ex prima acquisitionis origine est pure & mere fœmineum. Ideoque mirum non est fœminas exclusas ad id porro redintegrari, vt vel per feudist. *in dict. capit. 1. de feud. fœm.* Contra vero in nostro feudo quod nondum ad fœminas transiit, sed est feudum masculinum & euentualiter tantum, seu sub conditione, quæ tamen defecit fœmin. successionis efficiendum ex pacto, vt supra sæpius inculcatum. In secundo vero casu IC. *cap. 11. de duob. frat. à capit. &c.* fœmina ad feudum redintegratur, ideo post mortem masculorum seu defectum, quia vt ibi ex inspectione literæ tex. apparet, feudum ibi concessum fuerat, per verba denotantia tractum temporis, ibi in textu, *Quamdiu vel eorum heredes masculi viuerent, & masculis deficientibus, fœminæ si superessent feudum haberent*: Secus in casu nostro, vbi feudum concessum fœminis sub conditione momentanea & absoluta subintellecta scil. si masculi non extiterint. Nam si conditio suspensiuis verbis concipiatur; tunc etiam nos redintegrationem fœminæ ad feudum concessimus supra, & concedimus nunc per tradita, per Bar. & Dd. in sup. citat. *l. fin. §. fin. ad SC. Tertull.* cuius Bar. theoricæ bonus Sonsb. parum gnarus vel saltem immemor fuisse, ex eius inæquiparabili argumentat. colligitur. Sexto & vltimo Sonsbec. loco sæpius citato in argumentum adducit & deducit, quod cum si-
37 mus hic in dubio, vtrum scilic. fœminæ † in tali feudo pro masculis ac fœminis recepto debeãt, per solam existentiam masculorum in totum excludi, an vero postea etiam masculis, qui extiterunt, decedentibus denuo admitti, præferendum esse sensum qui humanior sit, qui moribus, legibus & naturæ rei; quæ geritur, magis congruat. *l. vti. §. quotiens. ff. de reb. dub. l. semper in dubiis. de reg. iur.* & quæ tradunt in legitimo statu *Cicer. 2. Rhetor. 11. & Quintil. lib. 7. Instit. Orator.* sed suum intellectum his omnibus notis, nostro intellectui antecellere: Ergo magis acceptandum, vt per eum ibidem. Pro huius contrarii confutatione præsupponimus id, quod etiam sup. iam notatum, quod cum versamur hic nõ in contractu vnius, sed vtriusque scil. & recipientis & Dn. feudum dantis voluntatem spectãdam, vulg. iuribus. Et quidem ex parte vasalli possumus præsumere, hanc fuisse mentem, vt suum pactum in feudi receptione adiectum de fœminis, voluerit in vtrumque, imo etiam in omnẽ casum porrigi, ita vt feudum vel nunquã vel tardissime ad Dominum reuertatur, econuerso in concedente feudum potest hæc mens probabiliter præsumi, quod sicut vasallus quam potuit amplissime acquisitũ, &c. voluit, ita Dn. concedendo quam strictissime & in arctissimis terminis à se abdicatum cupiat, sed dicendum in tali diuersitate † 38
voluntatũ ex vtraq; parte ius metiendum ex eo, eumque sensum accipiendum, qui legib. morib. & naturæ rei, de qua agitur, magis congruat, *vt ex Cic. & Quint.* sententia sup. attestatur ipsemet Sonsb. Nostrum autem intellectum cõmunem dicimus magis conuenire iuri cõmuni, de materia masculina agenti, *vt sup. ex Bar.* & aliis in statutorum & renunciationis materia *in d. l. si. §. fin. ad SC. Tert.* deductum est. Moribus vero, hoc est, vsibus & constit. feud. conformiorem, imo in iis expressum conrineri, in deductione textuum satis clarum faciemus paulò infr. Naturæ vero rei de qua agitur, & subiectæ materiæ feudali conuenire magis nostram opinionem nemo ambiget, qui recta ratione & ex feudalium constitutionum præscripto expenderit, eam esse feudorum naturam, vt eorum fœminæ, nisi specifice & expressim vocẽtur, sint incapaces, vt tit. *de nat. succes. c. 1. §. quinetiam. Epis. vel Abb. & c. 11. de eo qui sibi & heredib. suis. cum inf. conc.* Ideoq; si per pactum recessum sit à tali feudorum natura, mirum non est, tale pactũ talem recipere interpretationem, per quam res redeat ad suam naturam, qualis est in feudis, vt ad solos masculos peruenire debeant, & in eorum defectum ad ipsum Dominum, vt per feudist. *in d. §. quinetiam. & alibi.* His vero tribus Laudensianis & 6. Sonsbecianis argumentis contrariis, nos ex Angel. Fulgosio & aliis per Tiraq. adductis in loco mox allegando, adiicimus decimi contrarii loco, & arguimus pro parte aduersa ex regula vulgata, scilic. cessante causa † cessare debet effectus, &c. *c. cessante. cum* 39
concor. extr. de app. Cum igitur causæ non admissionis fœminarum sint masculi extantes seu intercedentes, vt per mortem eorum cessat talis causa exclusionis. Ergo cessare debet ipsa exclusio. *l. si instituta. l. si pater filiam. l. si ita qui. ff. de inoff. test. & l. si post mortem. §. liberi. ff. de bon. poss. con. tab.* Et hinc videri dicendum, filiam exclusam à successione feudi ob masculos, his postea deficientibus eam admittendam, tanquam iam cesset exclusionis causa, vt iuribus supra notatis. Sed ad aduersæ huius regulæ obiectionem parata promptaque est responsio ex Tiraquel. vt in locis mox adducendis, scilicet limitari regulam, cum effectus causæ iam sit consummatus, & perfectus, &, vt dici solet, in esse productus, quia tunc per cessationem causæ † 40
non cessat effectus, vt fuse per Tiraquel. *in repet.*

l. si

l. si vnquam. in glos. in verb. susceperit liberos. n. 192. C. de reuocat. donat. & Tiraq. vtrobique in locis iam citatis, exemplificat in nostro casu perpetuæ exclusionis fœminarum ob masculos, illis etiam è medio sublatis per mortem, quia scilicet effectus exclusionis per solam existentiam masculorum semel iam sit consummatus, & finem suum sortitus, vt per eum ibi. Et sic contrariis omnibus confutatis, euincitur nostram opinionem vt veriorē amplectendam, licet vnico nitatur argumento, quod quia inuictum & irrefutabile etiam longe pluribus numero argumentis debilibus & inconcludentibus præferri dicitur, argumento notatorum per Dd. *in §. affinitatis. vbi gl. quoque. Instit. de nupt.* Præterea & secundo dici potest, cum habeamus hic casum legis seu constitutionis feudalis *in §. quinetiam. c. 1. Epis. vel Abb.* vt infra deducetur, potest dici hanc conclusionem & decisionem nostram non subiacere aleæ argumentorum & disputationis, vt per Dd. *in l. doce ancillam. C. de rei vind. l. continuus actus. §. cum ita. de verb. obl. cum simi.* Ostenso igitur iam, quod affirmatiuæ nostræ opinio afferta cōtrariam negatiuam, non tantum authoritatibus longe antecellat, sed etiam rationabilior sit, ac argumentorum, si non numero, saltem pondere eam superet: Supereſt nunc, quod supra promisimus, tertium, vt porro examinemus, vtra opinio in textib. sit fundatior, & pro nostra dicimus esse & stare text. citra omnē cauillationem ita clarum, vt non tam opinio quam ius feudale, certum ita constitutum dicatur in tex. *c. 1. §. quinetiā.* vbi feudistæ hoc notarunt omnes & tenuerunt, *tit. Epis. & Abb.* Nam cum plurib. superioribus capitulis ac textib. feudalib. esset dictum & decisum, in materia feudalis successionis, adeo masculinam qualitatē desiderari, vt etiamsi per pactum speciale, actum sit de fœminis, scilicet eas non admitti vna cum masculis, sed masculos concurrentes illis in succedendo præferri, dubitabatur nunc tandem, an si semel tempore mortis recipientis primo feudum concurrant, extent masculi pro tunc certo excludi & fœminas, an postea masculis illis per mortem de medio sublatis fœmina initio, quo de succedendo primo acquisitori agebatur, per masculos tunc extantes exclusæ semel, debeant & possint denuo ad talis feudi successionem admitti, vel potius feudum ad dominū reuerti. & ad hoc quæsitum, tex. *in d. §. quinetiam.* respondet verbis decisiuis & luce meridiana clarioribus, quinetiam (*inquit ampliatiue tex.*) si quis feudum ex tenore acceperit, vt eius descendentes masculi & fœminæ habere possint, relicto masculo, fœminæ vlterius non admittuntur, & in fine subiungit text. & his casibus (nam etiam de alio casu inhabilitatis in persona muti præmiserat) feudum ad dominū reuertitur. Quo sane textu, quid clarius, aut quæ alia interpretatio supra memoratis verbis textus possit à quoquā assingi? Nam absurdissimum est, quod *Iac. de Ardizon. & Io. Blanchus. in sup. citat.* loco suo illa verba text. (*vlterius non admittuntur*) interpretantur & supplent, donec masculi extiterint, & inde inferūt, quod iis deficientibus seu mortuis, fœminę sint ad feudi successionem redintegrandæ. Hæc enim interpretatio seu detorsio pugnat cum textu & sensu textus. Cum textu primo, quia tunc verbum † *vlterius*, quod tamen cum effectu ac 41
singulari ministerio operandi positum censendum. *argu. l. si quando. C. de inoffic. test.* plane superfluum erat. Nam si hoc tantum volebat text. dictum & decisum, quod scilicet dum extarent masculi, fœminæ non succedant in feudo etiam per pactum fœminino, sufficiebat decidendo dicere, non admitti, nec erat opus adiicere vlterius. Secundo quia eiusmodi verbum *vlterius*, 42
† cum subnexa negatione, puta *vlterius non admitti*, ad quodcunque tempus referri debet, sicut & similis vox *amplius*, *deinceps*, & similia verba, vt traditur per Dd. *in l. amplius non peti. de verb. obliga.* & in specie de illa vocula *vlterius*, quæ de sui natura denotat perpetuitatē temporis, pulchre tradit Alb. de Rosat. *in suo dictio. iuridico, in verb. vlterius*, vbi pro hoc optime allegat. Secundo vero cum recto sensu hanc interpretationem pugnare probamus primo, quia si vt supr. dictum hoc tantum volebat decidere textus, quod scilicet extantibus masculis fœminæ cum illis non sit vllo modo admittendæ ad parem feudi successionem, hoc iam superioribus capitulis constitutionum feudalium centies erat decisum, etiamsi hoc sensu superflueret totus tex. superflua interpretatio reiiciēda iurib. vulg. Secundo probatum, si contrarium tenētes textum hunc contra proprium significatum verborum interpretatum volunt, vt scil. sensus sit bene ex aliis textibus iuris feudalis clarere satis, iam fœminas etiā cum masculis in feudo ex pacto fœminino simul ad succedendum non admitti, sed in illo §. *quinetiam.* hoc quæri, an scilicet fœminæ † vlterius, hoc est, masculis adhuc 43
durantibus & superstitibus sint aliquo tempore sequenti in vita adhuc masculorū admittendæ? Et decidit text. quod nō. & hic quidē intellectus præterquā quod absurdus est, etiā hoc vitio laborat, vt videtur fieri super eo, de quo nō potest cadere aliqua dubitatio, igitur ex hoc solo reiiciendus. *arg. l. quod Labeo. ff. de Carbon. edict.* Quis enim in capite suo ita dubitare possit, si masculus tempore, quo de succedendo in feudo agitur existens, certo excluſurus est fœminam, an postea eo durante & superstite adhuc fœmina vlterius debeat admitti, cum durante masculo tanquam causa † exclusionis fœminarū præstet 44
& maneant etiam effectus exclusionis. per argumentum à contrario *in c. cessante causa. extr. de appella.* Tertio intellectum aduersariorum ridiculum omnino, atq; à vero alienum probamus ex d. textus verbis finalibus ibidem, euidenter

hoc modo: Si enim, vt aduersarii, dicere volumus, textum tantum alterutrum hoc decisum velle, quod scilicet filius in feudo, si dum moritur vasallus pater extet filius (initio enim succedere cum masculo nec etiam postea dum superuiuit is masculus) illam admitti: quæritur nunc:
45 Exclusa igitur † filia quis includatur? Et procul dubio aduersarii velint nolint respondebunt, filium includi & in feudo tum initio præ fœmina admitti, & in eo feudo dum viuit ac supereſt in dubio relinqui: Quomodo igitur stabit aut recipiendus textus erit, *d. §. quinetiam.* qui expresse loquitur de casu non admissionis fœminarum, & vbi reuersioni feudi ad Dn. sit locus. Ergo necessario euidenterq; euincitur intellectum aduersariorum textui non congruere, sed tex. agere de eo, quod habet communis nostra opinio, sc. quod in alio & quidem 3. casu quando sc. ma-
46 sculi † initio extantes excluserunt fœminas semel, & postea feudo iam possesso, contingat illos è viuis tolli & deficere, vtrum tum fœmina vlterius ad feudi successionē redintegretur? Et respondet tex. & decidit clare non admitti vlterius fœminas, sed in tali casu deficientiæ masculorum feudum ad Dn. reuerti. Quare habemus casum legis, ideoq; dubitationi vlteriori locus non est, *argu. l. continuus actus. §. cum ita. de verb. obl.* Hoc tantum nunc supereſt, vt respōdeamus ad alium text. qui (ex *c. 1. in fi. de eo qui sibi & hered.*) ab aduersariis pro se, nobis cum tanquam ex diametro pugnans & contrarius obiicitur in hunc modum, cum text. ibi similiter ageret de feudo pro masculis & fœminis recepto, ac decederet, masculum tantum in eo præferri & fœminam non admitti, subiungit, donec masculus supereſt, & sic loquitur per verb. suspensiuum, vnde sequitur quod si masculum deficere, & amplius nō supereſſe contingat, quod tunc fœmina rursus debeat admitti ad feudum per communem theoricam Bar. & Dd. *in d. l. fi. §. fin. ad S. C. Tertull.* Resp. Bar. theoricam esse indubitatam, ac etiam nos cōcedimus in terminis illius tex. fœminam post mortem masculorum denuo ad feudi successionem recipi, sed tamē adhuc dicimus, text. istum pro contrario allegatum nostræ conclusioni nō obstare, vtpote qui loquitur in casu & terminis longe diuersis à nostris, quia nostra communis opinio seu potius conclusio de fœmina semel exclusa perpetuo excludēda agit & loquitur in casu, quando sc. exclusio facta est sub conditione momentanea & absoluta, idque vel expresse, puta, quia dictum, fœmina si extet masculus, non succedit, vel cum tacita conditione, vtputa, dictum est in feudo succedere masculos & fœminas, quia subintelligitur ex tacita iuris feudalis interpretatione fœminas tum demum vocatas si non extiterint masculi, & sub his & similib. conditionib. momentaneis fœminas ad feudum vocatas, & per existentiam talium conditionum semel exclusas perpetuo tunc exclusas cum cōmuni opin. asserimus: Secus verō esse ex Bar. & Dd. *in d. l. fi. §. fi.* cōmuni doctrina concedimus, quando inuestitura facta pro masculis & per adiectam conditionem suspensiuam, etiam pro fœminis, puta feudū receptū pro masculis & fœminis, donec vixerint & supersint, ac in defectum masculorum recipiatur etiam pro fœminis; tunc. n. extra controuersiam nostram est, masculos extantes quidem initio fœminis in succedēdo prę ferri, ac fœminas interim dum viuunt masculi in suspēso stare, sed postea mortuis masculis vigore inuestituræ per verba suspensiua concepta rursus ad feudi successionem recipi, & hic proprie est casus, d. tex. *in d. c. 1. in fi. de eo qui sibi & heredib.* in contrarium allegati. Licet enim Rubrica simpliciter tantum proponatur de feudo pro masculis & fœminis recepto, tamē in nigro seu textu tituli ibi specialius thema explicatur, quod sc. in casu *d. c. 1. in pr.* inuestitura fuerit recepta formaliter pro masculis, & his deficientibus pro fœminis, quo casu in dubio fœminæ post decessum, seu mortem masculorum redintegrantur ad feudum, quia verba † (*his deficientibus.*) ibi posita resoluuntur in 47
conditionem suspensiuam, quasi dicas, *quousque vixerint masculi*, quia verbum † *deficere*, proprie 48
est excessisse semel & postea desiisse esse & viuere, vt per Alb. Rosat. *in suo Lexic. iurid. in verb. deficere, & verb. deficiens.* Atque hinc liquere satis putamus, tex. licet pro contrario allegatum, tamen vt loquentem in diuersis terminis nostræ conclusioni & communis opin. veritati minime obstare: & ita nos per omnia sup. deducta euicisse, quod hæc communis feudistarum sententia, non tantum authoritatum & allegationum numero, atque etiam argumentorum viribus, sed claritudine quadā ineuitabili textuū feudaliū longissime præstare & antecellere negatiuam per iam sup. deducta aggrediēdo nunc secundā nostrę consultat. partem videtur prima facie dicendum, ꝙ dato etiam ꝙ præasserta affirmatiua opinio de perpetua fœminarū exclus. præterquā ꝙ cōmunis sit etiam iuridica & vera ꝙ supra in prima consilii parte luculenter nos probasse & euicisse putamus, tamē quoad præsens thema nōnulla in facto subesse & militare videtur, per quæ limitanda videatur supra dicta comm. D. conclusio, ideoq; pro agentib. contra illustr. Reum ad D. feudalis Castri restitut. pronunciandum videatur, idq; ex 4. principalibus fundamentis infr. seqq. Et primo quidem hoc modo, quia sup. in t. p. tractat. traditū est, quod vbi in materia fœmin. exclusiua, puta per statutum vel renunciationis pactū, vel ex rei feudalis natura, fœmina semel per concurrentiā masculorū sit excluſa, si quæratur, an & quādo mulier † masculis postea quasi exclusionis causa defic. 49
ad successionem redintegranda sit, distingui solet per receptam doct. Bart. & aliorum comm. *in l. fin. ad S C. Tertullia. cum concordant.* vt scilicet

si fœ-

si fœmina vocata sit sub conditione momentanea, puta non extantibus masculis non redintegretur etiam postea subtractis masculis per mortem. Si vero in dispositione ponantur verba, *donec*, † *quousque*, *quamdiu*, vel *amplius*, & similia verba denotantia confirmationem seu temporalitatem illam, masculis postea deficientibus ad successionem, de qua per masculos concurrentes excludebatur, iterum admittendam denuo. Nunc vero probari liquido ex inuestituræ primæ formula feudi, primam concessionem factam esse, per verba non † momentanea, sed denotantia tractum futuri temporis: ibi, für vnnd für / *deinceps & in perpetuum*. Item wann keine Söhn vorhanden seyn werdē / quod interpretandum videtur, si filii non durauerint. Ergo verba hæc continuatiua temporis, videntur fœminarum successioni ex communi Dd. Theoria supr. allegata locum facere, dato millies quod commemorata communis opinio de perpetua exclusione fœminæ in se sit fundatissima, quia limitabitur, nisi vt in casu nostro fœmina sit perpetuo & in infinitum vocata per supra deducta. Confirmatur vlterius, quia nisi dicamus supra memorata verba für vnd für / in inuestitura posita operari perpetuam fœminarum exclusionem, etiam in casu post secutæ masculorum deficientiæ, tunc plane superflue ponitę dicendum contra text. *in l. si quando. C. de inoffic. testamen. & c. si Romanorum. dist. 19. cum concordant.* quia cum cessio feudi initio facta fuerit pro filiis & filiabus, & euenisset tantum casus deficientiæ masculorum tempore mortis paternæ, iam tamen etiam absque adiectione verborum für vnd für / satis ex ipsa dispositione iuris communis feudorum, ac etiam per pactum primi inuestiti, in hunc casum expressum prouisum fuerat: Ideoque verba † für vnd für / vlterius adiecta debent accipi & operari, vt feudum perpetuo sit in casu, quandocunque deficientium masculorum fœminæ successionis, & hoc sane contrarium videtur prima facie satis plausibile & concludens.

50 51 52

Secundo principaliter pro Actricibus facere videtur, quod etiam posito, quod propter communem supra in 1. parte assertam conclusionem sorores & ex ea descendentes vlterius propter masculos semel existentes ad feudum tale amplius admittendæ non sint, ex ea parte inuestituræ, qua fœminis primi inuestiti prouidetur, in certum tantum casum, non existentium sc. masculorum tempore mortis: tamen videntur ex natura ipsius per se feudi successionis capaces esse, puta, quia tale feudum ex ipsa prima inuestitura appareret, & est hereditarium ibidem Erblehen / & sic in eo videatur succedere posse fœminas ex alio capite, scilic. iure heredis, & quia vltimo defuncto fratri sunt gradu proximæ, ita tenuit Bald. *in c. Imperialem. in pr. nu. 19. de prohib. feud. alien. & Hierony. Gratus in consil. 4. incip. dubitatur, an illustris. nu. 41. & Paris. in sup. alleg. consil. 23. volum. 1.* & ita in terminis consuluit Soc. Iun. *consil. 100. incip. in præsenti consultatione. col. 3. vers. respondetur, quin imo operantur. nu. 14. in 2. vol.* Tertium principale argumentum pro agentibus contra illustr. Dominum conuentum ex eo depromitur, quia vt maxime fœminæ semel per masculorum existentiam seu concurrentiam exclusæ, ex pacto primæ inuestituræ amplius vocatæ non censeantur, iuxta communem opinionem supr. in 1. parte deductam: tamen quia negari non potest feudum nostrum esse & haberi pro feudo improprio & degenerante, vtputa quia emptitium ac etiam remuneratorium est, ideo fœmina nostra iure proprio heredis, licet nō ex prouidentia, per se admitti debet, vt de promiscua feudorum degenerātium successione notarunt Paris. *in supr. alleg. consil. 23. nu. 39. cum plurib. seqq. in 1. vol. Dec. consi. 185. incip. in causa istorum nobiliū. p. 1.* & in specie, quod in feudo emptitio † & acquisito per pecuniā tanquam improprio fœmina etiam citra specialem comprehensionem in inuestitura factam iure communi feudorum succedere possit, tenent Odofred. *in summa sua. tit. qui poss. succed. in feud. Bald. in cap. 1. §. & quia vidimus. qui feud. dare pos. Cyn. in l. liberti. C. de oper. lib.* & plures alii per nos infr. allegandi. Quarto & vltimo principaliter Illustriss. Dn. conuento, quo minus à feudi controuersi restitutione releuetur, obstare videtur, quia dato quod fœmina † iuxta communem semel exclusa amplius admitti non debet de iure feudali, ideoq; casus apertionis feudi euenerit, domino tamen feudi occupatio licita fuisse dici non potest, sed fœmina in possessione relinquenda, donec de causæ meritis plene cognoscatur & pronuntietur, prout sunt tex. *in c. 1. §. inter filiam. cum §. seq. si de feud. defun. controuers. inter dom. & agn. & in c. 1. de suc. feud.* & dicit gl. *in c. 1. de controu. inter mas. & fœm. de benef.* quod filia debeat admitti, vel si (vt in casu nostro) inueniatur prius esse in possessione, debeat in ea relinqui & manu teneri, donec de iure, quod agnati vel dominus prætendunt, liquidetur. & ita sentit Bal. *in d. cap. 1. vbi quoque Aluar. hic refert & sequitur in princ. vers. & sic tamen in duob. ad idem. Matth. de Affl. in c. 1. de succes. feud. & pulchre post Alex. Franc. Curt. in l. fin. n. 84. C. de ed. diui Adr. tol. eosdem sequitur idem Curt. in tr. feud. in 3. p. num. 13. fol. 229. & ita quoque consuluit Abb. Brun. in consil. feud. 18. incip. in causa vertente. nu. 12. hoc ipsum quoq; late comprobat Paris. in consil. 25. in 1. par.* ac ita quasi in terminis nostris de sorore in feudi possessione, iterum manu tenenda consuluit Dec. *consil. 449.* per iura supra allegata. Et rationem huius decisionis pulchre explicat Iacob. Menoch. *in 4. remed. adipis. poss. ex Ed. diui Adrian. toll. q. 46. numer. 376.* Et sic iam ex memoratis 4. fundamentis videri cuiquam posset, de iure contra communem & Illustr. dominum conuentum pro actricibus

53 54

pronunciandum. His tamen omnibus non obstantibus, prout minime obstare ex inf. dicendis liquebit, nos communi opin. & ex ea fundatæ decisioni pro illustriss. Dn. Reo fortiter inhæremus, & dicimus, etiam in nostro casu apertio-
55 ni † feudi locum esse: Et vt hoc liquido demonstremus supra tacta 4. argum. contraria motiua, quæ in speciem adducta sunt, cõfutaturi sumus, prout sequitur. Et ad primum quidem respon-
56 demus fatendo quidem verba hæc † für vñ für/ non debere censeri superflua, & sine mysterio operandi in inuestitura nostra posita esse, ac insuper fatemur prædicta verba denotare etiam tempus sequens seu futurum, & quidem perpetuum & finitum, infinitatemque hoc casu tolerari, iuxta tradita Floria. de S. Petro *in l. hoc iudicium. §. si conueniat. versic. sed si in contractu sui natura transitorio. ff. communi diuid. per tex. l. eum debere. ff. de ser. vrb. præd.* vide qui plura congessit, in hanc rem, Tiraq. *in tract. suo de retract. conuent. §. 1. in gl. 2. in verb. à testam. nu. 15. cum plurib. seqq.* Vt sic prædictæ inuestituræ sensus sit, quod sicut feudum tale primo concessum est masculis, & in hoc casu non existentium masculorum filiabus: ita in perpetuum & infinitum sequenti tempore sic subordinate debeat pro masculis & fœminis concessum videri, sed ex hoc minime sequitur, dictas sorores, vtpote iam per fratres existentes tempore mortis primi inuestiti semel iam exclusas, tam per expressum inuestituræ pactum, quam etiam cõmunis iuris feudalis dispositionem, & feudi successionem debere nunc morte subtractis masculis denuo reuerti, quia ad hoc secundum communem theoricam Bart. & Dd. *in l. fin. ad Tertull.* requiritur, vt in inuestitura reperiatur aliquod verbũ suspensiuum positum, qualia sunt, *donec, quamdiu, quousque*, vel simile: non itidem si verbum tantum perpetuatiuum
57 quale est in nostro Germanico † für vnnd für/ quia tale verbum, licet infinitatem quandam, non tamen suspensionem importat, vt de se clarum est. Hic ideo tale verbum superflue censendum, quia ex hoc infertur, quod & nos libenter concedimus, quod nõ tantum in primo succedendi gradu per filios scil. sed etiam in vlteriori nepotum & sequentium gradu tale feudum propter talia verba für vnnd für fuerit, & semper manserit promiscuę successionis, ita vt si cõtigisset vltimo morientẽ filium seu fratrem respectiue mori, relicto descendente non quidem masculo, sed filia tantum, talis neptis in paterno feudo ex pacto inuestituræ in dubio successisset, quia hoc habent & important verba für vnnd für / in inuestitura posita, per quæ admittitur neptis fœmina, quia nusquam adhuc reputatur exclusa, non autem dicta verba für vnd für/ vt maxime perpetuatiua efficiunt, vt sorores, quæ sine vlla suspensione exclusæ semel sunt, ad feudum denuo admittantur, & tamen minime stant superflue dicta verba für vnd für/ sed satis magnum effectum in suo casu habitura fuissent, quia vt iam dictum, si euenisset casus vt vltimo moriens masculus feudi possessor decessisset, relicta filia, illa ministerio horum verborum successisset in feudo manente propter dicta verba fœmininæ successionis in defectum masculorum, cum alioquin feudum simpliciter pro masculis & fœminis receptum semel existente & succedente masculo statim desinit esse fœmineum, & mortuo postea masculo fit caducum, reuertitur ad dominum, iuxta tradita feudistar. *d. titul. Episcop. vel Abb. cap. 1. §. quinetiam.* Et ita in specie consuluit summus feudista Iac. de Aluar. *in consil. quod inter consil. feud. Bruni ponitur. num. 65. incip. super hoc casu feudali. per tot.* Præterea non concedimus, verbum † vorhanden 58
tanquam vllo modo suspensiuum, successioni feudali fœminatum semel exclusarum locum facere posse, quia talia verba Germanica nicht vorhanden seyn würden / non recte quis interpretatur, si non durauerit, sed si ipsum Germanitatis vestigium sequi placet vorhanden significat *præ manu esse* vel *existere*, quo significatu nullam plane suspensionis notam pro se habere vllo modo dici potest: Secus vero dicendum foret, si aliquod aliud verbum suspensiuum præterea adiectum reperiatur, puta (mehr oder weiters nicht vorhanden seyn würden) si amplius vel vlterius non extiterint præ manibus, iuxta tradita Barto. & Doctor. *in d. leg. fin. ad Tertull.* Et per hæc putamus satis responsum ad primam obiectionem de verbis inuestituræ für vnd für/ Item vorhanden/ &c. pro primo motiuo contrario factam. Ad 2. obiectionem principalẽ supra positã de feudo nostro hereditario, quasi ex hac in eodẽ feudo sorores cum sua posteritate succedere possint, tanquam quiuis heredes gradu proximæ vltimo morienti fratri masculo per supra allegata, facilis plane est responso, quia scilicet feudum hereditarium † in iure nostro 59
feudali dicitur alterum de tribus. Primo hereditarium dicitur quasi reale, respectu feudi personalis, quia scilicet ad posteriores transit, nec extinguitur cum persona inuestiti, vt per Pet. Rebuff. *in sua arbore feud. in 8. diuis.* Secundo dicitur hereditariũ eo respectu, quia sc. in ea etiam descendentes non succedunt, nisi etiam sint heredes primi inuestiti. Tertio vero feudũ dicitur hereditariũ mere & simpliciter, quia ad omnes collaterales proximos vel etiam extraneos heredes ab intestato, vel ex testamento venientes transeat, & sic quoad successionis modum censetur iure allodii per plurima, quæ allegat Ias. *in vsib. feudi. coll. fi. vers. feudum hereditarium.* Quare verba † concessionis zum Erblehen interpreta- 60
bimur & accipiemus primo vel secundo modo, quod tale feudum non debeat personale intelligi, sed ad inuestiti etiam descendentes dũmodo heredes primo acquisitori extiterint, transire: Sed verba illa zum Erblehẽ accipere ita

genc-

generaliter, quod inuestitus poterit tale ad omnes suos collaterales transferre, vel de tali feudo disponere, testari, legare cui velit, hoc foret plane indiscretum, & contra consuetudinem & praxin in patria & Germanico Imperio. ac quoque maxime hoc attendendum, & rem quasi indubitatam facit, contra mentem ipsius domini concedentis & vasalli recipientis ipsum feu- 61 dum, quę apparet ex adiuncta illa vocula †Leibs erblehen / (pro feudo non simpliciter & mere hereditario, sed pro corporali hereditario) acquisito, pro descendentibus heredibus ex corpore suo natis. Si igitur sorores iam amplius succedere non possunt, ex primi acquirentis pacto & prouidentia, quæ porrigebatur tantum in casu non existentium filiorum tempore suæ mortis, & sic semel ex hoc capite excluſæ, nec etiam tanquam primæ heredes fratris vasalli vltimo possidentis feudum, quia feudum non est taliter mere hereditarium vel successibile, per quosuis, vt supra dictum, consequitur & concluditur feudum tale post mortem vasalli morientis, sine alio descendente masculo vel fœmina vacatutum, vt apertum domino directo deuolnendum & consolidandum, iuxta text. *in capitulo primo, de benef. frat. & capitulo primo, § primo, de succes. feud. & capitulo primo, § cum autem. qui feud. dar. poss.* & ita in specie consulendo hanc obiectionem diluit Soc. Iun. *in consilio septuagesimosecundo, incipient. proposita quæstione. numero octauo, columna secunda, in princ. in versic. & reperio. numero vigesimo octauo, in primo volumine, Idem in consilio centesimo tertio, incip. in causa istorum nobilium. nu. 28. in fin. in 2. vol.* vbi plures ad hoc allegat. Et sic ex iam dictis clare, vt putamus, patet secundæ obiectionis solutio.

Tertii vero principalis obiecti de feudo scilicet nostro acquisito per pecuniam, & per consequens degenerante, solutio maioris est negotii 62 ex eo, quia scilicet quæstio, an in feudo † emptitio succedatur per fœminam, Apud iuris nostri Dd. controuersissima est, adeo vt in ea feudistæ sibi contrarientur, vt alii affirmatiuam communem: contra alii negatiuam & pro nobis facientem communem opinionem asserant, vt ex primo subiecto Dd. catalogo liquet: nam affirmatiuam, quod scilicet in feudo per pecuniam acquisito fœmina, etiamsi in inuestitura specialiter non vocata succedat, tamen, tenuerunt Odofred. *in sum. qui poss. suc. in feud. Cyn. in l. liberi. C. de oper. libert. Bald. in cap. 1. §. & quia vidimus. in vsib. feud. qui feud. dare poss. Romanus consi. 367. in vlt. colu. Curt. in suo tract feudal. nu. 1. p. 3. p. princip. reg. 1. in 6. limit.* Et hanc dicit communem Dec. *cons. 390. numero septimo, Paris. consilio quarto, num. 39. volu. 2.* vbi plures alios idem tenentes allegans, subiicit tandem hanc haberi pro communi. E contra negatiuam & causæ illustriss. domini couenti subseruientem opinionem, de fœmina scilicet non admittenda, in emptitiis feudis, tenuerunt in primis duo feudistæ scilicet, Andr. de Isern. & Mart. Laudens. *in ca. 1. §. quia vidimus. qui feud. dar. poss.* vbi Laudens. attestatur se ita consuluisse, & hanc quoque sententiam amplexus est Præpositus *in d. §. & quia vidimus.* Item Iac. de S. Georg. *in sua inuestitura. in verb. & fœminis. nu. 6.* vbi subiungit, se ita in quæstione facti vidisse iudicari hac opinione contra Odofred. Et hanc quoque opinionem vt veriorem tenuit *Zas. Germanicus noster Vlp. in suo compend. feud. p. 8. de feud. successi. nu. 37.* vbi dicit, se superioribus annis ita consuluisse in negotio Episcopi Curiensis. Ac ne fusius pro hac allegemus, hanc opinionem plures Dd. pro eo citando, magis communem attestatur Alb. Brun. illustris consultor feudalis, *in consi. feud. 18. incip. in causa vertente inter spectabiles dominos. colum. 3. vers. & proximo non possunt. nu. 9. in 1. p.*

Cum igitur, vt nonnunquam fit in schola Iuris nostri vtrinque offerantur authoritates, & vtraque opinio asseratur communis, vocanda est hæc quæstio ad disputationis aleam, & discutiendum, vtra opinio sepositis authoritatum prę-iudiciis sit per se in puncto iuris fundatior. Quare procedendo more vsitato consulentium arguemus ad partes. Et quidem tenentes negatiuam, & nobis contrariam opinionem hæc pro se afferunt argumenta. Primum, quod scilicet fœmina † in feudo empto succedat, hoc fieri ma- 63
gis ex natura contractus, quam iure feudi, vt per Odofred. & alios *locis supra citatis.*

Secundum argumentum, quod priori multum affine est, affert Iulius Clar. *lib. 4. recept. sent. quæstione 73. numero sexto*, quia scilicet feudum † 64
precio acquisitum non retineat propriam feudi naturam, quia vt feudum iure proprii feudi censeatur, desiderari, vt habeat septem requisita, de quibus per feudistas *in capitulo primo, de feu. non hab. proprium nat. & per Franc. Curt. in tractat. suo feud. in 1. part. in sexta quæstione.* Ex quibus requisitis hoc non leue sit, vt feudum sit gratuitum, vt per text. *in capitulo primo, ad fin. de feud. dat. in vic. l. commiss.* vbi textus dicit, quod feudum non interuentu pecuniæ, sed amore & honore domini datum est, cum ibi notat. patet ex definitione feudi *in capitulo primo, §. beneficium. in quibus causis feudum amittat.* vbi feudum † dicitur be- 65
neficium, seu beneuola concessio cum similibus per Dd. ibi traditis, ideoq; in tali feudo non gratuito, tanquam improprio & degenerante per fœminas succedi, vt signatum per Baldum *in l. si quoniam. C. de oper. libert.*

Tertium porro argumentum, quod adfert *Curt.* supra loco citato, ductum est à simili, quia vt infert *Curtius*, sicuti in feudis non seruibilibus, sed per omnia tantum præstatione concessis tanquam in mercenariis succeditur per fœminas, vt tenuit Bald. *in l. liberti libertæque. in vlt. col. C. de oper. libert.* ita etiam videri succedi posse per fœminam in feudis emptitiis, vt æque mercenariis & impropriis.

Quartum porro argumentum *Curtii*, vbi supra ponit ductum est vt ipse asserit, à fortiori, quod in feudis censualibus, hoc est pro certa pensione annuatim præstanda concessis, quibus feuda emptitia, vt æque mercenaria similia plane dicit, etiam plane inhabiles & defectiui, puta, muti & surdi † succedere possunt, vt per Bald. *de pace Constant. in verb. libellariæ*, quanto magis fœminæ, quæ non vitio vel defectu laborant, sed tantum natura sexus prægrauari videntur. Quinti vero argumenti fortissimi loco adducitur textus, *in capitulo primo, cum ibi traditis. quemadmodum feuda ad fil. pert.* vbi videtur hæc opinio de successione in feudis precio acquisitis fœminæ competente, quasi in terminis probari, quia ibi dicitur, quod si feudum per filiam vasalli decedentis precio à domino redimatur, tunc in tali feudo redempto tam ipsa filia, quam etiam aliæ, ex ea descendentes filiæ non obstante sexus incapacitate, succedant, *vt per text. ibi*, sed paria etiam feudum vel emptum, vel redemptum esse, quia vtrobique contra proprii feudi naturam & qualitatem interceserit: Ideoque fœmininæ successioni locum facere, vt per tradita & notata Doctor. *in dicto capitulo primo, de feud. non habent. propr. natur. &c.* His tamen 5. argumentis non attentis, contrarium, quod scilicet in feudo emptitio per fœminam non succedatur, tenuerunt supra allegat. Doctor. & feudistæ summæ authoritatis *Isernia, Laudensis, Iacob, Zasius, Brun. suis locis supra citatis.* Et huius opinionis seu sententiæ afferunt hanc rationem vnicam sed quidem inuincibilem, quia scilicet ipsi pro se & sua opinione habeant regulam feudalis iuris indubitatam, quod scilicet ex pluribus rationibus accumulatis per Curtium, *in 1. part. 3. part. princ. sui tractatus feudal. in princip.* in feudis fœmina sit incapax successionis. Et qui regulam pro se habet in intentione sua, donec diuersum doceatur, satis fundatus est, vt per Dd. *in l. omnis definitio, de regu. iur.* vbi glo. monet, quod regulæ † firmiter inhærere debeamus, sicut Bononiensis suo carocio in pretiis.

Cum igitur à contrariantibus Doctor. nec promatur vllus textus feudalis, vbi in feudis emptis à prædicta regula circa successionis naturam & modum recedatur, nec etiam omnia supradicta argumenta quicquam releuent vel concludant, vt infra mox ostendetur, consequitur nobis aduersalem opinionem in iudicando non attendendam. Restat igitur hoc solum vt argumenta contraria supra in speciem deducta ordine confutemus, quia vt dicitur *in capit. Paulus. 1. quæst. 1.* subductis columnis † corruet ædificium.

At 1. igitur contrariæ partis argument. quod scilicet feudum, quia emptum est, vt aliud quiduis ex contractu seu pretio acquisitum transmitti debeat ad heredes suos, citra sexus differentiam, *l. si pactum factum, ff. de probatio.* Respond. transmissionem quidem ad quosuis heredes ex contractu fieri, si hoc patiatur rei natura super qua contractum est; non autem si res vel non sit transmissibilis ex sua natura, vel quod par est, non sit ad quosuis heredes transmissibilis, *argument. §. finitur. Institut. de vsufruct. & l. final. Cod. de vsufruct.* In quibus iuribus vtrumque in eodem exemplo probatur, quia si per contractus viam & quidem precio comparaui vsumfructum in feudo tuo, certe hoc casu rem licet ex contractu & pecunia acquisitam, pro sui tamen natura non transmittam ad heredes, *dicto §. finitur.* vel vt maxime etiam de heredibus actum sit in tali contractu: tamen, quia res, hoc est vsusfructus ex certa iuris ratione non est ad heredes transitorius, vel difficulter transitorius, vsusfructus pro me & heredibus comparatus, ad primi tamen gradus heredem transibit, *dicta leg. final. Cod. de vsufruct.* ita dicimus in simili, qui contrahit super re feudali, sciens esse feudalem, & in feudum sibi concedendum, contrahere intelligitur in qualitatem rei, hoc est, quod sit, & debeat esse transitoria ad solos descendentes, quia vt iam deductum est, ius contractus non alterat naturam rei, sed potius pro rei natura regulatur contractus, *dicta leg. final. cum ibid. notatis. Cod. de vsufruct.* & sic in mutanda natura successionis feudorum nihil operari potest, aut debet contractus seu emptio, quia feudum emitur à sciente, vt feudum cum sua qualitate masculinitatis in succedendo requisita per supra deducta.

Ad 2. argumentum de recipienda fœminæ successione in feudo emptitio, vtpote non gratuito, & per hoc improprio æque patet facilis responsio, si dicimus feudum emptitium in vna tantum qualitate, scilicet acquisitionis per pecuniam degenerasse, esse tamen & manere verum, rectum & proprium feudum in omnibus aliis requisitis, & per consequens etiam in qualitate succedendi, vt per Iul. Clar. *libro quarto recept. sentent. quæstione decimasexta*, vbi *in fin.* attestatur, feudum emptitium regulari alias secundum omnes leges & consuetudines feudi per allegat. *ibidem.*

Præterea ab omnibus in vniuersum feudistis hoc indubitatissimum axioma perpetuo inculcatur, quod si feudum † aliquod contractum vel pactum alteretur in vna qualitate, in omnibus reliquis capitulis & requisitis maneat & sit proprium & rectum feudum, vt late probatur per Zas. *in suo tractat. feud. parte duodecima, tit. de feud. degenerat. in princip.* vbi notabiliter in nostra specie dicit & deducit, quod emptio substantiam feudi in aliis non mutat. Ita nostrum feudum, vt maxime alteratum in vno, quia non gratuitum est, tamen rectum & proprium est quoad alia, quia

vt ap-

vt apparet ex inuestituræ primo instrumento est iuuabile, est seruibile, & per consequens etiam successibile ad solos masculos, vt quoduis aliud feudum: ita arguit & concludit Zas. *loco iam citato.* Nec est, quod quisquam nobis hic ingerat imo feudum præsens, præterquam quod emptum est, esse tamen ex ipsa inuestituræ forma transmissibile ad fœminas, ideoque præmissis disputatis locum non esse, quia respondetur feudum præsens transmitti quidem potuisse ex pacto vel prouidentia primi acquirentis: sed in certo tamen casu, scilicet non existentiæ masculorum, dum moreretur primus inuestitus, quæ transmittendi vel succedendi species extincta est, vt sup. fusissime deduximus *in part.* 1. Ideoque ad præsentis argumenti disputationem nobis satis est, demonstrare fœminas sic non admitti ad succedendum ex eo capite, quia scilicet sit feudum emptitium & pretio acquisitum.

Ad tertium vero *Curtii* argumentum contrarium, quia scilicet sicut in censualibus, ita in feudo emptitio fœminæ debeant succedere, hoc inquam à simili argument. per se corruit data similitudine vtraque feudorum in pluribus. Licet enim in hoc solo parificentur, quia neutrum est gratuitum: differunt tamen in aliis pluribus, quia vt proxime à Zasio nostro allatum, sola emptio † non mutat substantiam feudi, sed præstatio census seu annuæ pensionis facit in tantum feudum improprium, vt habeatur plane loco emphyteuseos, vt nec iurabile est, nec seruitia personalia pro eo præstanda veniunt, vt per *Curt. sup. loco citat.* Ex quibus etiam colligitur solutio ad 4. Curtii argument. scilicet de successione inhabilium in feudo censuali, quia posito & concesso maxime, quod sicut defectiui ita magis fœminæ debeant in feudo censuali ad successionem admitti, non tamen recte infertur etiam, fœminas successibiles esse, in feudo tanquam diuerso plane puta iurabili, seruibili, & cætera omnia propono, vt iam late deductum est.

Ad 5. & vltimum satis coloratum argumentum contrarium, quod scilicet fœmina successibilis sit in empto feudo, æque ac in feudo redempto, per text. *cap.* 1. *tit. quemad. feud. ad fil. pert.* Respond. vtrumque casum scilicet emtionis & redemptionis feudi, quoad succedendum multum ratione differre, quia in primo casu dominus feudum vendit, vel consentit, vt vendatur vasallo tanquam masculo & eius successoribus eiusdem qualitatis, quod secundum regularem feudorum naturam præsumendum est, ideoque mirum non est, fœminam ab illo repelli secundum communem naturam, vt supra deductum est. Sed in secundo casu redemptionis feudi per filiam prædefuncti vasalli factæ, dominus feudi præscit fœminam, & sic regulariter feudi incapacem, redimere feudum, mihi mirum videri non debet, si postea respiciendo ad originem talis successionis initio fœminæ præscienter factæ, dominus teneatur, & postea sequentes tanquam eiusdem, qualitatis fœminas successionis inuestire, *d. text. capit.* 1. *quando feud. ad fil. pert.* sicut videmus in simili, si feudum origine primæ acquisitionis maternum, in eo etiam fœminam & ex fœmina descendentes, in dubio succedere, prout per Frideric. *in capitulo primo, de feud. fœm.* Quare omnibus contrariis motiuis solide & luculenter, vt speramus, ita confutatis, residet veritas negatiuæ opinionis, quod scilicet in feudo per masculum originaliter empto, fœmina ex hoc de iure feudali minime succedat, vt per allegata, vbi supra. Quæ opinio ideo in iudicando magis insequenda, quia licet vtraque communis per supra citatos vtrinque Doctor. asseratur, tamen nostra negatiua per *Albert. Brun.* feudistarum antesignanum & modernum doctorem illustrem *in consilio decimooctauo, incip. in causa vertente. in tertia columna. versic. & primo quidem. numero nono,* asseritur magis communis esse. Igitur omnes assertas communior eligenda est, iuxta tradita per Matheſilan. *in tractat. suo de elect. verioris opinionis*, vbi hanc rem pulchre notat, & præterea negatiua magis amplectenda, *quia secundum Iacob. de S. Georg. & Zasium in supra citatis locis* magis practica est, & pro ea iam consultum & iudicatum, vt per eos, vbi supra. Sed tamen citra veritatis & iuris præiudicium prægrauando adhuc nostram litem, posito etiam quod affirmatiua; quod scilicet fœmina in feudo succedat, esset de iure verior: tamen non officeret meritis causæ nostræ, quia scilicet Curt. *in* 1. *p.* 3. *p. princip. in* 6. *limitat.* & Doctor. alii in supra citatis locis eam tenentes, limitant eam dupliciter. Primo si tamen iustum & integrum pretium interuenerit. Secundo, si tamen per emptionem feudum ita alteraret naturam suam, vt pro eo neque iuramentum, neque seruitia præstanda sint, alioquin ipsemet *Curtius loco supra citato* subiicit, se multum dubitare, quæ vtraque limitatio etiam in casu seruandæ contrariæ opinionis pro decisione nostri casus subseruit, quia vt ex inuestituræ forma clare patet ibidem vnnd solcher jhrer Churfürstlichen Gnaden mit guten Treuwen / Gelübdt vnnd Eyden dienen / gewarten / gehorsamb / verbunden seyn / ac feudum nostrum, vt aliud quoduis proprium feudum iurabile & seruibile, & per consequens etiam non successibile per fœminam, quæ ad vtrumque propter sexum, nisi scienter cum ea dispensetur, inhabilis est, ex regula feudorum, vt supra notatur.

70

Præterea negari non potest, imo ex instrumento primæ acquisitionis ad oculum patet, non expensum esse iustum & æquiualens pretium, vt etiam pretio tantus effectus per meritorum rationem satis suppletus fuisse dici non potest, quia non apparet, subfuisse merita

merita de sui natura obligatoria, quod requiritur ad hoc, vt remunerationis effectus aliquis sequatur, iuxta tradita per Tiraquellum *in repet. leg. si vnquam. Cod. de reuoc. donation.* Et vt maxime concedamus, tale feudum ex parte fuisse remuneratorium: tamen etiam in feudo remunerationis ergo concepto per fœminam non succeditur, vt latè per Alb. Brun. *in sæpe citat. consil. feud. decimooctauo, in tertia columna. verficulo & primo non possunt*, vbi in iudicando, & quasi in terminis nostris consulendo concludit, quod opinio nonnullorum Doct. de feudo emptitio successibili per fœminam limitetur & procedat, vbi feudum vere, & ex toto emptum; secus vero vt in casu, vbi interceßit remuneratoria successio, vt per eundem. Quæ autem hactenus deducta, si quis sano iudicio expenderit, videbit, facile negatiuam opinionem attentis maxime nostri casus terminis, quasi extra omnem vlterioris dubitationis aleã positã cẽseri, & esse.

Vltimo vero & ad quartum argumentum principale motiuum contrarium supra factum, de fœmina interim dum contenditur, manu tenenda, vel etiam in possessionem restituenda, & illicita Domini occupatione respondemus, Aduocatos quidem, vt in actis reperire est, voluisse se de hoc dubio extricare, quia scilicet per mortem vltimi vasalli vacauerit feudi possessio, ideoque eam vt vacantem domino licuisse ingredi per allegata ibidem. Sed certe præterquam quod in facto hæc allegatio veritate non nitatur, etiam in iure parum releuat dominum, quia siue feudum possideatur à fœmina, siue adhuc à morte vasalli vacet, neutrobi occupatio feudi propria authoritate domini licita est, vt liquet ex clare traditis per Bald. *in capitulo primo, de content. inter mascul. & fœmin. de benefic.* vbi distinguendo tres casus, dicit aut fœminam possidere alio puta agnato, aut domino agente, aut aliis possidentibus fœmina agit: aut neuter possidet & decidit, quod etiam in posterioribus casibus, hoc est, alio, puta agnato vel domino, vel etiam neutro adhuc possidente, fœmina tamen ratione prætensi iuris sui in possessione poni debet, vt per eum ibi: & quod contra alium & iam possidentem, fœmina tamen in possessione ponenda sit, tenuit expresse referendo & sequendo *Bald. egregius consultor feudalis Alb. Brun. in consilio feudal. incipient. circa primum articulum, in prima columna, numero quarto. per allegat. per eum ibi.* Sed nos pro vera resolutione contrarii respondemus regulam illam, & in ea allegata de fœmina, vel etiam in simili de agnatis in feudi possessione, dum de eo in iudicio disceptatur, relinquendis vel restituendis per feudorum Doctores limitari & procedere, quando pro feudi deuolutione contra fœminam, vel agnatas prætendentes ius in feudo adhuc opus est processu vel sententia, vtpote si filia dicat, rem quæ vt feudum caducum à domino vendicatur, allodialem esse, vel dominus ab agnatis feudum vt nouum sibi deuolutum petat, agnatis contra antiquum feudum asserentibus, vel rursus dominus à vasallo auocet feudum & allegationum commissæ Feloniæ, quibus omnibus casibus processu & sententia ad vindicationem feudi, domino opus est, ob omnem præsumptionem ipsi domino contrariam & obstantem, vt puta quia res præsumitur allodialis. Item feudum quodlibet præsumitur antiquum & generale seu regulare, nemo præsumitur deliquisse. Ratio rationis est, quia de iure præsumptio & in possessione habita ipsius defendit, & non habitam transfert, per notata *in leg. siue possidetis. C. de rei vindicat.* Et sic limitate loquens accipi debet textus. *in capitulo defuncto. alias §. secundo, si de feud. defun. content. sit, &c. & textus in capitulo primo, cum ibi notat. per Bald. & Doctores, post glossam de content. inter domin. &c.* & quæ ex iis textibus consuluit Brun. *in consil. feud. in dicto consilio primo, incipient. circa primum articulum, in prin.* Secus vero, vbi feudum ipso iure deuolutum esset domino, vt puta, quia feudum sine domini consensu & contra prohibitionem illicite alienatur, vt in casu Ias. *in consilio centesimotrigesimooctauo, incipien. viso & diligenter ponderato, per tot. in columna prima.* vel quia finita est linea & generatio, ad quod vsque feudum concessum fuit, vt in casu de quo Bald. *in capitu. quæ in naturarum. vers. in priuat. extr. de constitut.* Et in simili consuluit Brun. *in consil. feud. 19. incip. in causa comitatus, columna prima, versicu. sed moueor. numero quarto, cum 2. seqq.* quibus casibus, quia pro feudi priuatione nulla requiritur sententia, dominus feudi potest propria authoritate ingredi rei feudalis possessionem sibi deuolutæ, maxime si vt in casu nostro in illo loco princeps feudi dominus habeat merum imperium & omnimodam iurisdictionem, vt in hac maior turbatio non sit timenda, vt ponderauit Sigismund. Iafred. *in cons. suo feud. 5. numero vigesimooctauo.* Sic igitur in casu nostro cum ob factam exclusionem perpetuam fœminarum per concurrentes masculos & deficientiam vltimi vasalli sine prole plane expirarit titulus & vis feudi, dominus feudi licite occupauit feudum sibi deuolutum per supra deducta.

Præterea secunda & tertia responsio contra petitam possessionis feudi restitutionem desumi potest ex traditis per Brun. *in sæpe allegato cons. feudali* 18. *n.* 12. vbi regulam possessionis feudalis fœminis dandæ limitat procedere, quando feudi possessio petitur, sub vniuersitate hereditatis & bonorũ; secus si pro sola feudi possessione restituenda particulariter agatur, vt hic in nostro casu.

Tertio limitat Brun. petitam possessionem feudi interim fœminis dandam, si petatur nuda feudi possessio: secus vero si, vt in casu nostro factum, & adhuc hodie fit, fœminæ præten-

prætendant agendo, se ius habere in proprietate, ac se forte inuestiendas contendant, pro quibus limitationibus & solutionibus *Brun.* optime deducit & allegat, vt apud ipsum cuius videre licet: & licet iam dictis plura cumulari possint, quia tamen hæc ad demonstrandum clarum ius illustrissimi domini, contra sorores agentes sufficere putamus, plurium allegationum supersedere consultum visum est, quia vt sapienter dixit noster Vlpianus, *in leg. prima, ad fin. de dec. præt.* & repetiit Bald. *consil.* 328. 71 *incipient. cum in causa Pisani:* quicquid rei † satis demonstratæ adiicitur, frustra & superfluum iudicandum.

VOTVM XXII.

In causa S.V. contra I. & C. fratres von M. nobiles.

Rechtlich bedencken vber die *Acta 1. & 2. Instantiæ.*

SVMMARIA.

2 *Ex actis Actoris constat actionem intentatam ex vendito vel præscriptis verbis.*
3 *Contractus & conuentiones sunt facti: nec præsumuntur, nisi probentur n. 3.*
4 *Differentia inter contractum emptionis cum pacto de retrouendendo & contractum de pignore, quæ.*
5 *Contractus venditionis cum pacto de retrouendendo & hypotheca quomodo differant.*
6 *Vocabulum,* Verpfänden / *quid significet, & quibus competat.*
7 *Testes de auditu tantum deponentes, quando sufficiant quoad probationem.*
8 *Actori quando probatio incumbat, & quando Reo.*
9 *Possessio quando probatur, præsumitur quoq; aliquem esse dominum.*
10 *Possessor de iure, Actore nihil probante, titulum suæ possessionis edere tenetur.*
11 *Dominium per Possessionem 30. vel 40. an. acquiritur.*
12 *Possessione 30. annorum probata, ipse titulus probari videtur.*
13 *Præsumptio quando loco tituli habeatur: & probato titulo, bona fides quoq; præsumitur, numero 14.*
15 *Testimonium de auditu cur & quando non plene probet n. 29.*
16 *Actus talis præsumitur, qualis ex verbis appareat.*
17 *Verba instrumenti substantialia contractus emptionis quæ.*
18 *Omnis actio tempore 30. ann. præscribitur.*
19 *Consensus capituli ex patientia 30. annorum in alienatione bonorum ecclesiæ præsumitur.*
20 *Præscriptio 30. vel 40. ann. domino bona feudalia per vasallum alienata, vindicare volenti nocet.*
21 *Sigillum semel approbatum postea reprobari nequit.*
22 *Principi placere nunquam præsumitur, nisi quod verum & iustum sit.*
23 *Alleganti contrarium probatio incumbit.*
24 *Quod per se est perfectum, alia perfectione non indiget.*
25 *Iudex Reo magis quam Actori fauere debet.*
26 *Iudex postquam semel sententiam dixit, Iudex esse desinit.*
27 *Confessio in iudicio facta executionem paratam habet.*
28 *Verbum,* Credo, *quid significet & operetur.*
30 *Sententia.*

PRimum videndum de actione. 2. an probata. 3. quid pronunciandum. De 1. Ex actis autem & intentione Actoris constat, intentatam actionem † ex vendito vel præscriptis verbis *l. 2. C.* 2 *de pact. inter empt.* agitur enim ad repetendum pagum M. cum omnibus pertinentiis, qui venditus dicitur Nobilibus M. sub pacto de retrouendendo. Sed an probata. Contractus † & con- 3
uentiones sunt facti, *l. cons. § fin. ff. de cur fur. dand.* vnde non ¦ æsumuntur, † nisi probentur, *l. quacunque, § fin. ff. de public. in rem act.*

Hic autem duo probanda sunt, contractus & pactum de retrouendendo. De contractu, cum Reus non diffiteatur, & ex instrumento publico de eo appareat, non magnopere laborandum. In pacti retrouenditionis probatione cum desuper instrumentum erectum non sit, maior difficultas. probat quidem Actor septem testibus rusticis 50. 60. & 90. annorum, qui omnes deponunt, daß das Dorff M. vor 70. oder 80. Jaren der V. zugehörig gewesen / Aber nachmals den M. verpfändet worden. Rationem dicti reddunt, daß sie es von iren Eltern / Brüdern / vnnd andern gehört / wissen aber von sich selbst nichts drumb.

Quamuis autem testes aliter deponant, quam interrogati fuerant, siquidem quæsitum est de emptione cum pacto † retrouendendi: 4
illi vero de pignore testificantur, qui contractus toto genere inter se differunt. Illo enim consensu, hic re contrahitur, ideoq; fidem non videantur mereri. *Spec. de testibus. §. primo, numero vigesimosexto, versiculo si qui deposuit, &c.* tamen cum ex consuetudine Germaniæ, vt & in Pomerania inter contractum venditionis † cum pa- 5
cto de retrouendendo & hypothecam parum sit differentiæ, ita vt vocabulum † Verpfänden, 6
vtriq; contractui ex moribus competat, & dicta testium secundum rationem communem & loquendi consuetudinem intelligẽda sint, eo probationes coangustandæ, facile hæc depositio sustineri potest, sed annexa dicti ratio auditus,

nimi-

nimirum alieni valde dubia est. Licet enim de iure in antiquis aliquando testimonia de auditu alieno recipiantur. *l. si arbiter. ff. de probatio. capitu. licet ex quadam. extra. de testibus*, tamen hoc non vndiquaque verum est, quia procedit in iis, quæ sui natura difficilis sunt probationis, vt probatio affinitatis & consanguinitatis, de qua *dict. capitul. licet ex quadam.* loquitur: secus si ageretur de probando dominio vel possessione antiqua, 7 tunc enim testes † de auditu soli non sufficiunt, nisi concurrat probatio famæ, aut aliud adminiculum. *Crauet. de antiq. temp. parte prima, vers. viso de fama. numero quarto, Mascard. volumine. primo, de probation concl. 104. numero 16. & 21.* Maximè verò cum lis magni sit præiudicii, vt hæc est: vnde dicendum, non plene probatum. Itaq; Actores ad alia iuris fundamẽta in replicis confugiunt & dicunt, quod suis maioribus dictus pagus iuxta literas inuestiturarum in feudum datus ab Episcopo Caminensi, vnde sequitur ex iuris præsumtione, quod illi, qui olim fuerunt domini, etiam hodie sint, & consequenter præsumptio contra Reos militans, in eosdem probandi omnes reiiciat: sed & huic argumento re- 8 spondetur 1. quod Actori † non Reo incumbat probatio. *l. qui accusare. Cod. de edendo. 2.* possessor non potest cogi, præsertim Actore non probante suæ possessionis titulum docere, *l. cogi. C. de pet. hered.* non valet itaque argumentatio: Hic fundus auorum meorum olim fuit, &c. Ergo & hodie ego vt heres præsumor, maxime si expresse appareat, vt hic aduersarium esse in possessione: tum enim potius pro possessione præsenti, quã prætenso veteri dominio præsumtio militat, 9 quia probata † possessione, præsumitur quoque quem esse dominum. *Bartol. in rem alienam. numero sexto, & ibid. addit. ff. de pig. act.* Et licet possidentis non sit dominium, si tamen Actor non potest dominium suum esse probare, remanet suo loco possessio, §. *commodum. & ibi Dd. Instit. de* 10 *interdict.* & licet possessor † de iure, Actore nihil probante titulum suæ possessionis edere teneatur: tamen cum constat Reos etiam ex confessione Actoris vltra 80. ann. in possessione fuisse, certi iuris est, quod is qui per 30. vel 40. annos rem aliquam possederit, non opus habeat alium titulum, quam ipsam præscriptionem al- 11 legare. Quemadmodum enim dominium † per possessionem 30. vel 40. annorum acquiritur. *l. sicut. l. omnes. & tot. titulo Cod. de præscription. 30. an-* 12 *nor.* Itaque probata possessione † 30. annorum ipsum titulum probari necesse est, quia ipsamet 13 præsumtio † loco tituli est, & inde dominium acquiritur. *Bartol. in dicta leg. rem alienam. numero* 14 *sexto.* Titulo autem probato † etiam bona fides præsumitur. *l. pen. C. de euict. l. apud antiquos. C. de furt.* Ergo, &c. Etsi autem nihil certi ab Actore probatum sit. *l. testium. Cod. de testibus, capit. tam habens. ext. de testibus*, tamen factæ attestationes & probationes videntur magnam præsumptionem inducere. Licet enim testimonium † de 15 auditu non plenè probet præsumptionem, tamen seu coniecturam facit, & onus quoq; probandi in aduersarium transfert. *Marscard. de probat. volum. 1. conclus. 137. numero 4. Grauet. de antiq. tempor. vers. 2. de forma. numero septimo, Mynsinger. centur. 6. obseruat. 58.* Iure ergo potuit Iudex Reum, petente Actore ad editionem instrumenti compellere, maxime cum instrumentum commune fuerit. *l. 1. §. editiones. vbi gl. & Dd. ff. de edend, Gail. libro primo, obseruat. 106. numero quarto*, non quidem vt emptionem probaret, cum ipso iure propter possessionem tutus esset, sed quia instrumentum vtrique commune habeat. Sed de edito instrumento videamus. Vt enim qualitas contractus cognoscatur, verba eius sunt inspi- 16 cienda, *l. si. C. com. vtriusiud.* Et talis præsumitur † actus, qualis ex verbis, vel verborum facie appa- ret. *l. fideiuss. magistr. §. 1. ff. de fideiuss.* Verba autem 17 instrumenti † substantialia contractus emptionis hæc sunt:

Wir C. vnnd G. Brüder die V. mit vnsern rechten Erben bekennen offenbar in krafft dieses Brieffs/daß wir P. Monhoffen/vnd seinen rechten Erben verkaufft/vnd gegenwertig verkauffen vnser Dorff Merssen/mit aller zugehör/ꝛc. vnnd soll dasselbig Dorff Peter M. Erben seyn vnnd bleiben zu ewigen zeiten: Fermers hierauff hat vns P. M. geben an einer Summa dreyhundert fünff vnd zwentzig Marck für die Besserung vnd Anwartung/die wir zu dem D. haben/vnnd vns wol vergenügt in der Machung deß Brieffs/ vnd haben jhn daran gewiesen mit Handt vnnd Mundt/ꝛc. Postea petunt à domino feudi, vt ipse consensum adhibeat huic contractui zu einem verkauffte Kauff zu ewigen zeiten. Sequũtur testes, qui interfuerunt. Datum zu Cöblin/ Anno 1476. in die S. Nicolai.

Huic igitur instrumento requisita emptionis insunt, & contractum esse perpetuum, ad heredes transitorium: vnde pactum retrouenditionis quod temporaneum efficit pactum, excluditur in verbo, zu ewigen zeiten/ quæ geminantur. Præterea de pretio quoque constat. Neque obstat, quod Actor obiicit in exceptionibus contra instrumentum nullam ibidem pretii fieri mentionem: Atque ita vnum substantiale deficere, §. *pretium. Instit. de emption.* Ergo, &c. Respondeo pretium expressum est meliorationis, & omnium expectantiarum, quas Vertheinen in dicto pago habent, pretiumque 325. Marc. sibimet solutum esse ipsimet fatentur, iuxta verba instrumenti. & licet pretii mentio facta non esset: tamen cum de antiquitate contractus constet, pretium & alia requisita interuenisse præsumuntur. *Gail. libro secundo. obseruat. 13. numero decimoquinto.* Iam igitur si tempus huius instrumenti conscripti cum tempore primæ litis motæ, ex quo sciuit Reus à se peti. *l. 20. §. petitam. ff. de petit. hered.* computauerimus,

rimus vltra 70. annos efficiet, cum secundum aliquos magni nominis Doctores etiam 40. 50. vel 60. anni, antiquum tempus constituant, vide Menoch. *de arbit. iud. quæst. lib. 2. cas 3. Mascard. de probat. volu. 1. concluſ.* 103. & ex cursu 30. annorum omne vitium purgatur. *Gail. 2. obser. 71. nu-*
18 *me. 9.* tantoque tempore † omnis actio præscribitur, *tot. tit. C. de præscript. 30. annor.* Ex his quoque fundamẽtis secunda Actoris obiectio contra instrumentum art. 64. & 65. libelli ablati facta, dum negat consensum domini feudi non interuenisse. Ergo, &c. contractum non subsistere, &c. tollitur. Respon. n. instrumento insertam petitionem consensus domini, ibi, vnd geben V. G. H. von E. die verlassung S. G. bittendt / P. M. H. vnnd seinen Erben das Gut M S. zuverleyhen vnd zuverlassen zu ewigen zeiten / &c. Cum igitur de petitione constet, præsumitur quoque consensus interuenisse ex diuturnitate temporis, quo tacuit dominus feudi.
19 Sicut enim ex patientia 30. ann. consensus † capituli in alienatione bonorum Ecclesiæ præsumitur. *Gail. 2. obs. 71. nu. 8. & 9.* quid obstabit quo minus, & in nostro casu idem iuris statuatur?
20 præsertim cum præscriptio † 30. vel 40. ann. noceat domino volenti vindicare bona feudalia per vasallum alienata. *Borch, de feud. c. 7. num. 13. & seqq. Ergo, &c.*

Restat vltima Actoris obiectio: dicit Actor in 36. & sequentibus articulis, se citatum ad recognoscendum sigillum patris & patrui sui, inuenisse sigillum patris mancum, & sine solitis literis, dicit tamen: Es möchte wol seines Vattern seyn / aber er gestünde es nicht / patrui vero sigillum hab einem Haußbalcken gleich gesehen / vñ sonst dunckelich / vnkendlich vnd mangelhafft gewesen. Obtinuit tamen dilationẽ vsq; in crastinum, quo se inuenisse dicit, sigilla falsificata & mutata, vnd new grün Wachß darin gedruckt / sigilloque veteri paterno secus, quam priori die correspondisse: Ideoque exceptiones sibi competentes reseruasse. Iam si acta ipsa primæ instantiæ inspexerimus, manifeste apparebit, quod Actor patris sui sigillum 3. Nouembr. in sola sigillorum recognitione in der Cämmerer Stuben zu C B. auff dem Rahthauß approbirt / dicens, er wölte das eine Sigil / so seines Vattern were / nicht fechten / illudque vltro recognouit, nec in exceptionibus contra sigilla 20. Martii, Anno 70. expresse eius facit mentionem, sed in primis de patris sui sigillo con-
21 queritur. Sigillum igitur † semel approbatum non potest postea reprobari. Patrui sigillum semper sibi simile fuit, tam ante, quam post secundam recognitionem, vt patet ex articulo 37. & 42. frustra igitur Actor de sigilli mutatione & falsi crimine conqueritur. Patris enim sigillum semel approbauit: patrui vero, vt fatetur, hab einem Haußbalcken gleich gesehen / & illud adsertum, non tamen probatum crimen, eo magis verisimile esse negatur, cum illo tempore, quo falsum commissum asseritur, sigilla & instrumenta in Cancellaria Episcopi relicta sint, vt habet articulus 40. nec parti aduersæ ad manus fuerint: crimen autem falsi cum sit grauissimum, non præsumitur, *l. cum precibus. C. de probat. Menoch. 5. præs. 20. in pr.* multo minus quando vel personæ vel loci qualitas suadet, commissum non esse falsum. *Menoch. d. loco. numer. 5.* vt hic in cancellaria, quæ est archiuũ principis, pro quo præsumitur. Menoch. *d. loco.* cum nunquam præsumatur principi † aliquid placere, 22
nisi quod iustum & verum sit, *cap. si quando. §. fin. de rescript.* Nimis itaque difficile erit Actori contrarium probare, quemadmodum nec probare vnquam in animo, vt ex actis liquet, habuit. Nec enim recessus ille tum temporis à Iudice datus & publicatus, quem Actor pro probanda sigillorum falsificatione in missiua allegat, in actis habetur. Habet autem Iudex præsumptionem pro se acta integra esse edita. Contrarium igitur alleganti † probatio incumbit, *cap. in præ-* 23
sentia. de renunciat. Gail. 1. obser. 134. num. 15. & 16. & dato sigillo vtroque falsum esse commissum, nec id Actorem releuaret: sigilla enim in testimonium appenduntur, non etiam vt robur formale dispositioni præstent. Zas. *consil. 2. num. 37. cum seqq. Menoch. de arbitr. cas. 113 in fin. Mascard. de probat. volum. 3. concl. 1302. num. 54.* Cum igitur instrumentum nostrum per se satis perfectum venditorum & testium subscriptionem habeat, omniaque rite recteque in eo perfecta sint, nullumque robur sigilla addant: quod & per se
† perfectum, perfectione alia non indiget, quia 24
ea habet, quæ habere debet, *gloss. in l. 1. in princ. C. de arbitr.* nihil sigillorum defectus nocere videtur. Credendum igitur huic instrumento, donec contrarium probetur, *l. cum precibus. C. de probat.* vbi Doctores & contractus in eo relatus in dubio verus, non simulatus præsumendus. *Paris. consil. 84. numer. 16. volum. 2.* eique tanquam præcipuo totius negotii fundamento standum: non itaque curandæ sunt partium disceptationes, hinc inde in puncto exceptionis, contra instrumentum factæ, & contumacia postmodum suborta. Reus enim suam intentionem in instrumento fundatam habet, & exceptiones Actoris sponte sua corruunt. Nec audiendus Actor dicens, saltem in puncto contumaciæ, non vero in causa principali in 1. instantia pronunciatum: quia respon. licet hoc verum esset, quod tamen Reus negat, nihilominus tamen cum de causa principali & Actoris contra instrumentum exceptionibus Iudici satis constiterit, nec alias causæ conclusio sit de substantia processus. *Gail. 1. obs. 107. in pr.* nihil nec Actori, vtpote qui omnes suas exceptiones iam proposuerat; nec toti processui, qui etiam sine causæ conclusione consistere potest, & magis de consuetudine, quam substantia iudicii re-

quiritur. *Marant.p.4.dist.9.* causæ principalis decisio ab eo eiusdemque conclusione esse poterit, imo Reus potius quam Actor habet, de quo conqueri possit, quod Rei defensiones contra Actoris exceptiones contra instrumentum omissæ fuerint: idque eo magis, quod Rei partes
25 perhibeantur † esse fauorabiliores. Quod postea Actor colligit, ideo contractum irritum dici posse, quia Rei ante rem iudicatam Actori mille floren. transactionis ergo obtulerint, fragilis certe est coniectura: concessum est quippe super re dubia & litigiosa transigere. *l.1.ff.de transact.* & licet aliquando etiam quis certum ius habeat, cum tamen dubius sit litis euentus. *l.2.C.de transact.* ad redimendam rixam interdum quis transigere solet & potest: non insuper verisimile sit causæ iacturam ex negligentia procuratoris in Camera subortam, ex quo decisio causæ principalis ex instrumento venditionis & in prima instantia de iuctis petita fuit: nec etiam ad eneruandum verum titulum Rei iuuat Actorem, quod Reus petiit sibi iura pagi & molendini indicari ab Actoribus propter controuersiam quandam inter se & Episcopum de molendino subortam. Hæc enim cum difficilioris sint probationis ab antiquioribus possessoribus, à quibus fundum quis emit, petenda sunt. Ex quibus omnibus concluditur, Actoris intentionem non probatam, & proinde in prima instantia bene iudicatum, male appellatum, compensatis expensis propter iustam causam litigandi. *Gail.1.obs.152.* Porro quomodo Reo post latam sententiam iuramentum ad probandum instrumentum legitimum esse deferri possit, aut debeat, non video. Cum enim hoc iuramentū sit iudiciale: Iudex autem post-
26 eaquam semel † sententiam dixit Iudex esse desinat. *l.Iudex.55.ff.de re iudic.* & Reus ex sententia ius quæsitum habeat, nec Iudex Reo iuramentum deferre, nec illi inuito ius quæsitum auferri potest. *l. id quod nostrum. ff. de re iudic. l. & si post tres. ff. si quis caut.* Extrema quidem adhuc supersunt remedia restitutionis, puta aduersus sententiam reuisionis: quæ an petere consultum sit, superius deducta indicant. Cum enim illud non nisi legitime probata læsione, & quidem euidenti concedatur: nec Actores præter deducta iam aliud quicquam habeant, quo se præterius læsos esse demonstrent, *l.1. C. si aduersus rem iudic. vbi Doctores.* Reuisionis vero remedium plenum sit & periculi, & sumptuum auxilium, ideoque se illi temere quis committere non debet, &c.

Vota Dominorum Assessorum Cameræ in eadem causa.

D. B. Refer. Iurisdictio fundata, formalia iusta, mandata sufficientia, nullitates nullæ. Actum putat actione ex vendito & præscriptis verbis, &c. Actionem seu pactum retrouenditionis conatur probare Actor per testes, præsumptiones, per instrumentum & propriam confessionem aduersarii ad 4. articulum. *Bald. in l. in eum qui. ff. de in ius voc.* vbi vult, quod confes-
27 sio † facta in iudicio, habeat executionem paratam, sicut instrumentum guarentigiatum. & idem Bald. *in l.1 numer.22.C.de falsi.causa adiect.* dicit, quod in iudiciis id operetur verbum † *Cre-*
28 *do*, quod verbum præcise affirmatiuum, non dubitatiuum, &c. quæ scilicet iuncta videntur probare intentionem Actoris, &c.

An elisa? Testes deponere sine causæ scientia & sine coniecturis. Testimonium † de auditu
29 non valet, nisi aliæ solemnitates accedant, &c. obstat Actori præscriptio, &c. confessionē Rei nō obstare, quia ex actis constat, eam esse erroneam. Concludit actione non probata frustra de elisione disputari.

D. W. quoad iurisdictionem, formalia & nullitates cum Refer. actum, vel ex vendito, vel ex præscriptis verbis. neutrum horum probatum. Quid si pignoratitia detur: Et concludit, quod sic: veritatem potius, quàm subtilitatem in consistorio Principis spectandam. Testes deponunt de auditu tantum alieno, vtrum probent? Arbitrio iudicis relinqui quantum tempus dicatur antiquum. *Menoch.de arbitr.iud.quæst.2.cas.3. numer.2.* Deficiunt & alia requisita: quia singuli testes audiuerunt à diuersis. *Dec.cons.321. in fin. Grauet.de antiq.tempor.part.1.§.vltim.num.12. Gabriel.de test. concluf.3.num.13. Paris.consil.23.num.157. cum seqq. lib.1.* Confessionem Rei ad 4. articulum nihil patrocinari Actori, cum ex actis, præsertim articulis defensionalibus manifeste errorem esse appareat, idem etiam apparet ex instrumento venditionis recognito. concludit, actionem non probatam. Pronunciandum per priores Iudices bene iudicatum, male appellatum, compensatis expensis huius instantiæ, propter qualemcunque coadunatorum testium depositionem, & erroneæ responsionis in diligentiam.

D. A. obstare Actori transsumptiones productas & recognitas, etiamsi per Actorem aliquid probatum esset.

D.D.H.M.D.& D.H. cum referente.

Sententia † publicata 28. April. Anno 91. 39

Bene iudicatum, male appellatū, cum compensatis expensis.

VOTVM XXIII.

In causa D. C. P. ab H. contra D.S.Æ.M.

SVMMARIA.

1 *Constitutio pignorationis cur introducta: & inter quas personas valeat. num.2.*

3 Pigno-

3 Pignorationes, quæ & repressaliæ dicuntur, omni iure prohibitæ sunt, & cur.
4 Iudex quando à præcepto inchoare debeat.
5 Citatione quando generaliter opus non sit.
6 Contestatio litis quando omitti possit : & an in iudiciis summariis ea requiratur. numero 7.
8 Differentia inter processum ordinarium & summarium quæ.
9 Processus pignorationis an quid commune habeat cum processu legis diffamari : & in quibus differant inter se. nu. 10.
11 Ius venandi in sylua A W. an Actori, an vero Reo competat.
12 Quæ actio in hoc casu competat.
13 Interdictum vti possidetis pro quibus competat.
14 Exceptio est actionis exclusio : & vbi exceptio datur, actionem præcessisse necesse est. numero 15.
16 Non entis nullæ sunt qualitates.
17 Priuatio habitum præsupponit.
18 Reus excipiendo Actor fit : & quomodo illa regula intelligenda. num. 19.
20 Relatum an referenti inesse censeatur cum omnibus suis qualitatibus.
21 Testis per verbum iuris deponere non debet, & cur.
22 Testis vnicus quando plenam fidem faciat.
23 Notitia plena per visum & auditum habetur, & cur.
24 Sensus circa proprium obiectum non decipitur, & cur.
25 Testimonium quoque valet de eo, quod quis in puerili ætate, doli tamen capace, vidit.
26 Impubes testimonium ferre nequit.
27 Quodnam tempus annorum dicatur antiquum. num. 43.
28 Possessio titulata fortior est possessione non titulata.
29 Proprietas possessionem ad se trahit, vt dominium sequatur.
30 Quælibet res libera esse præsumitur, & cur.
31 Duo eandem rem in solidum possidere non possunt. num. 34. 75.
32 Quando de proprietate constat, an tunc executio in possessione omitti possit.
33 Elisio siue defensio comitis in quibus consistat.
35 Duæ possidendo qualitates contrariæ in eadem possessionis substantia concurrere nequeunt.
36 Sententia semper debet esse certa, nec de re incerta ferri potest.
37 Iudicium sortis non in quæstione facti, sed iuris locum habet.
38 Possessio facti est, & non iuris.
39 In interdicto retinendæ possessionis, quando vterq; realiter & ciuiliter se insolidum possidere contendit & probat, antiquiorem possessionem probans obtinere debet.
40 Possessio secunda præsumitur clandestina & iniusta.
41 Vterque Actor & Reus si æqualiter probat, nec de antiquiore alterutrius possessione constat, tunc si vnus titulum suæ possessionis probat, alter non pro titulum probante pronunciari debet.
42 Titulo non probato, nec antiquiore possessione, & sic in dubio in fauorem Rei tanquam fauorabilioris, est pronunciandum. nume. 57. & quando hæc regula valeat. num. 58.
44 Testimonium de auditu, credulitate & fama valet de tempore 100. ann.
45 Directa probatio possessionis 100. ann. haberi non potest, & cur.
46 Nullus testis de tempore 100. annorum causam reddere potest per sensum corporis, sed bene præsumpta probatio per famam & auditum, quæ in antiquis multum operatur.
47 Possessio immemorialis aliter, quam per senes probari nequit.
48 Ignorantia in notoriis manifeste patentibus inducinon potest.
49 Cui signum competit, eidem quoque signatum competere necesse est.
50 Eius sunt animalia, cuius sunt signa, quibus signata sunt.
51 Possessio, cuius initii memoria non extat, vim tituli concessionis & priuilegii habet.
52 Exemplum sine originali regulariter non probat, & cur.
53 Testes de facto, & non de iure deponere debent, secus in factis antiquis. numero 54.
55 Dominium sola quoque fama in antiquis plene probari potest.
56 In interdicto vti possidetis is obtinet, qui de antiquiore possessione respondit absque alio titulo, etiamsi aduersarius iuniorem possessionem cum titulo habeat.
59 Actore non probante Reus absolui debet.
60 Qui semel possedit, is semper possidere præsumitur.
61 Extremitatibus probatis, possessio medii quoque temporis probata censetur.
62 Argumentum ab Etymologia vocabuli in iure firmissimum est.
63 Scientia propter vicinitatem an præsumi possit.
64 Vicinus facta vicini scire præsumitur.
65 Subditus an pro domino suo testificari possit, & quando non. num. 66.
67 Testes probanda possessione in certi temporis, si vnus de maiore tempore, alter de minore deponat, in minori concordes esse dicuntur.
68 Summæ maiori minor inest.
69 Testibus duobus in specie deponentibus magis creditur, quam pluribus in genere.

70 *Generi per speciem derogari potest.*
71 *Testibus duobus affirmãtibus magis creditur, quam mille negantibus.*
72 *Separata sunt in iure, habere merum imperium, aut omnimodam iurisdictionem, & habere ius venandi.*
73 *Merum imperium an præscriptione acquiri possit.*
74 *Iurisdictio sine territorio, & territorium sine iurisdictione esse potest.*
76 *Diuisio exceptionum quæ & quotuplex.*
77 *Exceptiones subornatæ quæ.*
78 *Iurisdictionis diuersæ sunt species.*
79 *Res diuisæ sunt & dicuntur res duæ.*
80 *Seruitus alieno prædio imponi vel præscriptione acquiri potest.*
81 *Exceptio iuris tertii opponi non potest per eum, qui hoc ius non habet.*
82 *Præsumptio iuris communis quando cessare dicatur.*
83 *Possessio antiquior iuniori cum titulo præfertur.*
84 *Præscriptio centum annorum an in seruitutibus discontinuam causam habentibus requiratur.*
85 *Scientia & patientia an in seruitutibus præscribendis requiratur.*
86 *Bona fides probari potest etiam ex titulo qualicunque.*
87 *Pronunciatio quomodo in interdicto retinendæ possessionis pronuncietur.*
88 *Causam litigandi iustam quando quis habere dicatur.*
89 *Sententia definitiua.*

Votum D. M.

COnstat pignorationis processum bipartitum esse, duoque membra continere, vnum mandati, alterum citationis. In puncto mandati, ante omnia docendum in primo termino de paritione, alias ad pœnam comminationis proceditur, quia huiusmodi mandata nullam habent clausulam iustificatoriam, eo,
1 quod constitutio pignorationis † ad conseruandam pacem publicam introducta sit, atque
2 inter personas † Imperio immediate subiectas locum tantum habeat, quæ pacem publicam collectis hominibus armata manu offendere & turbare possint. Et alias huiusmodi pignorationes †
3 (quas & repressalias vocamus) omni iure prohibita sint, *authent. vt non fiunt pignor. authent. vt nulli iudicum, & cap. vnico. §. quia vero. extr. de iniur. & tot. tit. C. vt null ex vic. pro alio vican. debi. cons.*
4 Quo casu traditum est, Iudicem † à præcepto inchoare & incipere posse, *Alexan. & Doctores in l. de pupillo. §. meminisse. ff. de noui operis nunc. Doctores. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offic. procons. Ang. in §. curare. num. 10. Institut. de act. Hippol. singul. 30. per tot. Mar. par. 6. tit. de citat. numero 5.* Generaliter enim citatione opus † non est, 5
quando aduersarius præsens actum impedire, aut contradicere non posset, *text. singul. in l. 4. §. illud. de fideicommiss. lib. ordin. part. 2. tit. 23. & Doctores. vbi sup.* Et quoniam in casu nostro in hoc puncto mandati propter oblationem Archiepiscopi, & rusticorum contradictionem atque manifestam contumaciam, vti ex instrumento paritionis & protestationis *numer. 3.* videre est, sufficienter paritum sit, & alias in sententia huius puncti facienda mentio, videlicet an rustici teneantur se iterum sistere vel non? diutius hic non morabor, sed ad punctum citationis, in quo cardo principalis vertitur, descendam, & ad maiorem euidentiam causæ principalis, quædam tam in iure quam in facto præmittenda sunt.

Primo iudicium pignorationis summarium, adeoque in eo celeriter procedendum esse, quemadmodum ex verbis constitutionis sub finem colligitur, ibi, auff das aller schleunigst/ ex quo infero, in hoc processu † litis contesta- 6
tionem omitti posse, quæ etiam in casu nostro omissa est, *per text. in clem. sæpe. de verbor. significat. Soc. in capit. quoniam frequenter. nume. 26. in 18. fallent. vt lite non contest. Bart. ad reprimendum. in verb. & figura. num. 10.*

Quanquam alias in iudiciis summariis † li- 7
tis contestatio regulariter requiratur, vt notat Bartol. vbi sup. *in verb. summarie. num. 2. per text. in l. tigni appellatione. §. si quis non posset. & §. idem scribit. ff. ad exhib.* & in Camera inter processum † 8
ordinarium & summarium nulla sit differentia, nisi ratione dilationum. Secundo præmitto, hanc constitutionem pignorationis in interdicto retinendæ possessionis potissimum obtinere, cum vnus possidet, alter turbat, vel quando alteruter se magis possidere contendit. vtroque enim casu hoc interdictum locum habet. *l. 1. §. hoc interdictum locum. l. si duo. §. cum inquilinus. ff. vti possid. l. vnic. C. eod. gloss. in capit. licet causam. de probat. in verb. vti possidetis. Fab. in §. retinendæ. num. 11. Institut. de interdict. Angel. in §. quadrupli. nu. 49. Institut. de action.*

Tertio præmitto citatum siue pignorantem in termino citationis comparere, & causas pignorationis deducere debere, alias pignoratum siue impetrantem processus ad impositionem perpetui silentii vel præclusionem viæ procedere, & Iudicem terminum sub tali comminatione euentualiter vel finaliter præfigere posse, per text. *in l. Titia. ff. de accusat. Bartol. ibid. num. 12. & 8. text. in l. si ea. C. de iis qui accusare non poss. & bonus text. in l. si eo tempore. C. de remiss. pign. Dd. in l. vnic. C. vt nemo inuit. Fab. in d. §. retinendæ. num. 35.* Ex quo illud conficitur, hunc processum † 9
pignorationis aliquid commune habere cum processu *l. dissamari. C. de ingen. manum.* nam pignoratus in puncto citationis Rei, pignorãs vero siue citatus Actoris partes sustinere videtur.

Debet

Debet enim contra iuris communis dispositionem *in d.l vnic. C. vt nemo inuit. cum simil.* causas pignorationis, metu pœnæ perpetui silentii vel præclusionis via inuitus deducere & probare, quemadmodum in diffamationis processu receptum est, *Dd.in dict.leg.diffamari. Schurf consil.* 34.*numer.*5.*& consil.*75.*numer.*6.*cent.*1.*Afflict.decis.* 268 *num.*4.*Boer.decis.*25.*per tot.par.*2.*Bart.in dict.l. vnic. in princip. C. vt nem.inuit.* Quanquam alias iudicium vti possidetis, quando vterque ostendit se possidere duplex & reciprocum sit, ita vt illi, quibus illud competat, Actores & Rei sint, *tex.in d.l.si duo.*§.1.*& in d l.vnic.num.*6. Quod intelligendum est aptitudine, quia quilibet potest esse Actor vel Reus, antequam moueatur iudicium: sed postquam motum vel institutum est, tunc apparet, quis sit Actor vel Reus, &c. nam in huiusmodi duplicibus iudiciis Actoris vice fungitur, qui prior ad iudicium prouocat, *l.in tribus, l.qui prior. l. inter litigantes ff. de iudic.* ita declarant *d.l si duo. Bald.in d.l.vnic.nume.*6. *Ang.in* §.*tertia diuisio.nume.*1. *Instit. de interdict.* Et sane in hoc nostro casu plurimum momenti positum est in eo, quis Actoris vel Rei partes sustineat, vt infra patebit.

Quarto præmitto in hoc puncto citationis possessorium hic in Camera plenissime examinari & definiri debere, prout in pleno Senatu Anno 58. conclusum, & in resolutione Cameræ ad grauamina statuum: Anno 56. visitatoribus exhibita videre est. Et in eo differt à † processu *l. diffamari.* quia causa principalis ad Iudicem competentem remittitur, *ord.p.*2.*tit.*25.*in fin.*

Quinto & vltimo præmitto in facto nullam hic esse de finibus syluæ litigiosæ controuersiam: sed litem tantum agitari super iure venandi, vtrum tantum Comiti † competat ius venandi in ea nec ne? Et sic meo iudicio oculari demonstratione opus non esse, &c. His præmissis de quinque potissimum videndum. 1. de actione. 2. de probatione. 3. de elisione. 4. de sententia. 5. de expensis.

I. De actione.

Si Comitem tanquam impetrantem processus Actorem constituamus, dubium non est actum esse † vtili interdicto vti possidetis, vel actione in factum, quę in eius locum surrogatur, prout ex petitione Comitis, in articulis peremptorialibus videre est, per iura in secundo præmisso allegata: petit enim archiepiscopū compelli ad cessandum, desistendum ab omni molestatione, ex quibus verbis elicitur hoc possessorium. Bart. *in l.*1.§.*interdictum, ff. vti poss. Spec. in tit.de caus.poss.& proprie.*§.1.*num.*6. *Eleganter Alex. consil.*88.*volum.*5.*& Dec.consi.*663.*per tot.* Si vero Archiepiscopum in puncto citationis Actorem faciamus per ea, quæ in tertio præmisso dicta, & mox in sequenti membro dicentur, iam ex petitione ipsius in articulis causalibus perspicuum erit, actum esse quasi petitorio iudicio, nimirum actione negatoria, per text. *in l.si quis diuturno.*§.*fin.ff.si seru.vind. gl. in l. apud Trebatium.* §. *idem Trebatius. in verb.non est. ff. de aqua plu. arc.*§.*æque. Instit. de act. Dd.communiter ibidem.& l.si priusquam. ff. de noui operis nuntiatione.* quo pertinet doctrina Zas. *in d.*§.*æque.num.* 24.*& lib.*1.*sing. intell.cap.*11. *Item consil.*6.*num.*3[illegible]. *volum.* 2. vbi hoc ius venandi expresse inter seruitutes reales seu innominatas connumerat, & confessoriam vel negatoriam competere dicit, &c.

Sed quoniam in iure prætensi processus principaliter super constitutione obtenti sunt, & illa constitutio ex S C. & resolutione Cameræ de solo interdicto retinendæ possessionis intelligatur, vt in secundo præmisso dicto putarem actum esse condictione ex lege, iuxta *l.* 1. *& l.fin.ff. de constit. princ. & tot.tit.ff.& C. de condict. ex l.vbi Bartol. & communiter Dd.* vel vtili interdicto vti possidetis ex d.constitu. pignorationis. quod quidem interdictum † vtile competit pro seruitutibus & aliis iuribus incorporalibus, quæ quasi possidentur, si quis in iis turbetur aut impediatur, *per tex. in l.fin.ff.vti possid.tex.in l.sicuti.*§. *Aristo. in fin ff.si seru. vind. text.in l.quoties.* 2.*de seru. general.glos.ibid.in verb.veluti.& gl.in c.licet causam. de probat.& gl.in d.l.vnic.in verb.fundum. & in verb. prohibet. C. vti possid. Bal ibid.nu.*5.7. *&* 12. *Bar.in d. l.*1.*nu.*4.*ff.eod.* Quanquam hæc à communi sententia Dd. locum tantum habeat in seruitutibus continuam causam habentibus, non autem in discōtinuis, eo quod in hoc interdicto præsens possessio probanda sit, *dict.*§.*retinendæ.&* §. *hodie. Instit.de interd.Bar. & Dd.vt sup.* quæ præsens possessio in seruitutibus discontinuis non potest tam facile probari. Vnde earum nomine comparatum est aliud interdictum possessorium, videlicet de itinere actuque priuato, *l.* 1.*ff. de itin. actuque priu.* sed Fab. *in d.*§.*retinendæ.nu.*23.*circa fi.* putat vtile interdictū vti possidetis ex quadam æquitate ad seruitutes etiam discontinuas extendi posse. Omissa longiori disputatione concludo categorice, actum esse ex constitutione pignorationis contra modum procedendi tam in puncto mandati, quam citationis præscriptum, vt initio dixi, & petitionem Archiepiscopi beneficio clausulæ salutaris ad possessorium iudicium restringendam, per ea quæ eleganter notant Ang. & Ias. *in* §. *omnium. Instit.de act.& Felin. in capit. licet Heli. de simon. Panormi.in* §. *dilectus. nume.*52.*de ordin. cognit.& ibidem communiter Canonistæ.*

II. An probata.

Ego in hoc processu pignorationis Archiepiscopum Actorem in effectu constituo per ea, quæ supra in 3. præmisso dicta sunt. Debet e-

nim ius pignorandi tanquam fundamentum intentionis suæ probare, *l. qui accusare. l. fin. C. de edend.* Et exceptiones siue defensiones pignorato tanquam Reo competunt. Exceptio autem
14 est † actionis exclusio, *l. 1. ff. de except. c. 2. extr. eod. Panorm. in capit. 1. num. 5. de ord. cognit.* Ergo vbi da-
15 tur † exceptio, necesse est actionem præcedere, quia frustra tollitur, quod non est in esse pro-
16 ductum, cum non entis † nullæ sint qualitates:
17 & priuatio † præsupponat habitum per vulgaria. Nec obstat, quod pignoratus prior prouocat ad iudicium, & sic in istis duplicibus omnibus partes Actoris sustinere videatur, per iura in tertio præmisso allegata. Quia singulari constitutionis beneficio aliter constitutum & receptum est, quod scilicet pignorans causas articulatas deducere, & per consequens agere teneatur. Præterea non obstat, quod Reus
18 † excipiendo Actor fiat, *dict. leg. 1. ff. de except. l. in exceptionibus. ff. de probat. l. verbum oportebit. §. actionis. ff. de verbor. significat.* Quia regula illa intelli-
19 genda est † de probatione exceptionis. Nam quemadmodum Actor debet probare suam actionem, ita Reus si elidere nolit, intentionem Actoris, suam exceptionem. Hinc est, quod eleganter tradidit Barto. *in capit. fin. numer. 12. de confess.* quod sicut libellus dicitur ex parte Actoris, ita exceptio dicitur libellus ex parte Rei, *per dict. leg. 1. de except.* Quoniam igitur Archiepiscopus Actoris partibus in hoc processu fungitur in primis de ipsius iure videndum est. Nihil hic dicam breuitatis causa de requisitis huius actionis vel interdicti vti possidetis, aut actionis negatoriæ, quia notissima sunt ex Rofredo & aliis in locis ordinariis. Deducitur autem hoc ius Archiepiscopi partim in 3. 4. 5. 6. & 7. articulis causalibus, videlicet ipsi soli hoc ius venandi in articulata sylua competere. Et quamuis vnico verbo concludere possem, possessionem ex parte Archiepiscopi per testes & iuris præsumptionem sufficienter probatam, referendo me ad acta probatoria, ita quod relatum
20 † censeatur inesse referenti cum omnibus suis qualitatibus. *l. Theopompus. ff. de dot. præleg. l. institutio talig. ff. de condit. instit. l. si ita scripsero. ff. de condit. & demonstrat. l. asse toto. ff. de hered. instit. Dec. in consil. 539. numer. 9. & consil. 687. nume. 3. Roma. consil. 460. numer. 4.* tamen quia causa est magni præiudicii, adeoque in facto, ex quo ius oritur propter pugnantes testium depositiones dubia existit, ideo diligentius singulorum dicta examinanda, & accurate ponderanda sunt, alias huiusmodi repetitio testium odiosa, & in recessibus visitationum expresse quoque prohibita est. Ex parte Archiepiscopi decem testes producuntur, quorum 6. optime pro eo deponunt, videlicet 3. 6. 7. 8. 9. & 10. nam tertius testis 74. annorum ad 3. 4. artic. & eorum interrogat. deponit, quamdiu meminit, hab M. allein gejagt / absque contradict. bey fünffzig Jahrn / vidit, & interfuit venationi. Item sextus testis 60. annor. ad eosd. articulos cum interrogationibus, habs von Alten nie anderst gehört / vnd selbst anderst gesehen / & septimus testis 52. annorum dicit eos dictos articulos veros, quam diu meminit, vnnd sonst niemand anders / nunquam aliter audiuit; similiter octauus testis 60. annorum ad 4. artic. non vidit alium, quam M. venari; præterea nonus testis 80. annorum ad eundem articulum deponit, se vidisse M. quam diu meminit, in dicta sylua venari; postremo decimus & vltimus testis 60. annorum ad eundem articulum dicit, quam diu meminit, hab M. allein gejagt / &c.

Quibus accedunt testes Comitis, videlicet 7. 8. 9. 10. 14. 15. 17. 19. & 20. Nam septimus testis 64. annorum ad septimum articulum peremptorialem deponit, quod Comites neben den M. allwegen gejagt. Item octauus testis 50. annorum, ad 7. 8. & 14. articulos elisiuos dicit, quam diu meminit, haben beyde / ein theil vmb den andern gejagt. Nonus testis 47. annorum ad 7. inter. 8. & 9. articulum deponit se audiuisse, daß die M. auch offt gejagt. Præterea 15. testis 76. annorum ad interrogationem 7. alt, & ad 14. articulum, je vnd sonderlich nach zerreissung der Hecken continue, vnnd dafür auch / aber selten. Ad eundem modum deponit 17. testis 60. annorum, Ja so lang jhme gedenckt / quando voluerint, haben M. auch gejagt / & adhuc absque contradictione, &c. Similiter deponit 19. testis 52. annorum, ad 7. inter. 7. art. quam diu meminit, haben die M. auch gejagt / absque contradictione. Postremo 20. testis ad 7. interrogat. 8. articul. post dirutum & demolitum septum, haben die M. ihres gefallens in A W. gejagt. Hi fere omnes optimam dicti sui causam scientiæ reddunt, videlicet, quod viderunt, audiuerunt, & interfuerunt venationi sæpe factæ, Comitibus semper contradictum, & sic concludenter probant possessionem Archiepiscopi, quia testis † non debet 21
per verbum iuris deponere, *l. stipulatio ista habere. §. hæc stipulatio. Bartol. ibidem numer. 2. de verbor. obligat. Decius consil. 524. numer. 3.* vbi dicunt, si rusticus interrogatus supra articulum, deponat aliquando possedisse & tenuisse, quod per hoc probetur possessio. Idque eo magis procedit, si attestetur de facto proprio absque suo interesse, quo casu etiam vnicus † testis facit ple- 22
nam fidem, secundum Castrens. *in l. quicunque. numer. 10. C. de seruis fugit. Decius consil. 56. nume. 4.* Nam plena notitia † habetur per visum & au- 23
ditum, quia sensus † non decipitur, circa pro- 24
prium obiectum, *l. solam. C. de testib. & ibidem Bal. in princ.*

Cum igitur hi testes de visu & facto proprio deponant, dubium non est, optime probatam esse possessionem Archiepiscopi,

adeo-

adeoque immemorialem, præsertim per tertium & 6. testes, secundum ea, quæ tradit Philip. Franc. *in capitul. 1. de præscript. libr. 6. numer. 15 cum sequ.* vbi definit ex Lapo ætatem testium, qui de immemoriali possessione deponunt, vt videlicet sint 54. annorum. ita vt scientiam & memoriam habeant de possessione 40. annor. Nam
25 certum est, testimonium † valere etiam de eo quod quis vidit in puerili ætate, doli tamen ca-
26 pace, licet alias impubes † testimonium ferre nequeat, per tex. *in l. 3. §. l. ex Iulia. ff. de testib. gl. notab. ibidem in verb. impubes. c. relatum. dist. 37. ibid. glo. in verb. pueritia. Alexand. consilio 88. numero 23. volumine 5. Specul. in §. 1. numero 35. de test.* Sed testes in præsenti casu plerunque eam ætatem excesserunt, & de longiori quam 40. annorum possessione deponunt. nam 3. testis vt supra d. de 50. annis, reliqui fere omnes vtriusque rotuli vno veluti ore de 40. vel 43. annis videlicet de sepimento deiecto deponunt. Nam hoc accidisse ante 43. vel circiter annos communiter atte-
27 stantur. Atque tale tempus † secundum quosdam antiquum dicitur, ita vt valeat testimonium ab eo tempore de auditu, de fama, de credulitate tanquam de facto antiquo, in quibus huiusmodi testimonia admittuntur, & plenam fidem faciunt, vt tenet Anton. de Butr. *in capit. veniens. 1. de test. Alexand. consilio 4. numero 12. volumin. 2. & consil. 187. numero 4. eodem vol. Gemin. in c. 1. de præscript. libr. 6.* Quibus accedit etiam titulus Archiepiscopi, quia notorium & in confesso est, sylvam litigiosam esse in ipsius territorio, licet
28 *proprietas* sit Abbatis S. sed titulata possessio † fortior est possessione non titulata, per text. *in d. capitu. licet causam. Bald. in d. l. 1. numero 10. & in l. qui accusare. numero 4. C. de edend. Fab. in d. §. retinendæ. numero 20. Dec. consilio 56. Bart. in d. l. si duo. num. 4. in fin. gloss. in capitu. cum dilectus. de causa possess. & prop. in verb. præualere.* dicens quod semper pro-
29 prietas † tanquam dignior trahat ad se possessionem, vt sequatur dominium, quia iustior est petitio proprietatis. *l. bona fides. ff. de possess.* & in hoc interdicto data paritate probationum is obtinere debet, qui de dominio quoque probauit. *d. c. licet causam. Felin. ibid. numero 33. & communiter Canonist. Bald. in l. ordinarii. numero 10. Cod. de rei vind. Idem in l. post sententiam. numero 4. C. de sentent. & interl. omnium iudic. Ferrar. in libel. pro turb. possess. in verb. cessandum. Paris. consilio 107. numero 3. volumine 1.* ex quibus constat, Archiepiscopi intentionem etiam de iure communi ex præsumptione libertatis fundatam esse, quod quælibet
30 res † præsumatur esse libera. *l. altius. C. de seruit.*
31 & duo eandem † rem in solidum possidere nequeant. *text. in l. 3. §. ex contrario. ff. de acquir. possess. & ibidem gloss. magna, & communiter Doctor. text. in l. duo. ff. de precario. Dyn. ad longum in c. sine possessione. de reg. iur. in 6.* Agens autem contra eum qui est fundatus de iure communi, debet in hoc interdicto succumbere. Quia quando de proprietate † constat, tunc executio in possessione fieri 32
non debet. *d. c. cum dilectus. ita Fab. in d. §. retinendæ. numero 29.* vbi hoc exemplo declarat, vt si quis dicat, se habere iurisdictionem intra fines territorii alicuius Episcopi, Comitis, vel Baronis, &c. Quare ex supra dictis concludo Archiepiscopum non solum possessionem iuris venandi, sed etiam titulum & per consequens ius pignorandi sufficienter probasse, &c.

III. *An Elisa.*

Defensio siue elisio † Comitis consistit in 33
3. 4. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. & 18. articulis peremptorialibus: quod scil. den Wildbahn in triquercu ab Imperio in feudum recognoscat, quod silua litigiosa pertineat ad Wildbahn triquereus, quod in quieta possessione iuris venandi in dict. sylua ab immemoriali tempore fuerit atque adhuc sit. hos articulos omnes plerunque testes veros dicunt, quam diu meminerunt, absque contradictione, excepta præsenti turbatione, cum optima causæ scientia, quia interfuerunt, viderunt, & ita à maioribus audiuerunt, &c. Et sic quasi ex diametro contra testes Archiepiscopi deponunt: Itaque hic quoque singulorum testium dicta diligenter examinanda sunt, vt scire possimus, vter alteri præferendus. Quantum igitur ad primum & secundum testes Comitis attinet, licet illi adhuc iuuenes sint 30. & 40. annorum, tamen ad 4. & 18. articulum deponunt, se audiuisse à senibus daß es allwegen also gehalten worden/ 3. testis 56. annorum ad 3. 4. & 13. articulum dicit, se à senibus audiuisse, quod Comites ius venandi ibi loci von alters hergebracht ꝛc. 4. testis. 70. annorum optime & fortissime deponit, ad 1. articul. dicens, er hab in die 50. Jahr helffen jagen vnd Hundt geführt. Idem ad 4. 5. 7. 8. & 11. articulum audiuit a senibus, & nunquam aliter meminit absque contradictione. Idem ad 15. artic. hab vmb 44. Jar ein Hecken helffen zerreissen mandato Comitum die M. geschlagen/ ꝛc. Vidit auum & parentem Comitis & ipsum quoque Comitem in d. sylua venari. 5. testis 64. ann. ad 4. & 5. articul. deponit de 51. Jahr. & audiuit von seiner Anfrauwen / quod Comites von den S. Forst vque A. ad pontem gejagt. Nam ad 7. articul. & 2. inter. 8. articu. deponit, articulos veros quandiu meminit, vidit Comitis patrem & auum venari in sylua litigiosa, hab helffen jagen/ ꝛc. 7. testis 64. annorum ad 4. articul. hab innhalt deß Artickuls von den Alten wol vor 40. Jaren gehört/ & ad 3. inter. deponit de actu possessorio ante annos 35. quod M. per Comitis patrem abgetrieben worden: 10. testis 80. annor. ad 4. 7. 8. 9. & 14. art. dicit articulos veros quam diu meminit absque contradictione, sæpius venationi ante 50. annos interfuit, vidit, & ita à parentibus suis audiuit, sepem dirutam ante 40. annos quã Comites darfür vltra hominum memoriam in

dicta sylua gehabt.13.testis 60.annor.ad 7.& 10. articul.deponit articulos veros, er sey in die 50. Jahr zum jagen gebraucht / absq; contradictione.14.test.57.annor.ad 4.artic.ait verum, quam diu meminit, hab auff die 46.Jar helffen jagen/ & audiuit etiam à parentibus Comites venatos fuisse.Item 15.test.76.annor.ad 4.articul.audiuit à parentibus suis prout in articu.hab vber die 60.Jahr helffen jagen/præsentibus Comitis patre & auo.Idem ad 7.8.& 9.articul.veros quam diu meminit vber 60.Jahr/quia vidit, interfuit venationi, & à parentibus suis ita semper audiuit.Idem ad 15.articu.refert actum possessorium pro Comite.Item 16.test.52.ann.ad 4.articul.audiuit à parentibus, prout in articulo.hab vber die 40.Jahr Hundt geführt/ꝛc.& 17.test.60.anno. ad eundem articul. hab 46. Jahr helffen jagen. Postremo 20.test.46.ann.ad 4.articulum deponit, daß er biß in die 50.Jahr gejagt. Idē ad 7.art. deponit articul.verum, quamdiu meminit, quia vidit & interfuit; Audiuit præterea à patre suo (welcher vber 30. Jahr Comitum Forster gewesen) daß Comites bey desselben Zeit vnnd darvor auch also gehabt vnd hergebracht haben sollen.

Iam & Archiepiscopi testes his coniungantur.nam 1.test.60.annor.ad 5.articul. dicit, se vidisse ante 30. annos Comitum familiam mehr dann einmal in sylua litigiosa jagen / Idem ad 4. interrogator. 5. articul. habē ante 40. Jahren zu S.gedienet/vnd also gesehen / daß auff anzeigen deß Hambergers der S. Viehe desselben Tags/ so Comites in articulata sylua gejagt / an ein ander ort getrieben sey.Item 9.test.80.an.ad 4.arti. deponit Comites etiam venatos; Idem ad 4. interrogator.6.articul.vnd gedencke jhme/sey doch sehr lang / daß die H. etliche M. Vnderthanen herē in A.W.verglubt. Postremo 10. test.60.an. ad 1.inter.6.articul.dicit,ab eo tempore,quo der Hag vmbgerissen/hab man allweg den H.das jagen darinn gewehrt. Ergo ante illud tempus quiete venati sunt,&c.

Reliqua quæ ad probationem articulorum peremptorialium pertinent, breuitatis gratia omitto, referendo me ad singulorum testium dicta. Ex istis ergo euidentissime apparet, Comitem suam quoque possessionem sufficientissime probasse.de qua infra tamen latius. In hac igitur pugnantium æqualitate probationum quid tandem concludendum, statuendum aut pronunciandum, cum de pleno possessorio vti in 4.præmisso dictum est,adeoque de re magni momenti & inter magnas partes agatur,accurate animaduertendum erit.nam ex diametro vtriusque rotuli testes contraria deponunt,illi affirmant, hi negant,&c.

Quod ad ius commune attinet, si interdicto retinendæ possessionis, quando videlicet vterque contendit se possidere in solidum, æqualitas probationis adsit, gl.& Dd. vtriusq; fori mirifice variant.

Quidam volunt in hac paritate probationum Iudicem simpliciter pronunciare debere,vti possideris,& possideatis,& sic neutrum vincere.*Spec. in titul.de petit. & poss. §.1. numer.32. gloss.in d.l.1.C.vti possid.Bald.& Doctor.ibidem.Bart. in d.l.si duo.nume.4.in fin.ff.eodem.gloss. & Canonist. in d.c.licet causam.de probat.* Sed hæc opinio communiter reprobatur, eo quod duo in solidum † 34
eandem rem eadem specie possessionis possidere non possunt.*Dyn.in d.c.sine possessione. circa medium.*dicens:quod duæ possidendo † qualitates 35
contrariæ in eadem substantia possessionis concurrere non possint,&c.

Alii nihil pronunciandum, sed supersedendum putant, eo quod sententia debeat † esse 36
certa.*§.curare.Institut. de act.l.fin. C.de sententiis ex breui.recit.* Sed de re incerta non potest ferri certa sententia.*gloss.& Doctor. in loco allegat.* & ita Specul. concludit,*d.§.1.numer.*32. quo pertinet doctrina Baldi *in l.præses. C. de sententiis & interl. num.*1.dicentis, quod Iudex quando quæstio est de finibus inter duas ciuitates, & testes reddunt rem ita dubiam, quod dici non possit, pronunciare debeat, *Eatis cum Deo, vnus vestrum mendacium dixit, nescio quis.* allegat ad hoc *l.2.§. fin. ff.de iureiur.* Nonnulli in hac paritate probationum diuidendam possessionem, & vtrique eam pro parte adiudicandam censent, maxime si hoc à parte postulatum sit: in qua sententia Bartol.est *in d.l.si duo.numer.5.per illum text. & l. fin.eodem text.in l.si paterfamil.in fin.ff.de hæredib.instit.l.si pluribus ff.de leg.1. quem sequitur Salicet.in d.l.vnic.& Boer.decis.239.part.2.&c.* Similiter Fab. in effectu *in dict.§.retinendæ.num.*30.dicens:multa exempla occurrere posse,in quibus Iudex pro qualibet partium iudicare debeat,&c. Et ipse ibidem duo exempla ponit: vnum quasi in terminis nostris. ponamus inquit, quod ego habeo vsum & expletum in vno nemore. Non dubium quin possit pronunciari pro vtroque & inhiberi, ne alter alterum impediat,& si concurramus, Iudex ex officio debet interuenire & ordinare, quomodo vtamur. per *d.l.si duo. & d.l.quoties.ff.de vsufruct.l.significaui. § fin ff.de leg.* 1.Et hanc opinionem Fab. æquissimam esse puto, sed tamen non ita in iure fundatam, quod etiam Bald. animaduertit *in d.l.præses.* Vbi dicit opinionem Bart.procedere, quando possessiones non essent aduersatiuæ sed compatibiles, secus si testimonia se infringant, quia quilibet probat de possessione in solidum, vt in nostro casu. nam tunc opinionem Bartol. falsam esse asserit. Sunt qui litem in hac difficultate probationum sorte dirimendam esse existimant,*per text.in l.sed cum ambo.ff. de iudic.gloss.ibid. in verb.sorte.l.si qui.§.1.ff.famil.herciſc.l.si duob. Cod. communia de leg.Bald.in d.l.vnic.num.10 Fab.in d.§. retinendæ.num.29.in fin.Bartol.in d.l si duo. nume 5.* Sed communiter reprobatur hoc per omnes, vbi supra eo quod iudicium † sortis non habeat 37
locum

locum in quæstione facti, sed tantum in quæstione iuris, & nisi in casibus expressis. Possessio autem † facti est, non iuris, igitur sorte dirimi non debet lis, quæ super possessione agitetur. *l. duo sunt Titii. ff. de test tut. gl. in d. l. vnic. in verb. prohibebit. Fel. in d. c. licet causam. numer. 44. Barto. in d. l. si duo.* Breuiter quoad casum præsentem, vt ista æqualitas probationum, si qua est, ad inæqualitatem reducatur, & sententia feratur pro eo, qui pinguiora iura habet, tres facio conclusiones: Quarum prima est: In interdicto † retinendæ possessionis, quando vterque contendit se possidere in solidum naturaliter & ciuiliter, & vterque probat, vt in nostra hypothesi, is obtinere debet, qui melius & antiquiorem possessionem probauit. *text. in d. capi. licet causam. de probat. gloss. ibid. in verb. vti possidet. Panor. ibid. nu. 35. & Fel. late nu. 8. cum seq.* vbi plures ad hoc allegat *Bar. in d. l. si duo. num. 4. Soc. senior cons. 99. nume. 17. volum. 4. Dec. consil. 303. numer. 8. Bald. in d. l. ordinarii. C. de rei vind. & cons. 468. num. 8. p. 3.* vbi dicit, quando res est omnino dubia propter intricationem probationum & possessionum, atque mixturam actuum hinc inde, quod tunc ille vincere debeat, qui habeat antiquiorem possessionem, & ratio est secundum Dd. quod secunda † possessio præsumatur clandestina & iniusta. *l. si finita. §. vbi autem. ff. de dam. infect. Bald. in l. non ignorabit. C. ad exhibendum. & in l. si super. C. de præscr. long. temp. nu. 16. cir. fin.*

Secunda conclusio: Quando vterque æqualiter † probauit, nec constat de antiquiore possessione alterutrius, tunc si vnus probet titulum suæ possessionis, alter non, pronunciandum erit pro eo qui titulum probauit per text. *in c. licet causam. Bald. in d. l. vnic. numer. 10.* dicens: æqualitatem sic reduci ad inæqualitatem. idem *in d. l. qui accusare, numero 4.* vbi dicit, quod titulata possessio ideo præferatur, quia magis iustificatur per viam rationis. *Dd. in locis sup. in 2. memb. allegat.*

Tertia conclusio, non probato † titulo, nec etiam antiquiore possessione, tunc data paritate probationum in dubio in fauorem Rei, cuius partes fauorabiliores sunt, pronunciandum est. *l. fauorabiliores ff. de reg. iur. gloss. in l. in trib. ff. de iudic. Ang. in §. tertia diuisio. nu. 1. Institu. de interdict.* quod procedit, etiamsi probationes Actoris in aliquo excedant. *Dec. in d. l. fauorabiliores, in prin. Idem cons. 109. n. 1. Pan. in c. ex literis. n. 1. de probat.* vbi dicit illud bene notandum per gl. singularem *in c. clerici. in verb. aliqua. dist. 81.* Nunc igitur casu nostro videndum, vter antiquiorem possessionem probarit. nam ex superioribus constat vtrumq; possessionem sufficienter probasse. Et in hac diligens testium collatio facienda & temporis, tituli aliarumque circumstantiarum accurata ratio habenda est, iux. notat. Dd. *in c. nostra. de testib. l. ob carmen. ff. eod.* Atq; si hinc inde dicta testium recte probantur, collatione facta perspicuum erit Comitis testes in probatione antiquioris possessionis præponderare, & non solum numero, sed ætate, memoria & causa scientiæ antecellere.

Deponunt enim testes Comitis quinquagenarii 60. 70. 80. non solum Actorem, sed etiam eius parentem & auum in sylua litigiosa venatos fuisse absque contradictione non semel sed multoties, adeoque singulis annis pro ratione & voluntate Comitum, non clam, non vi, non precario vel iure familiaritatis, sed manifeste, palam, quiete, iure suo, scientibus & præsentibus subditis & venatoribus M. hoc ipsi non solum viderunt, ante 40. 50. & 60. annos, verum etiam à parentibus, à maioribus, à senibus ita audiuerunt. Et sic immemorialem possessionem optime probarunt, quæ non potest aliter, quam eo modo probari. per tex. *in l. 2. §. idem Labeo. ff. de aq. plu. arc. tex. in l. hoc vno. § ductus aquar. & ibidem glo. in verb. memoria. ff. de aqua quot. & acti.* gl. singularis ab omnibus approbata *in cap. 1. in verb. memoria. de præsc. lib. 6. pulchre Bald. in auth. quas actio. nu. 15. C. de sacros. Eccl. Late Grauet. in tr. de antiq. tem. p. 4. mihi fol. 205 §. materia ista.* Nam ex communi Dd. opinione præscriptio immemorialis non 40. sed 100. annor. curriculo circumscribitur. *Ias. in l. cum aliquis. nu. 7. C. de iur. deliberand.* vbi communem dicit Alex. & com. Dd. ibidem. Ias. *in repet. l. admonendi. n. 209. ff. de iureiur. Alex. cons. 6. nu. 7. vol. 1. idem con. 208. n. 11. cum seq. vol. 2.* vbi communem dicit Corn. *cons. 329. n. 37. vol. 1.* vbiq; dicunt antiquum † dici, quod excedit 100. annos. & de tali tempore valet † testimonium de auditu, de credulitate, de fama Dd. vbi supra, & *in d. c. 1. de præsc. 6.* quia directa probatio † possessionis centum annorum haberi non potest, cum nullus testis possit † causam reddere de tanto tempore per sensum corporis, sed bene præsumpta probatio per famam & auditum, qui in antiquis multum operatur. Ita Bal. *in auth. quas actiones. n. 5 per tex. in c. veniens. 2. de testib.* Grauet. & alii, vbi supra. Iam si ex parte Comitis testium dicta examinentur, constabit ipsos de longiori, quam centum annorum tempore deponere, quia immemorialis † possessio non potest aliter probari quam per senes (quorum nomine veniunt & qui 45. sunt annor. vt sup. dixi, & notant Canonistæ *in c. quoniam frequenter vt lite non contestata*, vbi Pan. *nu. 18.* hoc Iudicis arbitrio & recte relinquendum censet) qui ita viderunt sua memoria, & ita à maioribus suis audiuerunt, & nunquam aliter, per iura supra allegata & gloss. *in d. c. 1. de præscript. in 6.* Sed testes à Comite producti senes 50. 60. 70. & 80. annorum de visu, de facto proprio, de tempore 40. 50. & 60. annorum, de sua memoria, de auditu parentum, maiorum & senum quasi vnanimiter deponunt, & sic procul dubio antiquissimam 100. annorum possessionem sufficienter probant. Quo pertinet quoq; dispositio quorundam testium, de demolito

septo.

septo.videlicet 12.testis ad 3. interrogator. 4. articu. Item ad 14. 15. 17. & 18. articul. Actoris patrem vor 40. & 46. Jahren in dicta sylua habuisse ein alte Schweinhag / Item 10. testis 80. ann. ad 7. 8. & 9. artic. ante 40. ann. sepem dirutam esse, quam Comites ante, vltra hominum memoriam in sylua habuerint. similiter 4. testis ad 7. articul. & 15. test. 76. ann. ad 15. articul. quod Comites sepem illam diu ante deiectionem ibi loci habuerint, quæ omnia ad probandam antiquiorem possessionem diligenter ponderanda sunt. Nam si antiquum sepimentum ante deiectionem in sylua litigiosa habuerunt sciente & patiente M. (quia quæ publica etiam cum oculis exposita sunt, ignorari non possunt. Bart. Marant. latissime & communiter Doctor. *in l. is potest. ff. de acquir. hereditate. Paris. consilio vigesimotertio, numero 219. volumine primo*, vbi dicit, quod
48 in notoriis † manifeste patentibus & se omnibus offerentibus ignorantia induci non possit. *l. cum quædam. §. quod dicitur. 2. ff. d. tit.* Et hanc scientiam alio argumento mox ostendam) ex eo non solum euidens, sed & meo iudicio concludens argumentum sumitur, illos tunc temporis in possessione quieta iuris venandi fuisse. nam huiusmodi sepes non ad alium quam venationis vsum parantur, quemadmodum in simili deducit & comprobat Zas. *de domo venatoria dicto consilio sexto, numero decimoquinto, volumine secundo,*
49 per regulam: Cui signum † competit, ei & signatum competere. *l. Stichma ea. C. de Fabric. libr.*
50 11. *Bart. ibidem per tot.* vbi concludit, eius esse † animalia, cuius sunt signa, quibus signata sunt per illum tex. ex quibus concludunt, Comitem possessionem immemorialem sufficientissime probasse, & nos in terminis primæ conclusionis versari. Sed ad confirmationem prædictorum etiam de titulo Comitis videndum, cum Archiepiscopus habeat ius commune, & præsumptionem libertatis pro se, vt supra deductum
51 est. Et quamuis possessio † cuius initii memoria non extat, habeat vim tituli concessionis & priuilegii ita, vt non sit necesse titulum probare. *text. in l. 1. §. fin. ff. de aqu. plu. arc. & ibidem gloss. in verb. interdictum. text. in d. l. hoc iure. §. ductus aquarum. capit. 1. de præscript. in 6. Dyn. in c. possessor. de reg. iur. in 6. vers. transcursus. Afflict. pulchre in c. si quis per 30. numero 2. cum sequent. si de feud. fuer. controu. int. dom. Felin. in c. si diligenti. numero vndecimo, de præscript. Alexand. consilio 24. numero 14. cum sequent. volumine quinto, cum multis allegat. ibid. Roman. consilio 166. numero octauo, Paris. consilio 107. numero 39. volum. 1.* tamen in nostro casu ad hanc antiquissimam possessionem quoque accedit tituli probatio, qui quidem titulus probatur ex transumpto deß Weißthumbs / cuius originale est de dato 1338. in quo describuntur fines deß Wildtbahns in triquercu, & sylua nostra litigiosa, tanquam pertinens sub eo iure venandi comprehenditur. Nam inter cæteros fines & limites expresse fit mentio pagi S. qui etiam inter fines dicti Wildtbahns connumeratur. Præterea quod ius venandi in D. E. extendat se non solum vsque ad d. pagum S. cui sylua litigiosa vicina & proxima est, verum etiam ad A. mitten auff die Bruck an das Creutz / sed quoniam non originale sed tantum transumptum coram commissario editum est. dubitari potest, vtrum d. transumptum fidem faciat contra tertium non citatum ad videndum transumi. Regulariter enim exemplar † non probat sine originali, nisi pars 52
aduersa legitime citata sit, quam negotium concernit. *authent. si quis in aliquo. C. de edend. gloss. ibid. in verb. exemplaria. & Barto numero quarto, Ias. num. 2, & communiter Doctor. l. 2. ff. de fide instrum. text. in capitulo primo, & c. fin. extr. eod. & ibid. Canonist. l. Pomponius scribit ff. fam. ercisc. Rota decis. 1. circa fin. de fid. instr. in nouis.* Archiepiscopus in præsenti quidem citatus est ad videndum transumi ipsum transumptum, sed non ipsum originale, vt patet in actis probatoriis *volumine* 20. & 32. hac tamen dubitandi ratione non obstante putarem, exemplum in nostra hypothesi, & quantum ad colorandum possessorium attinet, fidem facere, 1. propter excellentiam personæ eius, qui exemplum conscribi curauit, puta comitis P. à S. per gloss. *in d. c. fin. de fid. instr. vers. publicam.* 2. propter sigillum Comitis transumpto appensum, quod tanquam Authenticum, robur & authoritatem præstat scripturæ *c. 2. de fide instrum. Panormit. ibid. numero quarto, Innocentius numero tertio, Fel. numer. 37. in fin. c. cum dilectus. eod. Panorm. ibid numero tertio, Fel. in c. post cessionem. numero 17. de probat.* Tertio propter Maiestatem Imperatoriam Car. V. qui in confirmatione in actis fol. 55. mihi transumpti, quod coram commissario exhibitum est, mentionem facit, & fidem adhibet & confessionem, atque iudicium Imperat. Ludouici confirmat: Imo publicam authoritatem d. transumpto tribuit, vt in confirmatione videre est. Si igitur Imp. fidem habet huic exemplo, & ex plenitudine potestatis & certa scientia in formam publicam redegit, certe nec nos de fide eius dubitare debemus.

Quarto ad probationem huius tituli accedant depositiones testium à d. 3. 4. & 5. art. quos veros dicunt, videlicet, sylua litigiosam pertinere in D. E. Et quamuis testes † de facto, non 53
de iure deponere debeant, *d. l. stipulatio ista habere. §. hæc quoq; stipulatio. ff. de verb. obl. Bar. ibid. & Dd. vbi sup.* tamen hoc nō procedit † in factis antiquis, 54
vbi admittuntur probationes, quæ alias non admitterentur. *tex. in c. veniens. 2. de test. l. consensu. §. super plagiis. C. de rep. ud. l. si quando. C. vnde vi. Zas. consi. 15. n. 1. vol. 2. Imol. in l. in illa. 1. in fi. ff. de verb. obl.* adeo vt dominium † etiam sola fama in antiquis 55
plene probetur, vt not. Bal. *in l. proprietatis. n. 3. C. de probat. & pulchre in l. conuenticulum. nu. 6. C. de Episc. & Cler. Rom. in l. 2. §. Idem Labeo. nu. 5. ff. de aqua plu. arc. Dec. cons. 42. n. 11. Pan. cons. 104. n. 20.*

Quinto

Quinto facit, quod titulus saltem putatiuus & iusto errore creditus proficiat possidenti ad præscriptionem, per text. *in l. Celsus. ff. de vsucap.* Vbi latissime Bart. hoc declarat. Porro posito exemplum nullam fidem facere, adeoque testes qui 3. 4. & 5. articulum veros dicunt titulum non probare, contra Archiepiscopum titulum suum probasse: tamen hoc nihil præiudicaret Comiti, quia ex communi Dd. sententia titulus nihil operatur, quando possessio alterius est antiquior. *Boer. decis. 339. n. 4. circ. fin. Dec. cons. 2. n. 8. Bal. in l. data opera. nu. 68. C. de iis, qui accus. non poss. Alex. cons. 88. n. 12. vol. 5.* vbi inquit: quod in interdicto
56 †vti possidetis obtinere debeat ille, qui de antiquiore possessione respondet, absque alio titulo, etiamsi aduersarius habeat iuniorem possessionem cum titulo, modo Actor allegat in actis, quod aduersarius possideat etiam respectu possessionis ipsius Actoris, secus si simpliciter articularet aut allegaret Actor, aduersarium possidere, & non diceret respectu suæ possessionis, quia non obtineret. est singularis decisio Bart. *in l. si de eo. § fin. de acqu. poss. nu. 4. Imol. Castr. Rom. & alii communiter ibidem.* & ita concludit etiam Boer. *d. decis. 239.* sed in præsenti Archiepiscopi possessionem esse iuniorem, Comitis vero antiquiorem & immemorialem supra ostensum satis est, & mox prolixius dicetur. Et ideo titulus Archiepiscopi non potest Comiti præiudicare, casu quo ipse titulum suum non probasset, quod tamen non concedo. Considerandum quoque hic venit, quod Comes in hoc processu pignorationis partes sustinet, & quod in dubio exi-
57 stentibus paribus probationibus † pro Reo pronunciandum sit per iura supra in 3. conclusione allegata. Sed tamen in eo nihil momenti pono, cum Archiepiscopus ex d. constitutione non voluntarius, sed necessarius Actor sit, & sic fauore dignus, per ea quæ notat Decius *in d. l. fauorabiliores. de reg. iur. num. 2.* dicens: Regu-
58 lam illam etiam procedere quando Reus † efficitur Actor per accidens, vt quia prius debitor compareat, & petat Actori perpetuum silentium imponi. Nam per hoc inquit Decius, non efficitur Actor, sed habet prærogatiuam regulæ quod in dubio Reus absoluitur. Butr. *in c. in præsentia. numer. 20. cum seq. de probat.* per illum text. Præterea in iudiciis duplicibus non habet lo-
59 cum regula, Actore † non probante. *l. qui accusare. C. de edend. secundum Angel. in d. §. tertia diuisio. n. 1. Instit. de interd.* De continuatione possessionis ipsius Comitis nihil dico, cum quia per testes sufficientissimè probata est, qui deponunt ipsũ exercuisse ius venãdi in sylua litigiosa quiete & absque contradictione vsque ad tempus præsentis turbationis. Adhæc iuris est, quod is
60 qui semel † possedit, semper præsumatur possidere, donec contrarium probetur. *l. siue possidetis. C. de probat. Bartol. in d. l. Celsus. numero vigesimosecundo, Bald. in l. indicia. numero sexto, in fin. C. de rei vind. Alex. and. dicto consilio 88. numero 30. volumine quinto,* & probatis extremitatibus † censetur 61
medii quoque temporis possessio probata. *Felin. Panorm. & alii in d. c. licet causam. Paris. cons. 107. nu. 12. vol. 1. gl. in c. accedens. verb. processum. de conuers. coniug.* Argumentum de Wildhabern similiter silentio prætermitto, cum possessio Comitis alias satis sit probata, licet adminiculum præstet, cum nonnulli testes 16. & 17. art. peremptoriales veros dicunt, & argumentum † ab Etymolo- 62
gia verbali in iure firmissimum sit, vt latissime per infinita allegata deducit Euerh. *in loco legal. in loc. ab Etymolog. vocabuli.* Porro quoniam par & æqualis omnium testium conditio est, quia hinc inde vno aut altero excepto, producẽtium subditi, ideo vnumquemq; suæ sorti relinquo, cum alias digniores prævaleant, vt notant plene Canonistæ *in d. c. in nostra. de prob.* per illum textum. quanquam testes Comitis minus suspecti sint, verisimilioraq; deponant, & sic præferendi sint. *d. c. licet causam. de probat. Fel. in d. c. in nostra. n. 3. Pan. & alii ibid.* Quia etiam de venatione Achiepiscopi testantur. Testes vero Archiepiscopi excepto primo & 9. nihil de venatione Comitum deponunt: Imo dicunt Archiepiscopum solum venatum quam diu meminerint, cum de contrario constet, & ipsi tanquam vicini de iure præsumantur habuisse notitiam & scientiam eorum, quæ in vicinia non raro sed frequenter & singulis annis aguntur. Quia propter vicini- 63
tatem † præsumitur scientia. *c. quando. c. quosdam. de præscript. Anchoran. consil. 169. Dd. in l. 1. si cert. pet. Paris. d. cons. 23. num. 2. 8. volum. 1. Salic. in l. siue possidetis. n. 19. C. de probat.* Et vicinus præsumitur † sci- 64
re facta vicini, *l. si ita. § fin. C. de fund. instr. l. si vicinus. C. de nupt. l. filium. ff. de his qui sunt sui vel & c. d. c. quosdam. & ibi Pan. late Bar. in l. is potest. ff. de acqu. hered. Marant. ibidem n. 298. & 304.* quibus accedunt quorundam testium dicta ad 4 interrog. 5. art. quod S. ad denunciationem deß Hambergers tempore venationis jhr Viehe auff ein seyten/oder aber an ein andern Ort getrieben / vnde non solum scientia, sed & patientia & possessio iuris venandi, optime probata est; quod autem suddi- 65
tus † possit, pro domino suo testificari, dubium non est, præsertim ratione iurisdictionis, alias 66
sequeretur absurdum, † quod domini territorii deficientib. aliis probationib. de iure suo docere non possent. *Bal. in l. eos testes. n. 2. C. de testib. Sal. ibid. nu. 2. Alex. d. cons. 88. n. 16. lib. 5.* Concludo Comitem non solum antiquiorem possessionem, sed etiam titulum probasse, &c. Nunc obiter ad ea, quę in cõtrarium adduci possent, respondendũ, quamuis ex sup. dictis resolutio contrariorũ pateat. Et in primis non obstant depositiones ex parte Archiepisc. quia Comitis testes, vt sæpe dixi, numero, ætate, tempore, & ratione vincunt, ideo merito in hoc interdicto præferendi. *d. c. licet causam. de proba. Dd. vbi sup.* Nam si depositiones testium recte perpendantur, deponunt

tantum

tantũ de venatione, quæ facta fuit post dirutam sepẽ, de tẽpore 40. vel 43. an. Nã in tempore variant; & sic de minori tẽpore, sc. 40. an. deponere intelliguntur. Quia ad probandũ possessionẽ
67 † certi temporis per testes, si vnus deponat de maiore tempore, alter de minore, tum dicuntur testes esse concordes in minori. Verba sunt Alex. *d. cons.* 88. *nu.* 5. *volu.* 5. per iura quod in maiori
68 † summa minor insit. *l. diem proferre. §. si plures. ff. de arbit. allegat Imol. in l. inter pares. ff. de re iud. & in l.* 1. *§. si stipulanti. ff. de verb. oblig. Bald. in l.* 1. *C. de testam.* Quod autem ita eorum depositiones intelligẽdæ sint, constat partim ex ipsa ætate & annorum numero, partim ex ratione & causa scientiæ. Ná 5. testis nihil deponit pro M. sed magis contra. 2. test. de 46. annis. 4. 5. & 7. test. de 40. annis scilicet de sepe diruta deponunt. 3. singularis & vnicus de 50. annis & sua memoria deponit. 6. 7. & 10. test. sunt suspecti, cum quia victoriam fauent domino, tum etiam quia de testimonio dicendo inter se contulerunt, ita quod instincti esse videantur, & per consequens non probent, *Spec. tit. de testib. §. primo, numero quadragesimotertio per alleg. ibid.* quanquam alias testes quoad causam scientiæ reddendam per producentem instrui possent, non quoad factum. *Bald. in d. l. data opera. numero* 48. *C. de iis qui accus. non poss. pulchre Lanfran. in prax. sua. capitulo octauo, numero vigesimosexto, Felin. in capit. cum in tua. numero septimo, de testib. & in capit. fin. 5. de testib. cog. Bart. in l. eas. ad finem. numero octauo, ff. de falsi.* Vbi cautelam ponit pro eo, qui dubitat de stabilitate testis, vt faciat eum interrogari prius extra iudicium quid sentiat, de qua cautela videatur latius Felin. *in locis allegat.* præterea vnico teste excepto videlicet 6. qui suspectus est, vt iam dixi, nullus testium deponit de auditu maiorum, sed tantum de sua memoria. nam licet tertius & 7. test. deponant quoque de auditu, tamen non dicunt, à quibus audiuerint, vtrum à coëtaneis: contra Comitis testes, quos supra retuli, numero plures, non tantum de proprio visu, de sua memoria, de tempore 50. & 60. annorum, sed etiam de auditu parentum, maiorum & seniorum deponunt. Igitur merito præferendi sunt. *dicto capitulo nostro. de testib.* Accedatur quod testes Comitis magis in specie de iure venandi deponant de certo tempore, de actibus possessoriis, de continuata possessione, aliisque circumstantiis, quæ breuitatis gratia omitto. Iam notum est, duobus testi-
69 bus in specie † deponentibus magis credi, quam
70 pluribus in genere: per regulam, generi † per speciem derogatur, *capi. generi. de regulis iuris, in 6. cum concord. Alexand. d. consilio octuagesimooctauo, numero octauo, volumine quinto, Socin. sen. consil.* 54. *numero decimoquarto, volumine quarto.* Quo perti-
71 net quod testibus duobus † affirmantibus magis sit credendum quam mille negantibus, præsertim si negatiua non sit coarctata loco & tempore. *gl. singularis in l. diem proferre. §. si plures. ff. de arbit. in verb. consenserunt. Bart. ibid. per tot. Imol. in l. heredes palam. numero tertio, ff. de testament. Dec. consilio* 643. *numero decimotertio, Alexand. consilio centesimodecimo, numero quinto, Doct. in d. c. cum in tua. de testibus.*

Non obstant testes Comitis, qui pro Archiepiscopo deponunt, quia etiam si iidem pro Comite deponunt, & magis in specie & de longiori tempore, de pacifica & quieta possessione, de auditu maiorum: & eorum dispositio quoad M. verificari potest de tempore 40. annorum, vel circiter quo sepimentum dirutum est, id quod disertis verbis testatur 20. testis ad 7. interrog. 8. artic. Non obstat quoque Archiepiscopum ibi loci habere omnimodam iurisdictionem & præsumptionem iuris pro se, quod sylua in ipsius territorio sita sit. Quia non sequitur, habet merum imperium, aut omnimodam iurisdictionem ibi loci. Ergo & ius venandi, quia ista sunt separata: † ex quibus nihil infertur per vul- 72
garia. Nam si ex communi Dd. opinione merum imperium † præscriptione acquiritur, vt tradit 73
Iason *in l. imperium. ff. de iurisdict. numero vigesimo, Dd. communiter ibidem.* multo magis ius venandi, quod imperio non cohæret, quemadmodum nec iurisdictio territorio, & econtra. iurisdictio enim † sine territor. & territorium sine iurisdict. 74
esse potest. *Bart. in l.* 1. *§. initio. numero secundo, de offic. præf.* Præterea licet duo † eandem rem non 75
possint insolidum possidere, eodem iure & eadem specie possessionis, tamen diuerso iure & respectu, duo eandem rem insolidum benè possidere possunt. *Bart. in d. l. si duo. ff. vti possidetis. Dyn. in c. sine possessione. de reg. iur. in* 6. *Fab. in d. §. retinendæ. n.* 30. *Bal. in d. l. vnic. n.* 4. vbi dicit: quod possessiones † quædam sint subornatæ, quædam op- 76
positæ, &c. Subornatæ † quando vnus possidet, 77
tanquam superior, alter tanquam inferior, vnus altam, alius bassam iustitiam, vt inquit Fab. vbi supra. iurisdictionis enim † diuersæ species sunt 78
d. l. imperium. pulchre Ang. in l. cum prætor. n. 3 *ff. de iudic.* vbi dicit, quando vni conceditur genus & alteri species, vel vni genus generalissimum, & alteri genus subalternum, semper illa species & id genus subalternum, intelliguntur exempta de genere, non solum in diuersis dispositionibus, sed etiam in eadem. ita Ang. alleg. *l. vxorem. §. fœliciſsimo. l. seruis vrbanis. §. fi. ff. de leg.* 3. Sic in casu nostro duę sunt possessiones specie differentes, hic iurisdictionem, ille ius venandi possidet pro diuerso, & ita nõ possident duo sed vnus, quia res diuisæ † sunt duæ res, per tex. *in l. Caius. §. fi. ff. de le.* 79
2. *Bal. in d. l. vnic. n.* 4. Tertio nõ obstat, quod villa sit proprietate Abbatis, cum quod seruitus † a- 80
lieno prædio imponi vel præscriptione acquiri, secundum distinctionem Accurs. *in l. seruitutes præd. n.* 4. *in verb. certã. ff. de seruit. per alleg. & Dd. communiter ibid.* tum etiã quia exceptio iuris † tertii 81
nõ possit opponi per eũ qui non habet hoc ius. *Bal. in d. l. vnic. num.* 3. *Ang. d. §. retinendæ. n.* 6. Abbas

hic

nic non turbauit, neque agit neque conuentus est. Ergo Comes quantum ad Archiepiscopum attinet dicere posset, quoad te liberas ædes habeo. *l. loci corpus. §. competit. ff si seruit. vindic.*

Quarto non obstat possessio Archiepiscopi etiam titulata. Primo quia iunior, & sic clandestina, per ea quæ supra allegata sunt. Secundo quia Comes suum quoque tit. probauit, hoc ca-
82 su cessat præsumptio † iuris cõmunis, quæ pro Archiepiscopo militat. *c. ad decimas. de restit. spol. num. 6. Fab. d. §. retinendæ. num. 33.* Tertio quia an-
83 tiquior † possessio præfertur iuniori cum titulo, iuribus supra allegat. Quarto propter legitimam præscriptionem 100. annor. quæ in seruitutibus † discontinuam causam habentibus requiritur. *l. 1. §. si. & l. 2. §. idem Labeo. ff. de aqua plu. arc. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua. quot. & est. glos. in d. l. seruitutes. prædior.* Nam de possessione tanti temporis, cuius initii non extat memoria, sufficienter probatum est. Patientia & scientia
85 † quoque, quæ in seruitutibus præscribendis requiritur. *l. 2. C. de seru. & aq. Ferrar. in form. libel. act. negat. in verb. seruitus. nu. 24.* legitime probata est, non solum per loci vicinitatem. *d. c. quanto. de præsumptionib. Dd. vbi supra.* sed etiam per actuum frequentiam, vt not. Fab. *in d. §. æque. Instit. de action. num. 21.* præsertim si tales sint actus, quos quis non exercet iure familiaritatis. *Panorm. in c. cum Ecclesia Sutrina. n. 22. de causa poss. & proprietat. Sor. sen. cons. 111. num. 4. volum. 1. Afflict. decis. 167. nu. 2.* vbi dicit, quod actus frequentatus ad rem
86 probat possessionem. Bona fides † similiter probatur ex titulo qualiscunque ille sit, putatiuus etiam & iusto errore creditus *d. l. Celsus. ff. de vsucap.* Et sic etiamsi negatoria actum esset, putarem actionem ex prædictis elisam esse, quare finaliter concludo Comitis ius siue actum dicamus ex cõstitutione pignorationis, siue vtili interdicto vti possidetis, aut in rem actione confessoria vel negatoria, præponderare, cum propter antiquiorem possessionem & titulum, tum propter legitimam præscriptionem, &c.

Quod attinet ad N. Holtz nihil dico, quia ille locus non est controuersus, videndum igitur de quarto membro.

IV. Quid pronunciandum? Quia æqualitas probationum, si qua est ad inæqualitatẽ ex collatione testium redacta est, & Comes petitionem suã super turbata possessione fundat, concludo in terminis constitutionis consistendum, & secundum petitionem Comitis simpliciter pronunciandum, quemadmodũ in interdicto
87 † retinendę possessionis pronunciari solet, iuxta doctrinam Bar. *in l. 1. §. interdictum. nu. 5. & 10. cum seq. ff. vti possidet. Panorm. in d. c. licet causam. de probat. nu. 35. cum seq. Ang. in d. §. quadrupli. nu. 48. Instit. de actio. Schurf. cons. 77. num. 5. cent. 1. Dd. in d. l. vnic. C. vti possidetis.* per illum textum.

V. De expensis: Constat ex dictis testium aliisque circumstantiis Archiepiscopum iustam causam litigandi habere, ideo ex communi Dd. sententia expensas compensarem. *l. properãdum. §. sin autem alteruter. ff. de iud. Dd. cõmuniter ibidem.* præsertim Ias. *num. 8.* vbi 9. conclusiones ponit, quando quis dicatur habere † iustam causam li- 88
tigandi. Accedat, quod Archiepisc. non voluntarius sed necessarius Actor sit, &c.

Sentẽtia: † In Sachen Herrn P. Graffen zu 89
H. L. Klägern eins/ wider Herrn D. E. zu M. C. & consorten beklagten/ anders theils/ Mandati der Pfandung/ das Jagen in A. W. belangend/ ist allem fürbringen nach zu recht erkant/ daß die verstrickte in actis benendt sich wider eynzustellen nicht schuldig/ sondern võ angezogener Verstrickung zu absolvirẽ vñ zu erledigẽ seyn/ als wir sie auch hiemit darvon absolviren vñ erledigen/ vnd daß gemeltem beklagtẽ nit gezimt noch gebürt/ gedachten Kläger/ geklagter massen zu turbiren vnd zu pfänden/ sonder daran zu viel vnd vnrecht gethan habe/ vnd dergleichen hinfüro fürzunemen sich zuenthalten/ auch derhalben an diesem Kay. Cammergericht gebürliche Caution zuthun schuldig seyn/ als wir jne auch dazu hiemit condemniren vnd verdammen/ compensatis expensis, &c.

Publicata 12. Maii, Anno 68.

VOTVM XXIV.

In causa N. contra N. In puncto arrestorum de damnis & expensis litis restituendis in constitutione arrestorum.

SVMMARIVM.

1 *Damna & litis expensæ an Actori in constitutione arrestorum adiudicanda sint.*

QVÆSTIO hic incidit, an in præsenti causa mandati super constitutione arrestorum, Actori ad iudicanda sint perpessa damna † & li- 1
tis expensa? Ego saluo tamen moderamine iudiciali existimo, quod sic. Primo, quia in resolutione dubiorum à maiori parte ita conclusum est. Secundo, quia designata damna & litis expensæ non principalẽ sed mandati causam concernunt: attento quod super causa principali, an & quatenus videl. N. deliquerit, vtque ad aliud forum pertineat, in causa nulli emanarint, multo minus persecuti sint processus. Tertio, quia non existimo necessarium, vel etiam iuri aut stylo conueniens esse, vt expensæ ab initio litis petantur, & nisi id fiat, tunc amplius Actor desuper audiri nõ debeat. Quarto, quia hac ipsa in causa Iudex se iam declarauit, non obscure, quod expẽsas Actori adiudicari velit, alias enim frustra ad recessum An. 77. 15. Febr. habitum in specie Handlung iniunxisset, sub comminatione inhæsionis euentualis sententiæ prius 6. Iunii latæ. Quinto, quia citatus met & N. imperii Archicancellarius, ex quo iam sponte dẽ Wirth zu N. 66. flor. 2. Batz. für deß verstrickte N. Artz/ vnd Zehrung persoluit, eiusdem cum collegio Camer. sententiæ esse videtur, mentem consti-

tutionis arrestorum esse, vt & damna & litis expensæ, prout in S. C. nostro habetur, arrestatis adiudicari & persolui debeant. Sexto, quia præiudicium habemus in allegata causa Salm contra Veldenz / in qua expensas Actori adiudicarunt, & taxarunt domini. qui certe in eo reprehensionem aliquam commeruisse mihi non videntur, dum prævia Actoris expensarum iuramenti prestatione, in eum euentum, in taxatam expensarum summam Reum condemnarunt. Septimo, quia processus hos male decretos esse, nemo nostrum recte dixerit, nisi collegium, & qui processus decreuerunt, & sub euentuali comminatione paritionem iniunxerunt, dominos, scilicet Iudices, & rem iudicatã impugnare velit. Quibus vero id rationibus firmis fieri potuisset, vel adhuc posset, nõ video. Octauo, quia plene paritum esse vt opinor, recte dici nequit, donec iniuste perpessa damna & litis expensæ, vt vult Senatus consultum nostrum, salua tamẽ, vt dixi, taxa Iudicis, integre quoque persoluantur. Nono, quia causa N. cõtra officialem zu N. vt qui non immediate subest imperio, neutiquam super constitutione arrestorum, sed ad 4. casus, qualificata esse videtur. & acta intuenti occurrent fortassis rationes, quæ citatum officialem à condemnatione expensarum excusare potuerunt; quales vero in hoc nostro casu nullæ militant, adeoque ex diuersis non bene inferri videntur. Acquiesco igitur in S C. nostro, cui inhærendum. Ideo in arrestorum causis, mandatorum sine clausula, Actoribus quoque expensas deberi existimo. Saluo, &c.

VOTVM XXV.

In causa N. N. **Klägers / wider weylandt N. N.** *& fratr.* **auch N. N.** *modo* **N. N. C. P. R. Beklagte.** *In puncto attentatorum,* **die Steuwer belangende.**

SVMMARIVM.

1 *Attentata locum non habent, vbi de causa principali adhuc controuertitur.*

QVia institutum est interdictum vti possidetis: igitur quilibet suam possessionem
1 continuare prætendit, vnde attentata † hic dici non possunt, cum sit ipsa causa principalis, de qua controuertitur. *Capit. decis.* 72. Senten. Ist die den 7. Novem. Anno 54. eynkommen / attentaten Klag nicht angenommen / sondern mögen die Partheyen in der Hauptsachen fürderlichen fortfahren.

VOTVM XXVI.

In causa H. N. **Graffen zu N.** *contra N. N.* **Graffen von N.** *In puncto mandati sine clausula.*

SVMMARIA.

1 *Rescripta omnia principis habent tacite clausulam illam, maxime de iure Canonico;* Si preces veritate nitantur.

2 *Rescripta non aliter valent de iure ciuili, nisi expresse opposita sit clausula illa, scilicet,* si preces veritate nitantur.

3 *Mandata sine clausula regulariter prohibita sunt, & in certis tantum casibus permissa.*

4 *A præcepto non est inchoandum, parte altera non audita.*

5 *Prædo etiam in sua possessione manu tenendus est.*

6 *Nemo sua possessione priuari debet sine causa cognitione.*

7 *Iuste possidet, qui autore prætore possidet.*

8 *Rescriptum arguitur obreptitium, si taceatur id, ob quod expressum princeps non fuisset concessurus illud, aut saltem non ita facile.*

9 *Rescriptum vt à subreptione saluetur, exprimi modum oportet, per quem factum consummatum est.*

10 *Aduocatio nihil aliud est, quam defensio.*

11 *Sententia.*

EXceptio subreptionis Mandatis cum vel fine clausula obiici potest. Non enim mandatum sine clausula necessitatem habet parendi, si is, cui mandatur, & contra quem est impetratum, possit docere de falsitate narratorum, quibus sub & obreptitie ex falsis mandatis tale mandatum impetratũ sit. Habent enim omnia principis † rescripta tacite clausulam illam, ma- 1
xime de iure Canonico, Si preces veritate nitantur. *c. 2. extra. de rescript.* Nam de iure ciuili † 2
non aliter valent, nisi expressa opposita sit clausula illa, Si preces, &c. *l. vniuersa. C. de diuers. rescript.* Quod tamen accipiendum est, secundum distinctionem Bart. *in l. 2. num. 2. C. si contra ius vel vtilit. public. Iaf. ibid.* vbi ponit differentiam inter rescriptum subreptitiũ, obreptitium & falsum. Canonistæ cõmuniter *in c. super literis, & ibi gl. magistralis. in verb. literas. de rescr.* Et hæc potissimum obtinent in † mandatis sine clausula, quia talia 3
mandata regulariter prohibita sunt, & in certis tantum casibus permissa. vt not. Dd. *in l. de pupillo. §. meminisse. ff. de noui oper. nunciat. vbi in primis Alex. Angel. in §. curare. num. 10. Instit. de action.* Non enim à præcepto inchoandum est, † parte altera 4
non audita. *l. 1. C. de except. rei iudic.* Quapropter de falsitate argui recte posset, & mendax procurator impetratis careret. text. *in l. & si legib. C. si contra ius vel vtilit. public. & cap. sedes. & cap. quando. de rescript.* In præsenti ex actis constat, quod narrata mandati nullam faciant mentionem decreti Cæsaris, quod transactionis loco, diu ante impetratum, partibus à Cæsarea maiestate datum fuit. Vnde plane perspicuum est, dictum mandatũ tacita veritate obtentũ. Si enim talis decreti mentio facta fuisset, proculdubio Dn. Assessores tale mandatum sine clausula non decreuissent, nec à præcepto contra iuris cõmunis regulas tali in casu incepissent, cum ius aduocatiæ, quod inter partes cõtrouertitur, comiti N. N. à Cæsare cum plena causæ cognitione, adiudicatum sit, eiusq; decreti vigore in possessionem

sionem auocatiæ siue profectionis venerit, vti constat ex instrumento paritionis, & Comitis N. impetratis. Quare Comes N.N. iure se in sua possessione tueri potuit. Et si modum forte excessit legitimæ defensionis, tamen hoc factum taliter non est, vt à præcepto inchoati, ac legitimus possessor sua possessione spoliari debeat
5 aut possit: Cum etiam prædo † in sua possessione manu tenendus sit, *iuribus vulgat.* si non vsus est moderamine inculpatæ tutelæ, si vim intulit, & ius sibimet dixit, agatur ordinaria via coram competente Iudice ad videndum illum incidisse in pœnas. *l. si quis in tantam. C. vnde vi.* & alias pœnas iuris communis, sine causæ vero
6 † cognitione nemo sua possessione priuari debet, siue iuste, siue iniuste possideat. textus aureus *in l. penultim. ff. ad leg. Iulia de vi priuat. l. 2. C. de probat.* ne ex imperiali quidem rescripto. *l. fin. C. si per vim vel alio modo, Alexan. in consil. 5. num. 1. volum. 2.* Habet enim Comes N.N. præsumptionem iustæ possessionis pro se, propter decretum Cæsaris, donec contrarium legitimo iuris ordine seruato probetur. Iuste enim possidere
7 † dicitur, qui autore Prætore possidet. *l. iuste. ff. de acquir. possess. l. qui autore. ff. de reg. iur.* Hoc decretum Cæsaris N. Comes etiam acceptauit & ratum habuit, vt constat ex instrumento paritionis. Nam paruisse se Cæsaris decreto & fratri suo N.N. possessionem cœnobii S. tradidisse, & recessisse asserit, ex quibus patet, mandatum ex falsis narratis sub & obreptitie obtentum, & proinde cassandum, prout concludo per text. *in capit. sedes. & capit. si quando. de rescript. dict. l. etsi de legib.* cum refusione expensarum: Saluo tamen iure agendi in causa principali, coram Iudice competente, scilicet für die Außträg. Rescri-
8 ptum enim arguitur † surreptitium, si taceatur id, ob quod expressum princeps non fuisset concessurus illud, aut saltem non ita facile. *d. cap. super literis. & ibi glos. in verb. super literis.* Ad hoc hic factum est, quia de Cæsaris decreto, adeoque habita transactione nulla in supplicatione mentio facta fuit, quorum si tempore supplicationis impetrans mentionem fecisset, procul dubio nihil obtinuisset. Sequitur ergo tale mandatū sine clausula sub & obreptitie obten-
9 tum. Nam vt rescriptum † à subreptione saluetur, non sufficit generaliter exprimere factum, nisi etiam exprimatur modus, per quem factum consummatum est. *glos. singul. in capit. dilectus filius. vbi Abbas in verb. viribus. de rescript. Roman. in consil. 326. num. 10. cum sequent. Bellon. in consil. 18. num. 6.* Et ideo concludo, vt supra, mandatum cassandum. Porro quando ipse Cæsar Ferd. dicto Comiti N.N. mandat, vt nihil de facto contra decretum attentet, innouationes tollat, Abbatissam & Conuentum in administratione rerum suarum ne turbet, vellem hoc expresse in sententia exprimere, quia iuri & naturali æquitati consentaneum, ne quis pro sua libidine res alienas occupet, & in suos vsus nefarie conuertat. Si aduocatus, si protector cœnobii esse velit, defendere, non opprimere debet, quia aduocatio † nihil aliud est, quam defensio. *Zas. in consil.* 10
7. nu. 6. 7. & 15. volu. 2. nullam aduocato tribuens iurisdictionem neque in personas, neque in res. *Alex. in l. 1. nu. 34. ff. de iurisdict. omn. iudic. Socin. ibid. nu. 28. idem in l. si ex toto. nu. 8. cum seq. de legib. Plat. ff. in l. 1. C. de accusat. muner. lib. 10. Socin. in cons. 7. per totum. fol. 1. Boss. in tract. de principe. nu. 236.* Quanquam hæc appendix vix defendi possit, cum scilicet cassando mandatum, omnem iurisdictionem à nobis abdicemus, & sic super alieno facto pronunciare non possimus. Placuit tamen Dominis, & mihi, vt eo modo, quo sequitur, sententia conciperetur, & publicaretur.

Sententia cassati mandati: In Sachē Herrn N. Graffen zu N. & consorten Klägern / wider Herrn N.N. Graffen zu N. beklagten mandati sine clausula ist erkandt / daß solches Mandat zu cassiren vñ auffzuheben sey / als wir dasselbe hiermit cassieren vnd auffheben / sie die Kläger in die Gerichtskosten derohalben auffgelauffen / nach rechtlicher ermessigung dem Beklagtē zuentrichten / vnd zubezahlen fällig vrtheilend / doch beyden Partheyen jhre Gerechtigkeit der Hauptsachen halben in petitorio & possessorio, so ferrn sie einander Spruch vñ Förderung nicht erlassen wöllen / an gebürlichen Orten anzubringen / vnd außzuführen / vnbenommen / sondern vorbehaltē. Fernerr von Ampts wegen der Bescheydt / daß gemelter Beklägter deß Schutz vnd Schirms halben / vber dz Kloster N. sich deß Kay. gegebenen Außspruchs vnnd Befelchs seinem selbst Erbieten nach / gemeß halten soll.

VOTVM XXVII.

In causa N. N. contra N. Graffen zum N. *In puncto salarii Aduocato promissi nec soluti.*

SVMMARIA.

1 *Aduocatus & Procurator de quota litis pacisci non possunt.*
2 *Operas suas qui locauit, totius temporis mercedem accipere debet, si per eum non stetit, quo minus operas suas præstaret.*
3 *Priuilegium per non vsum non amittitur, si nunquam occasio vtendi euenit.*
4 *Idem in iurisdictione.*
5 *Aduocatus an transmittat salarium totius anni, in quo moritur ad heredem.*
6 *Sententia.*

QVamuis regulariter Aduocatus & Procurator de quota litis † pacisci non possint, 1
cum tale pactum legibus sit improbatum. *l. quisquis. §. præterea. l. si quis. C. de postul. l. & item. C. de procurat.* vbi sedes ordinaria, tamen ratione palmarii, id est, victoriæ, potest aliquis stipulari. *l. 1. §. litis causa. de var. & extraord. cogni.* Et tali casu, siquidem certum stipulatus sit, competit ei certi

condictio *l. si quis. ff. si cert. petat. §. 1. Instit. de verbor. oblig.* si incertum, ex stipulatione incerti. Quod si absque stipulatione aliquid permissum sit nudo pacto, datur condictio ex *l. vnica. C. de suffrag.* ita glos. *in d. l. vnic. in verb. constrinxerunt. Speculator ad longum §. 1. nu. 4. de salar. aduocat.* Quandoque officium Iudicis nobile imploratur, vt salaria præstentur aduocatis, pro modo litis & facundiæ aduocati, & fori consuetudine. *l. 1. §. in honorariis. ff. de vari. & extraordin. cognit. glos. in d. l. vnica. Zas. in §. præterea. Instit. de action.* Imploratur, scilicet officium, si nihil promissum sit, neque stipulatione, neque nudo pacto. Sed in proposito, cum Comes ad certum salarium annuum soluendum, nempe 50. flor. proprio chirographo se obligauerit, dubium non est, quin actum sit condictione ex *l. vnic. C. de suffrag.* Et est speciale secundum leges, vt ex nudo pacto hoc casu actio competat. *glos. in d. l. vnica. Specul. in d. §. 1. num. 4.* Licet secus sit in procuratore, prout distinguit Speculat. *in d. §. 1. num. 2. facit l. salarium. C. mandati.*

An probata? Breuiter concludo, quod sic. Non solum proprio chirographo, cuius sigillum & subscriptio per sententiam 13 Ianuarii, Ann. 62. latam pro recognitis acceptata sunt, verum etiam propria Rei confessione, quæ in exceptionibus contra probationes *num.* 8. habetur.

An elisa? Duas potissimum Reus exceptiones obiicit. 1. Quod annuum salarium Actori per S. N. renunciatum sit nomine Comitis. 2. Quod nullum patrocinium à tempore contractæ obligationis præstiterit. Quod ad primum attinet, dubium non est, quin releuaret, si probata esset; nihil enim tam naturale, &c. *l. nihil tam. ff. de regul. iur.* At probata non est, cum tamen à Iudice, datis adhoc competentibus dilationibus, iniuncta sit probatio. Altera non obstat, quia, qui
2 operas † suas locauit, totius temporis mercedem accipere debet, si per eum non steterit, quo minus operas suas præstaret. *l. qui operas. l. sed addes. §. cum quidam. ff. locati. Roman. in cons. 85. per tot. Dec. in consi. 70. num. 2. volum. 1.* Quemadmodum,
3 in simili priuilegium † per non vsum non amittitur, si nunquam euenit occasio vtendi, licet quis per mille annos vsus non fuisset. Sic & iu-
4 risdictio non præscribitur, † si iurisdictionis exercitium & casus vtendi non euenerit, *text. notab. in l. & Atticilinus. ff. de seruit. rustic. præd. Ias. in l. fin. num. 35. de constit. pecun. Bellon. in consil. 1. num. 11. & seq.* Secus si stetisset per ipsum aduocatum, quo minus operas suas præstaret. *l. fin. C. de condict. ob causam dat. causa non secut.* Quod hic non allegatum quidem est, tantum abest, vt sit pro-
5 batum. Sed quæstionis est, an aduocatus † transmittat ad heredem salarium totius anni, in quo moritur. Textus est quod sic. *l. petitiones. C. de aduocat. diuers. iudic. Bartol. pulchre in l. diem functo. ff. de offic. assessor.* vbi sedes ordinaria. Acceptum quoque salarium non restituit, etsi partes transegerint. *glos. in capi. statutum. §. assessorem. in verb. communiter. de rescript. lib. 6.* Sed hæc nihil ad propositum, quod ad pecuniam mutuam attinet, cum in actis nihil sit specificatum, nullaque summa expressa, desuper pronunciare non possum. Vnde concludo actionem non elisam, & pronunciandum pro Actore cum expensis, Reumque nulla tamen facta mentione interesse in sententia condemnandum. Saluo, &c.

Sententia. † In Sachen weyland D. N. jetzt desselben Wittib Kläger eins/wider H. N. Grafen zu N. ander theils/ist allem fürbringen nach/ zu Recht erkandt/ daß gedachter Beklagter/ jhr der Klägerin/ die in An. 52. biß auff das 58. Jars inclusiue vermöge vorbrachter Bestallung noch außstendige verfallenen Jars Sold vñ Dienstgelt/ sampt dem Gerichtskosten derohalben auffgelauffen/ nach Rechtlicher ermessigung zu entrichten vnd zubezahlen schuldig sey/ als wir jnen hiermit darzu condemniren vnd verdammen.

VOTVM XXVIII.

In causa N. contra Probst vnd Kloster zu N. *In puncto commissariorum.*

SVMMARIA.

1 *Attestationibus publicatis receptio nouorum testium prohibita est. & n. 2.*
3 *Fallit in multis casibus, quos notat Panormitanus.*
4 *Probationes non sunt coangustandæ, ne veritas pereat.*
5 *Cessante causa, cessat quoque effectus.*
6 *Sententia.*

REgulariter attestationum publicatio † im- 1
pedit testium productionem super iisdem articulis vel directo contrariis, vt tradunt legistæ *in l. per hanc. C. de temporal. appellat. vbi Bartol. & Castr. & Auth. atque semel. C. de probat. & authent. de test. §. quia vero. Specul. in tit. de teste. §. satis vtiliter. Canon. in cap. patris. vbi Panormit. num. 4. de test. & in clem. fin. eodem titul.* Idque procedit non solum in eadem instantia, verum etiam diuersa, secundum cõmunem opinionẽ Canonistarum *in capit. fraternitatis. prout refert Castr. in dict. leg. per hanc. numer. 3.* Iam in præsenti constat ex protocollo iudiciali, attestationes appellantis in continenti publicatas esse. Sequitur ergo testium receptionem propter periculum gubernationis locum amplius non habere per iura allegata. Videndum ergo, an petitio D. N. sit releuans. Duo potissimum allegat. Primo personarum qualitatem, quod sint miserabiles personæ. Secundo, rem omnem adhuc

hue integram ex parte appellatorum, eo quod testificata nondum didicerint, aut copiam attestationum receperint, & sic cessat ratio legis prohibitiua scilicet, suspicio subornationis. Vtrunque meo iudicio releuans est. Nam quantus sit in iure nostro fauor, præsertim quoad restitutionem, quam D. N. in euentum quoque petit, personarum miserabilium, satis notum est, per notat. Dd. *in l. vnic. C. quand imp. int. pupill. & viduit. &c.* Quod ad postremum attinet, licet
2 regulariter, vt dixi, post attestationes † publicatas receptio testium sit prohibita, illud tamen
3 in multis casibus fallit, † quos not. Panormit. *in d. c. fraternitatis. num.* 4. vbi 18. fallent. ponit. Speculat. *in d. §. satis vtiliter.* Socin. *in fallent. reg.* 403. *in verb. testes publici.* vbi 52. fallent. ponit. Et in proposito singulariter fallit, si pars testificata post publicationem nondum didicerit, aut publicatio parte inuita facta sit, *text. in d. authent. de testib. §. quia vero. glos. in clem. fin. in verb. publicatis. eod. tit. glos. in c. constitutis. 2. in verb. induxit. eod. titul.* vbi dicit, quod tali casu locum habeat receptio testium, etiamsi altera pars didicerit testificata. Et hoc tenet ibidem Panormit. *in d. c. fraternitatis. num.* 4. *cum sequent.* idem tenet Speculat. *in d. §. satis vtiliter. numer.* 9. *in fin. versicul. quod si publicata.* *Henning. in sua pract. rubric.* 20. *num.* 8. *Socin. d. reg.* 405. *fallent.* 23. *Alexan. consil.* 24. *num.* 4. *cum sequen. volum.* 4. vbi ad contraria respondet: quibus locis concludunt, quod per solam publicationem testium non intelligatur præclusa via producendi alios testes, si pars testificata non didicerit. Cum non subsit timor subornationis, quæ sententia summa æquitate nititur, cum proba-
4 tiones † non sint coangustandæ, ne veritas pereat. *l. quoniam. in fine. C. de hæret.* Cessante causa
5 † cessat effectus. *c. cum cessante. extra. de appellat.* Quapropter concludo, Appellatos non obstante publicatione testium in causa principali ad probationem articulorum defensionalium & additionalium, purgata tamen prius contumacia, admittendos esse. Et restitutionis remedio non esse opus, cum ex causis allegatis ordinarium adhuc locum habeat. Quod rescriptum commissionis attinet, denegarem illud, & nouam commissionem ex officio & secunda dilatione, eo quod primam habuit, decernerem in communi forma. Saluo, &c.

6 Sententia: † In Sachen N. contra N. ist der Bescheydt/ so ferrn D. R. auff die den 21. Junij. Anno 63. ernendte zu Commissarien in Zeit 6. Wochen/ so jhme von Amptswegen darzu angesetzt/ in specie nichts erheblichs excipiren wirdt/ daß als dann dieselb sampt vnd sonders hiermit verordnet/ darauff commissio noua in communi forma, doch dem Notarien ein vnpartheyischen/ R. der Verhör zu adiungiren fürbehalten/ vnd Zeit pro secunda dilatione, wie gebetten/ erkandt zugelassen vnd angesetzt seyn soll.

VOTVM XXIX.

In causa N. N. appellantis contra N. Juden Actorem & Appellatum.

De condictione certi ex mutuo.

SVMMARIA.

1 *Iudæi habent ea, quæ sunt ciuium Rom. & coram Christiano Iudice agere & conueniri debent.*
2 *Iudæis perinde iustitia est administranda, vt Christianis.*
3 *Iudæi maiore odio digni sunt, quam Christiani, & quandoq; à regulis æquitatis excluduntur.*
4 *Obligatio mutui re contrahitur, & traditione rei perficitur.*
5 *Emptio contrahitur simul atq; de pretio conuenit.*
6 *Contractus, qui re contrahitur, ex rei traditione substantiam accipit.*
7 *Sidera à cœlo potius cadunt, quam vt in obligationibus, quæ re contrahuntur, in plus, quam datum sit, contrahatur.*
8 *Actio ex mutuo vt competat, numerationem pecuniæ factam esse necesse est.*
9 *Numeratio præsumitur facta ex confessione & temporis transcursu.*
10 *Ex cautione priuata dupliciter agi potest, ex cautione, & ex mutuo.*
11 *Scriptura priuata post biennium in mutuo fidem facit contra scribentem, & numerationem præsupponit intra bienniũ, nisi opponatur exceptio.*
12 *Idem & multo magis in scriptura publica.*
13 *Scriptura publica inducit probationem veram, manifestam, euidentem & realem.*
14 *Instrumentum dicitur probatio probata, vera, euidens & manifesta.*
15 *Iudæorum contractus cum Christianis fieri debet corã eo magistratu, sub quo agit, & domicilium habet Christianus: si secus fiat, obligatio nulla est.*
16 *Leges & constitutiones futuris negotiis formam dant, nec ad facta præterita reuocantur, nisi nominatim de præteritis aut pendentibus cautum sit.*
17 *Verbum, Hinfürter / tractum futuri temporis habet.*
18 *Instrumentum falsum est, à quo remouentur verba & mens contrahentium.*
19 *Confessio debitoris sola absq; literarum obligatione facit, vt conueniri is possit, & condemnari.*
20 *Confessio non est inuenta à iure, vt sit modus inducendæ obligationis, sed vt per eam probetur inducta.*
21 *Præscriptiones longi temporis non inducunt obligationem, sed probant eam inductam.*
22 *Vincula duo fortius ligant, quam vnum.*
23 *Pro instrumento regulariter præsumitur, donec contrarium probetur.*
24 *Obligatio non omnis solutione tollitur.*
25 *Obligatione sublata nulla competit actio, sine qua nemo experiri potest.*

26 *Exceptio solutionis oppositæ ante litis contestationem, impedit litis ingressum.*
27 *Exceptio non numeratæ pecuniæ intra biennium oppositæ reiicit probationem in creditorem.*
28 *Debitor post biennium probare debet, non esse numeratam pecuniam.*
29 *Exceptio non numeratæ pecuniæ, probanda est à debitore post biennium, ante lapsum biennij à creditore.*
30 *Negatiua, si est fundamentum intentionis, probãda omnino est.*
31 *Ex confessione sola absque literarum obligatione quis condemnari potest.*
32 *Exceptiones ad protrahendam tantum causam excogitatæ, non sunt attendendæ.*
33 *Iudex malitiis litigantium obuiare debet, & causas dirimere, litesque minuere.*
34 *Iuramentum suppletorium, in vim probationis Iudæo deferri non potest, nec vsurario, aut aliis personis vilibus.*
35 *A testimonio qui repellitur, multo magis à iuramento suppletorio.*
36 *Testis in propria causa nihil agit.*
37 *Iudæus à testimonio repellitur, quia infamis est.*
38 *Iudæus contra Christianum non potest testificari.*
39 *Infidelis nullius testimonium dicere potest contra fidelem.*
40 *Sententia.*

1 IUdæi habent ea, quæ sunt † ciuium Romanorum, & coram Christiano Iudice agere & conueniri debent. *l. 1. l. si qua. C. de Iudæis.* Igitur iis
2 perinde, atq; Christianis † iustitia administran-
3 da est, licet maiori odio † digni sint, & quandoque à regulis æquitatis excludantur, prout *notatur in Iudæi. de testib. & c. non potest. 2. q. 7. glos. in c. 2. in* [illegible]*uris seueritate. de Iudæis*, quam sequuntur communiter Dd. quos refert Iason *in l. admonendi. num. 264. de iureiur. cum allegatis ibidem*, de quo infra latius. Considerandæ sunt igitur nobis magis causæ qualitates, quam personæ, hoc est, an Iudæis iustitiam foueat, & in primis de actione dicendum.

De actione: Actum puto condictione certi speciali ex mutuo, *gl. in l. certi condictio. in verb. certi. ff. si cert. petat. & ibi Bart. Bellon. in §. 1. num. 3. Institut. quib. mod. re contrahit.*

4 *An probata:* Obligatio mutui † re contrahitur, & traditione rei perficitur. *Institut. d. tit. quib. mod. re contrah. l. 2. §. appellata. ff. si cert. petat.* In aliis contractibus, qui consensu contrahuntur, licet res quoq; interueniat, tamen ex solo consensu perfectionẽ accipiunt, etsi res nõ tradatur. Nam
5 emptio contrahitur † simul atq; de pretio conuenit. §. 1. *Institut. de empt. & vendit.* Et sic de reli-
6 quis. Sed contractus, † qui re contrahitur, ex rei traditione substantiam accipit, nec oritur actio ante traditionem. *tot. tit. Institut. quib. mod. re contrahit. l. obligamur. ff. de oblig. & actio. Dd. in l. rogasti. §. si tibi. ff. si cert. petat.* vbi dicunt potius posse cadere fidera à cœlo, † quam vt in obligationibus, quæ re contrahuntur, in plus contrahatur, quam datum sit. Quod expresse scribit I C. *in d. l. si tibi decem. ff. de pact. l. cum vltra. C. de non numerat. pecun. Bellon. in d. §. 1. num. 4. & 5.* Quapropter necesse est, numerationem pecuniæ † factam 8
esse ad hoc, vt actio ex mutuo competat, præsertim in mutuo naturali. *d. §. 1. & d. l. 2. de appell.* Licet in literarum obligatione (quam Dd. *in l. si ex cautione. C. de non numer. pecun. & d. l. 2. & d. §. 1.* mutuum ciuile appellant) ex lapsu biennii ciuili obligationi etiam naturalis accedere videatur, propter præsumptionem † numerationis, 9
quæ ex confessione & temporis transcursu inducitur. Bald. & Dd. *in d. l. si ex cautione.* Ad probandam igitur hanc numerationem Actor producit ein Schuldverschreibung / in quo Reus numerationem & debitum 140. floren. fatetur, daß er Actori 140. floren. so jnen zu seinen Händen gezehlt / schuldig sey. Certum est, quod † ex 10
cautione priuata agi potest dupliciter, vno modo ex cautione, & sic ex obligatione literarum. *d. §. 1. Institu. quib. mod. re contrahit. d. l. si ex cautione.* Alio modo ex mutuo, & tunc chirographum inducitur ad probandum. *l. aduersus. C. de non numer. pecun. Angel. in d. §. 1. nu. 3. Salicet. d. l. si executione. nu. 11.* Hunc posteriorem modum Actor elegisse videtur, vti ex libello constat. Porro producit Actor tres quoque testes, qui vno veluti ore deponunt, Reum in præsentia duorum testium debitum confessum esse. Hæc confessio etiam in scripturam meo iudicio publicam, adhibitis duobus testibus sub sigillo magistratus eius loci, secundum consuetudinem regionis, redacta est, quam scripturam Actor, ad probãdam suam intẽtionem, iudicialiter exhibuit, Si igitur priuata scriptura † maxime post biẽnium 13
in mutuo fidem facit contra scribentem. *d. §. 1. Institut. de liter. oblig. l. in contractibus. C. de non numer. pecun. l. fideiuss. 2. §. 1. de pignor.* & numerationem præsupponit intra biennium, si non opponatur exceptio. *Salic. in d. l. si ex cautione. nu. 30.* Quantò magis † publica scriptura. *l. optimam. C.* 14
de contrah. & commit. stipul. l. cum precib. C. de probat. vbi communiter Dd. *in l. generaliter. C. de non numer. pecun.* quæ inducit probationẽ † veram, ma- 15
nifestam, euidentẽ & realem. *c. licet. de probat.* & ibid. Canon. Socin. *in cons. 2. nu. 2. vol. 3.* vbi dicit quod instrumentum dicatur probatio probata, vera, † euidens & manifesta, per multa allegat. 14
& probat illud quod cantat, vt dicit Bald. *in l. interest. nu. 2. C. de solut. Anania in consi. 96. in pr. & ibi Bologn. num. 2. addit. quem vide omnino.* Huic instrumento vel obligationi literarum omnino non obstat, quod corã magistratu Rei facta non sit, vigore recessus imperii de Anno 51. §. dieſem zu begegnen / in quo sancitur, quod contractus Iudæorum † cum Christianis fieri de- 15
beant coram eo magistratu, sub quo agit & domicilium habet Christianus, si fecus fiat,

quod

quòd talis obligatio nulla esse debeat, vnnd daß kein Richter darüber erkennen sol. Non obstat, inquam, quia ex collatione datorum constat, hanc obligationem literarum ante promulgatam constitutionem imperialem confectam esse. Ergo non potest trahi ad hunc nostrum casum. Leges enim & constitutiones futuris negotiis formam dant, † non ad facta præterita revocantur, nisi nominatim de præteritis, aut pendentibus cautum sit, *l. leges & constitutiones. C. de legib.* Atq; in d. constit. nil de præteritis, aut pendentibus sed de futuris cauetur. Id quod nõ obscure significat verbum, † Hinfürter/ quod tractum futuri temporis habet. Quare concludo ex confessione Rei, quæ absq; instrumento per testes sufficienter probata est, & cautione propria, Actoris intentionem probatam esse.

An elisa ? Quatuor potissimum exceptionibus Reus nititur. 1. Est exceptio falsi instrumenti. Altera solutionis. Tertia non numeratæ pecuniæ, quæ cum præcedente pugnare videtur. Vltima iuramenti suppletorii perperam delati.

Quoad primum attinet, † falsum instrumentum est, à quo remouentur verba, & mens contrahentium. *Bald. in d. l. si ex cautione. numero 5. Bar. in l. quid si ff. de falsis. Paris. in cons. 162. numero 6. volumine 1.* Si vero remouetur mens, sed non verba, istud quidem simulatum fit, sed non falsum dicitur, quod si tamen remoueantur verba, & non mens, tunc neque falsum, neque simulatum dici potest, ita declarat Bald. *in d. l. si ex cautione. numero 5. alleg. c. nihil obstat. de verb sig.* Iam in præsenti Reus contra d. obligationem obiicit, quod se absente & ignorante confecta, & sic falsa sit. Et quod verba & mens ab ea remoueantur. Quod absente Reo confecta & sigillata sit, parum habet momenti propter allegatam loci consuetudinem, eamque probatam. Quod ad ignorantiam attinet, in eo testes vnanimiter Reum mendacii arguunt. Nam & præsens fuit, cum de conscribenda cautione ageretur, adeoque in præsentia duorum testium hoc debitum pure & ingenue confessus est. Ergo saltem quoad debitum, & sic actionem personalem (nam de hypothecata domo nihil hic nobis negotii) d. cautio falsitatis argui non potest, cum non solum de verbis, verum etiam de mente Rei contrahendis ex dictis testium appareat & sic neq; falsa, neque simulata dici possit secundum distinct. Bar. *in d. l. si ex cautione.* dato etiam d. cautionem falsam esse, tamen de debito siue mutuo ex libera Rei confessione sufficienter constaret ex qua quidẽ cõfessione † sola, absq; literarũ obligatione cõueniri & cõdemnari posset ex doctrina Bal. *in d. l si ex cautione. n.* 14. vbi dicit, si creditor agat ex numeratione, & probet confessionẽ, lapsumq; sit biennii, obtinere debet, non quasi ex confessione nata sit obligatio, sed quod per confessionem & temporis transcursum præsumatur numeratio facta, quia confessio † non est inuenta à iure, vt sit modus inducendæ obligationis, sed vt per eam probetur inducta. *Doctor. in l. vnica. C. de confess.* Quemadmodum in præscriptione longi temporis dicimus, quæ non inducunt obligationem, sed probant † eam inductam, *l. cum de in rem verso. ff. de vsur.* ita Bald. *in d. l. si ex cautione. & l. generaliter. numero 6. C. de non num. pecun.* vbi dicit, quod obligatio nascatur ex causa: confessio non est causa, sed probatio causæ. Confessionem debiti Reus non impugnat, literarum obligationem testes probant. hæc coniuncta plenam probationem efficiunt: cum duo † vincula fortius ligant vno. *l. re coniuncti. ff. de legat. 3. Auth. cessante. Cod. de suis & legitimis. §. sed hodie. Instit. de adopt.* Accedit, quod pro instrumento † regulariter præsumatur, donec contrarium probetur, *d. l. cum precibus. Cod. de probat. l. optimam. C. de contrah. stipulat.* quod maxime propter lapsum biennii obtinere debet, *d. §. 1. Institut. de literar. obligat. d. l. si ex cautione. l. in contractibus. C. de non num. pecun.* Quare concludo hanc exceptionem non obstare. Altera exceptio, scilicet solutionis præsupponit tanquam priuatio numerationem præcessisse. Hanc si probasset Reus, proculdubio absoluendus esset. Solutione enim † tollitur omnis obligatio, siue re, siue verbis, siue literis, siue consensu cõtracta sit, *gloss. sing. in d. §. 1. in verb. omnis sublata. ff. de oblig.* Sublata obligatione nulla † competit actio, sine qua nemo experiri potest, *l. si pupilli §. videmus. de nego. gest.* Hinc est, quod talis exceptio † opposita ante litis contestationem impediat litis ingressum, *l. cum quærebatur. & ibi Bart. nume. 3. ff. iudicatum solui. Ang. in §. æque. num. 8. Institut. de except.* quia est litis finitæ, *per d. l. cum quærebatur. in fin.* Sed huic exceptioni obstat propria Rei confessio pura, libera, ex debito iam antea contracto facta. Ex actis, quidem cõstat de solutione 30. flor. sed illa solutio non pertinet ad nostram summam der 140. Flor. Id quod primus testis in actis fol. 15. magis perspicuum reddit, dum dicit Reum subducta cum Actore ratione vltra 30. flor. adhuc 140. flor. in reliquis debuisse, quæ quidem rationis subductio se præsente fuit facta. Hanc depositionem ipsius Rei confessio coram duob. testib. vel tribus facta, plane confirmat, ita vt manifeste appareat, hanc exceptionem esse friuolam. Tertia exceptio est non num. pecuniæ. Hæc quoq; releuans esset, si probata foret. Nam intra † biennium opposita reiicit probationem in creditorem, *l. generaliter. C. de non num. pec. & in d. l. si ex cautione. in verb. probare. vbi etiam Bal. n.* 14. Post biennium vero † permit priuilegium opponentis, & trãsfert onus probandi negatiuam in ipsum debitorem. Debitor post biennium † probare debet, non fuisse numeratam pecuniam, id quod creditori ante lapsum biennii incumbebat, vt est communis Dd. opinio, *in d. l. si ex cautione, vbi Bal. nu. 4. Sal. n. 19. & 21. Bald. in d. l. in contractib. num.* 14. *C. eod. tit.*

Et quamuis regulariter negatiua improbabilis sit. *l.2.& ibi gl.& communiter Doctor. ff de probat. l.actor.C.eo tit.* Hoc tamen non procedit, quando
30 negatiua † est fundamentum intentionis eius, qui negat, siue sit Actor, siue Reus. *Bar. in l.in illa stipulatione.§.si calendis. numero 5 ff. de verb.oblig.per illum tex & per l.hoc iure.& l.ita stipulatus.vers.quod si ab initio.eod.tit.* idem tenet Bar. *in l.pen. §. docere. nume. 2.ff.ne quis eum, qui in ius vocat. Alexan.in cons. 123.numero 2.& cons.124.numero 2.& cons.91.num. 7.volum.7. Anchoran.in cons.254. numero 3.* Atqui in præsentia negatiua numerationis est fundamentum debitoris. Igitur illam lapso biennio probare debet: quia Actor ex cautione post biennium iuris præsumptione habet intentionem probatam per iura allegata. Hanc negatiuam quomodo Reus noster probare possit, non vi-
31 deo, eo quod ex sola confessione † absque literarum obligatione condemnari possit; vt supra ostendi, quæ quidem confessio non specie futuræ numerationis facta est, sed ex causa veteri ratione debiti antiqui subductis cum Actore rationibus, vt clare deponit primus testis in actis *fol.15.* Negatiuam illam probare deberet, vel per testes, qui obligationi interfuerunt, vel creditoris confessionem. *Salicet.d.l.si ex cautione. C.de non num.pecu.* Creditor confessionem non habet: Ergo ad testes recurrere debet. At illi deponunt tantum de confessione debiti iam antea, vt dixi, contracti, & coram ipsis pure confessati. Et primus testis, in cuius præsentia rationes subductæ sunt, debitum esse sufficienter probat. Quare
32 concludo has exceptiones † à Reo ad protrahendam tantum causam excogitatas, à Iudice, qui
33 maleficiis † litigantium obuiare debet, *c.finem litibus.de dol.& contum.* & causas dirimere, litesque minuere, *c ordinem.de appellat. in 6.l.quidam existimarunt.ff.si cert.petat.* non esse attendendas, reiectisque grauaminibus causam pro concluſa acceptandam, & pronunciandum bene iudicatum, male appellatum cum refusione expensarum. Vltimam exceptionem plane non attendendam puto, communis quidem conclusio
34 est, quod iuramentum suppletorium † in vim probationis non possit deferri Iudæo, sicut nec vsurario, aut aliis personis vilibus, vt not. Cyn. & Dd. *in l.bonæfidei ff quod certo loc. Bal. in l.qui accusare. C.de edend. numero 2. Canon.in c.fin. de iud. Hippol. in sing.* 41. rationem reddunt, quia vbicunque re-
35 pellitur aliquis à testimonio, † multo magis & fortius, ne sibi deferatur hoc iuramentum ne-
36 cessarium, cum efficiatur testis † in propria cau-
37 sa, *l.fin. C.de fideicom.* Iudæus repellitur † à testimonio, quia infamis ex regul. generali. *l.3.§. lege Iulia. de testib. Bald.in d.l.qui accusare. num.2.* Quod
38 Iudæus contra Christianum † non possit testificari, *text.in c.non potest.2.quæst.& l.quoniam. C.de hæret.* vbi hoc limitatur. Et generaliter nullus
39 infidelis † potest testimonium dicere contra fidelem, *c.hæreticus.2.quæst.7.d.l.quoniam. C. de hæretic.* Sed illa Dd. communis conclusio non obstat, quia Iudices prioris instantiæ detulerunt Iudæo iuramentum Iudaicum (de quo Speculat. *in tit.de iuramen. calum. & test. numero 17. Felin. in c.fin. numero 5. de Iudæis. Panorm.in c.1. numero 11. de iureiur. Marant. p.3. numero 50.*) in supplementum probationis, quasi debitum petitum semiplene probasset, sed ad inuestigandam veritatem vtrum mutuum petitum, contractum sit, sine aliqua accessione vsurarum. Quare ex his omnibus concludo, vt paulo ante dixi, grauamina non esse admittenda ex regula *l. ad probationem, C.de probat.* sed eam pro concluſa acceptandam, & pronunciandum bene iudicatum, male appellatum cum refusione expensarum, *c.vt debitus in fi.de appellat.* Saluo, &c. Omnes mecum concluserunt vno excepto.

Sententia † confirmatoria prioris: 40

In Sachen H. N. Appellanten eins / wider N. Juden zu N. Appellaten ander theils / seyn die grauamina N. Tags einkommen / als vnerheblich / nicht / sondern die Sache von Ampts wegen vor beschlossen angenommen / darauff vnd allem fürbringen nach zu Recht erkannt / daß durch Richter voriger Instantz wol geurtheilt / vbel davon appellirt / vnd daß gedachter Appellant jhme dem Appellaten die Gerichtskösten derohalben auffgelauffen nach Rechtlicher ermessigung zuentrichten vnd zubezahlen schüldig sey. Publicat. 24. Octobr. Anno, &c. 64.

VOTVM XXX.

In causa N.N. contra die Statt N.

De Gabellis & Vectigalibus.

SVMMARIA.

1 *Connexitates dici non possunt, quæ ex diuersitate factorum, rerum & personarum recipiunt diuersitatem.*

2 *Connuncta dicuntur, quæ ex continentia factorum separationem non recipiunt.*

3 *Diuersitas temporis facit diuersitatem factorum.*

4 *Sententias contrarias ferre inter diuersas personas nouum non est.*

5 *Ex diuersitate personarum arguitur diuersitas actorum.*

6 *Connexa non dicuntur capitula ob id solum, quod sub vno generali iure comprehenduntur, sed quando ratio vnius ab altero discerni non potest.*

7 *Clausula: ex certa scientia; excludit omnem subreptionem.*

CHasianeus *in consuetud. Burg. rubric, 1. titul. des iuſtices & droicts dicelles. §. quarto, in verb. indire impos.* de gabellis, vectigalibus & submissum ratione litis contestationis, *Vant. titul. quib. mod. senten-*

sentent.nullitat.reparar.poss. numero 68. & sequent. Capit.in decisione 122.per totum. in quibus contiⁱ nentiæ causas tractat. Connexitates † dici non possunt, quæ ex diuersitate factorum, rerum & personarum recipiunt diuersitatem.*Paris.libro primo,consilio 66.numero 13.14.15. & per to-*² *tum.* Coniuncta dicuntur, † quæ ex continentia factorum separationem non recipiunt. ³ Boer.*in decis.73.& 74.* Diuersitas temporis † facit diuersitatem factorum. *Guid. Pap.in singul. 927.Cravet.in consilio 9.numero 17.libro 1.* Nec ⁴ nouum est, † contrarias ferre sententias inter diuersas personas. *Cravet.in consilio 232. numero* 3. Nec refert, quod causæ istorum nasci videantur ex eodem delicto, per *l.pater.ff. de iniur.* vbi pater potest agere ex persona sua & filii, pro iniuria filio illata, quoniam ex diuersitate perso⁵ narum † arguitur diuersitas Actorum. *Cravet.* ⁶ *ibidem.* & capitula non dicuntur connexa, † ob id solum quod sub vno generali iure comprehenduntur, sed quando ratio vnius ab altero discerni non potest, *Cravet.dict.consilio.numero 5.* Mar.Socin.Iun.*libro primo, consilio* 136. putat, *l. nulli.* obtinere circa vnitatem causæ, licet videam habere originem ex eodem fonte. *Natta libr. 1.consilio 135.quasi per totum, &c.* Nec etiam litis ⁷ pendentiam video esse. Clausula, † *ex certa scientia*, excludit omnem subreptionem, *Mynsing. in consilio 19.decad.2.* Concludo igitur secundum Reorum petitionem, hanc causam ad gesreyte Richter in prima instantia, si partes nolint desistere, remittendam, expensis compensatis. Similiter in causa den Zoll belangendt / iudicandum censeo, quæ meo iudicio penitus est separata, etiam iuxta communem vsum loquendi Germanicè, Zoll vnnd Vngeldt / compensatis hic quoque expensis. Si tamen Domini in hac postrema causa, den Zoll belangendt / volunt Actorem condemnare in expensis, non vsque adeo refragabor. Quoad producta, quæ Actor petit reiici, tanquam zuspatt einkommen / putat circa hoc punctum nihil pronunciandum fore, siquidem causa remittenda sit ad gesreyte Richter.

D.N.Ego cum Domino D.Referente.

D.N.Quoad Zoll / concludit per omnia cum D.Referente : Quoad Vngeldt / in effectu etiam concludit cum eodem ; tamen dubia quædam habet.

VOTVM XXXI.

In causa N. Erben *contra N.N.*

Super constitutione Arrestorum.

SVMMARIA.

1 *Status Imperii illi tantum esse dicuntur, qui bona ab imperio possident.*

2 *Magis attendenda & sequenda, non quæ raro, sed quæ frequenter & communiter obseruantur.*

3 *Iura nostra ad ea potissimum aptantur, quæ frequenter & communiter obseruata sunt, non quæ raro.*

4 *Considerari quando quis potest, non tanquam ipse sed tanquam quis tertius.*

5 *Domicilia plura habens in diuersis locis, potest censeri vno iure, quoad vnum forum, & quoad aliud forum alio iure.*

INter cætera constitutionis Arrestorum requisita vnum est, vt supplicãs sit status Imperii, quo processus impetrari possit, quod & narrari debet. Ex ista enim narratione & personæ qualificatione, Imperalis Cameræ iurisdictio fundatur, sic tamen, vt si ratione bonorum controuersia moueretur, consideratio habenda sit qualitatis eorundem. Etsi enim S.intuitu personarum extra controuersiam habeantur pro statibus Imperii, tamen quia litigant cum domino Reo de & super bonis non Imperialibus, sed sub dominio & iurisdictione Episcopatus sitis, non potest hæc alicui decerni, cum dicta bona non habeant Imperialem qualificationem, prout requiritur. Non enim Imperii status ex S. personis præcise, sed ex bonorum ratione coniunctim æstimantur, præsertim quando litigatur von den Landtgütern / vt hic nimirum, in verb.S.hinder jr F.G. quorum respectus S. personæ aliam considerationem priuatiue accipiunt. Si igitur dicta bona hinder J.F.G.gelegen / prout expresse in S.narratur, ista certe bona obedientiam inducunt, quæ debetur Episcopo intuitu istorum bonorum, ratione situs. Et sic statum Imperialem excludũt, quod ex verbis constit.euincitur, scil. einem andern dem Reich gleicher gestalt ohne Mittel vnterworffen / dessen Güter vnd Vnterthanen / ꝛc. Quæ verba non alio intellectu accipi possunt, quam si bona quoque, quorum ratione principaliter litigatur, vel quæ arrestata conquerũtur, vt hic Imperio immediate subsint, eorum deniq; nomine Imperii statum S.extra controuersiam repræsentent, & referant. Quia itaque in Imperio notissimum est, prout omnes causæ fiscales hoc quoq; docent, quod illi tantum † pro Imperii statibus agnoscantur, qui bona ab Imperio possidẽt (vt sine quibus inanis esset fiscalis actio) quotumq; nomine contribuunt, & ad comitia Imperialia vocantur, non debet hic communis intellectus & obseruatio alio detorqueri, vel inusitata interpretatione cõtra communem vsum & praxin ad ea extendi, de quib. in specie ordinatio & constitutio nihil exprimunt, vt quæ expresse tantũ de immediatis loquuntur, tã intuitu personarũ, quam bonorum cõiunctim. Cõiunctim n. & non separatim hoc intelligendum est. Cum itaque infinitæ causæ sint, & processus pignorationũ, Arrestorum ac fisca-

fiscalium, in quibus non aliter fundata reperitur iurisdictio, quam quia bona pignorata vel arrestata subsunt imperio, vna cum personis, &
2 magis attendenda & sequenda, non quæ raro, † sed quæ frequenter & communiter obseruata
3 reperiuntur: cum ad ea potissimum † iura nostra aptentur, *l.3.4.5.ff.de legib.* Et sic bonorum magis in decernendis processibus ratio habetur, vt quis status sit, vel dici possit. Status enim partem principalem non habet, sed bonorum & possessionis potior causa est, ex verbis constitutionis, ohne mittel / quæ principaliter ad bonorum imperialium possessionem referuntur. Quocirca quando hoc casu lis non mouetur alicuius rei, quæ simul cum suo possessore & domino immediate imperio subiecta, sed quæ alterius iurisdictioni & subiectioni incorporata est in verbis S hinder J.F.G. ad talem casum de constitutione arrestorum, ex communi quotidianarum causarum praxi extendi non potest. Proinde quia hæc separata sunt, habent aliam considerationem. Tunc enim potest quis consi-
4 derari † non tanquam ipse, sed tanquam alius tertius aut extraneus, *l.si pater. §. per duos. vbi gl.& Bald.de adopt. Cravet.de antiq.temp.par.4.§ absolutus differ.n.34.* vbi pulchre & pertinenter dicit, si Rex aliquis iudicat in aliqua causa tanquam Comes, & non tanquam Rex, appellabitur ab eius sententia ad superiorem Comitis, non inspecta regia maiestate. Possunt enim in vnam & eandem personam plures qualitates etiam ad diuersissimos effectus concurrere, quarum vna ab altera potest separari, ita vt tali casu de tali persona iudicetur vt de duabus personis. *Roman. in consilio 412.*

5 Nam qui plura habet domicilia † in diuersis locis, potest censeri vno iure, quoad vnum forum, & quoad aliud forum alio iure. Duo namque hoc casu iura sunt, quæ licet in vnam eandemque personam cadunt, iudicamus tamen de illa, vt de duabus personis, *in capit. cum capella. vbi gloss. & addit. de priuileg. & excess. priuil.* Proinde quia hoc casu deficit qualitas imperialis in bonis controuersis, non sumus fundati in iurisdictione, & sic petitos processus denego. Non attendo, quod dicitur de fructibus perceptis, quia valde dubium est, an fuerint tum temporis pendentes, prout videtur ex collatione temporum, & sic pars fundi sint. Possent multa allegari pro defensione huius opinionis, quæ hic referre nolo. Et sic remitto me ad votum meum in causa D. contra B. quinti mandati arrestorum, vbi fusissime omnia tractata sunt in vtramque partem. Et hanc etiam opinionem, nimirum, quod bonorum & personarum simul & coniunctim in decernendis processibus habenda sit ratio ex iure, ex autoritate Dd. ordinatione statuum, obseruatione & quotidiana praxi, Domini Reuisores suo calculo comprobarunt N.N.

VOTVM XXXII.

In causa N.N. contra N.N. & Consortes.

In puncto procedendi in contumaciam contra citatum per edictum.

SVMMARIA.

1 *Citatio edictalis perinde arctat citatum ad comparendum atq; personalis.*
2 *Citatio per edictum odiosa & rigorosa est, à iure communi exorbitans.*
3 *Citatio edictalis stricte tenenda in suis terminis, formis & casibus à iure expressis.*
4 *Rigor citationis edictalis moderato arbitrio iudicandis æquabiliter temperandus.*
5 *In solo Iudicis consistit arbitrio: an citatio per edictum præiudicet citato, & arctet citatum ad comparendum.*

GAil. *libr.1.obseruat.57.numero* 10. videtur sentire, quod sic; inquiens: citatio edictalis † 1
perinde arctat citatum ad comparendum, atque personalis citatio, & non comparentem reddit contumacem, adeo vt processus, qui potest fieri contra personaliter citatum, procedat etiam contra citatum per edictum. cui concordat Franc. *in capit. bonæ memoriæ. numero* 22. *de appell. per text. & gloss. in verb. personaliter. clement.* 1. *de iudic. Bartol. in extrauag. ad reprimendum. vers. per edictum. numero* 8. dum ait. Sed quid si Actor reuertens dicit, se diligenter inquisiuisse: Sed citatum per edictum inuenire non potuisse, vbi esset? Respondeo, quod iudex debet procedere tanquam contra contumacem. Quia tamen citatio † per edictum odiosa & rigorosa, & à iu- 2
re communi exorbitans est, *per text. in dict. clem.* 1. §. *quia vero.* Ideo stricte tenenda † in suis 3
terminis, formis & casibus à iure expressis, secundum Blar. *ad d.l. diffamari. capitu.* 6. *numero* 59. vt rigor ille † mansuetudine, seu moderato 4
arbitrio iudicantis æquabiliter temperetur, iuxta salutarem admonitionem *in d.clem.*1.§. *nos rigorem. de iudic.* Quapropter recte dixit Blar. *dict. cap.* 6. *numero* 94. 96. 97. in solo Iudicis consistere arbitrio, an citatio per edictum † præiudicet cita- 5
to, vel arctet citatum ad comparendum, ac in contumaciam non comparentem constituat, necne. Quod ex qualitate personarum, locorum, causarum, reliquisq; circumstantiis metiendum esse tradit.

D.N. Etiam in hoc maxime attendendum putat, an citatio verisimiliter ad notitiam citati peruenerit. Quippe secundum gloss. *in verb. restringimus. dict. clem.* 1. graue est quem constituere in contumacia ex facta citatione, eique per illam præiudicare, cum facile potuerit non venire in eius notitiam, sicut dicitur de voce prætoris, quæ quandoque paucis innotescit. Nam vt absenti, ad cuius notitiam eiusmodi

citatio

citatio vix vel omnino non peruenire potuit, præiudicari, isque in contumacia constitui queat, Iudex ex personarum & loci qualitate, aliisq; circumstantiis appensate æstimabit. Item an extra causæ qualitatem, videlicet per odium vel fauorem ipsius æquum sit, citatum absentem per eius modi publicatam citationem constringi, vel non. Qua de re pulchre exemplificat Blar. *num. 97.*

VOTVM XXXIII.

In causa N.N. contra N.N.

Contra citatum per edictum an proclama decerni possit?

SVMMARIA.

1 *Citatio per edictum ita coarctat citatum, ac si personaliter citatus fuisset.*
2 *Vt in contumaciam contra absentem procedatur, non requiritur semper vera, sed sufficit ficta vel præscripta contumacia.*
3 *Citatus per edictum perinde habetur, ac si personaliter citatus esset.*
4 *Ficta in citato non comparente contumacia ex ea notorietate consurgit, quam inducit publica edicti affixio.*
5 *Quæ in albo publicum locum frequentantium patent legenda, ad citati notitiam deuenisse præsumuntur.*
6 *Edicta per multos dies publice proposita, pene omnes posse agnoscere præsumitur.*
7 *Spurii creati notarii in Camera etiam immatriculantur.*

1 CItatio † per edictum ita arctat citatum, ac si personaliter citatus fuisset, per text. *in cle. 1. de iud.* quem ad hoc refert Fran. *in c. bonæ memoriæ. numero 22. de appellat.* At gloss. *in dict. clem. verb. personaliter*, hac de re sic ait: *quemadmodum personalis citatio quem constituit verum contumacem, ita & citatio per edictum, adeo vt ille processus, qui posset fieri contra citatum personaliter, fieri quoque possit contra vocatum per edictum, & quicquid ad excusationem contumaciæ iuuat personaliter citatum, iuuet & hunc, & in summa, quicquid non potest ille, hic quoque non poterit.* Quibus concordat text. *in extrauag. ad reprimendum*, vt sic habetur: *Ad hoc si qua communitas, vel corpus, vel alia quæuis persona per edictum publice propositum citata vel citatum neglexerit in termino personaliter, vel legitime comparere, contra ipsam vel ipsum, perinde ac si personaliter omnibus interesset, tam ad receptionem testium, & eorum publicationem & sequentia, quam ad definitiuam sententiam, & eius executionem procedatur, &c.* Quæ extrauag. iuxta Bart. *ibid. in verbo, Edictum*, licet loquatur de processu in crimine læsæ Maiestatis: tamen in omnibus aliis casibus, quibus de iure quis per edictum citari potest, locum habet. Et *in verb. neglexerit*, diserte tradit, ad hoc, vt in † 2
contumaciam contra absentem procedi queat, non requiri veram contumaciam, cum hoc quoque fieri possit, propter fictam vel præscriptam contumaciam, id est, etiam quando non constat, citationem ad citati notitiam peruenisse, secus si Iudici euidenter notum sit, eandem ad citati notitiam non peruenisse, vel citatum fuisse legitime impeditum, quo minus venire potuerit: tunc enim processus in contumaciam esset ipso iure nullus, cum desit substantiale illius, videlicet tum vera, tum ficta contumacia, quarum alterutra requiritur. Hinc ait Vant. *titu. de nullit. ex defectu citationis numer. 125.* citationem per edictum afficere etiam ignorantem. Et Milis *in suo repertorio, verbo, citatus per edictum habetur, &c.* inquit, citatum † per edictum haberi per- 3
inde, ac si personaliter citatus esset. Eum autem non comparentem non dici verum, sed tantum fictum contumacem, quæ ficta contumacia facit, vt in causa contra eum in contumacia procedi possit. Ea autem fictio † consurgit ex no- 4
torietate, quam inducit edicti publice propositi, omnibus patens aspectus, ex quo præsumitur in omnibus eius loci incolarum, ac etiam vicinorum notitiam peruenisse, quod ita pro notris palam extat, vt nulla tergiuersatione celari queat. *Sichard. in authent. qui semel. numero 18. Cod. quomodo & quando iudex.* Ius eius, vt ait text. *in cauem non nouam, extra. de dolo & contumac.* violenter præsumit ea † quæ in albo tot ipsius albi publi- 5
cum locum frequentantium oculis patent, legenda, ad citati notitiam deuenisse, vbi gloss. *in verbo, vbicunque*, iuncto text. paulo post sequent. tum gloss. *in verbo, personaliter.* tradunt, citatione per edictum tam distantes vltra mare, quam distantes modico freto, vel existentes in eadem, aut in alia prouincia perinde ligari, ac si citatio eos personaliter apprehendisset.

Sic Imperator quoque Iustinianus credidit, edicta per multos dies publice † proposita pene omnes posse agnoscere, *§. omnem. vers. vocem enim præconum. authentic. de litigiosis.* De qua re vide omnino Paulum Castrensem *in l. ad peremptorium, numero quinto, & sexto, ff. de iud.* Is tamen ficte contumax non excluditur à beneficio appellationis, cum ad hoc requiratur vera notitia citationis. 6

Nota!

Spurii † creati Notarii, in Camera etiam 7
immatriculantur. Sic immatriculatus V. &
C. K. 11. Augusti, Anno 67. admissus per
H. A. & B. vti in prothocollo E.
habetur.

VOTVM

VOTVM XXXIV.

In causa N. N. Actoris & appellantis contra N.N. Reum & appellatum.

De beneficio excussionis ex epistola D. Adriani Reconuent. ex l. 2. C. de rescind. vend.

SVMMARIA.

1 *Fideiussor conueniri debet ante indemnitatis promissorem.*
2 *Fideiussor & indemnitatis promissor differunt.*
3 *Excussio bonorum non præsumitur, habetq; sua specialia requisita.*
4 *Vsurarum stipulatio de iure communi inter mercatores subsistit.*
5 *Contractus vsurarij ex constitut. Imperii prohibiti sunt, & eorum pœna.*
6 *Decepto vltra dimidium iusti pretii an competat officium Iudicis, an vero condictio ex contractu emptionis & venditionis, beneficio* l. 2. C. de rescind. vendit.
7 *In bonæfidei contractibus veniunt ea, de quibus nec actum nec cogitatum est.*
8 *Actionis ex contractu requisita.*
9 *Beneficium* l. 2. C. de rescind. vend. *quibus casibus cesset, & detur.*
10 *Libellus debet esse clarus & certus, non incertus, & alternatiuus. Libellus alternatiuus quando admittatur.*
11 *Pretium rei cuiusque iustum non ex cuiuslibet affectione constat, sed ex communi hominum æstimatione.*
12 *Iudex secundum allegata & probata pronunciare tenetur, alias litem facit suam.*
13 *Valor prædii colligi potest ex fructibus decimarum venditarum.*
14 *Æstimatio non vnius anni, sed omnium annorum facienda est.*
15 *Vires rei suæ quo casu quis ignorare præsumatur.*
16 *Pretium rei suæ quo casu quis ignorare præsumatur.*
17 Scire & scire debere *paria sunt.*
18 *Errans in facto proprio, in lata culpa dicitur esse.*
19 *Dolus non qualitate pretii, sed qualitate facti æstimatur.*
20 *Dolus non præsumitur, nisi probetur.*
21 *Bona fides semper præsumitur, maxime si quis titulum habeat onerosum.*
22 *Error ex enormi læsione præsumitur.*
23 *Vendens rem minoris sciens prudesq; non dicitur deceptus, nec agere potest ad rescindendum contractum.*
24 *Sciens æquiparatur renuntianti.*

IN causa conuentionis actum puto actione fideiussoria siue mandati, vel certi condictione ex stipulatu. Videndum in primis an competierit. Dico breuiter, quod non. Idque ex duplici fundamento. 1. Quia Actor noster regressum habet aduersus N.N. pro quo ipse principaliter fideiussit, & cuius obligationem ab N. redemit: hunc in primis excutere debuit, antequam Reum † tanquam indemnitatis promissione con- 1
ueniret. *auth. præsente. C. de fideiuss. & ibi late Dd.* Eo legitime excusso, si soluendo non fuisset, tunc demum regressum contra promissorem indemnitatis (qui tamen à fideiussore † aliquo modo 2
differt, vt not. Zas. *in l. si quis ab alio. nu. 3. & §. seq. in princ. ff. de re iud.*) habuisset, eumque pro ea parte, qua indemnitatem promisit, conuenire potuisset. Cum igitur in præsenti nulla facta est excussio contra N. cum hoc allegatum non sit, † eaq; §
non præsumatur, quia in facto consistit, suaque specialia requisita habeat, vt *in l. stipulatio. §. habet autem. n. 1. ff. de op. noui nunciat. Ang. in §. si quis. n. 10. Instit. de act. Bal. in auth. sed hodie. n. 3. C. de act. & obl.* Concludo ex hoc primo fundamento, actionem non competere. Alterum fundamentum est, quod contractus principalis, cuius nomine Reus indemnitatem promisit, vsurarius fuerit, & sic ex constitutione Imperii ipso iure nullus. Nam ex obligatione principali constat excessus scilicet 8. flor. in singula centena promissos esse. De iure quidem communi huiusmodi contractus & vsurarum stipulatio subsisteret † inter 4
mercatores, vt habetur, *in l. eos. §. 1. C. de vsur.* vbi Imperator modum vsurarum præscribit secundum personarum qualitates, & rerum circumstantias. Cæterum ex constitutione Imperii huiusmodi contractus, penitus † prohibiti sunt, & §
contrahens quartam partem totius sortis amittit, Iudicibusque mandatur, ne desuper cognoscant, aut executiones faciant, tantum quincunces in reditibus annuis permittuntur, vt videre est in recessu Augustano, Anno 1550. & reformatione Politiæ 1541. Item Anno 48. sub titul. von Wücherlichen Contracten. Ex hoc ergo solo capite, etsi excussio legitime facta esset, pronunciandum puto bene iudicatum, male appellatum cum expensis, vt D. Referentes. Quod ad causam reconuentionis attinet, *Doctor. in l. 2. Cod. de rescind. vendit. & Canon. in capit. penultim. de empt. & vend.* variant. An decepto vltra † dimi- 6
dium iusti pretii competat officium Iudicis, an vere condictio ex contractu emptionis & venditionis beneficio *dict. l. 2.* communiter tamen placuit dari actionem ex vendito, & sic ex eo contractu, cum in bonæfidei contractibus veniant † ea, de quibus neque actum, neque cogi- 7
tatum est, *l. 2. C. de act. emp. Ita tenet gl. in l. 2. C. de resc. vend. in verb. Iudicis, quam sequuntur Bart. ibid. n. 2. & Sal. n. 5. Idem tenet gl. in c. pen. in verb. restituerent, & ibi Pan. n. 9.* vbi tamē indifferenter concludit, deceptum vsq; ad 30. annos agere posse, siue implorarū officium Iudicis, siue actū sit condictione, *ex d. l. 2.* siue actione ex cōtractu. Huius actionis requisita † sunt, vt agens in libello narret, & 8
demum probet, quod tempore contractus, scil. emtionis & venditionis res ista valebat tantum,

text.

tex. l. si voluntate. C. de rescind. vend. Nam valor ille, qui tempore contractus fuit, non etiam tempore petitionis precium dicitur. Deinde narrare & probare debet, quod errore ductus ita vendiderit, per text *l. 1. C. si maior fac. alien. rat. hab.*
9 Nam † si sciens, prudensque minoris vendiderit, vel pluris emerit, cessat beneficium, *d. l. 2. vbi ita tradant communiter Doctores. Bartol. numer. 16. Sal. num. 2.* Hæc in præsenti articulauit reconueniens, petiitque alternatiue rem venditam rescisso contractu restitui, vel iustum pretium suppleri: quæ quidem libelli petitio communiter approbata est. *Bart. d. num. 16. per text. d. l. 1. C. si maior. fact. Panorm. d. c. penult. per ill. tex. in pr.* qui ad hoc est expressus, licet alias regulariter libellus
10 † alternatiuus non valeat, quia est incertus, sed libellus debet esse clarus & certus, *c. 2. de libel. oblat. Panorm. in c. constitutus. nu. 9. de rest. in integr. vbi communiter Dd.* Illud tamen non procedit, si incertitudo causetur ex facto rei, quia tunc admittitur libellus incertus, vt peto rem, vel si nõ exrat pretium, aut æstimationem. *Bart. l. 1. §. 1. nu. 2. ff. quor. leg.* Et hoc in terminis nostris tenet Panorm. *d. c. pen. n. 2. Dd. in d. l. 2. per text. in d. c. penult. & text. d. cap. constitutus.* Videndum ergo quid sit
11 probatum, & in primis considerandum † venit iustum cuiusque rei precium, non ex cuiuslibet affectione aut sumptu constare, sed ex communi hominum æstimatione. *l. precia rerum. ff. ad leg. Falcid. vbi Imm. late Dd. in d. l. 2. Molin. de contr. commer. & vsur. q. 5. Couar. var. resol. lib. 2. c. 2. num. 4.* vt ibi communiter concludunt. Illud dici iustum precium per testes vel Iudicis inspectionem tradunt Dd. ibid. maxime Bart. & Sal. *d. l. 2.* Et quod sit iustum pretium annui reditus perpetui tradit Couarr. *var. resol. c. 9. lib. 3. num. 3. Molin. loc. citat.* In præsenti ad probandum articulatam deceptionem tantum testes aliquot producuntur. Ideo eorum dicta diligenter ponderanda sunt, & in facto nihil supplendum. Sed secun-
12 dum allegata † & probata iudicandum, ne litem nostram faciamus. *Dd. in d. l. illicitas. §. veritas. ff. de offic præsidis. Can. late in c. pastoralis. de off. & potestate iud. delegat.* Deponunt autem de fructibus venditarum decimarum, ex quibus quidem
13 rei vel † prædii valor colligi potest. *l. si quod. C. de rescind. vend. Bald. l. 2. eod. tit. num. 25. glos. ibid. in verbo, æstimatur.* Sed an in nostro casu communis rei æstimatio, quæ fuit tempore contractus, scilicet venditionis per eos probata sit, quod requiritur, vt dixi, valde dubito. Non enim doponunt de tempore contractus, sed de eo, quo ipse emptor decimas possedit, & elocare voluit, & quoque magna fuit annonæ sterilitas. At ve-
14 ro † non vnius, sed omnium annorum facienda est æstimatio, quod hic desidero. Præterea considero quoque secundum requisitum, quod scilicet inconsulto errore ductus, vendiderit rem infra dimidium iusti pretii. Error enim probatur, si fundus sit in remotis locis, vel venditor successit in ius alterius, aut diffusum habeat patrimonium, quo casu quis vires † rei 15
suæ ignorare præsumitur, *d. l. qui, quis. C. de rescindend. vend. l. qui in alterius, de reg. iur. glos. dict. leg. 2. in verbo, debuerat. Sal. ibid. num. 33. Bald. num. 9. Barto. in authent. sed cum testator. num. 5. ad legem Falcid.* Secus si sit in propinquo, si res familiaris, si diu eam possederit & fructus perceperit, *dict. leg. quisquis. Bartol. vbi supra.* Nam tum † pretium rei 16
suæ & vires patrimonii quis scire præsumitur, *dict. l quisquis fac. text. in c. ab excommunicato. & ibi glo. in verbo, de facto. de rescript.* At in præsenti constat ex actis, rem venditam in familia venditoris 200. retro annis fuisse, non in remotis locis, sed propinquis, vt respecta positam familiarem, non recenter acquisitam, sed diu possessam, ita vt proculdubio veram rei æstimationem † sci- 17
uerit, aut scire potuerit, quæ parificantur, *l. quod te, ff. si certum petat.* Igitur inconsultum errorem 18
allegare non potest, imo † in lata culpa dicitur, qui errat in facto proprio, *d. c. ab excommunicato, & ibi glos. in verbo, de facto. Ferrar. in for. act. Realis, verbo compellatis. num. 12. Roma. in consil. 391.* multo
minus dolum interuenisse, eo quod ille non † 19
qualitate pretii, sed qualitate facti æstimetur. *l. dolus. C. de rescindend. vend.* neque præsumatur, † 20
nisi probetur, *l. dolum. C. de dolo. & ibi communiter Dd. in l. si dolo. C. de rescindend. vendit. vbi Sal. in princ.* Sed in dubio semper bona fides † præsumitur, 21
maxime si quis titulum habeat onerosum, *l. pen. C. de euictio. glos. ibid. in verb. debet. Alciat. pulchre in reg. 3. in princ. q. 5.* Et quamuis magis secundum communem opinionem sufficit allegare errorem, eumque † ex læsione vltra dimidium iusti 22
pretii præsumi, vt not. Sal. *in d. l. 2. num. 32. & communiter Dd. excepto Bald. ibid. num. 9.* qui putat in dubio recurrendum ad coniecturas, vt si circa res colendas versabatur, præsumantur scire valorem ex reditu, secus si res erat in remotis locis, vel habebat diffusum patrimonium, quia tunc præsumitur ignorantia, eo quod nemo præsumatur suum iactare. Quamuis igitur error ex enormi læsione præsumatur, tamen in nostro casu propter diuturnam possessionem, qualitatem & quantitatem redituum, ex quibus res cognoscitur, *l. quisquis, C. de rescind. vend. versic. redituum quantitas. Bald. d l. 2. num. 25.* concludo Actorem valorem rei suæ sciuisse, & sic propter scientiam ipsius *d. l. 2.* locum non habere. Nam qui sciens prudensque † minoris ven- 23
dit, non dicitur deceptus, nec agere potest ad rescindendum contractum. *l. venditor. C. de rescind. vend. l. 1. de pact. int. emptor.* quia sciens † æqui- 24
paratur renuncianti, *l. quæritur. §. si venditor. ff. de AEdil. edict. Bald. d. l. 2. num. 2.* vbi hoc limitat pulchre in minore, muliere & rustico, & infert beneficio *d. l. 2.* posse renunciari expresse & tacite. Pronunciandum itaque male iudicatum, bene appellatum compensatis expensis. Non fui Referens, neque Correferens. Concluſum

maioribus votis contra me, deceptionem esse probatam, ex dictis testium, sufficere allegare errorem, eumque ex læsione enormi legis beneficio præsumi secundum magis communem Dd. opinionem *in d.l.2.& Petr.Iacob.in act.ex vendito.num.3.* Publicata in forma communi confirmatoria sententia, 30. Aprilis, Anno 65.

VOTVM XXXV.

In causa Herrn N.N. contra Herrn N. zu N.

Mandati sine clausula de relaxando captiuo.

SVMMARIA.

1 *Iudici manus ligatæ sunt stante præiudicio sub & obreptionis.*
2 *Reus an sub comminatione confessatorum, vel pœna non iurantis, quæ pinguior est, respondere teneatur.*
3 *Pœna vbi partim parti, partim fisco applicatur, criminalis ne an ciuilis actio illa dicatur. & numero 5.*
4 *Doctores intelligendi sunt secundum allegata iura.*
6 *Causæ mandatorum omnes cum & sine clausulæ, quæ sunt regulariter pecuniariæ, partim fisco, partim parti adiudicandæ pro ciuilibus habentur, alioquin ad Cameram non pertinerent.*
7 *Actore non præstante iuramentum calumniæ, Reus sub pœna non iurantis cogi non potest.*
8 *Petitio cautionis de non offendendo in iure & facto fundata est.*

SVbmissum principaliter super articulatis replicis, pro elisione exceptionum sub & obreptionis productis, medio iuramento, sub pœna non iurantis. Item pro cautione de non offendendo lite pendente, & manutentione, & euentuali declaratione, ob non probatam paritionem. Submissionem vltimam puto prætereundam, quia † stante præiudicio sub & obreptionis 1 ligatæ sunt manus Iudici, *c. tuum. de ord. cog. Mar.p.4.dist.vlt.* secunda pendet ex prima, eaque resoluta pro se finita erit, aut suspendenda erit, donec punctus iurisdictionis nostræ saltem, si non paritionis, finitus est. Nam si statim paritionem iniungeremus, aut euentuali sententiæ tanquam effectum sortitæ, aut etiam purificatæ inhærere possemus, cautione forsan opus non esset. Quantum igitur ad primam submissionem attinet, constat exceptionem maleficii, quæ in initio etiam in genere obiecta est, non attendendam, quia ex productis constat, quod N. non ob aliud maleficium N. eynziehen lassen/dann daß er seines Schwagers Sach am Kayserl. Cammergericht nicht eynstellen wöllen. Postea pductæ exceptiones subreptionis, & in specie id vlterius deducunt, daß er N. von wegen daß er N. Rähte/an jhrer Ehre verletzt habe/ eyngezogen: In replicis tamen hæc ita elisa, vt si probentur, N. pœnam mandati commiserit, etiamsi sponte & vltro dimisisset captiuum, tempore quo ipse elapsus est. Cum igitur hæ replicæ sint articulatæ, & medio iuramento dandorum exhibitæ, hoc solum dubii restat, an sub comminatione confessatorum, vel † pœna non 2 iurantis, quæ pinguior est, Reus respondere teneatur. Dubium mouet Gail. *lib.1.de pac.publ.c.14.* vbi quærit quando alias extra causam fractæ pacis mandata ad pœnam, partim parti, partim fisco applicandam agitur, an actio dicatur † cri- 3 minalis vel ciuilis? Et concludit criminalem. In criminalibus articuli nunquam pro confessis acceptantur. De comminatione igitur dubitari potest. Certum enim est, quod hic ad pœnam mandati, sicque ad vindictam principaliter agatur quatenus in terminis mandati versamur. Sed quia Dd. intelligendi † sunt secundum alle- 4 gata iura. *Bart.in l.non solum.§. liberationis. ff. de lib. leg.* & iidem loquuntur in casu, vbi soli fisco pœna adiici petitur: alioquin † si partim parti, par- 5 tim fisco, mixtum aliquid criminale nullus dicet. *Marant.p.4.d.1.num.72.apostill. Bart.in l.3.de sepulch.viol.verb.pœna criminalis gl.& Dd.in §.in summa.Instit.de iniur. Bolog.in l.2.C.de edend.* & certum est, quod omnes causæ mandatorum, † cum & 6 sine clausula, quæ sunt regulariter pecuniariæ, partim fisco, partim parti adiudicandæ pro ciuilibus habeantur, alioqui ad Cameram non pertinerent. Ideo tanquam in causa ciuili pronunciarem per Gail. *obs.86.lib.1.* ist D. N. seint den 29. Januar. beschehen begehren abgeschlagen/ sonder soll N. auff articulirte replicas antworten/ sub comminatione cõfessatorum: quia Actore † non præstante iuramẽtum calumniæ, 7 Reus sub pœna non iurantis, cogi non potest, *c.2.de test. Henning.in proces.rubr.16.p.2.* sed iuramentum dandorum (quod pars est iuramenti calumniæ) præstitum est, merito igitur Reus quoque medio iuramento respondebit. *Henning. de loco.* Quantum ad petitionem cautionis de non offendendo: licet † in iure & facto fundata sit, 8 *Gail.lib.1.de pac.publ.c.2. Clarus lib.5.sent.§.fin.q.47.* tamen velim præterire, ob id quod punctus competentiæ pendet. Sed volo eum weisen auff förmliche Anruffung/ &c. Et sic placuit omnibus.

VOTVM XXXVI.

In causa N. N. Bereiter zu N. contra die Statt N.

In causa appellationis: & an filius agere possit de bonis paternis nondum patre superstite acquisitis.

SVm-

SVMMARIA.

1 *Appellatio quæ non fit coram notario, an sit inualida.*
2 *Sine actione nemo experitur.*
3 *Exceptio*, tibi non competit actio, *est intentionis & facti, & cur dicatur intentionis & facti. num. 4.*
5 *Exceptionis*, tibi non competit actio, *vis & effectus.*
6 *Exceptio*, tibi non competit actio, *opponitur ad merita causæ etiam post litem contestatam.*
7 *Actor vbi actione caret, Reus absoluendus est, etiam si ab eo non opponatur.*
8 *Sententia vbi sequitur sine actione, iudicium est nullum, nisi sit absolutoria.*
9 *Filius an possit agere de bonis paternis nondum acquisitis, patre adhuc superstite.*
10 *Filius viuente patre nihil iuris habet in bonis, etiam quoad legitimam.*
11 *Heredem in vita nemo potest habere.*
12 *Heres quis dicitur duntaxat post mortem.*
13 *Fateri quis dicitur ea, quæ ponit in libello.*
14 *Ad feudum concessum pro se & suis heredibus, filii post mortem patris demum veniunt.*
15 *Pater potest filiis præiudicare in feudo nouo.*
16 *Pater potest feudum nouum in præiudicium filiorum alienare.*
17 *Feudum concessum pro se & suis heredibus est hereditarium.*
18 *Factum patris nocet filio in feudo nouo.*
19 *Præmature & inepte agit, qui fundat iudicium super futuro.*
20 *Canon annuus præsumit emphyteusin, non feudum.*
21 *Feudum improprium est, ex quo Canon annuus persoluitur.*
22 *Feudum proprium & Emphyteusis idem sunt.*
23 *Argumenta à feudo ad emphyteusin & contra procedunt.*
24 *Feudum concessum pro se & heredibus suis non transit, nisi ad heredes patris.*
25 *Pater iuribus concedentibus emphyteusin in vita sua alienare potest.*
26 *Pater est vsufructuarius bonorum maternorum.*
27 *Filii non possunt esse in iudicio ratione bonorum maternorum, nec patronum constituere sine patris consensu, & eo consensu deficiente, iudicium est nullum. & num. 28.*
29 *In quacunque parte iudicii defectus consensus paterni opponi potest.*
30 *Vsque consensus debet interuenire ante litem contestatam, vel saltem in litis contestatione, & debet esse expressus. num. 32.*
31 *Iudicii forma deducitur ad suam causam, vbi lis contestatur.*
33 *Narrata metiuntur ius Actoris.*
34 *Causa vt releuet, debet esse talis, vt ex ea necessario metiamur ius petendi.*
35 *Actione nondum nata, licet nasci speretur, dicitur libellus ineptus.*
36 *Sententia debet esse conformis actioni.*
37 *Exceptiones dilatoriæ opponendæ sunt ante litem contestatam.*
38 *Cessio actionis, cuius in libello mentio facta non est, in iudicium deducta non videtur.*
39 *Cessio actionis ante litis contestationem & sententiam fieri debet.*
40 *Res transit ad heredes cum suo onere.*
41 *Nemo plus iuris potest in alium transferre, quam ipse habet.*
42 *Filius tamdiu præsumitur in patris potestate, donec contrarium probetur.*
43 *Filio in potestate patris constituto non potest cedi actio, sed emancipato.*
44 *Priuilegium non potest inuito eo, cui concessum est, reuocari, si transierit in vim contractus.*
45 *Princeps supremus quilibet pacta & suos contractus seruare tenetur.*
46 *Appellantes temere & sine actione litigantes, ad expensarum refusionem merito condemnandi.*
47 *Sententia prior contraria posteriori nulla est.*
48 *Filius timens grauari in fine vel bonis, potest sibi ante factum prouidere officio iudicis.*
49 *Processus super iure de futuro valet, si illud ius pendet ab eo, quod est de præsenti, licet successio sit de futuro.*
50 *Inepte de iure non petitur, quod per successionem ad liberos venturum est.*
51 *Seruitutem imponere species est alienationis.*
52 *Filio tacenti, si grauari se sentiat, nocet suum silentium.*
53 *Taciturnitas inter se consanguineos consensum inducit.*
54 *Sciens certiorari amplius non debet.*
55 *Taciti & expressi eadem est ratio.*
56 *Filius non habet ius in bonis paternis.*
57 *Nec in bonis à patre emptis, nec affecta, ea liberis esse.*
58 *Pater primus acquisitor emphyteuseos, potest eam reuocare, quoad filios.*
59 *Beneficium tertii per patrem filiis auferri non potest.*
60 *Filius, alienante patre bona eius, in quibus vsumfructum habet, non potest agere ad retractandam alienationem, quamdiu est in patris potestate.*
61 *Filius in patris potestate esse præsumitur, donec contrarium probetur.*
62 *Exceptio*, agere non potes, *post litis contestationem opponi potest.*
63 *Cessio actionis ante litis contestationem fieri debet.*
64 *Ad consensum patris, vt filius possit esse in iudicio, quod tempus requiratur.*
65 *Tenor sententiæ.*

IN mandatis Procuratorum nihil desiderat, vbi maritus constituit pro vxore, nec constitit de ratificatione vxoris. Quoad formalia, nil desiderat. Nam 7. Iulii, Anno 56. lata est sententia.

13. eiusdem appellatum est in scriptis ad Cameram. 19. Nouembr. reproducitur. Nec putat appellationem inualidam, quod non sit † coram Notario appellatum, sed sufficere, quod priuata scriptura sit Iudici porrecta, & per Notarium causæ actis inserta, appellationi delatum, & per eosdem appellatis intimata, per tradita Franc. *in capit. debitus. numer. 12. & 13. de appellat. & cap. 1. in princ. num. 11. & in cap. appellatio. in princ. eodem titul. lib. 6. Anchoran. idem tenet in clem. causam. numer. 8. & ibi Imola num. 56. & Cardin. num. 4. de elect.*

Cum ergo hic per scripturam priuatam sit appellatum & delatum, concludit recte appellatum. De nullitate etsi multa dici possent, videlicet, quod Actores sine actione egerint, quod non habuerint personam standi in iudicio citra consensum patris, quod libellus sit sibi contrarius, & prorsus ineptus: tamen illis & aliis nullitatibus non attentis, super iniquitate pronunciandum putat, tum quia non principaliter, sed incidenter sit deducta, tum quia constet de meritis causæ. Constat autem ex actis prioris instantiæ, oppositum fuisse per Reos, Actoribus actionem non competere. Quæ quæstio cum præiudicialis sit, nimirum, † cum sine actione nemo experiatur. *l. si pupilli. §. videamus. cum ibi allegat. per gloss. in verb. non habuerit. ff. de neg. gest.* eam ante omnia examinabit. Ad cuius decisionem præmittit, quod hæc † exceptio, *tibi non competit actio.* est intentionis & facti. *gloss. magna in l. vbi pactum. quæ communiter approbatur per Doctores. C. de transact. Doctores in l. nam postea quam. de iureiur. Bartol. in l. cum quærebatur. ff. iudicatum solui. Ioan. Andr. in capitul. 1. de lit. contestat. nume. 6. Socin. cap. 1. nume. 34. de lite contestat.* Dicitur autem intentionis † vel facti, quoniam per talem exceptionem asseritur, actionem non competere de præsenti, nec vnquam competiisse. *Iason in l. qui se debere. numer. 10. ff. de condict. causa data.* Atque hæc exceptio † est talis naturæ, vt oppositæ litis contestationem impediat. *Bartol. in dict. leg. nam & postea. numero 7. vbi Zasius numer. 8. ff. de iureiur. Angel. in l. vir bonus. ff. iudicatum solui.* Potest & hæc exceptio † opponi ad merita causæ post litem contestatam. *Doctores in d. l. nam & postea. Franc. d. cap. 1. numero 10. Institut. de action. Schurff. in consilio 11. num. 1. volum. 2.* Secundo præmittit, quod quando constat Actorem actione carere, † tunc Reum esse absoluendum, etiam si non opponatur à Reo. *gloss. in l. si vnus. §. si pactus. & ibi Bartol. numer. 20. ff. de pact. & in dict. leg. vbi pactum. numero 11. vbi Iaf. C. de transact. gloss. in l. licet causam. de exception. Felin. in capit. ad aures. numero 3. de præscript.* Tertio præmittit, † si agitur sine actione, & sequitur sententia, iudicium est nullum, nisi sit absolutoria sententia. *Guido in singul. 618. per l. veteribus. in princ. ff. de pact.*

Nunc ad rem: & primo dicendum, an agere potuerint, & proprio iure & propria persona. Secundo, an vigore cessionis per patrem factæ agere potuerint? Ad primum, quod agant sine actione, ex consequentibus causis Rei liquere contendunt.

Prima, quod Rei agant super bonis, quæ pater eorum emit, & adhuc possidet, eique, cum adhuc superstes sit, heredes esse non possint, & sic actione careant. Secunda causa, dato, non concesso, Actoribus post mortem matris eorum, vti contendunt, bona gabellis onerata esse, iisque affecta: tamen, quia eorundem parens administrationem habeat & vsumfructum, non filiis competere, sed patri exercitium actionis, nec eos sine consensu eius hoc casu agere posse. Tertia causa; dato, Actorum patrem metu coactum, quod tamen negatur, soluisse Vngeldt / tamen soli patri, non etiam filiis competeret actio, quod metus causa. Quarta causa: Libellum ineptum esse, vt cuius petendi causa cum instituta actione pugnet, nimirum titulum emptionis & possessionis prætendentes, cum nec ipsi emerint, nec possideant.

Ex libello & literis emptionis, vel Lehenbrieff constat, Actorum patrem pro se & suis heredibus emisse ab N. de N. die Herberge zu N. & etiam nunc possidere, vt fatentur in libello & replicis, *fol. 18.* Ex quibus liquet, Actores in possessione fundare se non posse, nec interesse prætendere, nimirum cum pater eorum emerit, ideoque de illis pro libitu disponere potest. *text. in l. qua ratione. §. hoc quoque. ff. de acquirend. rerum domin.* Et iuris, quod viuente patre, † nil iuris in bonis habeat filius, etiam quoad legitimam, *per l. 1. §. si impuberi. ff. de collat. bonor. Roman. l. non solum. nume. 11. ff. solut. matrim. Iaf. in l. 15. § potest. num. 20. cum seq. ff. de acquir. hered. Guid. in decis. 486. sub fin. nume. 1. Iaf. in l. is qui temporali. §. sed etsi quis. num. 4. ff. de iureiur. Bald. in l. liberti. nu. 17. C. de oper. libert.*

Præterea facit, quod Actores hic non possint agere vt heredes patris, cum in vita † nemo possit habere heredem. *l. 1. ff. de hered. vel actio. vend.* vnde heres dicitur † duntaxat post mortem. *Bartol. in l. Gallus. §. quidem. num. 7. ff. de lib. & posthum.* Ex quibus infertur, quod Actores non vt possessores, nec vt heredes pro suo interesse, agere possint, & vt proprio nomine agere non possunt, ita nec nomine patris. *per l. si longius. §. filiusfamil. ff. de iudic.* Secunda causa à Reis allegata, quod Actoribus nulla competat actio, non minus est releuans. Nam primo probatum non est, bona post mortem matris eorum Reis affecta esse, & à Reis negatur, vt Patet ex duplicis eorum *folio 24.* Imo iuris communis præsumptio, quod patris sint propria, & est in contrarium ipsorum Actorum confessio, dum in libello dicunt, patrem eorum emisse bona ab N. Fateri enim † quis dicitur, quæ ponit

ponit in libello. *l.cum pretium.C.de liber. causa. Socin.in ca.2.numero 120.& c.3.numero 63.de libell.oblat.* Cum ergo ius commune sit in contrarium, debebant statutum vel consuetudinem in contrarium, cum ea sint facti, allegare & probare. *l.1.C.quæ sit long.consuetud.* Sequitur Reos, Actoribus suam intentionem non probantibus, absoluendos. Nec ad rem facit, quod pater eorum feudum emerit, pro se & suis heredibus, vt patet ex inuestitura, quod per hoc illis ius quæsi-
14 tum sit. Nam id intelligitur in feudo † & emphyteusi, ordine successiuo, vt filii demũ veniant post mortem patris. notat Bald. *in l. 2.numer. 26.in 2.lect.& ibi Ias.numero 224.C.de iure emphyt. Aluarot.cap.1.numero 5.an agnatus vel vasallus. Alex.*
15 *in consilio 27.numero 5.libro 5.* Et cum hic simus † in feudo nouo, vt patet ex inuestitura, pater potest filiis præiudicare. *§.si vasallus culpam.si de feud. defunct. controuers. fuer. glo.in §. hoc quoque.& ibi Aluarot.numero 5.de success. feud. & ibi Beluiso. sequitur Brun.in consilio 115.numero 13.in feudalib.* Quare nec ex hac causa Actores interesse prætendere possunt, nec impedire, quo minus pater det Vn-
16 geldt. Cum in totum hoc casu † possit feudum in eorum præiudicium alienare. *Afflict.decis.112. numero 6.late Curt.in tract.feud.in 4.part.quæstio.8.* Accedit, quod hoc feudum sit concessum N.
17 N.& suis † heredibus, ideoque hereditarium, per tradita Curt. *in d.tract.part.1.quæstio.8.numero 19. Isern.capitul.1.in princip & d.§ hoc quoque.* Quo
18 casu etiam † factum patris nocet filio. *Ioann. Andr.in addit.ad Speculat.§.fina.de feud.in addit.lit. D. Schurff.in consilio 136.numero 4 in feudalib.* Et eo casu non possunt Actores venire ad feudum, nisi sint heredes. *Curt.d.part.1.quæstio.8.numero 19.* At hic nondum constat, an Actores sint futuri heredes patri suo. Multa enim accidere possunt, vt non sint heredes. Proinde liquet,
19 eos † præmature agere & inepte, fundando iudicium super futuro. *per l.non quemadmodum. Castr.in l.non potest videri.ff.de iudic.in fin.* Nec ob-
20 stat, canonem † annuum solui, & ideo potius emphyteusim, quam feudum videri. *Bald.in l. liberti.numero 36. Cod. de oper. libert. idem in rubric. de iure emphyteut.& ibi Bartol.l.1.* Nam nihilomi-
21 nus † manet feudum, licet improprium. *capitulo 1.de feud.non habent.propr.natur.feud. Curt.dict. tract.part.1.quæstio. 6.per tot. & numero 28.cum seq.* Si quis tamen mallet diuersorium hoc emphy-
22 teusim † appellare, non refert, quia idem sunt. *Curt.in part.1.vltim.impress. quæstio.6.* Et ar-
23 gumenta à feudo † ad emphyteusim, & contra procedere, docet *Ias.in l.1.numer.60.C.de iure emphyteut.* Quod generaliter verum est, si ius commune non repugnet. Et quod supra dictum est, Actores non posse consequi feudum,
24 siquidem concessio † facta est sibi ac suis heredibus, nisi sint heredes patri: hoc etiam locum habet in emphyteusi. *Bald. in capitu.1.numero 15.Et ibi post Isern.Aluarot.numero 5.& 6.& Præposit.numero 4.tit.an agnat. vel fil. Ias. post alios in l.2. numero 226.C.de iure emphyteut.* qui dicit hanc esse communem. Ad hæc facit, quod pater † pos- 25
sit in vita emphyteusin alienare, id quod iura illi concedunt. *Bald.in capitulo 1.numero 5.titul.an agnat.vel fil.consilio 5.libro 5.& in consilio 8 libro 3. Ioann.de Platea in l.1.in princip. C.de fund.patrim.libro 11.* Ex quibus liquet quod Actores ex eo quod oneratum sit diuersorium mit Vngeldt/ sit feudum vel emphyteusis, patri eorum & heredibus concessum, nondum ius habeant agendi. Iam vero dato, bona fuisse affecta matris eorum, tamen quia pater habet † eorundem v- 26
sumfructum, vti constat ex confessione Actorum. *l.1.Cod.de bon.matern.& ibi Docto.* Ideo constitutum, vt ratione eorundem non possint esse in iudicio nec patronum constituere † sine 27
patris consensu. text. est express. *in l. cum non solum.§.necesse.vbi gloss. Bartol. Bald. & Castr.C.de bon. quæ liber.cap.fin.& ibi Ioann Andr.& Franc.de iudic. in 6.Bartol.in l.si longius.§ si filius.numero 3.ff. de iudic. Lanfranc.in sua praxi, cap. quemadmodum contra. capit.7.de confess. numero 13.& ibi addit Ia. in l.2.§. 1.numero 18.ff.solut.matrimon. Tholos.decis.176. Angel.in §.actionum autem.numero 12.& seq Instit. de action.* Consensus enim iustus hic † exigitur 28
ad solemnitatem, quo deficiente nullum est iudicium. *Specul.at. in titul. de actore. numero 22. cum seqq. Franc.de si.§.huiusmodi.numero 2.de iudic. in 6.* Et defectus † consensus paterni potest in 29
quacunque parte iudicii opponi per allegata per Franc. Marc. *decis. Parlament. Delphin. decis. 69. numero 6.* Atque hanc communem esse tenatur Vant. *in tract.de nullit.ex defect. inhabilit. numero 39.& sequent.* Debet autem consensus interuenire † ante litem contestatam, vel sal- 30
tem in litis contestatione. *Bald in dict. § necessitate.numero 9.& ibi Castr.numero 8.& 11. Angel.in l. licet.ff.de iudic.*

Tunc enim forma iudicii † deducitur ad 31
suam causam. *Bal.in d.§. necessitate.* Si autem post litem contestatam consensus interueniat, non validatur iudicium. *in d.§ necessitate.vbi Bal. Castr. & communiter Dd. approbant. idem Bald. in l.si cum dotem.§.eo autem ipso.& ibi Cast.ff.sol mat Lanfran. supra d.loco. Cap.decis. 306.& ibi addit Vant.vbi supra.nu.44. Ias.in l.si quis mihi bona ff. de acq. hered n. 20.* Debet autem pater † expresse consentire. 32
Barto.in d.§.necessitate. Franc.in d.c.fin. de iudic.in 6. Vnde etiam liquet, quod nec allegata ab Actoribus, in grauaminibus cessio vsusfructus & iurium non prosit Actoribus, quia facta post litem contestatam. Tertia causa, quod pater Actorum metu coactus soluerit, hæc non probata est. Et dato, quod probata esset, saltẽ patri daretur actio. *d.isti quidem.§.si ff quod metus causa.* Quarta causa, ineptitudo est libelli. Præmittit primo, ex narratis † ius metiamur Actoris. *l.si ex plagio.* 33
in fine ff. ad leg. Aquil. Putat hãc esse causã rejectã, & talis debet esse causa, † vt ex ea necessario 34

metiamur ius petendi. *Innocent. in capitulo primo & 2. de litis conteſtat.* Secundo præmittit, quod
35 quando actio † nondum nata eſt, licet naſci ſperetur, dicatur libellus ineptus, quia ex illo non concluditur ius agendi. *l. 2. C. de formul.* Et omnia quæ ſequuntur, ſunt inualida. notat Mattheſilan. *in ſingul. 9.*
36 Tertio præmittit † ſententiam debere eſſe conformem actioni. *Bald. in l. 1. C. ſi plures in vna ſententia.* His præmiſſis conſtat, Actores in libello narrare patrem emiſſe pro ſe d. diuerſorium & ſuis heredibus. Et ſic patet, eos intentaſſe poſſeſſorium retinendæ, vel actionem ex empto. Sed hæc non competunt, quare libellus ineptus. *Bald. in l. edita. Cod. de edendo. Socin. in capitulo 2. numero 20. de libell. oblat.* Et ſi pronunciaretur iuxta libellum, tunc expreſſus error iuris committeretur. Pronunciandum foret, Actores in der erkaufften gerechtſame /. vel quaſi poſſeſſione tuendos, in qua nunquam fuerunt. Concludit exceptionem, *tu non es audiendus, quia non habes actionem*, recte à Reis obiici. Sed dubitari hic poſſet, an, quia ante litem conteſtatam oppoſitæ & intentatæ ſint, poſt litem conteſtatam, iterum opponi potuerint ad merita cauſæ, cum nonnullæ
37 † earum dilatoriæ ſint, & ante litem conteſtatam opponendæ, *l. exceptionem. Cod. de probat.* Et concludit eas ad merita cauſæ recte oppoſitas, per Zaſ. *in l. ait prætor. 2. ff. de iureiur. numero 11.* vbi dicit, ſe ita practicaſſe. *Socin. in cap. fin. numero 51. circa medium, de litis conteſtat. Boer. in ſingul. in verb. exceptio. l. eleganter, §. ſi quis. ff. de condict. indeb.* Concludit ex prædictis omnibus, Actores ex ſua perſona nullum ius agendi habere. Verum, quia in grauaminibus allegatur, patrem Reorum lite pendente, vſumfructum ceſſiſſe, & ſic conſolidatione vſusfructus cum proprietate facta, quæritur, an ex ex perſona patris vigore illius ceſſionis obtinere poſſit? Et breuiter concludit, quod non. 1. quia non ceſſat, ceſſionem eſſe factam. 2. Vtut facta ſit: tamen non valeret, quia in libello nulla eius mentio facta eſt, ideo-
38 que non videtur † in iudicium deducta, ſed opus noua inſtantia. *l. non poteſt videri. vbi Caſtr. ff. de iudic. & in capitulo 2. de libell. oblat 3.* Dato, quod conſtet ceſſionem factam eſſe, tamen per hoc
39 non validaretur iudicium, quia poſt litis † conteſtationem & ſententiam facta eſt, per ſupra deducta. Quarto conſtat, Actorum patrem promiſiſſe Vngeldt / vt deponunt Reorum teſtes ad interrogator. 51. articuli, & ad 19. articulum. Item 11. teſt. Reorum ad 15. articul. Sicut igitur pater eorum tenetur ad Vngeldt/
40 dum viuit, ita etiam filii, ſiquidem tenentur † diuerſorium accipere cum ſuo onere. *l. via conſtituti. §. ſi fundus. ff. de ſeruit. præd. ruſtic. & in capitu. ex literis. de pignorib.* Nec ipſe pater plus iuris
41 transferre potuit † in filios, quam ipſe habuit. *l. nemo plus iuris. ff. de regulis iuris.* Quinto facit, quod Actores, quibus ceſſio facta prætenditur, tamdiu ſunt † in poteſtate patris, donec con- 42
trarium prob. tur. *l. hi emancipati, ibi: teque emancipatum. Cod. de collat. Boer. in ſingul. 44. in verb. fictio.* At filio in poteſtate conſtituto non poteſt cedi actio, † ſed requiritur, quod ſit emanci- 43
patus. *Bald. in l. 3. numero 2. & ibi Salicet. numero 2. C. mandati.* Nec obſtat, quod id fallit in aduentitiis, vt *ibi Bald.* quoniam probatum non eſt, bona eſſe aduentitia, quin potius de contrario conſtat. Ex quibus omnibus concludit, Actoribus neq; proprio iure, neque ex ceſſione paterna actionem competere.

Quid pronunciandum? Ex ſupradictis recte liquere putat, fuiſſe abſoluros Reos, ſaluo tamen Actoribus iure agendi, ſo die angezogene Herberg/ gäntzlich auff ſie gefallen. Conſtat enim allegatum priuilegium immunitatis natorum patri ab N. conceſſum, pretio, ſcilicet Canone annuo mediante tranſiſſe in vim contractus, ideoque non poſſe † inuito Actorum patre re- 44
uocari. per *l. fundum. Cod. de fundo patrim. & in capitulo primo, de feud. ſine culpa non amit. Afflict. in deciſ. 128. numero 20. Iaſſred. deciſ. 125.* Nam quilibet etiam ſupremus † pacta & ſuos contra- 45
ctus ſeruare tenetur. *capitulo primo, de natur. feud. Bald. in l. ex imperfecto. C. de teſt. ament. Abbas in c. nouit. de iudic.* Quod autem ſit iſtud priuilegium immunitatis à Reis confirmatum, deponit tertius Actorum teſtis ad 6. & 7. articulos, & 9. teſtis, item 10. teſtis Actorum ad 4. interrog. Nec obſtat, quod de neceſſitate allegatum eſt à Reis. Nam non probatum eſt, eam tantum fuiſſe, vt potuerint contrauenire conuentionibus ab auctore ſuo initis. Concludit ergo Actores poſt mortem patris eorum agere poſſe, cum illis interea ipſe præiudicet. Et in hoc Iudices tantum bene pronunciaſſe, reſeruando Actoribus ius ſuum, & Reis ſuas defenſiones. Cæterum in eo male iudicatum putat, quod Actoribus non aliter reſeruarint ius agendi, quam ſi cum communitate vel maiori parte pagi N. agant, quia communitas nunquam fuit in lite, nec talé immunitaté priuilegio conceſſam habet. Vnde iniquum foret, ſi communitas nunquam agere vellet, Actores non admitti ad agẽdum. Quare in hoc reformandam cenſet ſentẽtiam, vt videlicet etiam ſoli, ſi velint, admittantur, wann die Herberge auff ſie erwachſen. Reſeruatis tamen ſuis exceptionibus Reis. Nam vt ſupra dictum eſt, multa contingere poſſunt, vt aliquando agentes non obtineant. Et quia in eo ſententia reformatur, mallet, ſi fieri poſſet, expenſas compenſare. Si tamen ſecus dominis videretur, non repugnaret: Appellantes, vti temere & ſine actione litigantes † ad eorundem 46
refuſionem condemnare, per *l. eum quem temere. ff. de iudic. gl. in c. ſignificantibus. de libelli oblat.*

Votum Domini Correferentis: De formalibus nihil dubitat. De nullitatibus vt Referens. Quoad iniquitatem, exceptio; *agere non poteſt viuen-*

viuente patre & eo dissentiente. Et male factum per Iudices, quod litis contestationem iniunxerint. & videtur etiam nullitas, tanquam contra-
47 ria sit prior sententia † posteriori, maxime post recte interpositam exceptionem. *Franc. in capit. dilectus. quæstio. 41. de appellat.* Et potuissent partes leuari sumptibus & circuitu. *Franc. in capitulo 1. de lit. contest. lib. 6. limit. 39. l. 1. & 2. C. de ordin. cognit. Patauiens. quæstio. 4. except. 7. capitulo 3. de except. in iudicio.* hanc etiam nullitatem non attendit. Et hanc Actoribus circa expensas prodesse putat, quod non temere litigarunt aut ca-
48 lumnioſe, sed iussu Iudicis. Et filius † timens grauari in fine vel bonis, potest sibi ante factum prouidere officio Iudicis. *l. 3. C. qui bon. ceder. poss. Soarez in consilio 4. numero 7. Bald. in l. si super. numero 3. C. de transact.* Quamuis sola protestatio coram Iudice aut vicinis facta, suffecisset, *titu. de*
49 *noui oper. nunciat.* Et valet processus † super iure de futuro, si illud ius pendet ab eo, quod est de præsente, vt hic licet successio sit de futuro. *Bald. in l. 1. numero 11. & 12. Cod. de sentent. quæ sine citat. &c.* Vel si interueniat culpa tertii, vt hic patris. Idem si alia quæcunque iusta causa interueniat quia tunc potest quis petere pronunciari ius ad rem sibi competere. *l. si finita. §. eleganter. ff. de damno infect.* Vel aduersario non licet rei meæ seruitutem imponere. Non vsque adeo
50 inepte † petitur de iure, quod per successionem ad liberos venturum est. *Soarez dict. consilio*
51 4. Seruitutem imponere † est species alienationis. *l. fin. Cod. de reb. alien. non alienand. l. generaliter. Cod. de secund. nupt.*
52 Item noceret † eo casu filio suo silentium. *gloss. in l. cum proponas. Cod. de pact. l. vxorem. §. testamentum. ff. de leg. 3.* quia etiam
53 taciturnitas † inter coniunctos inducit consensum. *l. si seruus. Cod. de donat. inter vir. & vxor. Cyn. d. l. 1. de bonis matern.* Ideo cum pater non ignorauit, filios instituisse hoc iudicium contra N. alium consensum inquirere vix debuerunt,
54 quia qui scit, † certiorari non debet, & quod
55 taciti & expressi † eadem est ratio. *l. cum quid ff. si cert. petat.* Imo per cessionem, quam afferunt, probare videntur satis interuenisse consensus expressus patris, quod tamen alias opus non esset, etiam in aduentitiis, & quidem in iis, in quibus ipsi vsusfructus acquiritur, si vsumfructum pater inspiciat, quod per cessionem factum esse dubitat, si probetur. *Afflict. in decisio. 180. numero 3. Alexand. in consilio 106. libro 2. numero 4. Bartol. in §. necessitatis. numero 1. circa fin. Specul. in titulo de actore. §. 1. numero 26.* Vnde videbatur pro Actoribus pronunciandum bene iudicatum. Sed his non obstantibus concludit cum Referente, per regulam, *quod etiam in aduentitiis*, quamuis in iis terminis non simus, sed hospitium pecunia partis emptum pro profectitio haberi debere existimat. Sed hic aduentitium probari posse peculium hospitii non putat, cum ex confessione in libello constet quomodo pater primus emerit. item Vngeldt promiserit & soluat, quia filius † non habet ius in bo-
56 nis paternis. *Iason in l. soluto. §. quod si in. num. 9. ff. sol. matr.* Sed gl. supra dicta est reprobata. *Specul. in tit. de actore.* id quod locum non habet, si pater vilis persona sit vel bannitus. *Spec. d. loco. Frid. de Senis in cons. 109.* concludit bona a patre empta nec affecta liberis esse. Nec adeo affecta, † vt et-
57 iam patris heredibus omnino illis futuris, & ille alienare, vel in totum, nec in vita alienare non potuerit, qualiacunque dicamus esse bona siue feudalia, siue emphyteutica, siue censualia. *Rex. vbi Bal. in l. 1. C. per quas person. nobis acq.* Quia pater † primus autor huius acquisitionis, potest
58 eam reuocare, quo ad filios. *Alex. in cons. 106. libr. 4. num. 8. & cons. seq.* Maxime si accipiat emphyteusin pro se & heredibus. Nec obstat, quod hinc inde in actis reperitur N. ex mera liberalitate primum concessisse hospitio immunitatem dictam, quo casu iterum tanquam beneficium † tertii per patrem auferri filiis potest. *Bal.*
59 *in d. l. 1. num. 16. ad fin. C per quas person. nobis acquir. Frider. de Senis in consil. 228.* imo hoc adeo verum dicunt, vt eo casu non possit vni filiorum tale beneficium prælegari. *Anchor. in cons. 319. num. 2.* Non obstante, quod id habuerit originem in persona patris. Sed his non mouetur propter Lehenbrieff. Ex quibus constat emptionem esse, & pretium interuenisse. Deinde quod multi sunt, qui ab Anchor. & suis asseclis in hoc dissentiant. *Alex. in d. cons. 8. n. 15. vbi Molinæus.* Atque
60 ideo si pater † alienat bona filii, in quibus vsumfructum habet, filius viuente patre, non potest agere contra possidentem ad retractandam alienationem, quandiu est in patris † potestate, vti
61 semper esse præsumitur, donec contrarium probetur. Ratio est, quod sicut non potest agere directo contra patrem. *l. lis nulla de iud.* ita nec per indirectum. *Bart. in l. si constante. n. 62. sol. mat. Dd. in d. l. 1. C. de bon. matern.* sed demum agere post mortem patris. *d. l. 1.* modo patri heres esse non velit. *l. quia persona. de reg. iur. Capol. in tit. de suscept. pro emptore.* Quare concludit, vt per Referent. pronunciandum per omnia. De cessione nihil dicit, quam quod putat eam nunc demum probari vix posse, postquam testes in secũda etiam instantia producere debuisset. Mouetur per dicta Hippolyti *in tit. de qu. §. si qua.* Cæterum concludit cum cõmuni opin. cõsensum patris post litis contestationem amplius, si ille velit, cum effectu præstari non posse, *per l. obligari. ff. de author. tut.* & per Refer. Spe. *de actore. n. 37. §. 1.* item concludit quicquam patrem existentibus in sua potestate filiis cedere posse, maxime hic, vbi præsuppositimus actionem, quæ cessa esse prætenditur, prouenire ex causa profectitia, non aduentitia. *Bald. in l. 3. nu. 2. C. mandati.* Erit igitur sententia in ea parte, vbi cum communitate vel maiore cõmunitatis parte actionem tummodo & nõ solis Actorib. reseruat tãquã priuilegiatis,

resor-

reformanda. Expensas si fieri potest, compensaret.

Votum D.N. Actores videntur sibi esse contrarii. In libello dixerunt esse bona aduentitia, vel sibi vinculata, postea allegarunt cessionem. Concludit cum Referentibus, vult den Anhang verwerffen / & tacite werden wir das Priuilegium gut sprechen / & præiudicare compensatis expensis. Ego vt Referens, compenso expensas, quod reformanda sit sententia.

Votum D.N. Concludit, illos actionem non habuisse, *Affl. in c. 1. qui success. teneant. in feud.* Concludit cum Referente.

Votum D. N. De formalibus vt Referentes. Nullitates non sunt leues, & possunt dici sententiæ nullæ, sed quia testes producti, & de iure partium constat, consultius videtur, priorem sententiam confirmare vel reformare. Bart. *per l. si expressim. ff. de appellat. l. si vt proponas. 2. numero 4 C. quomod. & quando.* Et ordinatio id iubet. Putat pronunciari posse diffinitiue. Concludit,
62 actionem non competiisse, siue sint affecta † siue profectitia vel aduentitia. Posse hanc exceptionem, *agere non potes*, post litis contestationem opponi. *Speculat. tit. de except. § dicto.* Nec o-
63 pitulatur † cessio, quia post litis contestationem facta. *Ioan. Andr. In addit. ad Specul. tit. de actore. numero 37. super verb. contra.* Pronunciandum igitur, reformandam esse sententiam, Reos à prima instantia & instituta actione absoluendos. Mallet inserere causam scientiæ, quam quicquã alterutri parti reseruare, compensatis expẽsis, quia Iudex iussit ꝓcedere, & cessio expresse nõ negatur. Et plus consentire facto, quã verbo. Et quia inter Dd. est dissensio, † quod 64
tempus requiratur ad consensum impetrandum. *Milis in repert. in verb. filiusfam. potest. Rota dec. 10. de iudic. lib. 6. n. 2.* indistincte loquitur. Et quia sententia reformatur.

Votum D. N. D. concludit cum Referente.

Votum D.N.D. Similiter non esse bona aduentitia.

Tenor † Sententiæ: In Sachen N.N. Be- 65
reyter zu N. & consorten in actis benanndt / Appellanten eins / contra Bürgermeister vnd Raht der Statt N. Appellaten ander Theils / ist allem vorbringen nach zu Recht erkannt / daß die Vrtheil voriger Instantz zu reformiren sey / als wir auch dieselbige hiemit reformiren. Nemlich der gestalt / daß gedachte Appellaten von der in jetzt ermeldter Instantz angestelter Klage zu absoluiren vnd erledigen seyen / als wir sie dann davon absoluiren vnd erledigen. Doch daß gemelten Appellanten / so die articulirte Herberg auff sie gäntzlich kommen oder erwachsen / als dann ob sie wöllen auch allein zu klagen: deßgleichen dem Appellaten / alle jhre gebürende Exception vnnd Defension / dargegen vorzuwenden vnbenommen / sonder hiemit respectiue vorbehalten seyn sol / compensatis expensis.

VOTO-

VOTORVM ET DVBIORVM VNA CVM EORVM DECISIONIBVS, RELATIONIBVS, RESOLVTIONIBVS AC CONSVLTATIONIBVS, QVÆ AD PRIORES SVPPLICATIONVM TITVLOS IN PRIMO ET secundo Tomo positos, commode accommodari seu inseri nequiuerant,

PARS SECVNDA.

VOTVM I.

In causa M. B. contra C. de B.

SVMMARIA.

1 *In aliquo actu non nudæ copiæ, sed instrumenta fide digna adferenda sunt.*
2 *Nuda verbalis depositio quando sufficiat.*
3 *Capitulum num sint tertii possessores.*
4 *Consensus Capituli in acquirendo quando necessarius sit.*
5 *Aliud est ius reluendi concedere, aliud concedenti illud ius consentire.*
6 *Remedium l. 2. C. de rescind. vend. datur vendenti, non consentienti.*
7 *Nemo suum iactare præsumitur.*
8 *Actio quando Actori non competat.*
9 *Iuri offerendi vel reluendi quando præscribatur.*
10 *Consensus alicuius quando requiratur.*
11 *Actio quem de euictione tenet, eundem agentium repellit exceptio.*
12 *Necessitas alienandi in rerum minorum alienatione quando probetur.*
13 *Feudum an alienare possit in præiudicium agnatorum nondum natorum, contra quos præscriptio non currit. & num. 16.*
14 *Emptio quando imperfecta censeatur.*
15 *Omnis defectus, qui allegari potest ex instrumento quolibetcunque propter cursum centum annorum tollitur.*
17 *Factum patris in feudo hereditario an filio heredi noceat.*

Materia Reluitionis.

IN hac causa Comes de B. Archiepiscopo imo & capitulo denunciarat, quod ipsius Auus Archiepiscopo Magdeburgensi & eius capitulo pignori dederit oppidum & arcem E. genandt. pro 2000. Boheimischen Schock / ea conditione, vt pignoranti eiusque successoribus integrum esset quid singulis annis pro libitu reluere. Quoniam autem capitulum d. oppidum nunc possideat, ideo obtulit ille tanquam vasallus, & Saxo vt dominus directus dictam summam, & petiit restitutionem, deinde acquieuit aliquandiu. Capitulum tandem supplicauit in Camera pro processibus ex l. diffamari. sed, quia capitulum subest Archiepiscopo, denegati fuerunt, quare capitulum apud Episcopum institit, qui remisit causam ad Cameram. Fuerunt igitur ibi dicti processus decreti 26. Aprilis, Anno 44. contra S. & d. Comitem de B. non comparuit, nec contra eum in contumaciam processum fuit. Comes dixit, quod cum reluitio sit meræ facultatis, non possit cogi, tandem tacite renuncians huic processui, dedit libellum articulatum, & instituit vti ipse dicit pignoratitiam, capitulum quoque tacite procedendo in Cameræ iurisdictionem consensit. Capitulum primo obiecit exceptiones litis finitæ, præscriptionis scilic. item quod possideant titulo emptionis ab Archiepiscopo tanquam tertio, & probarunt titulum emptionis, quod scilicet ab Archiepiscopo, Anno, &c.

1524. emerint, &c. sed quod vnice replicatum, Capitulo litis contestatio iniuncta fuit, saluis exceptionibus post contestationem litis proponendis cum refusione expensarum 5. Iulii, Anno, &c. 57.

Libelli Comitis tenor talis fuit.

1. Contra Præpositum & Capitulum M. & dicit quod dictum oppidum E. à Conrado von H. cum pertinentiis auff B. Comitem de M. & dominum de B. erblich kommen.

2. Quod d. Comes B. d. oppidum cum pertinentiis Archiepiscopo & Capitulo eius verset/prout supra credit, contractum illum inter Archiepiscopum & Comitem initum esse, non aliter.

3. Ita tamen vt posset Comes eiusque heredes reluere, ante quadrantem anni denuncient Archiepiscopo eiusque Capitulo, vt in literis originalibus.

4. Deducit deinde genealogiam suam, quod scilicet d. Comitis oppignorantis, Actor proximus heres feudalis, quod vigove d. iuris reluendi F. E. S. & Actor denunciarint Reis capitulariter conuocatis 3. Decembris anno, &c. 1544. reluitionem se facturos.

5. Responderunt, sie wöllen der Losung keine statt geben.

6. Scripserunt deinde S. & Actor rursus offerendo pecuniam, quam si recipere nolint, se deposituros apud Senatum M.

7. Reos respondisse, quod nolint recipere nec E. restituere.

8. Cum igitur voluissent S. & Actor d. pecuniam deponere, senatum M. recusasse eam accipere.

9. Quare deposuerint 4. Aprilis, Anno, &c. 43. apud senatum W.

10. Et quod ibi deposita, id Reis scriptum.

11. Sed per huiusmodi denunciationem, oblationem & depositionem pretii reluitionis d. oppidum erlediget / & quod Rei debeant Actori id euacuare.

12. Sequi Reos contra ius & æquitatem restitutionem recusare.

13. Vox & fama.

14. Petit pronunciari daß Rei schuldig/ iuxta vniuersale ad factam denunciationem & subsecutam depositionem d. arcem vnd Statt E. cum omnibus pertinētiis cum fructibus à tempore factæ depositionis perceptis Actori eyn zuräumen vnd zuzustellen schuldig vnd pflichtig/ & ad hoc faciendum eos compelli.

Exceptionales siue Defensionales Reorum huius tenoris.

1. Actorem Reis eine verneyndte Losskündigung anno, &c. 42. gethan. Actoris legatos Reis obtulisse copiā cuiusdam vniuersalis, so Ertzbischoff G. anno, &c. 1417. B. Comiti de B. deß Widerkauffs halben gegeben haben soll.

2. Daß in d. literis Archiepiscopus G. allein dispositiue redt / vnd sich verbindt / vnd das Capitulum im Contract nicht mehr gethan / dann jhre Bewilligung gegeben.

3. Daß d. Archiepiscopus E auch allein post celebratum istum contractum anno, &c. 1417. eyngenommen vnd zu seinem Tisch gebrauchet. Et quod hoc subsequentes Episcopi vltra 100. annos gethan.

4. Ex isto contractu allein persöhnliche actiones instituendæ sunt contra contrahentes & eorum heredes.

5. Capitulum non contraxisse sed solum consensisse, ideo conueniri non posse hac actione personali.

6. Item pactum de retrouendendo sey dem Haupt Contract nicht eynverleibt/ sonder ex pacto facti durch einen Beybrieff oder Reuerß: actioni personali 30. annis præscribi.

7. Quod Rei oppidum controuersum à Cardinali Episcopo Erblich erkaufft vñ von diesem prætendirten Widerkauff nichts gewüst.

8. Quod ita quiete possederint huc vsque.

9. Capitulum igitur ius suum non metiri ex illo contractu, quem Archiepiscopus G. anno, &c. 1417. cum Actoris proauo celebrauit, sed ex iam d. emptione bekommen.

10. Quod Rei ideo sint tertii possessores.

11. Vlterius verum quod quidam Marchio fundauit monasterium dictum G. & eidem dederit oppidum iam controuersum cum suis pertinentiis, idque ante 600. annos, daß die se Stifftung durch Bapst vnnd Keyser confirmirt.

12. Daß hernach ein Eptissin zu W. G. d. oppidum E. iam controuersum in feudum dederit einem Herrn von Hattmerßleben.

13. Quod postea Abbatissa A. H. Anno 1357. cum R. duce S. deß alten vorigen Geschlechts ein Wechsel getroffen/ daß d. abbatissa duci S. jhr Recht an E. zum Afterlehen auffgetragen/ & in recompensationem eius, alia acceperit.

14. Postea anno 1417. decima post conuersionis Pauli vendidisse B. Actoris maiorum vno supradictus B. Archiepiscopo G. vendidit perpetuo oppidum controuersum vber die 2000. geliehene Schocken vnd noch 4000.

15. Doch ea conditione si Duces S. qui feudi ius à d. Abbatissa habebant, consentire velint.

16. Hi duces ist der alt E. F. Stamm gewesen/ welcher bald darauff/ nemlich Ann. &c. 1420. mit Todt abgangen (& hoc probatum) dadurch die Bewilligung verhindert.

17. Gantz ohne quod d. Comes B. aut eius heredes diesen Erbkauff gethan/ da der H. vō S. bewilligung dabey gewesen / quia linea finita, nit mehr von Worten jemahls angefochten/ daß sie

post

post finitam lineam illam, den alten H. von S. die Afterlehenschafft deß directi dominii am streitigen Schloß vnd Statt der Eptissin zu G. R. heimgefallen vnd eröffnet.

18. Wie sie vnd jhr Capitul sich solcher hoher Lehenschafft vnnd directi dominii auch Anno, &c. 1430. angemaßt / vnd es Archiepiscopo M. anvertauscht.

19. Quod Comes G. von B. den Kauff / so sein Vatter angefangen Anno, &c. 1430. mit Raht seiner Vormünder Fürst von A. vollnzogen / vnd oppidum E. Archiepiscopo G. erblich verkaufft vor die 6000. Schocken / daran doch die 2000. so sein Vatter schon bezahlt / abzuziehē.

20. Archiepiscopus respectu istius emptionis & exinde Capitulum possedisse huc vsque dicitur.

21. Actorem teneri præstare factum patris & aui sui tanquam illorum heredem.

22. Nota Capitulum denunciatoriales contra Episcopum tanquam venditorem impetrauit in Camera 11. Febr. Anno, &c. 58. qui constituit ibidem procuratorem 18. Apr. eodem Anno, qui & sua scripta exhibuit.

Votum Correfer. D. N. prolixum fuit, ideo ego præcipua extraham.

Actum pignoratitia directa Refer. Correfer. vtilem directam dat, quia tanquam vasallus petit Actor vtile dominium, directum dicit esse Ducis S. Satis probata per literas putat Refer nil Correfer. de hoc.

An competierit? Videtur quidem, cum fateantur Rei Actorem esse oppignorantis B. pronepotem, & consequenter heredem. Deinde constat ex literis vniuersalibus, quod oppignoranti competat reluitio, eiusque heredibus, modo soluant; item constat Actorem Reis satis mature denunciasse, item illos pecuniam accipere noluisse. Cum igitur iuris, quod pecunia in vnum casum deponenda & consignanda sit, videndum, num Actor id probarit.

Sed de hoc requisito oblationis, depositionis & consignationis, dicit Referens hic non satis constare, quia solum huius actus † copiæ adferuntur, non autem instrumenta fide digna, & quamuis dici possit sufficere nudam verbalem † depositionem, cum Rei expresse recusarint accipere, iuxta Alex. *in l. si mora, num. 5. in sup. fall. ff. sol. matrim.* Tamen cum Neguzantius *in tract. de pign. in 7. part principal. 2. memb. num. 12.* intelligat hoc procedere in oblatione iudiciali, non audet intrepidè asserere hoc requisitum probatum esse, & putat eius probationem iniungendam, (Correfer. *n. 1.* addit, quod cum Actor in euentum petierit compulsoriales ad senatū N. posse illas decerni, vt probetur pecuniam ibi depositam, & cum Actori in hoc subueniri posset, & pro illo ferēda esset sentētia, suadet, si non alia obstaret.)

An elisa? Refer. dicit, Reos vti 4. exceptionibus prima est, etiamsi actio Actori competeret, quod tamen non competat Contra Reos tanquam tertios possessores.

2. Pactum illud reluitionis non in continenti appositum, sed factam venditionem puram oppidi E. & postea Episcopum per reuersales ex post facto permisisse reluitionem.

3. Præscriptum iuri offerendi.

4. Bona litigiosa iure dominii directi & vtilis ad Archiepiscopum peruenisse, & præscripta, & ab iis ad ipsorum Capitula ex titulo emptionis deoluta.

Quod ad primam attinet (videlicet hanc actionem pignoratitiam directam esse personalem, ideoque contrariam, quia sunt tertii) in iure conuenit inter Refer. & Correfer. per *l. fin. C. de. dist. pig.* ibi, *non in rem sed in personam.*

Negatur *art. 7. per verb. 7. n. 1. & 2.* excepto vno casu quando esset pignoratitia fœneratitia. Host. *in c. cum contra, de pign.* quod tamen de iure ciuili non procederet. *Bald. in c. 1. n. 12.* De feudo dat inuicem *l. commissor.* Alex. *in addit. ad Bart. in d. §. tertii.*

Sed de eo est controuersia, num Capitulum † sint tertii possessores, sic enim habet instrumentum obligationis, in quo Actor se fundat inter cætera: Wir G. Archiepiscopus M. fatemur pro nobis, nostris successoribus Archiepiscopis & Capitulo M. daß B. Comes, &c die Statt vnd Schloß ꝛc. E. versetzt hat in Krafft seines Briefs vns vnnd vnsern Nachkömmlingen vnnd Gotteshauß zu M. vor 2000. Böheimischen Groschen / die wir jhme bezahlt haben / ꝛc. vnd d. Comes eiusque heredes mögen E. jederzeit vor 2000. Boheimische Groschen wider lösen / doch daß vns vñ vnsern Nachkommen Ertzbischoffe / Capituln vñ Gotteshauß zu M. d. B. oder seine Erben für Baukosten so wir anwenden möchten / nichts rechnen. Were es auch Sach / dz wir / vnser Nachkomme / Capitul vnd Gotteshauß etwas recuperirē / so vorhin darzu gehöret / ꝛc. hoc vnà reddemus, vnd sollen wir / vnser Nachkommen / Capitul vñ Gotteshauß alle vnd jegliche Man / Bürger vnnd Leut bey jhren Priuilegien bleiben lassen. Vnd dz wir G. vnsere Nachkömmlinge / Capitul vnd Gotteshauß alle vnd jegliche vorgeschriebene Stück vnnd Puncten fleissig halten wöllen / ꝛc. deß zu Vrkund habē wir vnser Insigel an diesen Brieff lassen hängen vnd wir N. N. Thumbprobst vnd N. N. Dechant vñ Capitel in gemein bekennen / daß alle vorstehende Puncten mit vnserm Vollwort vnd Willen geschehen seyn / vnd habē deß zu Bekentnuß vnsers Capitels Insiegel bey deß Herrn Ertzbischoffen gehangen. Datum 14[illegible]7. Dom. Conerf. Paul.

Referens putat, etiamsi Capitulum probarit, quod Anno 1524. oppidum controuersum emerint à suo Archiepiscopo, tamen eos per hunc titulum nō liberari à primo recitata ob-

ligatione, in qua se vna cum Episcopo suo obligarunt in verb. Capittul vnnd Gotteshauß die Lösung/ &c. & ibi, also daß er/ &c. clare deprehēdi, quod & Capitulo vna denunciari debeat reluitio & pretium offerri. Vnde concludit hanc exceptionem Reis non prodesse. Quod si domini contrarium velint, dicendum foret Actorem egisse hactenus sine actione, nec opus esset de elisione vlterius disputare.

Correfer. D. N. contrarium putauit, scil. supra positam obligationem à solo Archiepiscopo factam & Capitulum saltem consensum præstitisse, quod si Capitulum principaliter & vna se obligasset dixisset: Wir G. Ertzbischoff / Dechant vnd Capittel in gemein bekennen/ &c. Cum autem in proœmio Episcopus solus loquatur, hoc satis mentem agentiū declarare debet, *l. vt liberis, & ibi Bald. C. de collat.* (& melius ex fine literarū ibi, Wir Thumprobst/ Dechant/ &c. vbi solū dicunt, quod ideo sigillarunt, quia hæc suo consensu facta, &c. quę verba in fine posita declarare & restringere debēt pæcedentia, *arg. l. si seruus plurium*, §. 1. *ff. de lega.* 1. *Dec. cons.* 122. & si quis
4 quærat, cur opus fuerit † consensu Capituli in acquirendo, si de re empta pure, vt illa per ven-
5 ditorem relui posset. Aliud esse ius reluendi † concedere, aliud concedenti illud ius consentire, *l. aliud, de reg. iur.* vbi etiam concludunt Dd. ℣
6 vendēti, non cōsentienti detur † remediū *l.* 2. *C. de rescind. vend.* Itaque nostro casu Capitulum non tam concedere reluitionem, quam Episcopum concedentem impedire videtur, *arg. l.* 4. §. *fi. ff. de manumiss. vind. vbi text. elegans.* Præterea facit quod ex actis nusquam constet, Reos oppidum controuersum possedisse, antequam illud Anno, &c. 1524. ab Archiepiscopo emerint. Ad hæc verisimile non est, si Capitulum ex prima illa emptione partem dimidiam oppidi controuersi habuisset, quod alteram partem postea anno, &c. 1524. tam care ab Archiepiscopo suo
7 emisset: nemo enim præsumitur † suum iactare. Hæc N. pro Capitulo quidem attulit, sed ad finem dixit se id arbitrio dominorū relinquere: præsertim cum non desint argumenta, quibus defendi possit, Capitulum vna principaliter fuisse obligatum, maxime in medio literarum, ibi, vnd wenn B. vnd seine Erben/ vns/ vnsern Nachkömmlingen / Capittel vnd Gottshauß d. summam, &c. facit quod Episcopus ipse hic sit in lite & Reis assistat. Certe ex cęteris dominis Assessoribus, quorum adhuc sex fuerunt, dixerunt qui-
8 dam in votis suis actionem Actori † non competiisse. Verum cum non addant, ex qua causa, nescio an voluerint, hoc quia nō docuerint depositionem pecuniæ: An vero, quia Rei sint tertii possessores; Credo tamen illos id non de primo intellexisse, cum Refer. & Correfer. putarint, si aliud nihil obstaret, posse eius rei meliorem probationem iniungi, cum Actor petierit in euentum, quando opus esset, compulsoriales ad senatum W. vt probaret depositionem ibi factam. Reliqui tres domini Assessores simpliciter cum Refer. & Correfer. absoluunt Reos.

Tertia exceptio quidem ponitur à Refer. & Correfer. quod scilicet iuri offerendi † vel re- 9
luendi præscribatur, sed hanc non obstare dicit Ref. cum contraria sæpe in Camera sit obseruata, exempla refert Mynsing. *obs.* 16. *centur.* 1. & *obs.* 4. *cent.* 4. qua communem & æquiorem testatur Alciatus *in rub. de præscript. extr. nu.* 65. multis, & maxime ob malam fidem, & quod sibi non possidet creditor, hanc tenet etiam Paris. *cons.* 92. *num.* 10. *Bart. in l. pignori, & ibi Cast. num.* 2. *ff. de vsucap. Bald. in l. si rem alienam*, §. *omnu, in fin. & ibi Salyc. num.* 4. *Castr. num.* 5. *ff. de pignoratit. action.* dicit se vidisse in practica obseruari & tenendam dicit Alciat. vbi supra *Ferrar. in forma resp. vers. præscriptionis, nu.* 31. *l. male agitur, C de præscript.* 30. *annor. Guid. Pap. sing.* 906. vbi dicit *hanc communem, faciunt not. Couar. lib.* 1. *cap.* 9. *nu.* 8. *variar. resolut.* Ang. & Ioan. de Imola *in d. l. pignori. Franc. Bald. in* 4. *p. octauæ part. princ. q.* 2. *num.* 1. *Neguz. in tract. de pignor. in* 13. *membr. quintæ part. princ. nu.* 19. vbi dicit hoc etiam de iure Canonico procedere. Sed ob præiudicia nullo modo recedendum à negatiua, *l. minime, ff. de ll. l. si de interpretatione, d. t. Alciat. de præsumpt. reg.* 2. *præscript.* 30. *nume.* 3. *& sequent.*

Quarta exceptio scilicet, Reos esse dominos, est releuantissima (vti dicit Refer.) Agenti enim pignoratitia † exceptio dominii obiici 10
potest. *Neguzant. part.* 7. *memb.* 3. *num.* 12. Nam per instrumenta producta & recognita probatum est, quod B. Actoris proauus vendiderit Archiepiscopo Anno 1417. d. oppidum pro 6000. Boheimische Groschen / ea conditione si Duces S. tanquam domini feudi consentirent, & deinde ab Episcopo emerit Capitulum. Licet nunc obiiciatur, replicando hunc contractum fuisse conditionalem, &c. Si Duces S. consentirent, &c. sed illos consensisse non constat, Imo Rei contrarium fatentur, ergo illum contractum esse nullum, &c. nec hoc potest excusari, ea ratione, quod lapsu temporis tacite videantur consensisse, cum de eo non constet, & illi post annos tres sint mortui. Sed respondet Referens probatum esse per instrumenta, quod Abbatissa de G. R. fuerit domina directa, & dederit oppidum E. domino cuidam de H. L. in feudum, à quo venerit ad dominos de B. Actoris maiores, qui sunt inuestiti. Et licet probatum quoque sit, quod postea quædam Abbatissa subinfeudarit seu in feudum dederit Duci S. hoc ius feudi, quod illa habuerit in dicto oppido per quandam permutationem, tamen secundum receptam feudistarum sententiam (dicit Refer.) illam mansisse dominam directam feudi, si sit subinfeudatum, vti hic intelligitur factum per hanc permutationem, tum

vasal-

vasallus ille subalternus (vt erat hic Comes G. de B.) in alienationibus non tenetur requirere consensum domini proximi, vt erant hic duces S. sed supremi, vt erat Abbatissa. Con-
10 cludit igitur † consensum S. non fuisse necessarium.

Secundo, si quis dicere velit, fuisse necessarium consensu, vel quod ita expresse conuenit, vel ex iure feudali, tamen id non obstare, quia Ducis. S. descendentes statim sunt mortui? & sic cum ex illo nullus masculus existeret, ius feudi deuolutum sit ad dictam Abbatissam, & constat quod illa hoc ius Archiepiscopo M. An. 1430. vendiderit: item eodē anno Archiepiscopus emit à Comite Gunthero de B. pure d. oppidum E. qui fuit proauus Actoris, vbi dicit ille Comes, quod velit contractum venditionis à patre suo B. inchoatū complere, quare vendit Achiepiscopo M. cum cōsensu Ducis A. tanquā sui Comitis Vormünder & cum consilio suorū consiliariorum. &c. vmb 6000. Schockē/ daran die 2000. patri suo B. de B. per Episcopū mutuo data abzuziehen/ renunciat all sein Recht vor sich vnd seine Erben/ die er an dicto oppido ingehabt oder bekommen mögen/ itē quod ille & sui heredes id nunquā repetere velint vllo modo, &c. Sigillauit ipse eius curator & consiliarij An. &c. 1430. sabbathi post Marci Euangel.

Hinc inferunt, cum igitur Archiepiscopus sic ab Abbatissa directum, à Comite vasallo vtile dominium emerit, & ab isto tempore possederit vsque ad annum 1524. quo anno capitulo vendidit, & tradidit, quod possedit quoque quiete vsq; 1542. certe Actorem repelli. Primo per exceptionē dominij: Secundo, præscriptione immemorialis temporis. Tertio, quod teneatur facto aui & proaui, vt heres stare, vt
11 quem de euictione † tenet actio, eundem agentium repellat exceptio. Contra prædictam secundam venditionem per Comitem G. anno 1430. factam, replicat Actor G. Aui sui venditionem solum esse confirmationem venditionis à patre B. factam. Igitur iisdem conditionibus & modis factam intelligi & vlterius non extendi.

2. Replica: Illam G. venditionem ob defectum formæ & substantiæ non valere. In forma, quia constat G. fuisse minorem, & licet Dux de A. appelletur ipsius Vormunder in instrumento venditionis & sigillarit, tamen non constare, num fuerit. Secundo non probari necessi-
12 tatem † alienandi in alienatione rerum minorum. Tertio decretum & solennitates cæteras non interuenisse in substantia ob defectum consensus contrahentium, & quod ex instrumento non constet de solutione pretii. Ad hoc
13 G. non potuisse feudum alienare † in præiudicium agnatorum nondum natorum, contra quos non currat præscriptio. Quarto, quod alienatio inualida in fraudem Ducum S. dominorum directorum. Quinto, ob prædicta vitia Reos in mala fide fuisse, & ob id nullo tempore potuisse præscribere.

Quod ad primam Replicam attinet, respondetur contrarium apparere ex instrumento venditionis, vbi G. renunciauit omni iuri, & promittit reddere instrumenta E. concernentia, nec se aut heredes id oppidum vnquam repetituros.

2. Replica: Quod G. venditor fuerit minor, &c. Respondetur, quod solum cum maior factus, nec contradixerit, minus eius heredes sint audiendi, *l. fin. C. si maior fact.* Sed N. Correfer. primo dixit, non esse satis probatum Comitem venditorem fuisse tempore venditionis minorem. Nam licet in literis illis venditionis dicatur, quod Comes Guntherus vendidit cum consensu seines Vormunders / & fatetur ipse Anhaltinus, quod in signum sui consensus sigillum appenderit: tamen ex illa coniectura non sequi, ipsum fuisse minorem, quia notum sit, Comites & Principes Germaniæ post maiorem ætatem vti consilio suorum curatorum, vt constat ex causis in Camera pendentibus, vt Marchionis de B. Comitis de Hanaw/ &c. Imo contrarium videtur ex eo quod proprio sigillo vsus sit. Posito tamen illum fuisse iuniorem, tamen potuisse illum auctoritate sui curatoris obligari. *Schurff. consi. 17. num. 11. cent. 7.* Quod autem de omissione decreti dicitur, respondetur vt supra *per l. fin. C. si maior. fact.* Item quia G. illam alienationem perfecit, quam pater voluit facere, sed in alienatione ex voluntate patris facta decretum non requiri. text. *in l. magis puto, §. si pupillus, ff. de reb. eorum. l. 3. C. quando decret. non est opus. Roma. consil. 394.* Nec obstat, quod replicatur, non esse probatum Principem A. esse curatorem, &c. nec legitime constitutum, &c. Nam cum ille sigillarit tanquam curator, præsumitur propter diuturnitatē legitime constitutus, per trad. à Socin. *consil. 153. num. 3. volum. 2.* quod sequitur Crauet. *de antiq. temp. lect. videmus in genere, nu. 37.* & præsumitur omnia solenniter acta. Nec facit ad rem, quod obiicitur, non constare de iusta causa alienationis, &c. quia fit mentio de necessitate ob bella per expressa, &c. item post 114. annos omnia præsumi solenniter facta. Ex quibus satis liquet de consensu contrahentium: quod in hac secunda Replica vlterius obiectum fuit non constare, quod pretium sit solutum illi Comiti Gunthero aut eius heredibus, & sic emptionem † esse imperfectam, &c. Ad id re- 14
spondent Refer. & Correfer. primo id propter diuturnitatem temporis præsumi numeratum, per ea quæ tradunt Barto. Bald. & communiter Doctores *in l. qui in aliena, §. 1. de acqu. hered. & per trad. Affl. decis. 368. nu. 3.* neque enim præsumitur, venditorem eiusque heredes tanto tempore ta-

cuisse. Secundo, nec hic principaliter contenditur de pretio, ad quod venditor eiusque heredes aliam actionem habuissent, nimirum personalem ex vendito, item sufficit Archiepiscopo & Capitulo, possedisse tanto tempore pro emptore, & constat ex instrumento venditionis, Comitem fidem de pretio habuisse, accipiendo pignus, & propter cursum † 100. annorum tollitur omnis defectus qui allegari potest. *Crau. d. tract de antiq. temp. par. 3. §. pen. sect. vidimus, in genere, n. 25. & 26. d. cons. 16. n. 8 Dd. in l. secundum, ff. de verb. obligat.*

15

3. Replica: Quod scilicet, feudū in præiudicium agnatorum † nondum natorum alienari & præscribi non possit, quoque non obstat. Constat enim ex copia inuestituræ per Actorem productā, quod feudum hoc fuerit hereditarium Comiti G. & ipsius legitimis heredibus concessum. *Dec. consil. 390. numer. 5. & cons. 395. n. 4. Curt. iun. cons. 1 n. 12. & seq. Chass. in consuet. Burgu. rub. 3. §. 5 in princ. n. 6.* Vide late Pinel. *de bon. mat. p. 13. n. 85 & seq.* sed in feudo hereditario † factum patris nocere filio heredi extra controuersiam est. Bebus. *in c. 1. de eo qui sibi vel suis. Cur. Iun. cons. 3. in prin. Zas. in tract. c. 9. num. 27. l. ex qua persona, vbi Dd. de regu. iur. Schurff. 136. in feudalib.* Adhæc, in fundo hereditario præscriptio currit contra nondum natos etiam, & Actor non solum ab alienantibus descendit, sed illis etiam est heres. *Paris. cons. 23. n. 195 lib. 1. Sigismund. Ioffr. cons. 1. n. 193. & 194. in feuda. Marian Frec. in tract. de subferendis Baronum & inuestituris feudorum, lib. 3.*

16

17

4. Replica (quod scilicet alienatio à G. facta sit nulla, quia sine consensu Ducum S. tanquam dominorum directorum sit facta) quoque non obstat. Primo, quia non est probatum modernos Duces S. esse descendentes Ducis R. qui oppidum E. ab Abbatissa in G. R. primus in feudū acquisierat, & à quo & eius descendentibus Comites de B. recognouerunt. Imo supra contrarium probatū est, &c. Deinde Actor ipse fatetur, quod nihil iuris in dominio directo habeat, & sic ipsum in iudicium non deduxit. Contendit enim illud ad Ducés S. pertinere. Igitur in iure illorum feuda dare non potest, cum non sit penitus exclusiuum iuris Reorum, per not. *in l. loci corpus, §. competit, ibi Bartol. & alij, ff. si seruit. vindic. late Bart. in l. 2. & ibi Iason num. 8. & 9. ff. de except. rei iud. Ferrar. in pract. in forma act. negat. glos. 6. spectat & pertinet, n. 4. Guid. Pap. sing. 622.* Et cum Actor hic non habeat mandatum agendi pro Ducibus S. non est audiendus, *arg. l. si pupilli, §. videamus, ff. de negot. gest. l. quoties, §. is qui temporale, ff. de admin. tut.*

Quod autem diuersum sit ius Actoris à iure Ducum S. (si modo illi dicendi essent domini directi) ex eo constat. Nam Actor contendit duntaxat se vtile dominium habere, & concedit Ducibus S. directum, & potest repelli, quoad te habeo ædes liberas, &c. Quod ad Duces S. attinet, etiamsi illi se dominos directos probarint, tamen contra eos præscriptum esset per tertios. *Boer. decis. 221. nu. 10. & 12.* Ex quibus omnibus concluditur, per Replicas Actoris defensiones Reorum non esse elisas. Vltimo dubitarunt Correfer. num Duces S. sint citandi, cum ab Actore allegatum sit, illos esse dominos directos E. etsi existiment illos nihil iuris habere, ob supradicta tamen putat nihil in eorum præiudiciū pronunciandum, & si velint, illos postea ex integro pro suo interesse audiendos, cum in hac causa non sint citati. *Alex. consil. 156. lib. 2. glos. Angel. Imola & alij in l. de vnoquoque, ff. de re iudicat.* Cæteri omnes cum Refer. & Correfer. consenserunt, Reos absoluendos compensatis expensis. Sententia solum concepta est inter Capitulum & Actorem, nulla Episcopi mentione facta, licet & is in lite post denunciationem Regis, vt venditor astiterit, &c.

VOTVM II.

In causa E. Appellantis, contra B. Appellatum.

In causa donationis à Clerico in spurium suum factæ.

SVMMARIA.

1 *Donatio in concubinam collata valet.*
2 *Legatum concubinæ relictum valet.*
3 *Spurius matri sua in re donata vel legata succedere potest.*
4 *Milites & Clerici concubinis nihil donare aut relinquere possunt.*
5 *Clerici ex voto caste viuere debent, nec concubinas habere possunt.*
6 *Nati ex concubinis clericorum & militum dicuntur non solum spurij, sed & incestuosi.*
7 *Clericus est miles cælestis.*
8 *Aduocati & patroni non possunt donare & relinquere concubinis suis.*
9 *Aduocati sunt milites literarij & equiparantur armatis.*
10 *Prohibita fieri lege, si fuerint facta, pro inutilibus & infectis habentur.*
11 *Principali cassato, omnia quæ ex eo sequuntur, cassantur.*
12 *Antecedente destructo & ipsum consequens cadere necesse est.*
13 *Spolium non committitur sine possessione.*
14 *Possidere & in possessione esse differunt.*
15 *Intellectus constitutionis l. si quis in tantam, C. vnde vi.*
16 *Spurijs de iure ciuili non debentur alimenta: secus de iure canonico n. 19.*
Spurijs parēs nihil donare aut relinquere potest, & nu. 21.
17 *Spurij excluduntur in totum à successione parentum*

tum, in tantum, vt non valeat statutum in contrarium disponens.

13 *Statutum, vt spurii succedant, est contra bonos mores, & dat occasionem fornicandi.*

20 *Spurius si non habet, vnde viuat, est alimentandus à patre secundum facultates.*

22 *Possessio ciuilis & naturalis, adeoque dominium nobis ignorantibus acquiri potest, non tantum per procuratorem cum mandato, sed etiam per procuratorem sine mandato.*

23 *Papa legitimando aliquem intelligitur legitimare sine præiudicio alterius.*

24 *Spurii per rescriptum principis legitimari non possunt, nisi expresse dicatur in rescripto, non obstante aliqua lege.*

25 *Legitimatio spuriorum fit ex absoluta potestate principis, non ex ordinaria.*

26 *Spurii sunt magis odiosi, quam naturales.*

27 *Naturales succedunt parentibus: secus in spuriis, in legitimatione omnes defectus detegi oportet, alias rescriptum erit obreptitium.*

28 *Imperator non censetur illud tollere voluisse, de quo non habuit notitiam.*

DIci potest, actum partim officio Iudicis, quod loco actionis proponitur ad annullandam scilicet possessionem Reorum, vi occupatam, partim ex constitutione *l. si quis in tantam. Codic. vnde vi.* ad videndum eosdem incidisse propter violentiam commissam in pœnam *d. l. si quis in tantam.* Duplex enim libelli petitio est: sed verius actum puto solummodo condictione, *l. si quis in tantam.* quia agitur non solum ad restitutionem possessionis, sed etiam ad amissionem Dominii, *prout declarat Rosredus in constit. d. l. si quis in tantam.* Videndum ergo, an ea actio Actori competierit. Frustra enim de probatione quærimus, si nulla competiit actio. Donatio causa mortis: Item eiectio sufficientissime probata sunt. Ergo non tam in facti, quam iuris quæstione versamur, cum factum in confesso sit. De iure quæritur, videlicet vtrum *talis donatio à Clerico sacerdote in concubinam & spurium Actorem nostrum facta valuerit, & vtrum vigore eius donationis in possessionem vnquam venerit.* Quod ad firmitatem donationis attinet, licet regulariter

1 † donatio in concubinam collata valeat, *l. affectionis. l. donationes in concubinam. ff. de donat.* quem-

2 admodum † & legatum *l. qui concubinam. ff. de*

3 *leg. 3. Ancor. consilio 237. numer. 1.* & spurius † matri suæ in re donata vel legata succedere potest. *Barto. in l. fin. numero 4. C. de his quibus vt indig. Durant. de arti. test. in caut. in princip.* tamen hoc non

4 procedit in concubina † militum & clericorum, quibus à militibus & clericis nihil donari vel relinqui poterit, *de milite text. expres. est in leg. 2. C. de donat. int. vir. & vxor. l. miles. §. item mater. ff. de milit. testament. gloss. in l. hæc ratio. §. 1. verbo concubinæ. ff. de don. inter vir. & vxor. Bartol. d. l. 2.* Affectionis in clericis maior militat ratio, quia ex † 5
voto caste viuere debent, & concubinas habere non possunt. *l. eum qui probabilem. Cod. de Episc. & cler. & extr. de cohab. cler. gloss. §. pen. verbo participium. Auth. Quibus modis natural. effic. sui.* Et nati ex huiusmodi † concubinis dicuntur non solum 6
spurii, verum etiam incestuosi, *vt notat gloss. in l. 2. verbo filii. C. de Episcop. & cler. & ibi Bald.* Et hoc in specie tenet Bartol. *l. 2. in fin. Cod. de donat. inter vir. & vxor.* Quia inquit † Clericus est miles cœ- 7
lestis militiæ. *Item Bartol. l. miles. numero 4. ff. de re iudic.* vbi hoc extendit ad Aduocatos, qui literariam militiam exercent, vt non possint donare vel relinquere † aliquid concubinis suis, *fac. gl.* 8
d. l. miles. verb. facere. quod non solum milites armatæ militiæ, verum etiam patroni & Clerici eatenus teneantur, quatenus facere possunt: vbi † aduocatos & clericos militibus armatæ 9
militiæ comparat. Idem tenet Anch. dict. *consilio 247. & Bartol. vbi supra.* Si igitur donatio in matrem Actoris tanquam concubinam collata, nullius fuit momenti, certe nullus ex eo iuris effectus sequi, nulla possessio acquiri potuit. Nam † ea, quæ lege fieri prohibentur, si 10
fuerint facta, non solum inutilia, sed pro infectis etiam habentur, *l. non dubium. C. de LL.* & cassato principali, omnia † quæ ex eo sequuntur 11
cassantur. *gloss. cap. nihil est. verb. administrant. de elect.* Quemadmodum destructo antecedente † 12
& ipsum consequens cadere necesse est. *l. 1 ff. de offic. eius cui. gloss. in l. nihil dolo. §. cum principalis. ff. de regulis iuris.* Si nulla possessio, nullum quoque spolium, nulla deiectio allegari poterit. Spolium † enim non committitur sine possessio- 13
ne. *l. 1. §. si quis. ff. de vi & vi arm.* Verum Actor is fuit in possessione domus, vt concubina donatoris, non tamen possedit eam. Aliud † enim 14
est possidere, aliud esse in possessione. *l. cum meo. ff. de acquir. poss. Schurff. consilio 35. in fin. cent. 1.* At † 15
constitutio d. l. *si quis in tantam*, non loquitur de detératore, sed possessore, nec in qualibet violentia, sed expulsiua tantum. *Rosred. in constit. d. l. si quis in tantam. per illum text.* Si hæc in matre concubina obtinent, quod scilicet donatio in eam collata non valeat, magis in filio spurio Actore ex improbato & nefario complexu nato obtinere debent. Nam talis parens de iure communi nihil donare, nihil relinquere potest, adeo vt de iure † ciuili iis ne alimenta quidem 16
debeantur. *tex. §. vlt. si quidem. Authen. Quibus modis naturales eff. sui. Authent. ex complexu. C. de incest. nupt.* Sed penitus & in † totum excludantur, à 17
successione parentum, in tantum, non valeat statutum in contrarium disponens, tanquam 18
† contra bonos mores, eo quod daret occasionem fornicandi. *Bal. l. 1 nu. 3. C. de iur. aur. an. Dec. late c. in præsentia. n. 43. de prob.* Licet de æquitate † 19
Canonica, quæ hodie secundū cōmunē Dd. opinionem vbiq; tam in terris imperii quam Ecclesiæ seruatur, alimenta ipsis debeantur. *text. c.*

cum haberet, De eo qui duxit in matrimonium, secundum facultates, *Bartol. d. l. fin. numero 7. Iason consilio 26. volum.* 1. vbi communem dicit. Quod
20 tamen eatenus procedit, si † spurius aliunde non habet, vnde viuat, puta ex artificio vel officio aliquo, *vt limitat Dec. consilio 76. numero 3. per l. si quis à liberis. §. sed etsi filius. ff. de lib. agnosc. Bartol. ibi.* quo casu pater alimenta illi præstare non tenetur. At in præsenti Actor noster beneficio & sumptibus patris sui non tantum alimenta & vitæ necessaria, sed etiam locupletissimum habet patrimonium, non solum ex beneficio Ecclesiastico scilicet canonicatu, quam ex officio publico, quod in singulis mensis 12. ducatos valet, vti omnes testes vno veluti ore deponũt. Ergo facta donatio ad causam alimentorum trahi non potest, neque ea mente à donatore, vti constat ex instrumento donationis, collata fuit. Subsistit itaque, firmaque permanet communis vtriusque iuris theorica, quod pater spu-
21 rio † suo nihil donare vel relinquere possit, & per consequens, quod ista donatio Actori & matri suæ facta ipso iure inualida fuerit. Vnde apprehensio matris concubinæ, siue potius nuda habitatio filio spurio Actori nostro possessionem acquirere non potuit. Licet alias regulari-
22 ter, non tantum † procuratorem cum mandato, verum etiam per extraneum sine mandato nobis etiam ignorantibus possessio ciuilis & naturalis, adeoque dominium acquiri possit. *l. 1. & ibi glo. verbo liberam. Cod. de acquir. poss. l. per procuratorem. Cod. eod. titu. & l. 1. §. per procuratorem. ff. Eod. §. ex his. Institut. per quas personas nobis acquir.* Non obstat allegata legitimatio. 1. Quia de eius tenore nobis non constat; cum exhibitum non sit aliquod instrumentum legitimationis. Deinde quod talis legitimatio censeatur facta sine præiudicio legitimorum heredum, & quod ad ordines sacros tantum sit restringenda, non ad hereditates vel successiones, vt recte Rei repli-
23 cando obiiciunt. Papa † etenim legitimando aliquem in dubio intelligitur legitimare sine præiudicio alterius. *capit. quamuis. de rescript. in 6. Alexand. consilio 94. numero 7. in fin.* Præterea si hereditatum esset capax, proculdubio instrumentum legitimationis iudicialiter exhibuis-
24 set. Tertio facit, quod † spurii per rescriptum principis legitimari non possint, nisi dicatur expresse in rescripto non obstante aliqua lege, quæ est in auth. *Quibus mod. nat. eff. sui. §. vltim. si quidem ibi hoc. gloss. nor. verb. participium. Curt. sen. consilio 35. numero 27.* Legitimatio † enim spurio-
25 rum non fit ex ordinaria potestate Principis sed absoluta. *§. fin. & ibi gloss. d. ict. authentic. quibus mod. natur. eff. sui. Curt. dict. consilio 19. & 32.* Licet
26 secus sit in naturalibus. *Curt. ibid.* Quia spurii † sunt magis odiosi, quam tales ex libera matre nati. *Authent. ex complexu. Cod. de inc. nupt. Dec. dict. consilio 433. numero 15.* Quia naturales paren-
27 tibus succedere † possunt, secundum distinctionem Authentic, *licet. Cod. de natur. lib.* secus est in spuriis, *vt supra d.* Cum igitur spuriorum legitimatio fiat ex plenitudine potestatis, requiritur, vt à supplicante vitium detegatur, hoc est, an sit spurius vel incestuosus, an natus ex adulterio, vel naturalis tantum. Et si sint plures defectus, non sufficit vnius expositio, sed omnes exprimi debent, alias vno vitio celato, tanquam sub & obreptitium non valebit rescriptum, quia † Im- 28
perator non censetur illud tollere voluisse, de quo non habuit notitiam. *Panormitan. cap. in miseria. numero 4. de rescript. Dec. consilio 462. numer. 2. cum allegat. ibid. Curt. sen. d. consilio 35. numer. 27.* Ex quibus omnibus concludo, actionem nullam Actori competiisse, & per consequens iudicatum male, per Iudices primæ & secundæ instantiarum, bene appellatum, per Iudices vero proximæ instantiæ bene iudicatum, male appellatum, Saluo &c.

Sententia.

IN causa W. de E. Appellantis ex vna, contra H. B. & consortes, appellatos ex altera parte: decernimus & pronunciamus per Iudices proximæ instantiæ, bene iudicatum, male appellatum, sed per Iudices primæ & secundæ instantiæ, male iudicatum, bene appellatum. Expensas in hoc Imperialis Cameræ iudicio factas ex causis mouentibus compensando.

VOTVM III.

In causa Herrn N. Apten deß Gotteshauß zu S. Sebald *pro interesse*, vnnd seiner Vnterthanen N. N. *& consortes* Principal *Appellantem, contra* N. N. *& litis* Consorten Appellaten *8. & 9 Appellationis*

In causa appellationis & de cognitione Iudicis.

SVMMARIA.

1 *Appellatio quæ fit per verba, dico sententiam nullam, est receptissima.*
2 *Sententia viua voce latæ inappellabiles sunt.*
3 *Appellationis requisita in Camera & iure communi.*
4 *Lis potest secundum Mynsingerum etiam in scriptis exceptuatis contestari.*
5 *Iudex semper cognoscit, an suæ sit iurisdictio.*
6 *Quid si dubium incidat de proprietate.*
7 *Iudicem recte cognoscere an suæ sit iurisdictio.*
6 *Quid iuris super exceptione præscriptionis & priuilegio exemptionis. & infra num. 15.*
9 *Sententia Iudicis nullam iurisdictionem habentis & pronunciantis se competentem, si non appellet-*

tur

letur ab ea, transit in rem iudicatam & Iudex iurisdictionem sibi acquirit etiam in principali.

10 *Priuilegium dicitur subreptitium, quando non concernit deducta in lite, sed futura.*

11 *Priuilegium datur de fructibus percipiendis, male de perceptis.*

12 *Reuocari expresse quæ non possunt multo minus tacite.*

13 *Priuilegium sine causa non reuocatur, etiamsi subdito concessio facta foret.*

14 *Feudum sine causa reuocari nequit. & n. 22.*

15 *Iudex quando & quibus casibus cognoscat, an sua sit iurisdictio, quibus non.*

16 *Iudex non cognoscit, quoties exceptio sugillans famam Iudicis apposita fuerit.*

17 *Iudicis recusatus processus non est ipso iure nullus.*

18 *Iudex à quo non potest principaliter pronunciare circa ius priuilegii & exemptionis.*

19 *Sub: & obreptio ipso iure vitiat concessionem gratiæ.*

20 *Contra* Ehehafften deß R. Hoffgerichts *an quis priuilegiari possit.*

21 *Priuilegium remuneratorium factũ subdito, princeps absq; causa reuocare nequit.*

23 *Iurisdictio concessa per contractum, nec à principe nec à successoribus reuocari potest.*

24 *Immutans aliquid lite pendente in expensas condemnandus est. etiam iure canonico.*

D. N. R.

CIrca deuolutionem, maxime in causa nouæ appellationis deductum dubitatum. Primum an per hæc verba dieweil / ꝛc. fuerit appellatum. Secundo, an ab incontinenti subsecuta refutatione appellationis iterum appellare debuerit. Quoad primum puto illa verba æquipollere vulgaribus illis, *duo sententiam nullam, & si qua est appellatio*, qui † modus apellationis in praxi receptus est *secundum glo. & Dd. l.* 1 *1. Cod. quando prouoc. non est necesse. Vant. qualiter & quibus modis, numero* 11. *Dec. capitul. ad audientiam. numero* 34. *in princip. de appell.* An Appellatum sit ex circumstantiis & effectu rei ipsius colligendum, non captanda verba, & in dubio pro appellatione.

Secundum plus dubii habere videtur propter ius commune, quod tales sententiæ † viua voce inappellabiles sint. *Mynsinger. centur. 2. obseruat. 49.* Sed cum ex stylo Cameræ eiusmodi sententiæ habeantur pro interlocutoriis, vim definitiuæ saltem habentibus, & secundum ordinationem, viua voce appellabilibus, videndum supereſt, an dicta theorica etiam in hisce habeant locum, quod scilicet iterum sit appellandum. Et licet Ferra. *in form. respond. iudicis à quo §. statuit*, ex † Iacobo Butrig. tale quid 3 innuere videatur, protestandum scilicet, &c. Sed ordinatio nostra nihil horum exigit, Apostolorum petitionem appellantibus expresse remittit, & hoc tantum doceri vult, formaliter esse appellatum, vel in scriptis, vel viua voce. Ius commune rigidius quidem exigit appellationis intimationem, & Apostolorum petitionem. *ca. cordi. c. Romana. de appell. in 6. Vant tit. de null. ex def. iurisd. nu.* 89. Iudicis à quo delationem seu refutationem cum expressione causæ. *l. sciendum. ff. de appell.* Quod autem ab huiusmodi refutatione, vel non receptione, specialiter sit appellandum nullibi puto expressum, & contrarium innuit. *l. 5 ff. de appell. recip.* Notatur quidem ad *l. 1. C. quo. appell. non recip.* Si Iudex respuat in continenti appellationem, posse tunc appellari. Sed hoc proprie pertinet ad Iudicem appellationis, cuius est cognitio, vtrum iusta vel iniusta fuerit appellatio, an deferendum fuerit, an non. Doctrina Innoc. *cap. pastoralis. n. 5. de officio deleg.* per Maranth. & Mynsi. restringitur ad interlocutorias. Igitur à contrario sensu in definitiuis non idem iuris. In illis enim, *vt supra dictum*, appellatum sufficit. *gl. d. l. eius. 5. ff. de appell. recip.* vt plus actum, quam scriptum. Quod coniicio ex eo, quod in tribus similibus causis inter easdem circa appellantem eadem pene verba sint posita. Ponit passim Abbas, citatos principes etiam appellasse. Et fatetur hoc Comes in exceptionibus; de quo tamen nullatenus constat ex actis: desertionem Comes non vrget, & quia sententiæ, à quibus, meo voto erunt confirmandæ, etiam desertionem veram non attenderem, sed super meritis pronunciarem.

Quoad merita: Procuratoria esse sufficientia, Abbatis sc. & Comitis: nullitates duæ videntur commissæ ex parte Comitis, lis in hac instantia non est verbaliter contestata, per Abbatem in scriptis, & verbotenus est contestata in grauaminibus, & in recessu An. 55. per Comitem vero † in scriptis tantum except. quod putat suffi- 4
cere Mynsi. *Sing. cent. 4. obs 62.* Quia de effectu & voluntate partium constat ex productis postea subsecutis: Contestatam esse vtrinque fatentur in productis.

Secunda nullitas est circa iurisdictionem, quam vrget Abbas, primo loco in grauaminibus. Sed & hanc saluari posse puto. Pronunciatum enim super exercitio iurisdictionis tantum non super priuilegio & proprietate ipsius iurisdictionis, vt recte fatetur Abbas in replicis siue in puncto supplicationis pro inhibitione, quicquid iactet Comes, in prima instãtia deductam esse etiã priuilegii nullitatẽ. Puta in prima instantia plura esse cumulata ad vnũ effectum, manutenentiam sc. veteris iurisdictionis, priuilegiis cõtrariis quorũ vires impugnabantur, nõ attentis quantum ad possessionẽ, secundum omnium iudiciorum ordinem, in similib. causis, præsertim cum Abbate suos subditos vigore priuilegiorum suorum, ipsosq; subditos, scilic. principaliter citatos pro Actorib. quo ad hanc

causam

causam, Comitem vero, eiusque officiatos, opponentes se Abbati auocanti, habeam pro reis. Landtgericht vero pro Iudice ordinario, competente & cognoscente, an sua sit iurisdictio, non attenta extraiudiciali per eos emissa contra protestationem, inconsiderata & superflua propter suspicionem inde causatam. Si enim vel propter superioritatem Comitis, tanquam Domini immediati deß Landtgerichts / vel partialitatem aliquam suspecti fuissent Abbati, legitime recusandi erant, statim post insinuationem priuilegii, quod quia non factum, imo sæpius submissum in puncto remissionis, versamur in terminis regu-
5 læ generalis: Iudicem semper † cognoscere, an sua sit iurisdictio. *capitu. cum personæ. de priuileg. in 6. l. ex quacunque. 2. ff. Si quis in ius voc. non ierit, & l. si quis ex aliena. ff. de iudic.* De exercitio iurisdictionis sine dubio & secun-
6 dum omnes quilibet cognoscit. Sin † autem dubium de iurisdictionis proprietate incidat, propter priuilegium exemptionis non conuenit inter Doctores vtrum sua sit cognitio. Alii aiunt, alii negant. Verior mihi videtur eorum
7 opinio, quæ stant pro † iurisdictione, Iudicem etiam eo casu recte cognoscere, an sua sit
8 iurisdictio, *per cap. super literis. de rescript. & d. cap. cum personæ. de priuileg. in 6.* quod † permittit illi cognitionem super exceptione præscriptionis. Et fatetur *Fel. cap. super literis. numero 24. de rescript.* limitationem suam quartam dubiam esse. Decius autem ibid. *numero 4. & c. ad audientiam, de appell.* etiam allegato priuilegio exemptionis cognitionem relinquit Iudici, nisi recusetur. Imo in genere in casibus exceptuatis tradit, cognitionem Iudicem retinere, nisi recusetur. Imo & in fortioribus, si nullam penitus habeat iurisdictionem, & pronunciet se
9 competentem, nec appelletur, sententiam † transire in rem iudicatam, & iurisdictionem sibi acquirere etiam in principali. *l. Barbarius. ff. de offic. prætor. Panormitan. cap. ex parte Decani. & cap. super literis. de rescript.* In sententia à qua, nulla fi virium priuilegii mentio, & vt aliqua fuisset facta, non attenderem, cum propter merita tales sententiæ meo saltem voto veniant confirmandæ, *Secundum Vant. tit. vlt. nu. 132.* Etiam si sit sententia nulla propter defectum iurisdictionis, tamen confirmari posse. Sed hic maneamus in regula, à qua non recedendum, nisi habeamus expressos text. Concl. nec hanc nullitatem attendendam.

Quod attinet ad actionem, probationem, & elisionem, repeto inprimis vota nostra in causa appellationis, vbi merita etiam similium causarum sufficienter tractata sunt, quibus etiam, quod addam, parum aut nihil habeo. Quia tamen Abbas priuilegia nouissima in futurum saltem omnimodo valitura existimet, (prout etiam Caroli V. priuilegium in futurum conceptum est,) propter expressam mentionem exemptionis à N. Landtgericht / & prægnantes eorum clausulas, iterum de quibusdam aliquid est dicendum.

Inprimis nullam facio differentiam pagorum vtriusque causæ 8. & 9. appellationis, sed & præsuppono, omnes istos pagos in dominiis N. & N. & sic in districtu deß Landtgerichts / situatos: nullam facit differentiam ipse Abbas, districtus, probatur *in capit.* 1. appellationis possessio & subiectio antiqua similiter probata, & pro iis præsupponunt priuilegia ista. Frustra enim & superflue eximerentur non subiecti Domino soli. Abbas & Comes nunc contendunt de priuilegii citati nouissimi viribus: die Bawren fere omnes mortui, nullus eorum amplius in lite, consentientibus vtrinque Dominis tacitam litem pendere non amplius negat Abbas, sed nihilominus in futurum saltem priuilegia valitura contendit, quod colorem habet. Notant enim Doctores, priuilegium non dici † subreptitium, quando non concernit 10
deducta in lite, sed futura: examplificant de perceptis fructibus male, & dicunt, quod detur † 11
priuilegium de percipiendis. *Fel. ca. 1. de rescript. n. 14. Inno. c. fin. vt lite pend. &c.* Quod etiam finita lite valere potest. Pro tempore futuro principaliter præiudicare posse contractui feudali, secundum quosdam notat Gabriel *libro. 3. de iure quæsit. non tol. conclu. 5. n. 41.* Sed Gabriel ibid. mox contrarium subiicit. Ego supradictam doctrinam Fel. locum habere puto, si priuilegium lite pendente impetratum, aliasq; ita firmum, validumq; sit, vt de viribus eius nullatenus ambigi possit, atq; cum Panor. intelligo Innoc. *c. fin.* Et teste Abbate, communis opinio in genere est rigidissima, scilicet quando lis fuit decisa contra impetrantem: (vt in causa primæ appellationis per nos factum est,) non posse de nouo incipere, & priuilegio vti, *per eundem Innoc. & communiter omnes*, quem rigorem Abbas ibi mitigat. Sed quo minus illa Abbatis distinctio hic locum habere possit, obstant effectus inquisitorum, ibidem per Abbat. positorum, quod etiam in priori meo voto attigi. In primis vero priuilegiis nouissimis obstare videtur, litem illam primam adhuc pendere, nec ante discussam dici posse, quam vel lata sententia, vel instructa per renunciationem tacitam possessio antiqua, *secundum c. de personæ, de priuileg. in 6.* iurisdictionem deß Landtgerichts / non competere Comitibus ex generali priuilegio, sed specialissimo remuneratorio cum clausulis derogatoriis, cassatoriis, cuius priuilegii specialem mentionem factam esse oportuit.

Nec illis obstat clausula generalis, *non obstantibus, &c.* propter irreuocabilitatem primi priuilegii, propter transitionem in contractum de qua supra in votis 1. appellationis, & cum reuocari † non potuerit expresse multo mi- 12

nus

nus tacite. *Felin. dict. capitulo 1. numero 3. 10. 11.* Landtgericht M. scilicet, duplici iure competere Comitibus, ex priuilegio, scilicet remuneratorio, & contractu feudali, quorum neutrum sine
13 grauissimis caussis tolli & auferri potest. De † priuilegio sine causa non reuocando videri poterit Gabriel *dict. libro 3. conclus. 6.* vbi ampliat, etiamsi subdito foret concessio facta. *numer. 15. & 19.* quod etiam in iurisdictionalibus procedere puto, eatenus, vt saltem digna compensatio subdito danda vel facienda sit. *Gabriel ibid. concl. 2. nu. 25.*

14 De † feudo nullum dubium est. *capitul. 1. de feudo sine culpa non amit. Gabriel d. loco conclus. 5. numero 30. 33. 35.* vbi ampliat, secundo vt ibi, *& in 26. ampl. 3.* vt etiam nec feudi conditiones princeps sine causa alterare possit. Abbati propter horum omnium omissionem non deficiunt necessaria, ad validandum priuilegium obtentum; etiam in futuris casibus deest, vel desideratur voluntas & intentio concedentis; cessant causæ tribuentes Impe. facultatem adimendi restringendique iuris quæsiti. Imo tantum abest, vt tertio quicquam præiudicatum voluerit, vt inconsuetam quidem derogatoriam clausulam specialem priuilegiis nouissimis non inseruerit, sed eius loco opposuerit reseruationem iuris alieni. Et vt de facto etiam motu proprio reuocasset iura Comitum, attamen quia ea per supra d. illæsa seruata oportuit, præsumeretur, deceptus tam patenter, vt contrarium probari non possit. *Mynsinger. centur. 4. obseru. 61. Gail. libro 1. obseru. 14. numero 6. & 7.* Hic accedit præiudicium Imperii, propter interuersas & alio deriuatas appellationes, contra præsumptam Imp. mentem, & expressam literam priuilegii. Concludo, cum ob tacita in prioribus votis, & supra dicta, & suggesta falsitate cesset non tantum mens & intentio concedentis, sed, stantibus specialitatibus iurium Comitis & imperii, ipsa imo potestas, Si de voluntate constaret, in disceptationem venire posset, per supra dicta, priuilegia nouissima tanquam sub & obreptitia, & per consequens ipso iure nulla, & contra quæ lis prima etiamnum pendens, concordantibus votis decidenda est, attendi nec posse, nec debere, sed pronunciandum simpliciter secundum petitiones Comitis, bene iudicatum, male appellatum cum expensis secundum regulam, *victus victori, &c.* & notoriam nullitatem nouissimorum priuilegiorum. Non refragabor tamen, si ex æquitate, nescio qua, propter coloratum priuilegiorum Impp. prætextum domini putarent, expensas compensari posse. Super puncto inhibitionis hoc ipso iam pronunciatum est, *dict. c. cum personæ.* & si res adhuc esset integra, deneganda foret inhibitio, & manu tenenda antiqua possessio, *ca. 1. & c. fin. vt lit. pend.*

D. N. Correser.

Quoad deuolutionem cum Referen. nouæ scilicet causæ. Quoad procuratoria singulorum consortium, non puto scrupulosius inquirendum, vtrum adhuc in viuis, vel an heredum nomine procuratores legitimati sint. Cum procurator Abbatis in recessu 4. Octobris, Anno 59. se legitimarit. Quoad litis contestationem cum Referen. propter confessionem partium hinc inde, quæ habet litem pro contestata. Altera nullitas, quam Abbas vrget, & desuper expresse pronunciari petit, quasi ab incompetenti Iudice, maioris est momenti. Constat ex vnanimi Legistarum & Canonistarum opinione, Iudicem † cognoscere posse, an sua 15
sit iurisdictio. *cap. super literis, de rescript. capitu. cum personæ. de priuileg. in 6.* vbi & de priuilegiis & præscriptione exemptorum ordinarius cognoscit. De priuilegiis inquam, saltem aliquo modo, *vt gloss. in dict. cap. cum personæ, verbo integraliter.* Eo etiam respectu de priuilegio exhibito cognoscit ordinarius, vtrum per se sit sufficiens ad exemptionem, an vero causam præscribendi tantum præbeat. Quod vero non solum possit, sed & debeat omnino Iudex expresse pronunciare, an sua sit iurisdictio, quotiescunque per exceptum obiectionis denegatur iurisdictio, tradit Grammat. *decis. 65. numero 81. 82.* Hæc autem regula pluribus fallentiis à Fel. restringitur. *dict. capitul. super literis, verbo non sua sit iurisdictio. numero 18.* quarum quarta & sexta ad nos potissimum pertinent, quando nimirum non solum de exercitio, sed etiam de proprietate subiectionis agitur. Item, quando Iudex se ingerit, tenendo opinionem partis, quæ stat pro iurisdictione. Quoad priorem fallentiam non simpliciter insistit. Felin. *dicto capitulo*, sed dubiam dicit, ponderando ad id text. *dicto capit. cum personæ*, vnde expresse requirit recusationem, restringendo Angelum simpliciter loquentem, *l. 2. ff. si quis in ius voc.* Quoad alteram fallentiam nimirum sextam fundat se in gloss. *capit. statum. extra, de rescript. in 6. verbo, copia.* Si Iudex constituit se aduersarium, non cognoscit. Et ibi addit, quod Iudex cum parte contendens, non pronunciat se competentem, & alia ad *gloss. verb. ordinariis. dicto capitulo cum personæ.* Idem firmat consentitque Innoc. *capitu. ex parte. de verb. sign. & omnes dict. capitu. super literis.* Ipse tamen Fel. de hac fall. dubitat. Abbas videtur respicere ad hæc iura, dum contendit, per protestationem, Iudicis à quibus se se aduersarios constituisse & ingessisse: præsertim cum protestatio fuerit extraiudicialis: & videntur processisse vt priuata persona contra Abbatem in puncto protestationis, vnde postea non potuerint redire ad cognitionem iudicialem, tanquam inhabiles, *prout not. Fel. d. fall. 6.* allegans *ad id gloss. cap. ex conquerente. de restit. spol.* Verum ego protestationē illam, licet extraiudicia-

lem, non eo possum referre. Longe enim alia ratio est eius, quod Fel. *d. fal.* refert, vbi nimirum iniuste per spoliationem Iudex extrajudicialiter partem grauauit: nostra protestatio contrarium intendit, nimirum se neutri parti velle adhærere, sed pronunciare tanquam Iudices verbis dictæ protestationis, etwas vnerhört gutes oder böses erkennen. Et quod dicunt, se tacendo nolle approbare priuilegium, non inde colligitur, eos nimis proprie improbasse. Pugnant enim d. verba præmissa & sequentia, dum dicunt, sie wöllen recht richten. Nec etiam obstat Iudicibus, quod viget Abbas coram actis officiales Comitum dixisse, sie wöllen Landtrichter vnnd Vrtheilsprecher soviel müglich handthaben: quia ideo non pro parte illa Comitum declararunt intẽtionem suam, prout in simili tradit Ias. *l. solet. ff. iurisdict. numero 1. & 3. de aduocato partis qui postea iudex fit*, cuius sententiam ita demum nullam esse dicit, si voluntatem suam consultus parti declarauit alias secus. Deinde ita demum talis sententia nulla est, si recusatus sit. Hic non annuerunt Iudices Comitibus, nec etiam Abbati, post vtrinque protestationem eos recusauit, sed plures etiam ex interuallo de nouo submisit in puncto promissionis. Vnde nec prima fallentia Fel. locum habet, qua tradit, Iudi-
16 cem † non cognoscere, quoties exceptio fugillans famam Iudicis apposita fuerit, quia & illo in casu recusatione opus est, *vt ibi Fel. & tex. expreß. in capit. Iudex ab Apostol. de off. delegat. in 6. & ibi gloss. verbo opponitur in fin.* Imo etsi recusetur Iudex, valet processus de consensu recusatoris, *text. ibid.* nisi de recusatoris procedat assensu *Ibid. gloss. verbo recusatoris. & ibi addit. facit opinio In-*
17 *noc. & aliorum*, qui Iudicis etiam recusatum † processum non volunt ipso iure esse nullum, de quo Gabriel *libro 2. Iudic. concl. 5.* Pro Coronide addo, quod Innoc. *dict. capit. ex parte. de verb. sig.* processum illius Iudicis, qui se aduersarium constituit, non simpliciter annullat, sed ita demum, si conuentus vere sit exemptus, vnde & ipsius causæ exitu hoc totum est existimandum. Antequam ad merita causæ descendam, videndum an circa ipsum ius priuilegii & exemptionis principaliter pronuncia-
18 rint Iudices à quibus, quod non debere fieri † dicit Innoc. *dict. loco.* Abbas ipse in replicis in puncto inhibitionis negat principaliter cognitum super priuilegiis. Comes econtra in duplicis contendit: de ipso priuilegio dicit disputatum, non tamen asserit pronunciatum. Si verba sententiæ inspiciamus, remissio fuit denegata tanquam contraria priuilegiis Comitis, & præscript. & rebus antea iudicatis, iubentes partes non obstante petita remissione procedere, qua in re nihil aliud agunt, quam quod possessioni suæ titulatæ inhærent, *iuxta dict. capit. cum personæ. & capit. 1. vt lit. pend.* De priuilegiis Abbatis nullum verbum. Iam igitur æstimandum, vtrum competentes Iudices sunt N. ecõtra Abbatis subditos in dominiis N. habitantes. Abbas in hac causa fundat se in priuilegio Caroli V. quod vt non præiudicare liti ante pendenti, nec etiam ea intentione improbatum esse, expresse fatetur, ita in futuris casibus firmum & validum censeri maxime contendit. De iuribus in iam causa deductis non opus est vt hic multa verba faciamus. De hoc priuilegio vltima quæstio, vtrum hoc probarit intentionem suam Abbas? Videtur quidem propter expressam mentionem, deß Landtgerichts N. sed aduertẽdum hic de †opposita sub 19
& obreptione, quæ ipso iure vitiat concessionem gratiæ, *Menoch. libro 2. de arbitr. casu 201. numero 2.* Vnde quatenus obreptio manifesta est, nec probatur quidem intentio. De obreptione autem satis dictum in causa primæ appellationis à Dominis. Ego hoc tantum, quod ad litis pendentiam, & rem iudicatam subinde Abbas replicat, breuiter discutiam. Constituit nostræ causæ terminos ita, quasi neutrius opus fuisset mentionem fieri, non magis, quam si centies iudicatum esset in curia N. contra subditos alicuius domini, & is tandem impetraret priuilegium, vt quotidie fieri videmus, eo quod accumulat exemptionem de immunitate vectigalium notoria obseruantia p. p. & statuum est contraria. Quod autem ad N. exceptiones, confirmari videtur illud Abbatis, simile omnibus illis iuribus, quæ de iurisdictionalibus facile concedendis, & rursus tollendis à partibus, disputata sunt à dominis. Verum ex circumstantiis facti, & causæ nostræ, aperte constat, diuersissimum esse ius iudicii illius prouincialis, & N. qua ius vt in hoc quidem simpliciter sit expeditum, quouis modo quem suis eximi posse. Nam & in illis exemptionibus de cursu priuilegiorum, de proprietate & probabilitate causarum, quibus Imperator ad eximendum mouetur, præsertim vero circa Ehehafften deß Rotweilischen Hoffgerichts / quarum plures sunt, quæri solet, † an 20
contra illa priuilegiari quis possit, vt in causa Episcopi Argentin. me Refer. memini disputatum, vbi nisi antiquius fuisset priuilegium Episcopi contra Ehehafften / nouissimo Max. priuilegio, quod N. dederat, ne nimirum valeant priuilegia in futurum contra Ehehafften / succubuisset Episcopus. Primo, quod iam inde ab Anno 1401. duplici iure priuilegii, & feudi, das Landtgericht concessum fuit Comitibus, & in inuestitura Rupert. Cæs. mentio fit, quod eodem iure habeant, quo maiores. Postea à Sigismundo 1415. per viam priuilegii ita quidem concessum, vt iubeat remittere ad auocationes, quamuis ne id quidem simpliciter, sondern wie Landtsgericht Gewonheit vnnd Recht ist / quod ipsum ex immemoriali consuetudine

dict-

dicti iudicii, & in iis, quæ postea subsecuta sunt, statuendum est. Nam idem Sigismun. Anno 1420. remuneratorio priuilegio irreuocabiliter Comiti Christiano, & iis heredibus dictum iudicium ita concessit, vt specialiter deroget omnibus in contrarium à se concedendis. Idemque Sigismundus eidem Christiano postea 1435. & sic biennio post priuilegium, (quod Abbati idem Sigismundus concesserat,) confirmat priuilegia sua in omnibus suis clausulis, vt pro specifice insertis habeat, quod in causa primæ appellationis fuit productum. Et rursus biennio, post idem Sigismundus Anno 1437. filiis Comitis Christiani duplici iure, priuilegii & feudi, dictum iudicium rursus concessit, quod productum in causa fractæ pacis. Subsequens etiam Imperator, Albertus quidem nomine priuilegii: Frid. 3. Max. 1. Carol. 5. Ferd. & Max. 2. duplici iure priuilegii & feudi d. Landtgericht/ Comitibus concesserunt, vt in causa fractæ pacis primæ & quartæ appellationis deductum est. Nam iuris notissimi, quod priuilegium remuneratorium factum subdito absque † causa princeps reuocare non possit, *Gabriel lib. 3. de iure quæs. non tol. concl. 7. numer. 2.* De feudali vero concessione sine causa non reuocanda, neque ex plenitudine † potestatis, & neque quoad conditiones, idem eodem loco. *nume. 33 & sequ. conc. 5.* Et in specie, quoad iurisdictionem † concessam per contractum, quod nec à principe, nec à successoribus reuocari possit. *num. 6.* Item quod causa non præsumatur, si princeps disponit contra vasallum, cui ius quæsitum. *Idem d. tit. concl. 2. num. 14.* Neque hoc iuuat, quod subinde vrget Abb. in hoc genere controuersiæ iurisdictionis, quod causa reducatur ad antiquum statum iuris communis, quo casu etiam sine causa princeps tertio præiudicare potest. *Gabr. d. tit. concl. 1. num. 28.* Quia secus, vbi competit ius ex contractu, *vt d. concl. 3.* Imo, ne iuri quidem quærendo, ex contractu facto cum principe, præiudicari ab eodem potest. *d. concl. 1. nu. 23.* Deinde quod ad districtum differt Landtgericht à N. Non enim in districtu iurisdictionali N. iudicii aliæ prouinciæ sitæ sunt, eodem modo t.h. sed subditi Abbatis in pluribus aliis casibus iurisdicabiles sunt d. Comiti, als deß Landts Graffen in regalibus & fiscalibus iuribus, etsi Comites ius territorii habent, cum N. iurisdictio sit sine iure territorii. Præterea accedit bis res iudicata de Anno 1448. quo tempore omne ius Abbatis in iudicium deductum, & in genere pronunciatum, vnd sollen hinführo alle Vnderthanen / reseruato quidem petitorio ex priuilegijs prætenso. Sed & id, quinquagenaria postea, non tantum tacituitnitate, verum etiam pluribus contrafactionibus per Abbatem, & aliis rebus contra auocationem denuo iudicatis consumptum, vbi non eo modo res iudicatas intelligo, quod si quis annis aliquot contra subditos suos N. iudicare passus fuisset, & nihilominus eximi posset. Sed cum ipsum ius exemptionis principaliter controuertitur, & desuper pronuncietur, non quoad nostrum casum, sed generaliter, vnd sollen hinführo alle/ &c. quod etiam in priori voto meo ponderaui, vbi ex *cap. postulasti. & ibi not. de rescript.* adduxi, de omni notabili clausula mentionem esse faciendam in posteriori derogatorio, nec de eo tantum, quod principem mouere posset, ad non concedendum, sed etiam ad difficilius concedendum, ad quod ponderat Doctores verbum, deleui *in d. cap. postulasti.* Iam si priuilegium Caroli V. inspiciamus, tacendo de his, quæ de obreptione à dominis iam antea multipliciter disputata sunt, illud puto maximum, quod vltimo tandem mouit Comes de transactione tacita de Anno 1512. quam Terræpotentes ipsimet inierunt inter N. & N. in qua expressis verbis ponitur aliquoties daß die Herrschafft N. & alii pagi Abbatis in der Landtgrafschafft N. gelegen/ Item quoad Comitem als Landtsgraffen / pertineant die Landtsgeding vnd Richtsteuwer / & homagia & alia iura super eisdem. Item quod absolute in eadem transactione ius prehensionis, seu capturæ in pagis Abbatis Comitibus assignatur.

Qua fide ergo potuit Abbas contra manifestam hanc transactionem ab Imper. petere, vt subditos suos eximeret à iurisdictione Comitis, quoad Leib / Ehr vnnd Gut. Cum in omnibus hisce Comes ex dicta transactione partim concurrentia, partim potiora iura in dictis subditis habeat. Vnde vel ex hac causa puto priuilegium obreptitium. Pondero, quod in priuilegio Caroli V. nec generaliter, nec specialiter derogantur vel abrogantur Comitis priuilegia, & clausula reseruatoria in dicto priuilegio vtcunque intelligatur saltem quoad ius superioritatis Imperii, quam habet respectu der Landtgrafschafft N. & expresse reseruatum, & quoad ipsum ius Comitum: sicut per generalem hanc reseruatoriam forte dici possit, non quod uis eorum intelligi reseruatum, cum in specie contra N. sit dispositum, ne verba fiant inania. Itaque rursus illud certum est, saltem res iudicatas & transactionem & litis pendentiam in Camera tanquam singularissima iura per hanc clausulam, imo illa quoque non opposita, de iure communi manere illibata. Puto pronunciandum, bene iudicatum, male appellatum. Ab expensis vix possum liberare Abbatem, cum videam in toto hoc negocio bona fide esse versatum, mouebor tamen eo, quod & inepte, & non sine suspicione Iudices à quibus extraiudicialiter protestati sunt, ita vt si recusati fuissent, eo casu tolerabilior causa Abbatis fuisset futura. Saltem quoad hunc effectum, & hanc sententiam, puto etiam esse conformem interlocutoriæ in prima causa latæ. Compensatis ex-

pensis. D. N. Compensatis expensis cum RR. D.N.Concludo simpliciter cum RR. Quia malitia sua ipsi patrocinari non debet. Colligo enim ex tacita euidenti re iudicata, nec ignorata litis pendentia & expressa in impetratione priuilegii falsa contraria sua possessione, cuius tamen nunquam in vsu fuit, & maxime propter id condemno eum in expensas, quia alias impetrans rescriptum obreptitium, sit condemnandus in expensas, si ab hoc vexet alterum vel coegit aduersarium laborare, *capit. cæterum, ibi gloss. fin. & Cardin. Zabarella in 5. not. de rescript.* etiam notat pulchre *Host. in summa, vt lit. pend. in fin.* volens eum, qui lite † pendente aliquid immutet 24
in expensas condemnandum, etiam iure Canonico.

D.N.cum DD. RR. DN. Ego quoad nullitates cum DD. RR. ante me. Quoad expensas cum D. Corref. Quoad merita repeto votum meum in causa primæ appellationis, donec hæc causa auocationum decidatur.

Definitiua.

IN Sachen S.R.wider R. octauæ appellationis, Ist allem Fürbringen nach zu Recht erkandt/daß durch Richter voriger Instantz wol gevrtheilt / vbel davon appelliert/die Gerichtskosten derwegen auffgelauffen / auß bewegenden Vrsachen gegen einander compensierendt vnnd vergleichendt.

Definitiua inter easdem 9. Appell.

IN Sachen S.R. wider R. nonæ appellationis, Ist allem fürbringen nach zu Recht erkandt/ daß durch Richter voriger Instantz wol gevrtheilt / vbel davon appelliert/die Gerichtskosten derwegen auffgelauffen / auß bewegenden Vrsachen gegen einander compensierendt vnnd vergleichendt.

VOTVM IV.

In causa C.C. contra Probst/ Prior vnd Convent deß Closters D.

De erroris reuocatione in confessione seu responsione ad positionales admissi.

SVMMARIA.

1 *Defensionales & peremptoriales articuli ante primam dilationem producuntur.*
2 *Confessio facta post litem contestatam regulariter reuocari non potest.*
3 *Confessio geminata, cum sit deliberata, reuocari non potest.*
4 *Erratum non præsumitur, vbi deliberatio decessit.*
5 *Erratum in facto proprio & tum irreuocabilis quoque est confessio, præsertim post litem contestatam.*
6 *Errans in facto proprio in lata culpa esse intelligitur.*
7 *Ad reuocandum errorem facti proprii, non sufficit probare, rem aliter se habere, nisi probentur aliæ quoque substantiæ, ex quibus verisimilitas potuit cadere in errorem, veluti si probet se aduersarii calliditate inductum, ad sic respondendum.*
8 *Confessio respicit decisionem iudicii, vnde reuocari in præiudicium partis aduersæ non potest.*

QVOAD punctum correctionalium & additionalium, petitam correctionem non puto admittendam, ideque ex sequentibus rationibus. Primo, propter ordinat. tit. 15. §. zum dritten. p. 3. Quæ vult, vt defensionales † & peremptoriales articuli ante primam dilationem producantur, quod hic factum non est, sed longo post interuallo. Secundo, quia huiusmodi confessio † facta est post litem contestatam, quo casu regulariter reuocari non potest, cum parti ex confessione illa ius sit quæsitum, ex quasi scil. contractu. *l. 3. §. idem scribit. vbi Barto. ff. de pecul.* Nam per eam confessionem ponens fuit releuatus ab onere probandi. Quod sit geminata confessio, vti in responsionibus ad 8. 9. & 10. artic. libelli ex 2. defens. patet. Tertio, quia tunc reuocari † non potest, cum sit deliberata. *capit. si quis iratus. vbi gloss. Verbo spacio. 2. q. 3. l. si mulier. 2. C. ad S. C. Velleianum. l. 1. C. de plus petit. DD. in c. fin. de confess.* Quarto, quia post terminum deliberationis factæ, quo casu † similiter erroris prætextu reuocari non potest, cum non censeatur erratum, vbi decessit deliberatio *gloss. in cap. ex literis. de diuortiis. Rom. consil. 346.* Quinto, quia erratum † in facto proprio, & tum quoque irreuocabilis est confessio, præsertim post litem contestatam. Nam in lata † culpa esse præsumitur, qui in facto proprio errat. *Roma. consil. 392. Ferra. in form. Act. Real. verb. compellans.* Et ad reuocandum errorem facti proprii, non sufficit probare † rem aliter se habere, nisi probentur aliæ quoque substantiæ, ex quibus verisimilitas potuit cadere in errorem, veluti si probat se calliditate aduersarii inductum, ad sic respondendum. *Ferrar. d. loco, num. 13. l. hominem. ff. pro suo. l. 1. ff. Quando actio de pecul. est annal.* Horum nihil allegatum hic, taceo probatum. Sexto, quod ista confessio † respiciat decisionem iudicii: Vnde reuocari in præiudicium partis aduersæ non potest. *Ferra. d. loco.* Cum igitur hic simul concurrant prædictæ ra-

ctæ rationes & positiones ad eum effectum fiant, vt per confessionem aduersarii releuetur ponens ab onere probandi. *c. 1. vbi gl. de confes. l. eum qui. ff. de iurei.* Concludo, correctionales & additionales, qui ad colorādum positionales dati sunt, non esse admittendos, & pronunciādum, daß die correctionales vnd additionales, als zu spät vnd wider die Ordnung eyngeben/ nicht anzunemmen/ sondern zuverwerffen seyn / ꝛc. ita conclusum & pronunciatum.

VOTVM V.

In causa N. N. contra N. N.

SVMMARIA.

1 *Actio ex l. diffamari vt competat, requiritur vt agens ex ea, sit Cameræ immediate subiectus.*
2 *Iurisdictio per tacitum consensum partium prorogata esse videtur.*
3 *In iurisdictione proroganda sufficit tacitus consensus.*
4 *Iurisdictio quando tacito consensu prorogari dicatur.*
5 *Actio pignoratitia directa datur debitori, eiusdemque heredibus contra creditorem eiusque heredes, debito omnino exsoluto, ad restituendam rem pignori datam.*
6 *Actio pignoratitia Actori prius non competit, quam totum debitum sit persolutum.*
7 *Actio pignoratitia non est realis, sed personalis.*
8 *Mens disponentium considerari debet, tanquam causa finalis.*
9 *Verba* Vollwort vnd Will *quid denotent.*
10 *Concessio reluitionis eius, quod pure venditum est, species est alienationis.*
11 *Aliud est ius reluendi concedere, aliud concedenti illud ius consentire, aliud item est consentire, aliud contrahere. num. 12.*
13 *Præsens & tacens, nec pretium recipiens, nec subscribens, non videtur consentire.*
14 *Præsens est quandoque & consentiens tacite vel expresse, nec tamen pretium, vel partem pretii recipit, tunc non tenetur de euictione, sed bene præiudicat sibi in iure, quod habet in re.*
15 *Meum quod semel factum est, amplius meum fieri non potest.*
16 *Emptio rei suæ est nulla.*
17 *Exceptio de præscriptione est litis finitæ.*
18 *Iuri offerendi præscribi non potest.*
19 *Requisita validæ emptionis probata esse præsumuntur, si de consensu contrahentium constet.*
20 *Requisita præscriptionis longissimæ sunt titulus, bona fides, ac continua possessio.*
21 *Titulus non requiritur in longissimi temporis præscriptione, sed tantum bona fides, etiamsi contra Ecclesiam ea opponatur.*
22 *Præscriptio statutaria titulum non requirit.*
23 *Bona fides in præscriptione triginta annorum de iure Ciuili non requiritur: secus de iure Canonico.*
24 *Conscientiam non habens rei alienæ censetur esse in bona fide, etiamsi iniustis & temerariis rationibus quis inductus fuerit.*
25 *Bona fides in dubio præsumitur.*
26 *Mala fides præsumpta non potest nocere successoribus, qui ex eorum persona propria potuissent præscribere.*
27 *Possessio continuata à principio vsque ad finem, etiam de medio tempore præsumitur.*
28 *Emptor præsumitur possedisse ex titulo emptionis præambulo.*
29 *Tempori immemoriali probando sufficit tempus centum annorum.*
30 *Possessio quando præsumptiue probetur.*
31 *Præscriptio centenaria tollit omne ius & contra quoscunque, etiam aduersus Romanam Ecclesiam & Imperatorem, & habet vim legitimi constituti tituli & priuilegii.*
Præscriptio centenaria præualet statuto, & ex eo oritur præsumptio iuris & de iure.
32 *Contra præscriptionem centenariam non datur restitutio in integrum.*
33 *Conditione non existente, venditio est inualida.*
34 *Feudum cum sciente domino venditur & is non contradicit, tunc præsumitur consentire.*
35 *Diuturnitas temporis, videlicet centum annorum, facit præsumi omnia solenniter esse acta.*
36 *Consensus tacitus, si sit minus sufficiens, opus est expresso.*
37 *Re de mea pro libitu disponere possum.*
38 *Fundans se in ætate, debet eam probare.*
39 *Sigilli proprii appensio in ætate pupillari, vel minori fieri non solet.*
40 *Filius ratificare potest contractum per patrem initum.*
41 *Ratificatio facit contractum inexpugnabilem.*
42 *Officium Iudicis competit pro iure dicendi contractum nullum.*
43 *Sigillans tanquam tutor præsumitur legitime constitutus, idque propter diuturnitatem temporis.*
44 *Paria sunt pretium soluere, vel pignoribus satisfacere.*
45 *Interpellatus nunquam de solutione, non cogitur offerre pretium.*
46 *Defectus omnis tollitur propter cursum centum annorum.*
47 *Feudum in præiudicium agnati non potest alienari.*
48 *Pater filio præiudicare potest in feudo hereditario.*
49 *Tertius longissimo tempore, scilicet triginta annorum potest præscribere feudum contra vasallum, ratione vtilis dominii.*

50 *Præscriptio currit etiam contra nondum natum, descendentem ab alienante.*

51 *Ius tertii non est penitus excluſiuum iuris Reorum.*

52 *Actor non habens mandatum pro aliquo agendi non est audiendus.*

53 *Tertius potest præscribere contra dominum directi dominii, & num. 54.*

55 *Sententia inter alios lata, aliis nihil præiudicat.*

QVOD attinet ad proceſſum, primum omnium offert ſe quæſtio: An Cameræ iuriſdictio ſit fundata, cum ex actis ſit manifeſtum, Decanum & Capitulum Eccleſiæ Cathedral N. egiſſe ex Imper. Conſtitut. ſuper *l. diffamari* contra Comitem de N. quod Capitulum non immediate Imperio, ſed Archiepiſcopo eſt ſubiectum, verum d. conſtitutio requirit
1 quod agens † ex *d. l. diffamari* ſit Camer. immed. ſubiectus. Ergo concludendum videtur, Camer. ab initio non fuiſſe in iuriſdictione fundatam, eum capitulum debuerit coram ſuo Iudice, hoc eſt, Archiepiſcopo contra Comitem *l. diffamari* remedium intentare. Sed præmiſſis non obſtantibus contrarium concludo.

Primo namque conſtat ex citatione, quod Archiepiſcopus ſit à Capitulo requiſitus, qui cum cauſa ipſum concerneret, illam remiſit ad Cameram, & ſic mediante remiſſione Cameræ iuriſdictionem fundatam eſſe non eſt dubium.

Secundo facit, quod Comes de N. in puncto diffamationis nihil excepit contra defectum iuriſdictionis, ſed ſtatim actionem, hoc eſt, diffamationis cauſas produxit, & Rei ſine vlla exceptionum fori declinatoriarum oppoſitione litem negatiue ſunt conteſtati. Sicque
2 per tacitum † conſenſum ambæ partes cenſentur prorogaſſe iuriſdict. Camer. per ea quæ notat Iaſ. *in lege, ſi conuenerit, numero ſecundo. ff. de iuriſdiction. & Abbas in capit. 1. numero decimo octauo, de iudic.* Et quod in proroganda † iuriſdictione
3 ſufficiat tacitus conſenſus, late firmat Mar. Socin. *in cap. ſignificaſti, num. 37. de for. compet.* vbi dicit illud communiter concludere *DD. in capit. ſi diligenti, eod. titul.* Dupliciter autem tacito conſenſu dicitur prorogari † iuriſdictio, videlicet
4 cum quis exceptiones peremptorias opponit, omiſſis dilatoriis, vel ſi litem conteſtatur. *Bald. in d. l. ſi conuenerit, numer. 3.* & poſt litis conteſtationem non poteſt amplius recuſari Iudex, *per text. in l. ſed etſi ſuſcepit, in princ. & ibi gloſſ. & DD. ff. de iudic. Bald. in margarita ſua, verb. prorogatio, late Ant. de Matth. in tractat. de prorog. iuriſdict. numer. 12. verſicul. veniamus ad tacitam, fol. 8. colum. 3.* Ex quibus concludo, iuriſdictionem Cameræ fundatam, & quod ad proceſſum attinet, me nihil deſiderare.

Ad merita cauſæ accedentes tractabimus ſeptem puncta. 1. Qua actione actum. 2. An competierit. 3. An probata. 4. Si probata, an rurſus eliſa. 5. Si apparebit eliſam, an exceptiones Reorum per Actoris replicationes ſint refutatæ. 6. Quid pronunciandum. 7. An Duces Saxoniæ tanquam prætenſi domini directi fundi controuerſi, ante publicationem ſententiæ propter eorum præiudicium, ſint citandi.

Quod attinet ad primum membrum, ex articulis libelli eiuſque petitione, atque adeo Actoris aſſertione conſtat, directam actionem pignoratitiam inſtitutam, quæ †
5 datur debitori eiuſdemque heredibus, contra creditorem eiuſque heredes, debito omnino exſoluto, ad reſtituendam rem pignori datam, *l. 9. §. omnis, ff. de pignoratitia action. pract. Ferr. in form. libell. act. pign. Ang. in §. actionum, numero 59. Inſtitut. de action.* Si quis malit ei dare actionem vtilem pignoratitiam, ratione vtilis dominii, quod in controuerſo fundo Caſtri N. habere ſe contendit, non multum repugnauerim, *per legem, ſi rem alienam, §. is quoque, ff. de pignoratitia action.* Ex quibus concludo directa vel vtili pignoratitia actum.

An competierit?

Hic de tribus videndum. 1. An oblatio, conſignatio & depoſitio pecuniæ debitæ ab Actore Reis rite ſit facta. 2. An inſtituta actio contra Reos tanquam tertios poſſeſſores, prout ſe eſſe contendunt, competierit. 3. An huic actioni ſit præſcriptum per tempus longiſſimum. Nam hæc tria ante litis conteſtationem, ad impediendum proceſſum, tanquam exceptiones intentionis & litis finitæ, de quibus Bartol. *in lege ſecunda ff. de excep. Bald. & Salycet in lege, nec intentio, Cod. de tranſact.* & etiam poſt litis conteſtationem ob merita cauſæ obiecit & reſeruauit, quod facere potuit non attento, quod fuerint reiectæ ante litis conteſtationem, & reſeruatæ poſt litis conteſtationem proponendæ. *Bartol. in lege, nam poſteaquam, C. de iurei. in cap. 1. de litis conteſt. in 6.* Ideo putarim commodius in hoc ſecundo membro de iis tractari poſſe.

Quod igitur ad primum attinet, certum eſt, Actori actionem † pignor. prius non com- 6
petere, quam totum debitum ſit perſolutum, *d. l. 9. §. omnis, ff. de pign. act.* & caſu, quo recuſet creditor pecuniam accipere, fiat conſignatio & depoſitio, *l. acceptum, & ibi DD. C. de vſur. & in l. obſignatione, C. de ſolut.*

Cæterum hic quidem conſtat, oblationem debitæ pecuniæ Reis factam congruo loco & tempore, iuxta tenorem literarum reuerſa-

lium.

lium, in quibus Actor se fundat: Sed quia Rei recusarunt pecuniam accipere, & Actor asserit, se illam apud senatum N. deposuisse, videamus an hoc sit probatum; Et breuiter concludo illud sufficienter non esse probatum, & id factum esse à Reis constanter negari, atque hinc sequi, Actori actionem non competere, nisi doceat allegatam depositionem pecuniæ factam esse, *per iura supra adducta, quibus addo Boer. in cons. Bituricens. tit. de retr. lignag. §. 4.* Neq; n. hoc casu sufficit oblationem prædicto modo factam esse, extraiudicialiter, & Reos recusasse pecuniam accipere, *l. aliena res, §. 1. ibi gloss. verb. recte agitur. ff de pignorat. action. l. nec creditor. in fine, Cod. eod. l. idem liberatur. ff. quib. modis pign. vel hypothec. Neguzant. de pign. par. 2. memb. 3. 5. par. pr. numer. 12. & sequent. Boer. decision. 124. numer. 22. & sequent. p. 1.* Verum quia in euentum Actor ad hoc probandum petiit compulsoriales, potest illi hac ratione subueniri, casu quo nullis aliis obstantibus sententia pro eo ferenda esset. Quoad secundũ membrum, contendunt Rei se controuersum Castrum ab A. emisse, & sic tanquã tertios possessores censendos, ideoque hanc actionem non contra se, sed contra Archiepiscopum compe-
7 tere. Est enim pignoratitia actio † non realis, sed personalis, *l. final. Cod. de distract. pignor. Rosr. in form. libel. de pignoratit. action. Angel. in dicto §. actionum. num. 6. Instit. de act. Bart. & alij in l. pignoris, Cod. de pignor. act. Neguz. d. loc. membr. 2. 7. p. pr. num. 1. & 2.*

Etsi autem Rei in literis reuersalibus sint nominati, & vna illas sigillarunt, cum affirmant id factum esse tantum ad præbendum Episcopo reluitionem Castri N. concedenti consensum nudum. Non autem se principaliter vna cum ipso obligarint, atque hoc patere ex tenore Reuersalium, datarum Anno, &c. 1417. quas literas Actor pro fundanda sua intentione producit.

Incipiunt enim Wir G G. &c. vigore harum, bekennen für vns / vnsere Nachkommen / Ertzbischoffe vnd Capittel zu N. Quod si principaliter obligare se voluisset Capitulum, tum potius sic dixisset. Wir G. G. &c. Dechant vnnd Capittel in gemein / bekennen / &c.

Itaque ex hoc proœmio satis colligitur, quæ
8 fuerit † mens disponentium, idque debet considerari tanquam causa finalis, *l. vt liberis, & ibi Bal. in. 1. not. Cod. de collat.* Et clarius hoc in fine Reuersalium liquet, ibi. Wir Thumbyrobst / Dechant vnnd Capittel ingemein / bekennen / daß alle vorgeschriebene Stück mit vnserm Vollwort vnd Willen geschehen seyn / verba illa, Vollwort
9 † vnd Willen / denotant Capitulum Episcopo consensisse duntaxat, ideoque præcedentia declarare & restringere debent, *argument. leg. si seruus plurium, §. final. & leg. qui filiabus, §. 1. ff. de Leg. 1. Dec. consil. 112.*

Et si quis quærat, quorsum Episcopo fuerit opus consensu capituli; Respondetur, cum con-
cessio † reluitionis eius, quod pure venditum 10
est, sit species alienationis, nõ potuit Episcopus sine consensu Capituli illam facere & concedere, *l. iubemus, §. 2. in princip. & ibi Doctores Cod. de sacrosanct. Eccles. cap. 1. & c. nulli, de reb. Eccles. non alien.* Idque moribus vbique in Germania obseruari notum est. Quod si ita sit, videtur dicendum, Reos hac actione non teneri, cum aliud † sit ius 11
reluendi concedere, aliud concedenti illud ius consentire, *argumen. leg. aliud. ff. de regulis iuris.* Vnde etiam Doctores concludunt, quod vendenti, non autẽ consentienti detur remedium, *l. 2. Codic. de rescindend. vendition. vt ibi ait Bald. numero vigesimoquarto, quem sequitur Dec. in dicta lege, aliud.* Huc facit quod dicitur, aliud esse † consentire, a- 12
liud contrahere, *Bald. in rubric. Codic. de pact. in fin.* Itaque nostro casu Capitulum non tam concedere reluitionem Castri N. quam non impedire Episcopum concedentem eam velle intelligitur, *argument. text. leg. 4. §. final. de manumiss.*

Præterea facit, quod ex actis non constat, Reos vnquam possedisse Castrum N. priusquam illud à Cardinale A. emerunt, nec quid pretium factæ prius venditionis puræ participarunt. Ergo hac actione conueniri non possunt, *argumen. eius quod tradit Bar. in lege, quidam. ff. de euiction.* vbi tres ponit casus. Primus est, quando quis est præsens, & tacens, † nec pretium recipiens, nec 13
subscribens, tunc non videtur consentire, *l. Caius ff. de pignorat. action. l. sicut, §. non videtur. ff. quibus modis pig.* Quandoque est præsens & consentiens tacite † vel expresse (vt hic) nec tamen pre- 14
tium vel partem pretii recipit, tunc non tenetur de euictione, sed bene præiudicat sibi in iure, quod habet in re, *dict. leg. aliud. ff. de regulis iuris.* Huc etiam pertinet, quod Salyce. & alii tradunt *in dicta lege, Caius, de pignor. act.*

Ad hæc si tempore facti pacti reluitionis Capitulum pro dimidia parte Castrum N. habuisset, verisimile non est, quod postea alteram dimidiam partem à Cardinale tam care emisset. Non enim quod semel meum est, potest † am- 15
plius meum fieri, nec valet emptio † rei suę, *lege,* 16
si in emptione, §. rei suæ. ff. de contrah. emption.

Ex prædictis rationibus videtur non male concludi posse, actionem contra Capitulum tanquam tertios possessores non competere, quod tamen iudicio dominorum committo. Nam non desunt argumenta, quibus etiam euinci posset, Capitulum principaliter se obligasse, & credo huic exceptioni, non satis tuto nos inniti.

Restat vt videamus de tertia exceptione, de † præscriptione scil. quæ quidem est litis finitæ. 17
Bart. in lege, fratris, Cod. de transaction. Contendunt autem Rei, se non solum per 30. aut 40.

sed etiam 100, annorum præscriptionem tutos
18 esse. Quæstio in hoc versatur, *an iure † offerendi posint præscribi*, quæ quidem varie à Doctoribus disputatur, sed negatiua, scilicet non præscribi in Cam. multis præiudiciis est confirmata, ideoque ab ea non recedo. Et ex prædictis concludo, Actori Actionem institutam competiisse, modo probet, (prout se facturum offert) consignationem & depositionem pecuniæ debitæ rite factam.

Ad tertium membrum accedendo, videamus, an intentio Actoris sit probata? Sed breuiter concludo, esse probatam per reuersales literas Archiepiscopi G. G. quas Reorum Syndicus recognouit, in quibus Comiti B. B. ius reluendi dictum Castrum N. ab Archiepiscopo & Capitulo conceditur. Addo tamen hoc casu nihilominus etiam consignationem & depositionem, apud N. factam esse, probari oportere.

Quartum membrum, præter supradictas exceptiones intentionis & litis finitæ Rei potissimum opponunt tres. 1. est exceptio rei venditæ. 2. Actorem heredem proaui & aui suorum esse, qui dictum Castrum N. vendiderunt, ideoque eum teneri dictam venditionem ratam habere. 3. Longissimi temporis præscriptio iuris communis & Sax.

Quod ad primam exceptionem attinet, asserunt Rei Episcopum. G. G. vtile dominium Castri N. à B. B. Comite in N. (qui illud à dominis in N. accepit) emisse, Anno, &c. 1417, eumque contractum ratum habuisse d. B. B. filium G. G. ac dicto Archiepiscopo, Anno, &c. 1430. de nouo pure vendidisse. Præterea dictum Episcopum G. G. directum dominium emisse à G. G. in F. F. Anno, &c. 1430. Atque hæc quidem exceptio per documenta producta probata est, quorum etiam sigilla Actoris procurator recognouit. Cum igitur hic constet de consensu contrahentium, de pretio certo scilicet 6000. Schocken/Item de re certa, scilicet Castro N. dubium non est, requisita validæ
19 † emptionis probata esse, *lege, si voluntate, Cod. de rescindenda vendition. Socin. consilio 208. visis actis. numero primo.* Concludo hanc exceptionem probatam.

Secunda exceptio est, quod Actor sit heres proaui sui B. B. & aui G. G. alienantium dictum Castrum N. ergo teneri eum ratum habere ipsorum factum. Hæc exceptio in facto est probata, Per 7. 8. & 9. posit. Actoris. In iure hæc exceptio releuans est, *per legem, cum à matre, C. de rei vind. l. venditrici, Cod. de reb. alien. non alien. l. ex qua persona. ff. de regulis iuris, l. vindicantem ff. de euiction.* Vnde quemadmodum G. G. auus Actoris si viueret, non posset conuenire, ita nunc multo minus ipsius nepos Actor, *per ea quæ tradit Cardin. Paris. consilio 33. numero decimoseptimo, volumine primo. Dec. consil. 181. num. 7.* præterea constat ex literis venditionis G. G. quod etiam teneatur vigore d. contractus literas conficere Archiepiscopo & Capitulo, & veteres, si quas habet, reddere.

Tertia exceptio est, quod Rei titulo emptionis præcedente, per longissimi temporis præscriptionem, secundum ius commune & Saxonicum sint tuti. Videndum igitur an requisita præscriptionis † longissimæ, scilicet titu- 20
lum, bonam fidem, ac continuam possessionem probarint.

Quod ad titulum attinet concludo eum satis probatum esse, per productas & ab Actoris procuratore recognitas literas, iuxta ea quæ in prima exceptione modo dicta fuerunt. Per istum autem titulum venditionis *factæ*, & à Comitibus ab N. & ab Abba. in F. F. si venditores fuerunt domini dicti Castri, mediante traditione translatum fuit dominium, §. *per traditionem, Institut. de diuision. rerum, l. traditionibus, Cod. de pactis.* Si vero à non dominis Archiepiscopus emit, tunc transtulerunt vsucapiendi conditionem in emptores, *per legem, clauibus, in fin. ff. de contrahenda emptione, de quo infra latius dicemus.*

Cæterum cum hic simus in longissimi temporis præscriptione videlicet 30. vel 40. ann. non † requiritur titulus, sed tantum bona fi- 22
des, etiamsi contra ecclesiam ea opponatur, *cap. de quarta, cap. ad aures, cap. si diligenti, extra. de præscript. vbi Abb. Felin. & alij.* Quod multo magis procedit in præscriptione centenaria. *Phil. Franc. in cap. 1. numero tertio, de præscript. in 6.* Præterea præscriptio statutaria † (vt hic Saxonica) 23
non requirit titulum. *Bald. in lege 2. numero 2, Cod. de præscription. 30. annor. Felin. in dicto cap. si diligenti, num. 8. Bald. in repet. l. Celsus, numer. 3. ff. de vsuc.* Ex quibus concludo 1. requisitum scilicet titulum esse probatum.

Quod attinet ad secundum requisitum, distinguendum est inter ius † ciuile & Canoni- 25
cum, illud bonâ fidem in præscript. triginta annorum minime, hoc autem omnino requirit, ideoque propter conscientiam est sequendum, *cap. final. de præscript. DD. in cap. possessor, de regulis iuris, in 6.* His præmissis puto Archiepiscopum G. G. emendo castrum à Comitibus de N. & Abbatem fuisse in bona fide, præsertim ab Ann. 1470. siquidem non habuit conscientiam rei alienæ, ergo in bona fide fuit, *per ea quæ not. Abb. in d. c. fin. nume. 3. de præscript. Balb. de præscript. 2. par. 3. princ. num. 1.*

Quod autem † non habens conscientiam 24
rei alienæ, censeatur esse in bona fide, adeo verum est, vt etiam procedat, si iniustis & temerariis rationibus quis inductus fuerit, *gloss. sing. in lege prima, verb. receßit, Cod. vbi causa stat. agi deb. Alciat. de præsumpt. regu. 3. præs. 5. num. 1. & sequent.*

Vbi

vbi communem dicit : nec obstat, quod prima emptio celebrata fuit sub condicione, si Duces SS. consentirent, vt quoque demonstrabitur.

25 Præterea facit, quod in dubio † bona fides præsumitur. *Tiraquell. tract. de præscript. § primo, gloss. 2.* Quod indubitanter procedit, si præterihens habeat iustum titulum, vt Rei nostri ex empto. *Alciat. præsum. 5.* Quod cum ita sit, debuit Actor malam fidem probare, *Abb. dict. capitu fin. numero 5. 6. de præscript. Felin. in d. capitu. si diligenti, nu 5 eod. tit.*

Cæterum dato GG. emptorem fuisse in mala fide præsumpta, eo ipso, quod emit castrum feudale sine consensu domini directi,
26 tamen † ea non posset nocere ipsius successoribus, quin ex eorum persona propria potuissent præscribere, *per ea quæ not. Castre. in leg. nunquam. §. 2. in princip. ff. de vsucap. Alexand. in leg. Ponponius §. cum quis. numero 22. ff. de acquir. possess. Socin. conf. 76. numero 99. parte prima.* Concludo bonam fidem etiam esse probatam. Tertium requisitum probatum per responsionem Actoris ad 42. articu. defens. qui habet, quod Archiepiscopi & Capitulum castrum N. vltra 127. ann. possederint.

Nec obstat, quod Actor obiicit Reos eorumque prædecessores possedisse, vti pignus: Nam obligatio pignoris fuit sublata per subsecutum contractum emptionis, postea bis subsecutum, quo tempore etiam Archiepiscopus
27 in possessione fuit, præsumitur † igitur etiam medio tempore in ea fuisse, *Bar. in lege. sicut. §. superuacuum, numero septimo, ff. quibus mod. pign. vel hyp. capitu. inter dilectos, vbi Abb. & Fel. de fide instru. Alciat. de præs. reg. 2. præs. 22.* Nec ad rem facit, quod Rei possederunt rem alienam scilicet pignus, & sic non potuerunt præscribere. Nam cum emerint Castrum à Comite BB. præ-
28 sumuntur † hactenus possedisse exillo titulo emptionis præambulo, *per textum, in lege prima, §. primo, ff. de except. rei vendit. lege secunda, Codic. de acquirend. poss. not. in leg. quædam mulier, ff. de R. V.* præsertim adminiculante cursu 100. & plurium ann. quibus venditorum heredes d. contractum emptionis non impugnarunt. Concludo præscript. 30. vel 40. ann. esse probatam. Cum Rei etiam se fundent in centenaria præscriptione vel temporis immemorialis, de duobus videndum est. 1. Vtrum allegata præscriptio sit probata. 2. Si probata sit, quid ea Reis prosit.

Quod ad primum attinet, in iure præmitto crebriori DD. Calculo receptum esse, quod ad
29 probandum † tempus immemoriale sufficiat probare tempus 100. ann. *Caph. de seru. vban. capitu. 19. numero quinto, Bald. de præscript. 2. part. 3. part. princip. 9. 6. numero 24. de quo etiam videndus Couar. in capitu. possessor. §. tertio, numero septimo, de regulis iuris. in 6.* Hoc præmisso concludo 100. ann. præscriptionem à Reis probatam esse, eo ipso quod probarunt se ab ann. &c. 1430. vsque ad Annum millesimum quingentesimum quadragesimum quartum, & directum & vtile dominium dicti Castri N. quiete possedisse, hoc autem casu etiam † præsumptiua probatio 30
sufficit. *Abb. in capitu. cum nobis & ibi Felin. numero octauo, de præscript.* De effectu vero huius præscriptionis † sic habendum est, quod tollat omne 31
ius & currat contra quoscunque, etiam aduersus ecclesiam Romanam & Imp. *capitu. ad audientiam, vbi Alber. numero duodecimo, & Felin. numero 22. de præscript. Mar. Socin. conf. sexto, numero 6. libro 3. Chass. conf. 66. numero 28.* & habet vim tituli legitime constituti & priuilegii. Quod adeo verum est, vt si statuto vel priuilegio sit indultum, quod nulla debeat obstare præscriptio, hoc tamen de centenaria non sit accipiendum. *Mar. Socin. conf. 115. numero 29. libro secundo, Boer. decisio. 39. numero vndecimo, & duodecimo, libro primo.* Et ex hac præscriptione oritur præsumptio iuris & de iure, *Felyn. dict. capitu. cum nobis. numero septimo.* Ideoque contra eam † non datur restitu- 32
tio in integrum. *Socin. dict. conf. 115. numero 45. libro secundo.* Concludo Reos per præscriptionem centenariam omnino tutos esse, & per hasce exceptiones intentionem Actoris esse elisam. Superest vt quinto loco videamus, an per replicas Actoris Reorum exceptiones sint sublatæ. 1. Replica est venditionem Castri N. à Comite BB. factam fuisse conditionalem, scilicet si Duces SS. directi domini feudi consentirent, quæ † conditio, cum non extiterit, venditio- 33
nem esse inualidam, *leg. si donaturus. ff. de condictio. caus. data. lege prima. ff. de donation. leg. necessario. §. quod si. ff. de pericul. & commod. rei. vend.* Secundo GG. contractum esse nudam confirmationem contractus primi. Ergo latius illam non extendendam, quam ipsum contractum, qui confirmatur. Tertio, dictam venditionem Comitis GG. esse nullam propter defectum in forma & substantia contractus, de quibus defectibus supra est dictum. Quarto, quod Comes GG. non potuerit dictum Castrum N. alienare in præiudicium agnatorum nondum natorum. Quinto, quod alienatio inualida fuerit facta in fraudem Ducum SS. dominorum directorum. Sexto, quod, quia contractus est inualidus, Rei tanquam malæ fidei possessores non potuerint præscribere. Quod attinet ad primam replicam Actoris, etsi non negarim de expresso consensu Ducum Saxoniæ in actis nihil constare, tamen quia hic sumus in antiquis, & de eorum dissensu nullibi constat, censentur tacito consensu contractum approbasse. Nam quando feudum † sci- 34
ente domino venditur, & is non contradicit, tunc præsumitur consentire. *gl. c. 1. verb. permissione. de prohib. feud. al. per Loth.* Et temporis videlicet 100. annorũ diuturnitas † facit præsumi o- 35

omnia solemniter esse acta. *Matt. singul. 12. numero quarto & quinto, & ibi addit. numero octauo.* Cæterum sicubi tacitus ille consensus minus sufficiens videbitur, cum † forte opus sit expressio, *per gloss. in leg. prima, verb. nec vnquam, ff. de donat.* certe ex partium confessione constat, dictos Duces, quorum consensus requirebatur, non multo post contractum inter Comitem B.B. & Episcopum G.G. initum decessisse, & dominiũ directum d. Castri N. ad Abbatem reuersum, de quo † pro libitu disponere potuit, *per capit primum, de success. frat. Baldus in capitulo primo, qui esset Episcop. vel Abb. Paris. consilio vigesimotertio, numero 60. & consilio 101. numero trigesimoprimo, libro primo. Socin. Iuni. consilio centesimotertio, numero primo, volumine secundo.* Et quod post mortem horum Ducum S. non fuerit amplius feudum S. ex eo colligitur, quod Comites de N. illud nunquam à modernis principibus S. acceperint, quod sane necessarium fuisset *per textum, & ibi Doctores, in capitu. vnic. quo tempore mil.* Ex quibus omnibus sequitur, quod cum Archiepiscopus emerit directum dominium ab Abbate, ad quem post mortem S. reuersum fuit, quod non opus fuerit consensu Ducum S.

Huc accedit, quod Episcopus G G. postea à domino B B. Comite in N. emit vtile dominium d. Castri N. & sic vtile dominium cum directo fuit consolidatum. Vnde etiamsi prior contractus, tanquam sub conditione cum Comite BB. initus, fuisset nullus, conditione non existente, tamen quia Comes G G. postea pure vendidit vtile dominium Archiepiscopo, postquam Abbatissa directum dominium in eum iam transtulisset, manifestum est, quod nullo consensu amplius opus fuerit, & sic causa impediens scilicet conditio de consensu Ducum S. per venditionem ab Abbatissa factam est sublata, & causa confirmans superueniens contractum ab initio inualidum confirmauit, *per ea quæ tradit Baldus in capitul. vnico. §. primo, numero 20. de prohibita feud. al. per Frideric. per l. fin. Codic. de his qui a non dom. & l. si quis pro eo. §. si nummos. ff. de fideiuss.*

Secunda Actoris replica etiam nihil obstat. Nam ex contextu literarum G G. constat, quod promittat pro se suisque heredibus, quod nolit vnquam petere castrum N. & quod velit omnia documenta castrum N. concernentia Archiepiscopo tradere renuncians omni iuri suo, &c.

Tertia Replica similiter nihil officit, nam minorennitas Comitis G G. primo, vt requirebatur, non probatur *leg. si minorem. vbi Doctores. Codic. de in integr. restitut.* In ætate † enim se fundans debet eam probare *capitu. attestationes. de sponsal. imp.* Nec obstat, quod in literis venditionis fiat mentio deß Vormunds/ quia id concludenter non probat, licet faciat aliqualem præsumptionem, quod fuerit minor, siquidem notum est, quod in Germania principes & Comites post maiorem ætatem adhuc vtantur consilio & auctoritate curatorum, vt constat ex multis causis in Camera pendentibus, & præsertim Georgii Frideric. Marchio. Brandenburg. & Comitis ab Hanavv, &c. Et quod non fuerit minor, facit coniectura (quæ in antiquis factis multum operatur) quod proprio sigillo est vsus, quod in ætate † pupillari vel minori fieri non solet, quæ coniectura in facto antiquo probando sufficit, *per ea quæ not. Baldus consilio ducentesimodecimotertio, in fin. volumine secundo.* Et vtut concedamus G G. minorem fuisse, tamen certum est, quod contractus cum eo initus validus fuerit, licet læsus potuerit petere restitutionem in integrum. *leg. 3. ibi Doctores Cod. de in integr. restit. l. fin. Codic. si aduers. vend.* Huc accedit, quod princeps A. appellat se Vormünder / vnde cum literæ ab A. sigillatæ, æquipolleant publico instrumento, *Schurff. consilio sexagesimoseptimo, numero quarto, centur. secunda*, quod habet pro se præsumptionem veritatis, quoad contenta in eo. *Paris. consilio sexagesimo, numero sexto, volumine 1.* dicendum est, satis probatum G. A. fuisse curatorem G. & sic G. cum auctoritate curatoris valide potuisse obligari. *Schurff. cons. septuagesimoprimo, nu. vndecimo, cent. 1.* Additur venditionem esse nullam propter omissam decreti interpositionem. Sed illud non obstat. Nam liquet ex actis B. Comitem patrem G. Episcopo G. vendidisse, & filium G. cõtractum † ratificasse per patrem initum, ergo nõ fuit opus decreto. *leg. magis puto, §. si pupillus. ff. de reb. eorum qui sub tut. leg. 4. C. quando decr. non est opus. Rom. consilio 394. in fi.* Deinde etiam Comes B. & filius G. nunquam hunc contractum impugnarunt, sed ratum habuerunt. Ergo iam Actor contrauenire non potest. *leg. si. C. si mai. fac. Cagno. in l. quod ab initio. num. 2. & Deci. in. ibid. num. 11. ff. de reg. iur. & idem cons. 209. num. 4. Bald. consilio 184. num. 3. vol. 2. & dicit Bald. in leg. 1. Cod. si mai fac.* quod † ratificatio facit contractum inexpugnabilem, *late Deci. an. consilio 181. numero 5. Bellon. cons. 18. nu. 16. Paris. cons. 53. n. 17. lib. 1.* Ad hæc contractum fuisse nullum, tamen nihil per id iuuaretur actor, cum officium † Iudicis, quod competit pro iure dicendi contractum nullum (*iuxt. Bartol. in l. quæ sub conditione. §. fin. de cond. institut.*) per lapsum 30. ann. esset sublatum, *leg. sicut. leg. omnes, Codic. de præscript. 30. ann.* Nec obstat quod Rei non probarunt, principem A. non fuisse Vormünder Comitis G. Nam cum sigillauerit † tanquam tutor, præsumitur legitime constitutus, idque propter diuturnitatem temporis. *per ea quæ tradit Bart. o. Socin. consilio 153. numero tertio, volumine 2. quem sequitur Crauet. de an-*

de antiqu.temp.§.videmus in genere.numero 37.Alexand.conſ.primo,numero primo,volumine quarto. Similiter non obſtat, quod neceſſitas alienationis non ſit probata, quia imo literæ dicunt, Comitem B. & G. neceſſitate compulſos ob belli calamitates alienaſſe, quæ literæ habent præſumptionem pro ſe, *leg.optimam.Cod.de contrah.ſtipulat.* Non obſtat etiam quod allegatum eſt, præſumi fraudem Epiſcopi ex eo, quod Comes G. fuerit vaſallus emptoris, quia id probatum eſt, & ſatis liquet, quod ratione controuerſi Caſtri non fuerit vaſallus.

Non obſtat defectus conſenſus, quia de eo ſupra. Non reſtringit quod pretium non ſit ſolutum, *per ea quæ tradit Bartol. & communiter Doctores in leg. qui aliena. §. primo. ff. de acquir.here. fac. quæ ſcribit Afflictus deciſio.368. numero tertio, & ſequent.* Et ſufficit poſſeſſio ex titulo pro emptore, licet probatum non ſit partium noſtrarum eſſe, *per tradita ab Alexand. in leg.ſciendum. numero 15. ff. de verborum obligationibus, Felyn. in capitu. ſicut.ſub fin. de re iudic.*

44 Et † parta ſunt pretium ſoluere, vel pignoribus ſatisfacere, adeo vt ſibi Comes G. acceptum ferre debeat, cur fidem habuerit de pretio, atque illud poſtea non exegerit. Nec ad rem facit, quod dicitur de mala fide Archiepi-

45 ſcopi, quia nunquam fuit † interpellatus de ſolutione, non igitur coactus fuit offerre pretium, *Mari.Socin. conſilio 145. numero 64. & ſequent. libro primo.* Et in ſumma propter curſum centum ann. tollitur omnis † defectus

46 qui allegari poteſt. *Decian. conſilio ſexto,numero octauo, Crauett. in dicto §. vidimus, numero vigeſimoquinto, & 26.* Nihil etiam ad rem facit, quod traditio non interuenerit, quia ex literis venditionis contrarium apparet, in verbis, ſtretten das Schloß ab vnd raumen das Epiſcopo & ipſius ſucceſſoribus Archiepiſcopis & capitulo ein/ verlaſſens auch vnd thun verzicht. Vnde traditione noua non fuit opus, *dicto §. interdum. inſtitut.de rerum diuiſio. Bald. in repet. leg. Celſus. numero nonageſimotertio, ff. de vſucap.* Et ferat ſibi acceptum Comes G. quod tam longo tempore tacuit, & pro pignore in caſtro W. non petiit pe-

47 cuniam. Non vrget etiam quod feudum † in præiudicium Actoris tanquam agnati non potuerit alienari. Nam hoc feudum fuit hereditarium, hoc eſt, Comiti G. ipſiuſque legitimis he-

48 redibus conceſſum, in hoc † autem pater filio præiudicare poteſt. *Iac.de Beluiſo. in capitu. vn. de eo qui ſibi & ſuis hæredibus Curt.Iun.conſilio tertio, in princip. Zaſ.de feud. capitu. 9. numero vigeſimoſeptimo, Alexand. conſilio decimotertio, volumine quinto.* Ad hæc obſtat hic Actori præſcriptio & patientia patris, quæ illi præiudicat, *ex allegat.per Pariſ.conſilio vigeſimotertio, numero 19. & ſequ. libro*

49 *primo.* Quod autem tertius † longiſſimo tempore, ſcilicet 30. ann. poſſit præſcribere feudum contra vaſallum ratione vtilis dominii iuris eſt indubitati, *per gloſſ. in capitu. 1. §. præterea. de capit. Corrad. Bald. de præſcript. 4. parte quarta, in princip. quæſtio. 3. Boer. deciſ. 311. numero duodecimo, Molin. in conſilio Pariſ. titulo primo, §. ſeptimo, numero ſeptimo, & ſeq Marc. Socin conſilio ſeptuageſimoſexto, numero 61. & 85. libro primo, Pariſ. conſilio vigeſimotertio, numero 193. & ſeq. libro primo.* Et hac exceptione ſunt etiam Rei tuti in foro conſcientiæ, *per ea quæ tradit Bald. in capitu. vn. §. ſi quis per 30. ſi de feu. def. controu.* Non obſtat, quod tempore alienationis Actor nondum natus fuerit, quia in feudo hereditario (quale fuit caſtrum N.) currit † 50 præſcriptio etiam contra nondum natum deſcendentem ab alienante. *Pariſ. dict. conſilio vigeſimotertio, numero 195. & ſeq. libro primo, Ioffred. conſilio primo, numero 193. & ſeq.* Nihil etiam ſtringit, quod feudum alienatum ſit abſque conſenſu Ducum Saxoniæ, quia non eſt probatum, quod moderni Duces Saxoniæ à primo acquirente Duce R. deſcendant, quod neceſſe erat. Secundo, non eſt hic ab Actore dominium directum principaliter in iudicium deductum, ſed tantum vtile & is in dominio directo nihil iuris habet.

Male igitur ſe fundat in exceptione iuris tertii † quod non eſt penitus excluſiuum iu- 51 ris Reorum. *l. loci corpus. §. competit, ibi Bartol. ff. ſi ſeruit. vindic. Bartol. in leg. 2. poſt princip. & ibid. Zaſ. numero octauo & nono ff. de except. rei iudi. Guid. Pap. ſing. 622.* Et cum Actor hic † non habeat man- 52 datum agendi pro Ducibus Saxoniæ non eſt audiendus, *argument. l. ſi pupilli, §. videamus, ff. de negog. geſt. l. quoties. §. is qui temporali, ff. de admin. tut.* Et quamuis non negauerim S. Ducibus actionem ſuam ratione directi dominii (ſi quod haberent) ſaluam manere, tamen illa per præſcriptionem elideretur: Iuris enim eſt indubitati, tertium poſſe † præſcribere contra do- 53 minum directi dominii, *prout docet Molin. in conſ. Pariſ. titulo primo, §. ſeptimo.* Nec obſtat quod obiectum eſt, contra dominum † non 54 currere præſcriptionem, *Zaſ. conſ. decimoquinto, numero ſeptimo, libro ſecundo.* Nam hoc procedit, quando Vaſallus vult præſcribere contra dominum directum: ſecus vero ſi tertius præſcribat, *Boer d. deciſ. 221. numero 10. & 22.* Ex quibus concludo, per replicas Actoris defenſiones & exceptiones Reorum non eſſe confutatas. Sequitur ergo ſexto loco pronunciandum eſſe, quod Rei ſint abſoluendi ab inſtituta actione, compenſatis expenſis de æquitate; de ſtricto enim iure eſſet Actor condemnandus ex regula, victus victori condemnatur in expenſas.

Reſtat ſeptimum membrum: An ſcilicet Duces Saxoniæ ſint citandi. Etſi autem exiſtimo, illos nihil iuris habere ad d. caſtrum, & ſi quod forte habuerint, 100. ann. præſcriptionem illis obſtare, tamen ego nolim quicquam

pro-

pronunciatum in eorum præiudicium, vt qui ad hanc causam non sint citati, ideoq; arbitror
55 sententiam in hac causa † latam, tanquam rem inter alios actam & iudicatam, illis nihil præiudicare, *tot. tit. C. res int. alios act. l. sæpe. vbi Doctores. ff. de re iudicat. Alex. cons. 156. lib. 2.* Quin potius illos audiendos, & de illorum iure plenissime (si agant) cognoscendum, tum demum quid iuris pronunciandum esse censeo. Saluo, &c. Eandem sententiam amplexi fuerunt & alii domini, **compensatis expensis.** Lata igitur talis sententia:

In Sachen/Weylandt Herrn N. N. Grafen zu N. jetzt desselben Sohn vnd Erben in actis benennt/Klägern eins/gegen vnnd wider Herrn S. Administratorn/ auch Dechant vnd Capitel deß Thumbstiffts N. Beklagten anderstheils/ ist allem Fürbringen nach zu Recht erkannt/daß gedachte Beklagte von dieser Klag zu absoluiern vnd zu erledigen seyn / als wir dieselbe hiemit absoluiern/vnd erledigen/die Gerichtskostē deßhalben an diesem Keyserlichē Cammergericht auffgelauffen auß bewegenden Vrsachen gegen einander compensierendt vnd vergleichendt.

VOTVM VI.

In causa Georg. C. N. contra Elisab. N.

Iniuriæ & legis Aquiliæ.

SVMMARIA.

1 *Appellatio intra 10. dies fieri debet.*
2 *Appellatio siue prouocatio, an videatur intra decennium esse facta, atq; scripto.*
3 *Appellationem valuisse nec desertam esse in dubio pronunciandum est.*
4 *Actio de dolo cui competat.*
5 *Actio de dolo est subsidiaria & tum demum competit, cum nulla alia prodita est.*
6 *Actio vtilis serui corrupti cui & quibus detur.*
7 *Mariti interest vxoris animum non corrumpi.*
8 *Actio in factum cui & ad quid detur: ex ea oritur accusatio criminalis ad pœnam.*
9 *Actio subsidiaria in factum vel ex lege Aquilia quando competat, & in quid, & qua de re.*
10 *Damnum dare videtur qui causam damni dat.*
11 *Cumulatio actionum in praxi quotidiana est, & de iure tolerabilis.*
12 *Iniuriarum agi potest principaliter, secundario, incidenter & consequenter ad damna & interesse.*
13 *In actione serui corrupti quid probari debeat.*
14 *In actione in factum seruari debet solemnitas legis libellorum, id est, debet inseri tempus & locus admissi criminis.*
15 *In actione legis Aquiliæ ostendi debet damnum datum.*
16 *In iniuriarum & Aquiliæ actione permixta animus iniuriandi probandus est.*
17 *Marito honesto vxorem non laudari interest.*
18 *Opem præstans vxori delinquenti, summa iniuria adsicit maritum, & sane maiori, quam si quis filium volentem ludere, meretricari faciat aut ad popinam ducat.*
19 *Patri datur actio iniuriarum aduersus seducentes filium.*
20 *Maritus patitur iniuriam ex vxore.*
21 *Adulterium vxoris grauius est quam si filius occidatur.*
22 *Malæ vitæ qui est, etsi non præsumatur eam emendare, tamen propter desistentiam à male viuendi genere, & reuersionem ad frugem fingitur nouus homo.*
23 *Præsumptio mali animi inter coniuges omnis tollitur per reconciliationem.*
24 *Mulier bona antea mala, ex conuersatione mala iterum præsumitur mala.*
25 *Damni occasionem dans damnum dedisse videtur.*
26 *Auxilium delinquenti præstans habetur pro conscio delicti.*
27 *Præsumptiones prægnantes ad cōdemnandum sufficiunt.*
28 *Consilii occulti particeps dicitur is, qui ad id auxilium præstat.*
29 *Ignorantia in delictis, & vbi quis illicitæ rei operam dat, non excusat.*
30 *Recipere sciens quis delinquentem dicitur, si delictum est notorium publicum.*
31 *Receptator, si velit conscientiam à mala suspicione liberare, statim receptos eiicere debet, & rem prudenter magistratui significare.*
32 *Damnum iureiurando probari potest.*
33 *Contumelia & infamia animum iniuriandi præsumit, nisi contrarium probetur.*
34 *Actionum cumulatio permittitur.*
35 *Maritus vxorem adulteram si reduxerit, amplius accusare non potest.*

QVoad formalia, licet difficultas occurrat, quod circa primam appellationem expresse non constat, quo die sit appellatum, circa secundam, scriptione, an verbis: tamen videtur non valere appellatio per authentic. *hodie. Cod. de appellat.* vbi † disponitur, quod debet intra 10. dies appellari. Sed tamen, quia 1
ex verbis Iudicis Ingolstadiani, quibus fatetur Appellantes † coram se prouocasse meliore forma iuris, satis concludenter inferri videtur, intra decendium, atque etiam scripto appellatum, ex quo aliter de iuris optima forma appellari non potuit: Vel si id necessario non sequitur, saltem dubia fiunt formalia per modo dicta verba, in bester Form Rechtens. In dubio autem pronunciandum, valuisse † appellationem, nec causam esse desertam. *secundum Castr. leg. 1. ff. si quis caut. Decius consilio octuagesimo-*

simo tertio, in fin. & consilio 445. numero quadragesimo quinto. Vant. quibus modis sententia nulla reformetur, numero centesimo vigesimo tertio. Parte contraria nil opponente, & iudicibus à quibus deferentibus appellationi, prout hic, putauerim pronunciari posse in principali, hoc defectu non obstante. Et si placuit Dominis, cum de formalibus interrogarentur. Secundo obstare videtur nullitas allegata ab Appellante: sed tamen, quia in causa appellationis, de stylo iudiciorum Ducatus Bauariæ, secundum quem nemini denegatur, etiam coram appellationis Iudice non deducta deducere. Item quia ex actis Cameræ liquidum sit, in quibus noui nihil deducitur, Actori circa merita causæ nullum præiudicium fieri, & sic dato alias nullitatem admissam, eam tamen principali negotio non præiudicare. Ea etiam allegatione non obstante, concludit vt supra, & sic descendendo ad submissionem huius causæ super admissione grauaminum, quærit, an illa ipsa sint admittenda? Et concludit, quod non. Primo, quia non alia continet, nisi in prima instantia deducta. Secundo, quia non videtur, etsi noua deducerent, aliquas nouas probationes Actori superesse. Vnde grauaminibus reiectis, & causa ex officio pro concluſa acceptata, deducit merita: Et *primo De actione. Secundo, An probata. Tertio, L. defensionalibus Reæ. Quarto, De sententia.*

De actione.

Quoad actionem, videri posset de dolo actio intentata propter fraudulenta consilia,
4 quæ † competit ei, qui damnum accipit dolo malo alicuius: Vt si quis aduersus aliquem dolose versetur, fraudulenter consulendo. *Mont. Crisp. de term. act. numero trigesimo, per legem, quod si cum scires, & l. si quis affirmauerit, ff. de dolo. text. & Decius in l. consilii, de regulis iuris.* Idque videtur ostendi posse ex definitione doli. Verum, quia negari non potest, quin aliæ actiones quoque proditæ sint, hoc casu non putat de dolo dan-
5 dam, cum † subsidiaria sit, & tum demum competat, cum nulla alia prodita est, *lege prima, in princip. ibi. si de his rebus alia actio non competat, l. ideoque, Codic. de dolo, l. de dolo, Codic. eodem.*
6 Vnde illis proposita videtur † de seruo corrupto. *Rot. p. 1. de act. seruit. corrupt. versicul. si autem aliquis, & Crisp. vbi supr. de term. act. per legem, vt tantum, §. de filio, & ibi Bartol. de seruo corrupto.* Et quamuis modo in dictis locis tantum mentio fiat filii vel filiæfamilias, tamen per interpretationem idem dicendum de vxore, cum & in vxore militet ratio, quam exprimit Iurisconsultus *de leg. auth. tantam, §. de filio.*
7 Interest † enim mariti non parum, vxoris animum non corrumpi. Vnde eadem debet esse iuris determinatio, *lege prima, §. primo, de fonte.* Facitque quod Rot. ibidem notat, si quis forte causariam vel socium alicuius corrumperet. Vel dicamus actionem in factum institutam ad interesse, & sic ad persecutionem rei familiaris, quæ datur ex omni delicto, vnde
8 † criminalis oritur accusatio ad pœnam, *per tex. & Bar. l. qui nomine. ff. de falsis. l. hodie, §. 1. eodem. l. final. & ibi not. ff. de priuat. delict. l. nec quicquam. ff. pro socio.*

Accusationi autem locum fore in proposito, si falsa non sunt, quæ ab Actore allegantur, putat dubium non esse, *per textum, leg. qui demum, & lege, etsi amicis, l. mater autem, cum ibi not. ff. de adulter.* aut ex alio capite posset oriri accusatio, *per textum, §. interdum quoque, Instit. de obligation. quasi ex quæ delict. nascunt. leg. si seruus seruum, §. si quis de manu, ff. ad legem Aquiliam, cum sequent.* Vel dicamus actum subsidiaria in fac-
9 tum † vel legis Aquiliæ vtili actione, quæ competit quotiescunque à non corpore in non corpus damnum mihi eueniat, & sic occasione iniuriæ vel damni, dolo vel culpa alicuius euenientis, *Inst. de l. Aquil. §. vlt. Rot. p. 1. l. si seruum, §. fin. ff. ad l. Aquil.*

Videtur enim † damnum dare, qui causam 10
damni dat, *dicta lege, item si obstetrix, ff. ad legem Aquiliam*, vel etiam iniuriarum permixtim & legis Aquiliæ vtili in factum subsidiaria actione, quæ † cumulatio in praxi quotidiana est, 11
& de iure tolerabilis, ex quo in regulas cumulationum actio non incidit, *Lanfranc. in rubric. de causa possess. & proprietat. versicul. secundo præmitto.* Vel dicamus principaliter iniuriarum actum, secundarie autem, incidenter † & con- 12
sequenter, ad damna & interesse, quod fieri potest, *per gloss. leg. qui seruum, in verb. exercere potest, ff. de action. & obligation. text. & ibi Bald. numero primo, in lege, dominium, Codic. de iniur. Salycet. dicta lege, numero primo, l. sed & si, quemadmodum, ff. ad legem Aquiliam.* Putat magis vtramque actionem simul propositam, æque principaliter iniuriarum & in factum, propter expressam Actoris declarationem in aliquot productis, se æque principaliter ad vtrumq; agere.

An probata?

Nil putat probatum, percurrendo omnes actiones. Nam quoad actionem seruui corrupti, probari † debuit, suasu & 13
consiliis Reæ corruptam esse vxorem suam, id est, ex bona malam factam, vel ex mala deteriorem. Ita hoc verbum exponit Iurisconsultus, *lege prima, §. persuadere, §. sed vtrum, ff. de seruo corrupto. Rot. p. 1. de act. ser. corr. in princip.* Si vero ciuiliter actum in factum dicere volumus

ad in-

14 ad interesse ex crimine, tunc † seruari debuit solemnitas legis libellorum, id est, inseri tempus & locus admissi criminis. *Mar. p. 4. 1. distinct. num. 30.*

15 Si † vtili legi Aquiliæ, vel in factum surrogata actione, ostendi reuera debuit damnum datum, *l. hoc apertius, & l. proinde, ff. ad legem Aquiliam, § fin. l. Inst. ibid.* Item damnum datum contigisse sine culpa eius, qui passus est. Nam eius aliqua culpa concurrente, non posset in hoc iudicio vincere, *dict. l. si obstetrix, §. fin.*

16 Si iniuriarum † permixtim vel legis Aquiliæ, tunc hæc eadem deducenda fuerunt, tunc etiam iniuriandi animus ex parte Reæ, *l. illud, l. non solum, ff. de iniur.* vel tale effectum, ex quo necessario veniat colligendus animus iniuriandi, *l. 1. Cod. de sicar. l. si non conuitii, ff. de iniur. vbi Salycet.* verbi gratia: Factum, scriptum, gestus vel verba iniuriosa. Illis enim modis fit iniuria. *l. 2. §. 1. ff. de iniur.* Sed illa requisita necessario non sunt probata. Ergo nec actiones. Accedit, quod illud naufragium rei totius domesticæ, de quo Actor vnice conqueritur, sua culpa contigit, ex quo vel mediocris paterfamilias res suas tueri, etiam digressa à se vxore, potuisset, vnde se incusare debet. Item, quod è re & dignitate boni viri est, potius vxorem vagabundam, toties profugam, non habuisse, vel saltem post diuortium non recepisse.

An elisa?

Quod non, concludit. Quoad sententiam, per proximum Iudicem, bene iudicatum, male appellatum, compensando ex æquitate quadam erga bonum maritum expensas.

Votum Correferentis.

Circa formalia appellationis nil dicit, quia ab initio discussa sunt, nec de nullitatibus. Grauamina non admittit per rationes domini Refer. Et nil probari potest vltra, nisi per iuramentum. Ad euius delationem grauaminibus non putat opus. Acceptat causam pro concluſa.

De Actione.

Felin. *capitu. sicut dignum, numero vndecimo, de homicidio*, putat agi de dolo, sed quia concludit, iniuriam magis principaliter quam damnum Actorem prosequi, & quia extraordinaria & odiosa sit, concludit iniuriarum & simul vtilem legis Aquiliæ subsidiariam, vel in factum actionem institutam esse, eamq; competiisse vtilem magis, quam serui corrupti, *l. 1. ff. de ser. corr. l. vt tantum, ibid.*

Et si vix vllum interesse pecuniarium liquidum expresse probatum existimet, tamen, quia
17 satis interest, † marito honesto vxorem non laudari, & sine ea si solus rem domesticã minus commode alicuius iniuria administrare cogatur. Et verisimile sit in recuperandis vestibus, inuestiganda vxore, accedendo ad Iudicem, eum non potuisse non aliquos sumptus facere, & sint tales, quemadmodum iniuriæ æstimatio iuramento probari solet, ideo has actiones cumulat. Iniuriarum actionem putat competere ob præstationem ædium.

An probata?

Præstans † opem, domum vxori delinquenti, afficit summa iniuria maritum, & longe atrociori, quam si quis filium volentem ludere, meretricari, vel quid aliud parum liberale facere, faciat, aut ad popinam ducat. Quibus casibus † actionem iniuriarum patri competere dubium non est. *Hostiens. §. cui detur, numero quinto, & Azo. numero vndecimo, de iniur. In suis summis.* 18 19

Ex vxore autem iniuriam † maritus patitur, § *patitur, Institut. & Cod. de iniur. l. 2.* inque eius animo tacet, de honestate publica, de qua *lege prima.* Adulterium † vxoris est grauius, quam si filius occidatur. *Apost. est ad legem, codicillis, §. penultim. de leg. 2. DD. in lege auxilium. ff. de minoribus.* Quod si probatum fuerit, opem & consilium, aut auxilium à Rea Actoris vxori præstitum, quocunque modo, iniuriam statim satis probatam putabit, & necessario sequi. Sed certum est ex actis, quod non tantum durante lite illa inter coniuges ꝛc. N. Rea dictum adulterum domi suæ contra expressam mariti voluntatem fouerit, sed clam, & ad maritum facta reconciliatione redierat, & bonæ frugis esse cœperat. 20 21

Nam qui † malæ vitæ est etsi non præsumatur eam emendare: tamen propter desistentiam à male viuendi genere, & reuerſionem ad frugem, fingitur nouus homo. *Bald. l. 1. ff. de magistr. conuen.* Et per reconciliationem dictorum coniugum, de quo satis hic constat, omnis præsumptio † mali animi tollitur. *Marsil. leg. 1. §. præterea, numero 102.* Item postquam constat, quam dolose vestes adultera transmittere conata sit, & quomodo fallas literas scripserit, vt hoc efficeret: constat quoq; ex depositione, quam inhoneste hæ duæ vixerint, & alia multa de damno perpesso, & similia vehementissima indicia, quæ ad condemnationem vim probationis habent in delictis. 22 23

Ex mala enim conuersatione, † de qua hic patet, bona, iterum præsumitur mala effecta & vitiosa, *l. ædiles, §. 3. ff. de ædilit. edict.* Et sic arguit, maritum graui iniuria affectum: quia qui damni occasionem † dat, damnum dedisse videtur, *capit. final. de iniur. leg. nihil interest, ff. ad l. Corn. de sicar.* 14 25

Cæterum iuris præsumptione certum est, si † quis post delictum perpetratum, auxilium 26
fert, ante vel post recipiat, aut comitetur, aut lite-

literas saltem scribat, *lege prima, §. final. ff. ad leg. Iul.* aut quomodocunque aliter opem, consilium, fauorem ei præstiterit. *Bald. lege prima, C. de corrupto seruo, numero sexto, in verb. auxilium*, communicato consilio recipientis, eoque sciente delictum commissum esse, *Felin. dicto capite sicut dignum, numero quarto.* Et quidem illa præsumptio adeo firma est, vt contrarii probatio committenti vel opem ferenti incumbat. *Bald. leg. non ideo minus. C. de accusat. Hyppo. leg. si in rixa, ff. de sicar. numero trigesimo octauo*, atque propterea nunc pari, nunc mitiori pœna iuxta negotii qualitatem puniendus veniat. *DD. late l. prima, C. de rapt. virg. Salyc. ibid.* Quod hic, quia pœnæ prosecutio ad nos non spectat, locum non habet.

37 Concludit illas prægnantes † præsumptiones ad condemnandam Ream Actori sufficere. *Cyn. lege sciant, C. de testibus.*

An elisa?

Et sunt exceptiones potissimæ, quod sola non receperit, quod permittente prætore, quod cum ignorantia, quod ignoranter, quod à senatu mulctata semel, puniri amplius non debeat.

Verum hæc omnia non obstant: Nam satis est post reconciliationem solam, Ream illam adulteram, sine aliqua prætoris permissione,

28 aut † mariti scientia, & recepisse, & auxilium ei abeunti præstitisse, vnde occulti consilii particeps dicitur. *Salycet. dicta lege vnica, Codic. de rapt. virg. Bald. lege qui data opera, C. qui accusare non possunt.*

Ignorantiam non potest prætendere, cum

29 in delictis, & vbi quis † illicitæ rei operam dat, ignorantia non recuset. Et sciens quis dicatur

30 quem recipere, si delictum † est publicum ac notorium, vti Reæ hic fuit, dum fatetur, paulo ante se mulctatam fuisse, *gloss. & Bart. lege prima, ff. de receptator.* Imo debuit conscientiam à

31 mala suspicione exoneratura, non tantum † statim adulteram eiicere, sed etiam prudenter rem marito significare. *Felin. dicto capite, sicut dignum est.* Quod à senatu mulctata est, ei non opitulatur. Primo ob expressam reseruationem senatus iuris Actoris, quod nusquam negatur, & ille affert reseruationis probationem, & si illa facta non fuisset, nihilominus suam iniuriam prosequi, & pro suo interesse agere potuisset. Dato etiam, quod ad suam instigationem Rea à senatu mulctata prius fuisset. *Boerius ad consuetud. Biturig. titul. de iurisdiction. §. 17. vbi gloss.* quod nec liquidatum nec etiam probatum sit, contra communem theoricam iuris, quam ponit Hyppol. *singul. 338. incip. extant statuta.* Id quoque non refert, quia sufficit iniuria maritum affectum probatum esse, & quod damnum,

32 qualecunque † illud sit, iureiurando, sicut ipsam ipsius iniuriæ æstimationem, adhuc probari possit, *per supra dicta circa actionem, Rot. in action. de seruo corrupto, circa fin. Et quæ habentur Institut. de iniur. §. pœna.* Subsecuta tamen æstimatione Iudicis. *Pet. Iac. de act. iniur. ex l. Cornel. num. 5.*

Quare concludit, probatam actionem, non elisam, & pronunciandum, male in proxima instantia pronunciatum, bene appellatum, & primam sententiam reformandam esse, der Gestallt/ si Actor iuret, quod malit de suo quadraginta adiudicatos sibi florenos communes amittere, dann solche sibi per Ream zugefügte Iniuri/ Spott/ Hohn/ Schaden vnd Saumbsall/ adhuc semel pati, Daß solches gehört werden/ & fieri debeat, quod iuris: prius præstito iuramento: quod Rea Actori die Summ der viertzig in der ersten Vrtheil zuerkandten Gülden/ inn Zeit derselben Vrtheil eynverleibt/ auch die Gerichtskosten allenthalben auffgelauffen/ zu erlegen vnd zu bezahlen schuldig sey/ ad quod Ream condemnat.

Quoad expensas, si Domini putarint propter sententiam, quam pro se Rea habet: Item ideo, quod per præsumptiones magis, quam probationes veras Actor obtinet, vnnd daß er auch an jhme selbst non honestissimus, sed quod adulteram toties receperit, leuior, expensas compensandas non repugnat: mallet tamen in iis Ream condemnare, quia dolo ab initio non careat, rei licitæ nunquam studuerit, & forma quid nouitatis sit allatura.

Votum III.

Quoad formalia vt Referentes. Quoad grauamina, dicit, non admittenda. Causam pro concluſa acceptat.

Quoad actionem, videri potest, actum serui corrupti vtili, quia ex narratione & petitione sumitur actio. Concludit actum iniuriarum & ad damnum subsidiaria in factum, & quod coniungi possint, *gloss. l. damnum, ff. de iniur. & ibi Faber.*

An probata?

Animum iniuriandi probatum putat, & ipsa contumelia † & infamia animum iniuriandi præsumit, nisi contrarium probetur. 33
Blancus in sua praxi crim. §. visis indiciis. Imo & dolum probatum esse per text. *l. 1. §. quod autem, & l. doli. ff. de seruo corrupto, Butr. & Doctores l. 1. §. qui seruum in fuga. ff. de acquirenda possessione. Follerius in praxi criminal. §. item quod fuit, numero 5. & 8.* Concludit animum iniuriandi & fraudem multis indiciis ostensam. Concludit non elisam, & damnum probatum, quod eo ipso, quod diuertit culpa Reæ, vir caruerit illius opera & ministerio. Pronunciat, vt Corref. exprimendo aliquam summam.

Votum IV.

Quoad formalia & nullitates vt Referentes.
34 Concludit in factum † & iniuriarum actione conueniri Ream, quæ cumulatio permittitur, *l. si quis. §. sed etsi, ff. ad l. Aquil. l. 1. eodem tit.*

An probata?

Et certe hic non temere negatiue respondeti potest. Nam cum in illis duabus actionibus concurrentibus, cum duæ sint æstimationes, alia iniuriæ, alia damni, *dicta lege, sed & si prima, §. iniuriam, ff. ad legem Aquiliam.* Damnum vero specifice nullum plane probatum, similiter nec iniuria, quod scilicet Rea animo iniuriandi maritum, vel in eius contumeliam, vxorem receperit, ne dicat, etiamsi qua iniuria illata sit, tum
35 maritus adulteram reduxerit, vt eam † non amplius accusare potuerit, *l. si vxor, §. si quis, & §. vlt. ff. de adult. cap. quemadmodum, de iureiur.* Sic quoque omnem iniuriam remisisse videatur, ideoque iniuriarum agere nequeat, quemadmodum libellus etiam nec locum nec tempus continet: Dubium est, an, & qua ratione Rea condemnari, & pro Actore æstimatio fieri possit, tamen ex ipsius rei indignitate, Reæ confessione, productis attestationibus, senatus testimonio, vnnd daß sie selbst ein leichtfertig Weib/ & ideo capta & mulctata fuit à senatu, ne postmodo in sua malitia glorietur & Actori insultet, putat, man könte sich nicht vergreiffen/ si causa pro conclusa acceptetur, sic reformando primi Iudicis sententiam, Actore de iniuria & damno simul prius iurante, in 40. condemnaretur aureos, vestes omittendo, quæ mulieris propriæ fuerunt, compensatis expensis, *iuxt. not. Specul. titul. de exp. §. nunc videndum restat, numero 8. versicul. quid. de appellat.* Item quod ex præsumptionibus condemnatio fiat, & sententia reformetur.

Tenor Sententiæ.

IN Sachen Georg Christoff N. Appellanten eins/ contra Elisabetham N. Appellatin anders Theils/ seynd die vorbrachte grauamina nicht/ sondern die Sach vor beschlossen hiemit angenommen. Darauff vnd allem Vorbringen nach zu Recht erkandt/ daß durch Richter nechst vorgehende Instantz vbel gevrtheilet/ wol davon appelliert/ vnd die Vrtheil erster Instantz zu reformiren sey/ als wir sie auch hiemit reformiren/ nemlich der gestallt/ möge vnnd wölle gedachter Appellant ein Eyd zu Gott/ vnd auff das heylig Euangelium schweren/ daß er lieber die zuerkandte viertzig Gülden von dem Seinigen verlieren/ oder so viel entberen/ dann jhme durch ermeldte Appellatin zugefügte in actis angezogene Schmach/ Schaden vnd Saumbsall gedulden vnd leyden/ vnd er thue das also oder nicht/ ferner ergehen soll/ was Recht ist.

Præstito iuramento: In Sachen/ vt supra, fiat sententia, vt in aliis causis factum est, compensatis expensis.

VOTVM VII.

In causa Lupoldi N. contra Steffan N.

Iniuriarum, & inprimis de probat. adulterii.

SVMMARIA.

1 *Maritus in vxoris pudore propriam iniuriam patitur.*
2 *Iniuria quæ fit iis, qui vel potestati nostræ, vel affectui subiecti sunt, ad nos spectat.*
3 *Vxor, viro facta iniuria, iniuriarum agere non potest.*
4 *Defensio officium virile est, non muliebre.*
5 *Actionis iniuriarum fundamentum est animus iniuriandi.*
6 *Iniuria ex affectu facientis consistit. & numero 39.*
7 *Propositum & voluntas maleficia distinguunt. & num. 40.*
8 *Verbum iniuriosum siue in genere, siue in specie, importat aliquod delictum commissum.*
9 *Verba illa, latro, gladiator, fur, &c. iniuriosa sunt, etiamsi proferantur in genere, nec certam speciem maleficii in se contineant.*
10 *Verbum iniuriosum omne, præsertim si sit atrocissimum, præsumitur animo iniuriandi prolatum, nisi contrarium probetur.*
11 *Negans in actione iniuriarum probare debet negatiuam.*
12 *Negatiua in actione iniuriarum quomodo probetur.*
13 *Propinqui, coniuncti, magistri vel maiores iniuriarum non præsumuntur, sed magis animum corrigendi habere.*
14 *Animus talis præsumitur, qualia verba sunt & facta.*
15 *Infamare dicitur ille, qui pronunciat aliquod verbum, quod infamiam alicuius continet.*
16 *Nocentem infamans, non debet ob eam rem condemnari.*
17 *Peccata nocentum nota esse oportet.*
18 *Testimonium de visu & auditu proprio ad probandum adulterium de iure conueniens est, probatque carnalem copulam, non tamen sufficiens sed euidens est.*
19 *Testes etiamsi viderint virum super mulierem, non tamen coitum probant.*
20 *Adulterium non directo, sed tantum ex præsumptione probatur.*
21 *Testes, si viderint virum & mulierem in latebris exosculantes se mutuo & amplexantes probant adulterium.*
22 *Osculum & amplexus sunt actus propinqui ad actum venereum.*

23 Ad

23 *Adulterium probatur ex eo sufficienter, quod quis cum sola mulitre horis ad hoc commodis, in camera repertus sit, vel ipsam osculatus fuerit, tetigerit, aliosve actus propinquos adhibuerit.*

24 *Meretrix probatur, non solum ex actu venereo, sed etiam ex circumstantiis vt plurimum verisimilibus, vt ex introitu scholarium de die & nocte.*

25 *Scholaris loquens cum puella non præsumitur ei dicere, Pater noster.*

26 *Actus vbi non potest probari directo per sensum, sufficit testes deponere super actibus propinquis.*

27 *Dictum testis concludere præsumptiue sufficit, quando præsumptio est violenta & iuridica.*

28 *Testimonium de credulitate valet, vbi credulitas est proxima sensui, per quam percipitur veritas: secus si remota.*

29 *Præsumptio adulterii excluditur præsumptione consanguinitatis.*

30 *Scelus inter consanguineos lex non præsumit.*

31 *Præsumptio adulterii quando cesset. numer. 27. 28. 29.*

32 *Clericus osculans mulierem non præsumitur hoc facere animo venereo, sed ex charitate & bono Zelo.*

33 *Delicta in domo commissa per domesticos probantur.*

34 *Testis de visu cum fama, aliisque adminiculis sufficiens est probatio in delictis, quæ occulte fiant.*

35 *Adulterii adminicula & præludia sunt tactus, visus, risus, iocus, missio nunciorum, cohabitatio, amplexus, osculum, &c.*

36 *Ab iniuriarum actione vt quis eximatur, non solum requiritur veritas conuitii, verum etiam quod absit libido & voluntas iniuriandi.*

37 *Defectus nostros detegi inhumanum & iniuriosum est.*

38 *Conuitii veritas an excuset ab iniuria.*

41 *Iniuria vna est, si quis vno impetu plura verba iniuriosa dixerit.*

42 *Verborum multiplicatio non inducit multiplicationem legati: nisi fiat à pluribus personis.*

43 *Delictum & conuitium vnum est, cum in vnum plures voces iniuriosæ conferuntur.*

44 *Iniurias iterans grauius puniendus.*

45 *Iniuria dicitur atrox respectu personæ, temporis, loci & ex qualitate inferentis eam.*

46 *Iniuriæ æstimatio fieri debet per iuramentum iniuriati, secuta tamen postea taxatione Iudicis, ne ille in infinitum iuret.*

47 *Actio iniuriarum infamiam condemnato irrogat, siue ciuiliter, siue criminaliter sit intentata.*

48 *Infames in consistorio Principis procuratores esse non possunt.*

49 *Curia Principum ab infamibus fœdari non debet.*

50 *Infamis an possit esse procurator.*

51 *Via mitior in pœnis eligenda.*

52 *Libellus in quo & æstimatio, & satisfactio iniuriæ petitur, non procedit, nec admittitur, secus quidem in Camera.*

53 *Pro eodem delicto nemo bis puniendus.*

54 *Pœna maior delicto esse non debet.*

ACTVM actione iniuriarum prætoria ciuiliter, ad vindictam & æstimationem contumeliæ, *l. 2. §. emancipatus, vbi glos. verbo, magis, ff. de col. bonorum. Bart. l. prætor edixit, §. si dicatur, nu. 1. ff. de iniur.* vbi latius explicat, quando dicatur actio iniuriarum ad vindictam intentata. *Rom. cons. 117. num. 2.* Actum, inquam, iniuriarum, tam proprio quam vxoris nomine. Nam † maritus 1
etiam in vxoris pudore propriam iniuriam pati dicitur, *l. 2. C. de iniur. l. 1. §. 3. ff. eod. tit.* Spectat † e- 2
nim ad nos iniuria, quæ fit iis, qui vel potestati nostræ vel affectui subiecti sunt, *d. §. item, 3. vbi glos. verb. affectui, §. patitur, Inst. eod.* Contra autem si viro iniuria facta sit, vxor † iniuriarum agere 3
non potest, *l. 2. ff. de iniuriis, d. §. patitur.* Ratio adsignatur vbique. Quia defendi vxores à viris, non viros ab vxoribus æquum est. Defensio enim officium † virile est, non muliebre, *l. 1. §. 1.* 4
ff. ad SC. ad Velleia. l. 2. ff. de reg. iur. Henning. cons. 102. nu. 5. cum seqq. vbi hoc in pulchro casu limitat.

An probata?

Quæ sint huius actionis requisita notum est ex Rofredo. Fundamentum vero & principale requisitum in omni actione iniuriarum † est a- 5
nimus iniuriandi. Iniuria enim ex † affectu faci- 6
entis consistit, *l. 1. §. illud, ff. de iniur. Henning. consil. 106. nu. 27.* Nec enim factum quæritur, sed causa faciendi. Nam maleficia † propositum & vo- 7
luntas delinquentis distinguunt, *l. qui iniuriæ, ff. d. tit.* Videndum igitur, an probatus animus iniuriandi. In iure nostro verbum iniuriosum dicitur, siue in genere, siue in specie importat † 8
aliquod delictum commissum, prout declaratur *l. item apud Labeonem, §. ait prætor, numer. 3. ff. de iniur. Barto. l. 3. nume. 2. ff. de liber. & posthum.* vbi dicit, quod verba illa, † *latro, gladiator, fur, &c.* li- 9
cet proferantur in genere, nec certam speciem maleficii in se contineant, tamen iniuriosa verba sint. Idem tradit Alexand. *dicta lege 3. numero 1. Angel. tractat. malef. verba iniuriosa. in pr. mihi fol. 354. Henning. dicto consil. 106. num. 28. Felin. cap. cum te, nume. 18. de sent. & re iudic.* In præsenti vtrumque factum est. Nam adulterium vxoris, tam in genere quam specie Actori palam, & in publico obiectum fuit, er wölle es beweisen / wüste einen / &c. Deinde in personam Actoris alia conuitia, vt supra 8. 9. artic. & per testes productos sufficienter probantur. Nam 5. artic. probat. 2. & 7. testes ad 6. interrog. & 2. test. product. in quarta causa ad 8. interrogat. & quatuor testes ad hunc articulum cum causa scientiæ, quia-

met audiuit art. verba. Octauum artic. probat 2 test. ad 6. interrog. Nonum probat. 2. test. vt supra, & 3. test. ad 31. artic. 17. in effectu creditus est, quia fatetur Reus se dixisse, er wölle einen darstellen / der es gesehen / &c. prout etiam ponit in 15. defens. 18. artic. Reus quoque non diffitetur. Et probatur per 12. 19. & 20. testes. Quod autem articulata conuicia animo iniuriandi obiecta sint, dubium non est.

I. Quia de iure communi omne verbum in-
10 iuriosum † præsertim si sit atrocissimum, vt hoc, præsumitur animo iniuriandi prolatum, nisi contrarium probetur. *leg. si non conuicij. vbi glos. verbo probare. C. de iniur. Bald. d. l. 1. ff. ibid. Communiter Dd. ibid. Angel. vbi supra verb. verba iniuriosa.*
11 *Henning. d. consil. 106. nu. 28.* Et neganti † incumbit onus probandi, quod non dixerit animo iniuriandi, & sic negatiuam negans probare debet. *Bald. d. l. si non conuicij.*

12 Probatur † autem negatiua, si verba iniuriosa dicta sunt à propinquis & coniunctis perso-
13 nis. Item à magistro † vel maioribus, in quibus præsumitur abesse animus iniuriandi. *glos. not. l. 2. teste verbo testimonium. ff. de iniur. Bartol. l. vt vim. ff. de iust. & iur. nu. 4. in fin. Angel. vbi supra verbo verba iniuriosa.* Nam in huiusmodi personis magis præsumitur animus corrigendi, quam iniuriandi. *fac. l. vn. C. de emend. propinq. l. vn. C. de emend. Seru.*
14 Ratio † dictæ constitutionis est, quia talis præsumitur animus, qualia verba sunt & facta *l. quod Labeo. ff. de supp. leg. Bald. d. l. si non conuicij. in pr. Rom. consil. 96. num. 4.*

II. In Reo nostro animus iniuriandi adfuisse præsumitur, quia publice infaustas illas voces euomuit in vicinia: vesperi, nocturno tempore, non clam, sed magna vociferatione.

III. Quia in publico infrenata conuiciandi libidine proclamauit, se habere eius rei probationes in promptu, ja ich wils beweisen / oder ein Schelm seyn / *per doctrinam Bartol. leg. turpia. num.*
15 *3. ff. de leg.* 1. Vbi tradit, quod infamare † dicatur ille, qui pronunciat aliquod verbum, quod infamiam alicuius continet. Ita tradunt *Dd. l. 3. de lib. & posth. Henning. consil. 106. num. 30.* Denique accedunt colloquia vltro citroque, priuatim, domi forisque, cum familia Actoris habita. Ex quibus omnibus animus iniuriandi clarissime ostenditur. Et primum concludo actionem multipliciter probatam.

An cl sa?

Reus vt dixi, non diffitetur criminationem, sed omnem victoriæ speciem in veritate conuicii ponit. Nam quod nocentem infamauit,
16 non debet ob eam † rem condemnari. Pecca-
17 ta † enim nocentium nota esse oportet. *leg. eum qui nocentem. ff. de iniur. vbi Bartol. in fin. l. si non conuicij. C. eod. & ibi Doctores.* Quapropter iam anteactam vitam Actricis diligenter inquirit, quomodo se iam ab ineunte ætate, & quasi ab incunabulis, præterea constante matrimonio gesserit. Sed vt compendio dixerim, quod sentio, nihil aut parum probat. Testes enim tam domestici, quam vicini vno veluti ore omnes deponunt, quod honeste semper & vbique se gesserit; vnico tantum excepto, qui certe secundum iuris formulam adulterii infamiam probare videtur, dum diserte verbis de actibus propinquis deponit, quod scilicet ludimagistrum vna cum Actrice in eodem cubiculo, eodemque lecto nudum cum nuda inuenerit. Tale † testimonium de visu & auditu proprio ad 18
probandum adulterium de iure conueniens dicitur, probatque carnalem copulam. *text. sing. c. præterea. de test.* sufficiens enim testimonium in hoc reddi non potest. Ideo inquit text. *dict. capit. præterea, vbi etiam annot. Pan.* satis esse, quod sit euidens quia sufficiens dari non potest. Licet enim testes viderint virum super mulierem, non hoc necessario infertur, † quod illam cognouerit, quia multa possent esse impedimenta, quia 19
frigidus & maleficiatus erat, vel non poterat tunc coire. *Ita Panormit. dict. capit. præterea. in pr.* Hinc pro regula traditur: adulterium † non 20
potest directo, sed tantum ex præsumptione probari, veluti si nudus cum nuda in eodem lecto repertus sit. *dict. capit. præterea. & capit. tertio loco. de præsumpt. Angel. vbi supra, verbo, adulterato. versicul. visis. numer. 41.* Item si testes viderint virum † & mulierem in latebris se osculantes 21
mutuo & amplexantes, probant adulterium, quia sunt † actus propinqui ad actum venere- 22
um. *Ita Panorm. dict. capit. præterea. numer. 2. & expresse ita tenet Barto. l. 5. numer. 2. ad l. Iul. de adult. l. quod ait lex. numer. 2. eod. titul.* vbi dicit, si quis reperiatur in Camera cum muliere, quod sint præparatoria Veneris, & quod per ista verisimilia probetur adulterium. *Et Panor. d. c. 3 loco. nu. 4.* dicit, quod si aliquis repertus † fuisset in Came- 23
ra cum sola muliere, horis ad hoc commodis, hoc sufficere ad probationem delicti, vel ipsam osculantem vel tangentem, vel in similibus actibus propinquis. Et Bald. *dict. leg. neque natales. C. de prob.* dicit, quod aliqua sit meretrix, † pro- 24
batur non probato acta, sed circumstantiis vt plurimum verisimilibus, vt quia passim intrabant domum eius scholares de die & nocte, quia quando † scholaris loquitur cum puella, 25
non præsumitur ei dicere Pater noster. *refert & sequitur vbi supra Angel. verbo adulterato. numer. 41. in fin.* Hinc Panor. *cap. ex literis. num. 1. de præsumpt.* dicit, quod † vbi actus non potest probari dire- 26
cto per sensum, sufficit testes deponere super actibus propinquis, dum tamen adiiciat, se credere ita esse. In tali casu testimonium de credulitate valet. Sufficit † enim dictum testis con- 27
cludere præsumptiue, quando præsumptio est violenta & Iuridica *per text. dict. capit. literis. in fin. vbi Panorm. num. 1. allegans Bartol. l. 1. ff. si cert. pet.* Addit quod regulariter † testimonium de cre- 28

duli-

dulitate valeat, vbi credulitas est proxima sensui, per quam percipitur veritas, vt si testis dicit, se vidisse nudum cum nuda in eodem lecto, vnde credit eos adulterium commisisse, talis testis probat. *d. cap. ex literis. de test.* Secus si credulitas remota sit à sensu tali, vt si dicat testis, quod vidit virum & mulierem confabulantes, & ex eo credit, copulam subsecutam, talis credulitas non probat, quia est nimis remota à sensu vel actibus, per quos veritas percipitur. *Ita Panor. cap. quoties. num. 6. de Test.* Probari igitur adulterium non potest directo, sed per coniecturas & præsumptiones, *vt supra in loco alleg. adde gl. leg. 1. §. qui puero. vers. propter. ff. de extraord. crim. Angel. leg. 1. § si simul. ff. ad l. Iul. de adult. num. 3. Idem l. si qui adulterij. Cod. eod. in fin.* Illud obiter obseruandum, quod sicut per præsumptionem probatur adulterium plene, scilicet per alias præsumptiones excluditur
29 dicta probatio, & præsumptio † præsumptiua, puta præsumptione consanguinitatis, vt si consanguineus consanguineam osculatus, vel cum ea in actibus propinquis deprehensus sit. Nam tali casu consanguinitatis præsumptio facit cessare præsumptionem adul-
30 terii, quia lex † non præsumit scelus in talibus personis, licet tales actus probentur. *fac. text. l. eum qui. Cod. de Episc. & Cler. Angel. d. l. 2. §. si simul, num. 3. & d. l. si adulterij. & d. tr. malef. num. 42.*
31 Prædicta præsumptio † adulterii cessat etiam
32 in clerico, qui non præsumitur oculari † mulierem animo venereo, sed ex charitate & bono zelo. Nam in eo non præsumitur adulterii præludium. *glos. cap. absit. verbo si instrumentum. 11. q. 3.* Sed *Angel. d. tr. malef. num. 9. inquit*: *A TALI CHARITATE LIBERA NOS DOMINE.* Cũ igitur in præsente casu testis iste de visu & auditu proprio deponat, si constantem haberet, procul dubio fidem de cõmisso adulterio faceret, Nec refert, quod sit domesticus, quia delicta, quæ
33 in domo † committuntur, per domesticos probantur. *l. consensu. §. sin autem aliter. Cod. de Repud. Rom. cons. 451. num. 7. Alexand. consi. 77. nume. 4.* vbi dicit, quod ad probandum ea, quæ secrete aguntur in domo, admittuntur ad testimonium illi, qui sunt de domo. Quoniam vero præsumptionem violentam fama consentiens subministrat. *d. cap. præterea.* & vnus
34 testis de visu † cum fama, aliisque adminiculis sufficiens sit probatio in delictis quæ occulte fiunt, *Pan. d. cap. præterea. num. 8. per text. in auth. si quis ei. Cod. ad l. Iul. de adult.* Videndum obiter de cæteris adminiculis à Reo articulatis, an sint
35 probata. Adminicula & † præludia adulterii sunt tactus, visus, risus, iocus, missio nunciorum, cohabitatio, amplexus, osculum, & similia, *Pan. d. cap. præterea. num. 7. Ang. d. tr. nu. 9. gl. l. 1. §. qui. verbo propter. ff. de extraord. crim. Bart. d. l. capite quinto. ff. de Adult. DD. vbi supra.* Reus pro adminiculo ponit 27. & 28. art. defens. quod dictus ludimagister offtmhals den Kopff in jren Schoß gelegt. Hos articulos veros dicunt testes duo domestici. Porro in 29. arti. ponit de fama publica quod publice diffamata fuerit Actrix cum dict. ludimagistro, quem verum dicunt 2. & 5. test. ad 26. art. in 2. causa producti. Ex quibus consentaneum videtur adulterii infamiam satis probatam esse.

Cæterum, quia omnes testes, vno vel altero excepto de integritate, & vitæ honestate Actricis deponunt, & articulata fama legitimo modo probata non sit, vtpote non habens actum ex probabilibus coniecturis, quod requiritur, præsertim in criminalibus, *per not. Panorm. c. veniens. num. 8. de test. & ibi communiter Canon.* mallem in humaniorem partem descendere & pro honestate potius, quam adulterio præsumto concludere, Idque eo magis in præsenti casu iuiuriarum, quod etiam veritas conuicii Reum non excusaret ab iniuria. Nam ad hoc, vt eximatur quis ab
† iniuriarum actione, non solum requiritur 36
veritas conuicii, verum etiam, quod absit libido & voluntas iniuriandi. *text. not. l. iustissimas. Cod. de off. Rector. prouinciæ. fac. l. quisquis. Cod. de postul. l. 3. ff. quemadmodũ testam. aper.* Non enim debet aliquis alterius infamiam sine causa detegere. Defectus † enim nostros detegi inhu- 37
manum & iniuriosum est. *l. 2. Cod. quando & quibus 4. pars & c. lib. 10.* Hanc quæstionem, quando scilicet † veritas conuicii excusat ab iniuria, 38
tractant Ioannes Andr. *ad rubr. Spec. de iniur. in pr. Couar. var. resol. lib. 1. cap. 11. numer. 6.* quibus locis varie distinguunt an expediat Reipublicæ scire conuicium vel non, an extra vel in iudicio obiectum sit, sed parum ad propositum. Nam posito, adulterium commissum fuisse, non tamen debuit Reus illud eo modo propalare. Sapientis dictum est, *clam arguas propinquum, sed palam laudaueris.* Atque hic palam non laudatus, sed atrocissime diffamatus fuit Actor in rixa, & sic animo non corrigendi, sed iniuriandi. Et ita in specie tradunt Oldrad. *consi. 83. Rom. consi. 96. Pan. d. c. cum te. n. 29. de re. iud.* quibus locis dicunt, quando sine causa conuitium dicitur, puta in rixa, tum et si quis verum dicat, tenebitur actione iniuriarum, siue illud conuicium venit ex culpa, siue non, quia tunc substantiale requisitum adest, scilicet animus iniuriandi. Iniuria
† enim, vt dixi, ex affectu facientis consistit, *d.* 39
leg. illud, cum in delictis † consideretur voluntas 40
& non exitus, *l. diuus. ff. ad l. Corn. de sicar. Oldrad. & Rom. vbi supra.* Frustra igitur & calumniose post factum contendit & adserit Reus, corrigendi gratia conuicium dixisse, & sic animum iniuriandi nõ habuisse, *per tex. d. l. vnica. C. de emend. propinq. Panorm. d. cap. cum te à B. nu. 29. & communiter DD. vbi supra*, iuxta illud: *Amici vitia si feras, facis tua.* Quia ex tot iteratis iniuriis animus prauus manifeste colligitur, quod cumulate in rixa,

publice, nocturno tempore, in vicinia conuicia dixerit, vt propriæ libidini & iræ satisfaceret. Quæ porro de N. & famulo Actoris articulantur, nouam iniuriam concernunt, ideoque adminiculum adulterii ad factum præcedens nullum præstant. Præterea nihil de iis quoque probatum est, quod opinionem vtriusque grauare possit. Vnde paucis concludo, actionem probatam & non elisam esse.

Quid pronunciandum.

Quoniam in libello multæ iniuriæ cumulantur, dubitari posset, vnane iniuria, an plures in iudicium per litis contestationem deductæ sint; Verum communiter concludo,
41 † vnam iniuriam esse, si quis vno impetu plura verba iniuriosa dixerit. *leg. Prætor. §. si nihil. l. item apud Labeo. §. ait prætor. ff. de iniur.* Quemadmodum in simili multiplicatio verborum
42 † non inducit multiplicationem legati. *l. Mæuius. §. eum qui ff. de leg. 2.* vna enim est persona, quæ verba multiplicauit. Ergo vna iniuria; secus si plures fuerint personæ iniur. *Albert. tr. statutor. libro 2. quæst. 39. per tot. quam refert & sequitur Angel. d. tr. malef. verbo, verba iniuriosa. numero 6. Couar. d. l. 2. item apud Labeonem. §. ait prætor. num. 2.* distinguit, si oratio pluries repetatur, quod sit vnum verbum, siue vna iniuria, & vnum testamentum, secus si sint diuersæ orationis significantes diuersa, quia tunc dicuntur plura verba iniuriosa. Ita quoque Bar. *l. nunquam plura. num. 11. ff. de priuat. del.* Sed vt di-
43 xi communior est opinio, quod sit † vnum delictum & conuicium, cum in vnum plures voces conferuntur. *dict. leg. item apud Labeo. §. conuicium. Doctores. vbi supra.* grauiori tamen pœna ob eius repetitionem puniendus. *dict. l. illud. §. fin. Couar. dict. loco & num. cit.* Cum igitur hic sit sæpius reiterata, non solum eadem iniuria, verum etiam plures aliæ cumulatæ, certe earum omnium Iudex in æstimatione consiederationem habere debet grauiusque pro-
44 pter iterationem † delinquentem punire. *dict. leg. illud. §. fin.* Et hoc sentit quoque Bartol. *dict. leg. nunquam plura. num. 11.* vbi dicit, quod iniuriatus debet plures iniurias in eodem libello coniungere, tamen ex qualibet per se imponitur pœna. *leg. non est nouum. ff. de act. empti.* quæ quidem pœnæ impositio Iudicis arbitrio re-
45 linquitur, considerando atrocem † vel atrociorem iniuriam ex qualitate personæ inferentis, & eius cui illata est, item loco, tempore, aliisque circumstantiis. *leg. atrocem. C. de iniur. §. atrox. instit. eod. l. prætor edixit. §. atrocem. ff. de pœnis. Rom. cons. 117. num. 2. in fin.* Nam iure nostro non est certa pœna iniuriarum, saltem vbi ciuiliter actum est, determinata, iuribus supra alleg. *Henning. cons. 33. num. 25.*

Consideratis igitur personis, loco, tempore aliisque circumstantiis iniuriam hanc ad 200. flor. æstimarem, præstito tamen affectionis iuramento Actoris. Communis enim opinio est, quod iniuriæ † æstimatio, siue agatur actione prætoria, siue ciuili, fieri debeat 46
per iuramentum iniuriati, secuta tamen postea taxatione Iudicis, ne ille in infinitum iuret. *glos. sing. leg. iniur. æstimatio. vbi Bart. ff. de iureiur. Panorm. cap. cum te à B. de re iudic.* Sed quia iniuriarum actio † infamiam condemnato ir- 47
rogat, siue criminaliter, siue ciuiliter sit intentata. *leg. 1. ff. Qui not. infam. l. athletas. §. fin. eod. tit.* siue leuis aut modica, siue atrox sit iniuria. Nam ex condemnatione cuiuscunque iniuriæ infamia irrogatur, vt est communis opinio, *vt refert Panorm. d. cap. cum te à B. num. 2. & 6. per illum tex. Felin. ibid. num. 9.* dicit esse communem, non video, quomodo Reus in iudicio permanere possit, cum † infames in consisto- 48
rio principis procuratores esse non possint, *vt tradit Bald. leg. 1. §. ait prætor. ff. de postul.* Addit rationem, quia † talis curia non debet ab infami- 49
bus fœdari. *leg. sed & milites. §. scribit autem. ff. de excus. tut. sequitur Iaf. §. fin. instit. de act.* vbi plene tradit, an † infamis possit esse procurator. *dict.* 50
l. ciuili, per text. dict. §. fin. Secus de iure Canonico. *cap. 2. & ibi gl. verbo. nec procurator. 3. q. 7.* Sed nec de iure ciuili in consistorio principis procurator potest esse infamis. *Doctores vbi supra.* Id quod ordinationi quoque consentaneum est. Quapropter Reus noster, aut loco, aut ordine remouendus. *iuxta leg. qui iniuriarum. & leg. fin. ff. de iniur.* aut sententia in procuratorem suum concipienda, quo casu neque Reus principalis, neque eius procurator infamia notantur. Hanc cautelam tradit *glos. dict. cap. cum te à B. num. 3. & ibi Felin. num. 2.* qua in præsenti, cum in pœnis mitior via sit † eligenda. *capit. in* 51
pœnis. de reg. iur. in 6. vtendum esse concludo. Quod petitam reclamationem attinet, an cumulari possit cum actione iuiurjarum, qua ad æstimationem iniuriæ agitur, dubitari solet per ea, quæ tradit Mar. *part. 4. dist. 1. nume. 10. & 12.* vbi concludit, non † procedere libellum, 52
in quo vtrunque petitur, æstimatio scilicet, & satisfactio iniuriæ, cum vtraque tendat ab vindictam, & pro † eodem delicto, non de- 53
bet quis bis puniri. *l. pen. §. fin. ff. naut. capon. stab. cap. at si clerici. §. de adulteriis. de iudic.* ne pœna † sit maior delicto contra *leg. sancimus. Cod. de* 54
pœn. Sed in Camera vsu receptum est, cumulari posse, vt obseruauit quoque Mynsing. *obseru. 98. cent. 2.* eo quod ciuilis sit non criminalis actio iniuriarum reuocatoria. Vnde in Camera talis libellus valet & concludit. Cum tamen in præsenti Reus satis graui pœna pecuniaria, considerata vtriusque persona, puniatur, ne afflicto addatur afflictio, concludo in sententia reclamationis nullam mentionem

faci-

faciendam, sed pronunciandum in communi forma super sola pœna pecuniaria, cum refusione expensarum. Saluo.

Sententia.

In Sachen E. N. N. Klägern eins/ gegē vnd wider D. N. N. als Anwaldt vnnd Herrn deß Kriegs D. N. N. & consortes Beklagten/ anders theils iniuriarum. Ist zu Recht erkannt/ schwere gemelter Kläger selbst/ oder durch seinen Vollmächtigen einen Eydt zu Gott/ vnnd auff das heylig Euangelion/ daß er lieber hundert Gülden Rheinisch von dem Seinen verlieren/ oder so viel nit haben/ dann die Schmach in fürbrachten Klagen angezogen gedulden oder leiden wölle/ daß solches gehört werden/ vnnd darauff ferner ergehen soll/ was Recht ist. Publicata den sechzehenden Iun. Anno 64.

Sententia Definitiua.

In Sachen vt supra. Ist allem Fürbringen nach zu Recht erkannt/ daß gedachtem Beklagten/ den gemelten Klägern gestalter Massen zu schmähen nicht gebühret/ sondern daran zu viel vnd vnrecht gethan habe. Vnnd darumb ermelter D. N. N. jhme Klägern hundert Gülden Rheinisch/ sampt dem Kosten vnd Schaden derohalben auffgelauffen/ nach rechtlicher ermessigung zu entrichten vnd zu bezahlen schuldig sey/ Als wir jhnen hiermit condemniren vnnd verdammen.

VOTVM VIII.

In causa **Dorotheen N.** *contra Christophorum eiusue vxorem.*

Iniuriarum.

SVMMARIA.

1 *Ex iniuria vna plures actiones competunt, neq; vnius actio per aliam consumitur.*
2 *Infamia sufficienter probanda.*
3 *Veritas infamiæ non excusat ab iniuria.*
4 *Crimen contrahitur si voluntas nocendi intercedat.*
5 *Famam qui negligit, vitam negligit.*
6 *Sententia in defunctum lata nulla est.*
7 *Sententia fertur in procuratorem post litem contestatam: quia tunc eius dominus efficitur.*
8 *Reus, qui dixit*, er wölle es beweisen / oder ein Schelm seyn/ *si non probat, infamis redditur.*

1 NOtum est in iure ex vna † iniuria plures actiones competere posse, neque vnius actionem per aliam consumi, *l.* 1. §. *fin. ff. de iniur.* Hinc vxor Actoris suo nomine iniuriarum agit, id quod potest facere, *d.* §. *fin.* Hanc actionem probatam esse concludo per ea, quæ supra in proxima causa dixi, & non elisam. Primo, quia obiecta infamia non est sufficienter probata, † *dict. capitu. præterea, vbi Panorm. de test.* 2 Deinde etsi probata esset, tamen quia publice, & † 3 in rixa, & sic animo iniurioso obiecta fuit veritas, vt supra dixi, nō excusaret, *per ea quæ in prima causa dicta sunt.* Prauus enim animus releuantis rem efficit iniquam, & crimen contrahitur, † 4 si voluntas nocendi intercedat, *l.* 1. *C. de sicar.*

Porro cum causa † vitæ & honestatis à pari 5 procedat, *l. iuste, & ibi gloss. verb. infamiæ, ff. quod met. causa.* Dubium non est hanc esse atrocissimam iniuriam, ideoque eam æstimarem quoq; ad 200. flor. & sententiam conciperem in procuratorem duplici ratione. I. Ad euitandam infamiam, *d. l. furti*, §. *si quis alien. ff. qui not. inf.* II. Quia Rea defuncta est, & sententia contra defunctum † lata ipso iure nulla est, *l. in summa*, §. 6 *fin. ff. de re iud. & ibi Bar.* In procuratorem † vero 7 fieri potest post litem contestatam, quia tunc factus est litis dominus, *l. nulla dubitatio, C. de procurat. c.* 1. §. 2. *extra. eod.* Ferenda igitur sententia in procuratorem, quanquam Reus isto beneficio indignus videatur, cum suo se semel gladio iugulauerit, sibiq; sententiam dixerit, Er wölle es beweisen/ oder wöll ein Schelm seyn. Eo igitur ipso, quod † non probauit, infamis est fa- 8 ctus, *c. si quis iratus*, §. *fin.* 2. *q.* 3. Concludo contra procuratorem sententiam ferendam cum refusione damnorum & expensarum. Saluo.

Sententia præambula & definitiua concordat per omnia cum sententiis in præcedenti causa publicatis eodem die.

VOTVM IX.

In causa **H. N. N.** *contra* **H. N. N.** *eiusque vxorem.*

Reiteratarum Iniuriarum.

SVMMARIA.

1 *Rea mortua sententia in procuratorem tanquam dominum litis concipienda.*

QVemadmodum ansa ansam, sic iniuria hic iniuriam trahit. Quoad vxorem N. 12. art. probant 2. test. quia hoc sæpius ab ipsa audiuerant. Præterea adiecit, N. sey ein Narr/ dz er sein Weib nit weidlich mit Füssen trette. Idem 7. & 8. test. 17. art. probant, 8. test. item 5. test. secundi examinis, & 6. test. ad eundem art.

Vnde breuiter concludo has reiteratas iniurias probatas esse, quoad vxorē N. quam in centum florenos condemnarem. Ipsum vero N. item D. N. quia cōtra illos nihil, aut parum probatū est, pure absolueré, compensatis tamē expensis propter præsumptionē iniuriæ. Nam 6. test. contra N. etiam in specie deponit: sententia cōcipienda in † procuratorem tanquam do- 1

minum litis propter obitum Reæ : *d. l. nulla dubitatio. C. de procur.* Quemadmodum in simili alia causa factum. Saluo &c.

Sententia definitiua partim absolutoria, partim preambula public. 16. Iun. Anno 64.

Sententia definitiua publicata in eadem forma 23. Iun. Anno 64. qua in prima causa.

In Sachen H. N. N. Klägern eins/wider H. N. H. N. vnd beyde Haußfrawen/ Beklagte anders theils / reiterarum iniuriarum, ist allem Fürbringen nach zu Recht erkannt / daß gedachter N. seine Haußfraw/auch D. N. von angestelter Klage zu absoluiren vnd erledigen seyn/ als wir auch sie darvon absolvieren vnnd erledigen/Compensatis expensis. So viel aber Weylandt N. gedachtes N. Haußfraw / jetzo N. N. als derselben Anwaldt vnd Herrn / deß Krieges belangendt/ist zu Recht erkannt / schwere gemelter Kläger selbst / oder durch seinen vollmächtigen Anwaldt zu GOtt / ꝛc. daß er lieber fünffzig Gülden Reinisch von dem seinen verlieren/oder so viel nit haben/ dann die Schmach in fürbrachter Klage angezogen / gedulden oder leyden wölle / daß solches gehört werden / vnnd darauff ferner in der Sachen ergehen soll/ was Recht ist.

VOTVM X.

In causa N. N. contra N. N. & eius vxorem.

De iniuriarum actione.

SVMMARIA.

1 *Calumniæ calor inconsultus vitio caret.*
2 *Iniurioso aliquo dicto vel facto, ad iram prouocato si calore iracundiæ aliquid iniurioſum dicat, non tenetur actione iniuriarum.*
3 *Vim vi, & iniuriam iniuria repellere licet.*
4 *De iniuria reciproca siue conuicio quando quis iniuriarum actione teneatur.*
5 *Iniuriam prouocatus inferens mitius est puniendus.*
6 *Animi dolorem iustum difficile est compescere.*
7 *Verba honoris, scilic. mentiris, saluo honore an iniuriam inferant.*
8 *Verbum, tu mentiris, iniurioſum est, & potest dari libellus iniuriarum.*

HÆc actio ex prima causa iniuriarum descendit, & art. defens. cum istis positionalibus conueniunt.

Quæ de probato conuitio articulantur, nihil ad propositum faciunt. Quantum ad iniurias *in* 32. *& seq. art.* articulatas attinet, illud inter cætera probatum est, quod ignominioso & iniurioso vocabulo reum ipsum N. appellarit. Cæterum quia iusto dolore commotus & primo prouocatus fecit hoc, puto libidinem & voluntatem conuiciandi abfuisse. Et per consequens actione iniuriarum ipsum non teneri. Inconsultus†enim calor calumniæ vitio caret. *capit. si quem. §. notandum. 2. q. 3.* Item, qui ab aliquo facto †vel dicto fuit prouocatus ad iram, & calore iracundiæ aliquid iniurioſum dixerit, non tenetur actione iniuriarum. *l. qui cum natum maior. §. si libertus. ff. de bon. libert. l. 1. §. cum arietes. ff. si quadrup. pau.* quia hoc fit honoris conseruandi causa, *l. quæ omnia. §. 1 ff. de Proc.* Ratio, quia sicut permissum est vim†vi repellere, ita iniuriam iniuria retorquere. *l. vt vim. ff. de iust. & iur. Pan. c. cum te à B. nu. 25. de re iud.* vbi sic distinguit : Aut inquit † iniuriam retorsi animo purgandi me ab illata iniuria, & cessat iniuriarum actio. Exemplum, si obiicienti aliquod crimen dicatur, *tu mentiris.* Nam licet mihi meam innocentiam defendere. Aut conuicium meum concernit aliud factum, ita quod non venit ad innocentiam meam defendendam, & tunc quilibet potest agere de iniuria sua. *fac. text. c. veniens. de iure iur.* ibi, *alternatim conuicia inferendo.* Et hoc alia ratione comprobat ibidem Panorm. Concludit tamen, quod, qui prouocatus † iniuriam intulit, mitius sit puniendus, quia difficile†est compescere iustum animi dolorem. *l. si adulterium. §. Impe. ff. de adul.* Porro an iniuria facta † verbis honoris præfatione tollatur, vide dd. locis alleg. *Couar. var. resol. lib. 1. c. 11. n. 1.* Videlicet si tu dixeris, *tu mentiris saluo honore.* Talis enim reseruatio non excusat ab actione iniuriarum, quia dicere alicui *tu mentiris*, est verbum † iniurioſum, & potest dari libellus iniuriarum. *Bar. l. item apud Labeonem. §. ait prætor. n. 3. ff. de iniu. Moderni l. turpia. ff. de le. 1.* Fallit si ad defensionem suæ innocentiæ quis dixerit non iniuriandi animo, *tu mentiris*, per ea quæ supra dicta sunt. Sed ad propositum consideratis atrociſſimis iniuriis ipsius prouocantis, & iusto dolore ipsius prouocati, qui in vxoris pudorem propriam iniuriam pati intelligitur. *l. 2. C. de iniur. §. patitur, Instit. eod.* Concludo, quod ex d. c. *si quis iratus. 2. quæ. 3.* Reus pure sit absoluendus ab instituta actione, tamen modum in retorquenda iniuria exceſſiſſe videri potest, Cõpensatis expensis, Saluo, &c.

Sententia.

In Sachen H. N. Klägern eins/gegẽ N. N. & Consorten/Beklagten anders theils/ iniuriarum, ist allem Fürbringen nach zu Recht erkañt/ daß gedachte Beklagte von angestelter Klage zu absoluiren/vnnd erledigen seyn / als wir sie auch darvon absolvieren vnd erledigen / die Gerichtskosten / derohalben auffgelauffen / auß bewegenden Vrsachen gegen einander compensierendt vnd vergleichendt.

VOTVM

VOTVM XI.

In causa N. N. contra N. N.

Iniuriarum ad iuramentum purgationis, & de sententia in procuratorem aut Reum ferenda.

SVMMARIA.

1 *Verbum iniuriosum omne censetur prolatum animo iniuriandi.*
2 *Animus in iniuriarum actione potissimum inspicitur.*
3 *Actus agentium non operantur vltra eorum intentionem.*
4 *Innocentia deficiente Actore in probatione iuramento purgationis probatur.*
5 *Et non solum in criminalibus, sed etiam ciuilibus haec purgatio induci potest.*
6 *Iniuria cedens vel resultans in aliquo actu, super quo litigatur, non potest persequi nisi finita lite.*
7 *Sententia quo casu in actione iniuriarum in procuratorem ferenda sit, & quo in dominum.*
8 *Subtilitas legum de iure Canonico non curatur.*
9 *Sententia de stylo Cameræ semper in domini personam concipitur.*
10 *Pars si velit ipsa causam in Camera peragere, non admittitur, etiamsi Principes viri essent.*
11 *Per alium quid faciens, seipsum fecisse videtur.*
12 *Procurator an infamiam incurrat ex sententia ordinis motionis in dominum lata.*
13 *Procuratores Camerales omni macula carere debent.*

ACtionem probatam esse, partim ex propria Reorum confessione, partim ex natura verborum. Nam vt supra dictum est in prima
1 causa; omne verbum † iniuriosum censetur prolatum animo iniuriandi, si non ostendatur contrarium, *l. si non conuitii, C. de iniur. & ibi communiter DD.* Videndum igitur de elisione. Excipit Reus, se non animo iniuriandi, scilicet affirmatiue, sed tantum narratiue pronunciasse. Quæ exceptio si probata sit, proculdubio releuans
2 est. Cum autem animus † iniuriandi principale requisitum sit & substantiale in actione iniuriæ, deficiente eo cesset actio, *l. illud, §. 1. ff. de iniur. Rom. cons. 96. per tot.* Nec enim factum quæritur,
3 sed causa faciendi, facit quod actus † agentium non operentur vltra eorum intentionem, *l. non omnis numeratio ff. si cert. pet.* Videndum igitur de exceptionum veritate. Duo ab Actore testes producuntur, quorum vnus expresse hanc exceptionem probat, alter vero nihil in effectu iuris d. art. deponit, nisi de quibusdam verbis in ciuilibus potius, quam iniuriosis, quę Reus non diffitetur, sed calore iracundiæ effusa fuisse adserit. Id quod verisimile quoque est. Quare cum hinc inde imperfectæ sint probationes, ex parte Actoris, præsumptio iuris est, quod iniurioso animo verba prolata sint, *d. l. si non conuitii.* Ex parte vero Rei vnius testis testimonium, volo igitur in dubio conscientiam eius iuramento purgationis grauare, & eatenus eum ab instituta actione absoluere, si iurauerit, articulata verba narratiue se tantum & non affirmatiue dixisse, quia, vt dixi, iuris præsumptionem contra se habet, & regulariter arbitrio Iudicis committitur, vt deficiente Actore in probatione, Reo si grauetur, verisimilibus præsumptionibus ad ostendendam † innocentiam suam iuramen-
4 tum purgationis deferat, *prout notat Host. in summa de purgat. Canon. nume. 3. vers. quando sit inducta. text. expresse c. fin. de iureiur. & ibi gl. verbo probationum.* Et in terminis actionum iniuriarum text. not. *l. furti, §. qui iustum, ff. qui not. inf. & ibi gl. verbo innocentiam, text. l. non donantis, § fin. Codic. eod.* Nam innocentia iuramento probatur, *l præsenti, §. sicuti, C. qui ad Eccles. confug.* Et non solum † in
5 criminalibus sed etiam ciuilibus purgatio Canonica induci potest, *per ea quæ tradit Host. loc. cit.* Præstito itaque iuramento illo, volo Reum absoluere compensatis expensis.

Porro hic noua oritur quæstio, an Reus post absolutoriam latam, Actorem iniuriarum conuenire possit propter quædam verba iniuriosa in articulis Actoris posita? Certum est, quod pendente lite non possit, sed finita lite potest. Iniuria † enim præcedens, vel resultans in ali-
6 quo actu, super quo litigatur, non potest persequi nisi finita lite, *l. siquidem, Cod. de iniuriis, l. si tibi seruitutis, C. de liber. cau. Faber §. iniuria n. 2. vers. cauetamen, Inst. de iniur. Henning. con. 30 n. 15.* Vnde dubium non est, quin Reus finita lite possit Actorem prædictarum iniuriarum conuenire.

Cæterum, ne lis ex lite oriatur, volo in euentu supplicanti Reo pro citatione processus denegare, maxime etiam quia in hac causa culpa non careat, propter iuris præsumptiones, aliaq; adminicula, quæ huc non pertinent. Concludo itaque Reum post iuramentum absoluendum, Compensatis expensis.

Sententia præambula purgationis.

In Sachē N. N. Klägern eins/wider N. N. Beklagtē anders theils/Iniuriarum ist zu Recht erkannt/ schwere gedachter Beklagter ad proximam so jme darzu angesetzt/ selbst oder durch seinen vollmächtigen Anwald einen Eydt zu Gott/ ꝛc. daß er die in vorbrachte Klag angezogene Wort/ausserhalben einem schmählichen gemüt erzehlt vnnd fürbracht habe/ daß solches gehört werden/vnnd er thue das also oder nicht/ ferner in der Sachen ergehen soll/was Recht ist.

Sen-

Sententia post iuramentum.

In Sachen vt supra. Ist allem Fürbringen vnnd erstatten Eydt nach zu Recht erkannt/ daß gedachter Beklagter von angestelter Klage zu absolvieren/ vnd erledigen sey/ als wir jnen auch hiermit davon absolvieren vnd erledigen/ die Gerichtskosten derwegen auffgelauffen / auß bewegenden Vrsachen compensierendt vnnd vergleichendt.

Ratio, cur scilicet pœna pecuniaria in sententia sic mitigata fuit , quia maioribus votis placuit Reum propter exemplum & atrocissimas iniurias, loco & ordine remouendum esse. Vnde orta & noua disputatio an sententia
7 † concipienda in personam procuratoris vel Rei principalis. Quidam putarunt necessario ferendam in personam procuratoris , siue remouendus foret Reus, siue ipse nunquam fuisset præsens in iudicio , sed causam per procuratorem vsque ad conclusionem eiusdem peregisset. *text. l.* 1. *Cod. de sent. & interloc. & ibi Bartol. & communiter DD. gloss. capitu. querelam. verbo Oeconomi. de elect. Panorm. late ibid. numero decimo, cum seq. & Anton. de Butr. numero* 45. Tali enim casu necessario ferenda est sententia in procuratorem, alias est ipso iure nulla. *d. l.* 1. *C. de sent. & interloc.* Quia vbicunque aliqua fiunt per procuratorem , oportet quod dispositio eius , quoad verba dispositiua, principium capiant in persona illius qui egit negocium, quia inter ipsum & litigantem agitur negocium & ab ipso ratificatur. Igitur ad ipsum verba dirigenda sunt. *ita ait Butrio d. c. querelam. numero* 45. *per text. c. quocunque de act. & oblig.* In summa omnium DD. opinio est , quod sententia in procuratorem ferenda sit, quando is semper in iudicio fuit, & non dominus, *But. & Pan. vbi supra.* Ratio, quia cum eo erat contractus iudicialis , qui vel quasi irritus fieret. In iudicio enim quasi contrahitur. *l.* 3. *§. idem scribit. ff. pecul. Pan. d. c. querelam. numero decimo, in fin.* Quod si dominus semel in iudicio litemque cõtestatus fuisset, tum profecto posset sententia in dominum , vel in vtrunque ferri. *DD. vbi supra. Pan. c. cum te à B. numero tertio , & 4. Ang. cons.* 98. *per tot.* At mihi contrarium placuit sententiam in personam Domini concipiendam, tametsi in iudicio nunquam fuerit. 1. Quia vsus omnium iudiciorum hoc suadet & quotidie etiam in causis iniuriarũ ita in Camera ob-
8 seruatur. Deinde quia † de iure canonico talis subtilitas legum non curatur. *vt est glos. sing. c. suscitata. verbo monasterium. de in int. restitutione fac. c. licet. de prob.* vbi sententia fertur non in syndicum communitatis Fauentinæ, sed cõtra ipsam communitatem in causa scilicet turbatæ possessionis. Præterea cum executio contra dominum facienda , cur non condemnatio contra eundem fieri possit. *l. lautius. ff. de procur.* Item multi sunt casus, in quibus necessario contra dominũ sententia concipienda est. vt in causis matrimonialibus , quia non potest procurator condemnari ad reddendum debitum vxori , aliisq; casibus, quos not. *d. c. querelam. verbo œconomi.* Denique in Camera non aliter agitantur causæ, quam per procuratores, vnde secundum ius ciuile. *d. l.* 1. *C. de interl. & sent. om. iud.* omnes sententiæ essent ipso iure nullæ, cum de stylo Camerę semper in domini † personam verba sententiæ 9
concipiantur, quo quid esset absurdius. Imo etiamsi ipsa pars velit causam hic peragere per se, non † posset ex iure ordinationis etiamsi prin- 10
cipes viri essent, *t.* 25. *p.* 1. Ad extremum, † per 11
alium qui facit per se fecisse videtur. *c. qui facit de reg. iur. in* 6. *& ibi Dyn.*

Ex quo igitur consensu meo, procurator interuenit, in iudicio, quid vetat, quo minus sententia in dominum ferri possit. Omissa igitur subtilitate legali, de qua *Bart. d. l.* 1. *Panorm. Butrio d. c. querelam. Angel. d. cons.* 98. Concludo sententiam sine vicio nullitatis in dominum ferri posse. In præsenti tamen causa nihil, quoad hãc quæstionem decisum fuit, sed sententia in vtriusque personam concepta, & per Bidellum iussu Iudicis, & tanquã ex eius officio, Reo audientia publica interdicta, & sic per consequentiam ordine & loco remotus est , non tam vigore sententiæ, quam ex Iudicis officio. Illud tamen certum, etsi sententia † feratur in procurato- 12
rem , quod tamen infamia facti per hoc non euitetur, licet iuris euitetur. *Angel. l. furti. §. si quis. qui not. inf. Fel. d. c. cum te à B. nu.* 2. *de sent. & re iud. l.* 2. *obseq. possit patr.* Atque in Cam. tanquam summi principis consistorio, procuratores † omni 13
macula carere debent, *Bal. ad d. l.* 1. *§. ait Prætor in fin. de postul. Iaf. §. fin. nu.* 2. *inst. de act.* Quare etsi sententia lata sit in procuratorem , tamen propter infamiam facti, loco & ordine remotus est, quanquam eo casu meo iudicio citius restituendus veniat. Hæc obiter memoriæ gratia hic annotare volui.

VOTVM XII.

In causa N. contra N.

Iniuriarum.

SVMMARIA.

1 *Iniuriæ scriptæ, realesne, verbales, annales, vel perpetuæ sint.*
2 *Verbum iniuriosum præsumitur animo iniuriandi prolatum esse, nisi contrarium probetur.*
3 *Ius suum qui persequitur , nemini iniuriam facit.*
4 *Prouocatus ad iniuriam mitius puniri debet.*
5 *Dolus vel delictum non cadit in eum , qui patitur meritis exilium.*
6 *Iuramentum purgationis Reo deferri potest ad pleniorem innocentiæ suæ probationem.*

Proces-

1 PRocessus legitimus, nihilque vitii in processu. Actum † iniuriarum scriptatum ratione, quæ an realis; verbalis, annalis, vel perpetua sit de hoc Wesemb. *cons.* 22. *num.* 6. *& seq. lib.* 1. in hoc iudicio pro non annali, sed perpetua habitam esse, testatur Gail. *obs.* 104. *nume.* 3. *lib.* 2. à qua sententia non recedendum arbitror, licet illa distinctio facta in constitutionibus Saxonicis mihi placeret magis *par.* 4. *constitut.* 46. vbi differentia statuitur inter famosum libellum & simplicem iniuriam scriptam.

An probata?

Probatio in promptu est, quia scripta illa iudicialia, in quibus verba iniuriosa continentur, in hoc iudicio sunt exhibita, & Reus eorum autorem se esse confitetur. In elisione ergo tota vis consistit.

An Elisa?

Elisionis vis in eo consistit, an verba iniuriosa sint, & an animo iniuriandi dicta. Nam hoc negando Reus conatur actionem eli[illegible]re. 1. Requisitum animus & voluntas iniuriandi, & præsumitur animo iniuriandi prolatum esse ver-
2 bum † iniuriosum, nisi contrarium probetur. *l. si non conuicii. C. de iniur. vbi glos. & DD. Clarus 5 sent. §. iniuria. nu.* 12. Examinando igitur verba iniuriosa, & quod ad ea attinet, quæ desumpta sunt ex Anzeig in causa N. contra 13. Septembr. anno 71. producta, cum illud scriptum per modum exceptionis contra sufficientem partitionem in puncto executorialium sit exhibitum, & appellantes d. exceptiones se probaturos, non modo obtulerunt, sed & commissionem, & commissarios impetrarunt, adeo vt lis super iis pendeat, videntur verba illa pro iniuriosis reputari
3 non posse. Nemini † enim iniuriam facit, qui ius suum prosequitur. *l. iniuriarum. §. 1. ff. de iniur.* Et protestatus est etiam noster hic Reus de non iniuriando, & quod defendendi iuris causa hæc fecerit, ideo iniuriarum actione nō debet conueniri *iuxta ea quæ traduntur decis. Tolos.* 409. *in fi. Oldradus cons.* 53.

Eadem est ratio secundarum iniuriarum, quæ ex articulato libello in causa das Vngeldt belangendt/inter eàsdem 17. Septemb. anno 71. producto desumptæ sunt. Nam cum in d. causa lis fuerit super restitutione deß Vngelds/quod N. aliquot annis indebitè receperint, non sine causa videtur scripsisse Actor daß MM. das vngeldt zugeben listiglich vberredt sey. Nam ex hoc pendet victoriæ causa, si probatum fuerit, nec tenetur actione iniuriarum, si quis talia ad causam facientia in iudicio obiiciat, si post modum ea probet, per multa iura alleg. *per Gail. obser.* 99. *in fin. lib.* 2.

Cæterum, quæ 3. & vltim. loco allegata sunt verba iniuriosa ex replicis 23. Nouem. anno 71. in eadem causa das Vngeldt belangendt/ productis desumpta, licet atrociora videantur, & negari nequeat, Reum dicteriis & scommatibus excessisse modum, & meritò modestioribus verbis tractare debuisse tam insignem magistratum, sub cuius ditione ipse natus est, tamen ad aliqualem excusationem facere videtur quod Reus vel eius consanguinei per Aduocatum N. antea in alia causa non leuiter fuerint prouocati, cum illis rebellionis crimen fuerit obiectum vt in seq. causa iniuriarum, in qua N. Actor est, patebit. Prouocatus † autem mitius 4
puniri debet, *l. si adulterium §. imp. ff. de adult.* Deinde allegat Reus se eo tempore, quo pleraque producta composuerit, grauissimo morbo correptum, & aliis maximis molestiis vexatum fuisse, adeo vt non satis compos mentis fuerit, vnde intelligi potest, animum iniuriandi defuisse, cum in eum qui † patitur mentis exilium, dolus 5
vel delictum non cadat, *Gail. obs.* 110. *nu.* 12. *libro* 2. Denique tametsi hæc non sufficerent ad excusanda verba iniuriosa allegata, tamen quia Reus se quodammodo offert ad purgationem: puto ad pleniorem probationem † innocentiæ suæ 6
iuramētum purgationis illi deferri posse, quod si præstiterit, illum postea absoluendum censerem. Compensatis expensis, prout in hoc iudicio in multis causis sæpe factum esse tradit Gail. *obser.* 106. *libr.* 2. Quidam concludunt per omnia cum D. Referente. Alii concludunt per verbum *placet*.

Præambula.

In Sachen Bürg. vnd Rath der Statt N. Klägern wider D. N. N. iniuriarum Beklagten/ist die Sache von Ampts wegē vor beschlossen angenommen/vnd erkannt/schuldiger gedachter Beklagter ad proximam, so jhme darzu angesetzt/oder durch seinen vollmächtigen Anwaldt einen Eydt zu Gott/vnd auff das H. Euangelium/daß er die in vorbrachter Klage angezogene Wort allem zu seiner Defension/vnd ohne Fürsatz jemandts zu schmehen geschrieben/vnd fürbringen lassen/daß solches gehört werden/vnd er thue das oder nicht/ferner in der Sachen ergehen soll/was Recht ist.

Definitiua post præstitum iuramentum.

In Sachen Bürg. vnd Rath der Statt N. Klägern eins wider D. N. N. Beklagten anders theils iniuriarum, ist auff erstatten Eydt vnnd allem Fürbringen nach zu Recht erkannt/ daß gedachter Beklagter von angestelter Klage zu absoluieren vnnd erledigen sey/als wir jhnen auch hiermit davon absoluieren vnnd erledigen/ die Gerichtskosten derentwegen auffgelauffen/ auß bewegenden Vrsachen gegen einander compensierendt vnd vergleichendt.

VOTVM

VOTVM XIII.

In causa N. contra N.

Iniuriarum.

SVMMARIA.

2 *Actionis iniuriarum fundamentum est animus iniuriandi.*
2 *Verba si sunt iniuriosa, præsumitur quoque animus.*
3 *Dolus committi non solet aduersus personam non maleuolam: sicut nec sine causa. n. 4.*
5 *Pater non agens iniuriarum de iniuria filio facta, post mortem patris filius dictam iniuriam persequi non potest, cum per dissimulationem & mortem patris sit sublata.*
6 *Dolo cessante, cessat quoq; actio iniuriarum.*
7 *Iniuria sine dolo non committitur.*

MAndatum sufficiens: processus iustus. Actum actione iniuriarum scriptarum ciuili ad reuocationem. *Mynsing. obseruat. 69. cent. 2.* Habetur pro ciuili & censetur quoq; esse perpetua, vt in priori causa. Requisita apud Rosredum.

An probata?

2 Fundamentum † huius actionis est animus
2 iniuriandi. *Rom. cons. 69 nu. 4.* si verba † sunt iniuriosa præsumitur quoq; animus. *Pariss. cons. 149. numer. 19. volum. 4.* Verum decisio causæ nostræ principalis in eo consistit, an verba illa à Reis prolata, sint scripta in personam Actoris, directo nec ne. Non enim sufficit verba illa esse iniuriosa, sed insuper requiritur, quod illa verba Actoris, vel suorum, quorum nomine agere potest, concernant personam, ita vt illi ex tali crimine actio sit orta.

Licet igitur ex scriptis productis verba illa iniuriosa sint probata, attamen ex propria confessione Actoris probatum, quod ipse tum temporis fuerit minorennis, neque personam legitimam standi in iudicio habuerit, sed pater tam proprio, quam suorũ nomine litem cõtra Reos, das Vngeldt belangendt / fuerit prosecutus, contra quem & ipsius consortes scripta illa fuerunt exhibita, vbi quoq; totus contextus contra illos conceptus apparet, exceptis vltimis verbis ex producto 24. April. anno 72. exhibita à Castellanis, quæ tamen verba si probe inspiciantur dolum proferentium non arguunt. Do-
3 lus † committi non solet aduersus personam non maleuolam. *Came. cons. 62. circa fi. lib. 3.* sicuti
4 etiam † dolus committi non solet sine causa. *Cam. cons. 217 lib. 4.* Sed hic dici non potest, quod Actor tunc temporis malitiam aut rebellionem committere potuerit in conueniendo N. cum propter ætatem doli capax non fuerit, & tale crimen ex defectu ætatis in ipsum cadere non potuerit. Sunt igitur verba illa potius ad personam patris, qui tunc temporis pro se & liberis suis, in lite fuit, referenda. Quia enim non egit, cum erat † in viuis, filius d. iniuriam prose- 5
qui non potest, cum per dissimulationem & mortem patris sit sublata. *Oldend. in suis Class. tit. de iniur.* & facit, quod verba sunt intelligenda pro natura sui. Et cum verba in persona agentis verificari non possint, consequens est, quod respectu illorum verborum actio illi non competierit. Nec obstat, quod pater etiam respectu liberorum, & sic Actoris nomine contra N. egerit, cum de illorum omnium interesse agebatur, *argum. eorum quæ habentur leg. 1. C. de diuers. rescript. text. leg. minoribus. vbi Iaf. 3. not. C. de his quibus vt indig. Alex. cons. 186. in fin. lib. 2.* Nam ad hoc respondetur, quod iam dicta procedant in iis personis, quibus illa verba iniuriosa applicari possunt. *secundum Angel. in §. hinc nobis. auth. de hered. & Falcid. Iaf. l. substitutione. col fin. ff. de vulg. & pup. Alex. cons. 122 lib. 6.* Non igitur animus ex subaudito quodam intellectu contra ius præsumendum. Igitur cessante † dolo, cessat quoque actio 6
iniuriarum, quia sine dolo † iniuria non com- 7
mittitur. *Dec. cons. 487. in fin. Bald cons. 277. libr 5.* Concludo igitur actionem non esse probatam ideoq; Reos absoluendos, compensatis expensis, Ideo cum N. occasionem ei præbuerit, conueniendo ipsum prius, & verba priora per se quoque sint iniuriosa contra patrem & ipsius cõiunctos prolata. Dominus Corref. per omnia sentit cum Refer. Huic adstipulantur ceteri omnes.

Sententia.

In Sachen D. N. N. Klägern eins / wider Bürg. vnnd Raht der Statt N. Beklagte anders theils / ist allem Fürbringen nach zu Recht erkannt / daß gedachte Beklagte / von angestelter Klage zu absoluiren vnnd zu erledigen seyn / als wir dieselbe hiermit absoluieren / vnnd erledigen / die Gerichtskosten derowegẽ auffgelauffen / auß bewegenden Vrsachen / gegen ein ander compensierendt vnd vergleichendt.

VOTVM XIV.

In causa Domini von L. F. Z. K. contra deren cred. tores.

Iniuriarum, propter famosum libellum editum à Reo, ob quem notatus fuit infamia.

QVæstio consistit in sequentibus tribus punctis.

I. *An Cameræ competat iurisdictio in personam tanquam extraneam, sc. in D. Syluestrum?*
II. *Qua via procedendum?*
III. *De qualitate pœnæ.*

SVM-

SVMMARIA.

1 Iniuria resultans ex aliquo actu, super quo litigatur, non potest prosequi nisi post finitam litem.
2 Delictum quando committitur coram Iudice ciuili, tum ad Iudicem criminalem remisso est faciendа.
3 Camera in ciuilibus tantum, non in criminalibus cognoscit. & num. 21.
4 Iudici notorie de delicto constare debet.
Crimen in iudicio quomodo puniendum.
5 Forum quis sortitur ex delicto. & num. 45.
6 Reus quando habet diuersos Iudices, tunc competit electio Actori, coram quo illum conuenire velit.
7 Aduocatus causæ temere prorumpens, conuitians, maledicens, probris certans, dicitur delinquere, atque adeo puniendus, & qua pœna, per totum votum.
8 Iniuria atrox est, cum quis coram Iudice iniuriа afficitur.
9 Conuiciator siue verum dicat, siue falsum, puniendus est.
10 Iudex ex officio delinquẽtem in iudicio punire potest.
11 Delictum omne, quod in loco iudicij committitur, dicitur notorium.
12 Acta iudicij dicuntur acta publica.
13 Iniuriam in iudicio inferens statim post eam illatam condemnari debet.
14 Producens instrumentum, quod est pœnale producenti, eo ipso sine aliquo processu debet condemnari & cogi ad solutionem pœnæ.
15 Dictio protinus, excludit omne interuallum temporis.
16 Exclamans multum coram Iudice potest multari, non solum pro offensa publica, sed etiam pro iniuria clara subdole dicta contra aliquem coram Iudice.
17 Scriptum famosum siue libellum publicans & publicari mandans, repertum non delens, non lacerans, aliis clam communicans eadem pœna tenetur, qua auctor.
18 Publicatio libelli famosi eadem pœna punitur, qua compositio.
19 Iudex delegatus potest calumniantem coram se statim punire.
20 Iniuriæ iudicialis persecutio finita demum lite faciendа est.
22 Camerales habent ius puniendi delinquentes vsq; ad pœnam corporalem exclusiue.
23 Ordinem iudiciarium seruare est iuris ordinem seruare.
24 Delinquentes coram tribunali turbant iurisdictionem Iudicis.
25 Confessio Rei quomodo extorquenda.
26 Confessio partis optima probatio.
27 Pro confessione à Reo extorquenda cautela.
28 Testis varius & vacillans quando torqueri possit.
29 Reus constitutus coram Iudice si velit respondere interrogationibus per verbum non scio, non recordor, potest cogi ad affirmandum vel negandum.
30 Citatio quando requiratur in notorio parte præsente.
31 Iudex delegatus etiam de ordinis motione cognoscit.
32 Aduocatus calumnians & falsum deponens extraordinarie puniri debet, non criminaliter & qua pœna. num. 39.
33 Iudex ex suo arbitratu aliquem remouere non potest, nisi subsit iusta causa.
34 Camera punit quosvis Aduocatos ob delicta, iniurias & conuitia in iudicio commissas, inque eo satis fundatam habet iurisdictionem.
35 Forensis litigans in foro alieno cogitur ad compromissum, & statutis illorum locorum ligatur.
36 Iudex delicti nullam habet iurisdictionem, quando Reus est extra territorium.
37 Procurator in consistorio Camerali vir debet esse bonus, constans, redlich vnd auffrichtig.
38 Leges pœnales ligant forenses.
39 Aduocatus calumnians ab omni aduocatione causarum repellendus, & pœna pecuniaria multandus.
40 Aduocati immodesti & petulantes vbique tanquam perfidi reprehenduntur. & numer. sequent.
42 Recantatio iniuriarum ipso iure infamat.
43 Forensis delinquens coram alio Iudice, subiicitur iurisdictioni illius, & eandem quasi prorogat. num. 44.
46 Statuta pœnalia in delictis comprehendunt extraneos & forenses, ac si essent subditi statuentium.
47 Forum sortiri & legibus vel statutis loci ligari, paria sunt.
48 Regula, forum quis sortitur ratione delicti, quem habeat effectum.

QVoad primam, plura concurunt, quæ nobis videntur adimere facultatem puniendi Reum, præcipue quod non est sub iurisdictione Cameræ, & verba, quibus nititur RR. ad puniendum Reum ex officio, consistunt super dispositione Ordinationis, quæ tamen non nisi de personis Cameralibus & iuratis disponit. Inde factum, quod ad primam Missiuam RR. D. N. ad ordinarium Rei remissus est. Item quod iniuria † resultans ex aliquo actu, super quo litigatur, non potest prosequi, nisi post finitam litem principalem. *leg. si quidem. Cod. de iniur. leg. si tibi seruitutis. Cod. de liber. causa. Ioan. Faber in dicta lege, si quidem ibi.* Non ante dicit, quod tamen lis potest contestari. *Henning. consilio primo, libro tertio, numero decimo quinto,* Item, quando † falsitas 2

vel delictum fit coram Iudice causarum ciuilium, tunc ad Iudicem criminalium remissio facienda est, *leg. nullum, Codic. de testibus. Bartol. in lege, Diuus, numero quarto, ff. ad legem Corneliam. de falsi.* Item cum causa ciuilis & non cri-
3 minalis † Cameræ sit commissa, quam non habet in cognitione, nec in pronunciatione, *capit. B & G. de offic. delegat. capit. cum dilecto, de re-*
4 *script.* Item debet Iudici † notorie constare de delicto, nec sufficit eius præsumptio & visio ad puniendum, quia ad hoc puniendum non sedebat. *Specul. in titul. de not. crimin. §. 2. & §. iam, de notorio. & §. si vero.* Præterea non per modum exceptionis, sed accusationis, vel inquisitionis, vel denunciationis crimen deductum in iudicio puniendum est, *capit. cum dilectus, de ordin. cognit. leg. Lucius, ff. de his qui notantur infamia.* Imo formaliter debet deduci, vt iura statuunt, *l. libellorum, ff. de accusat. capit examinata, de iud.* Tandem noua rixa cum senatu timenda.

5 Attamen iuris est noti, quod † Iudex in loco delicti, delinquentem repertum in loco delicti, quoad omnes effectus habet iurisdictionem, *per ea quæ dicit VVormser. libri primi, titulo*
6 *quinquagesimo, obseruatione sexta.* Item, † quod electio est penes Actorem, quando Reus habet plures Iudices, *leg. 2. §. 1. ibi, demus Actori electionem, ibi Bartol. in l. si per errorem, nume. 3. in fin. ff. de iurisd. om. iud.*

7 Quod aduocatus † siue patronus causæ delinquat, si conuitiando, maledicendo temere prorumpat & probris certare præsumat, ideoque puniendus sit, satis liquet ex Ordinatione. recessibus Imperii, iunctis aliis legibus, & constitutionibus, *vt l falsi nominis. §. 1. ff. ad l. Corn. de falsi. l. quisquis, Cod. de postul. in authent. vt non luxurientur contra natur. ibi, non si conuitia hominibus ingesta, &c. & dicta lege nullum, Cod. de testibus, lege prima, Cod. de calumniat. l. si quis aduocatus. Cod. de except.*

8 Est enim atrox † iniuria, cum quis coram magistratu vel Iudice iniuria afficitur, *l. prætor edixit, §. final. ff. de iniur. §. atrox, Instit. eod.* & ob id statim punire potest eum is magistratus. *Paris. consilio centesimo quadragesimo septimo, numero vndecimo, duodecimo, libro quarto, & per alia Menoch. libri secundi centuria tertia, de arbitrar. iudic. quæstion. casu ducentesimo sexagesimo tertio, numero 23. & 24.*

9 Nec refert hoc casu, siue † conuitiator verum dicat siue falsum, *Couarr. libro primo variar. resolution. capite vndecimo, numero sexto.* Et licet ordinatio de exteris, & non iuratis Cameræ aduocatis speciatim non dicat: tamen per hoc eius auctoritas & puniendi potestas non adeo diminuitur, quando ex iure communi puniendi facultatem habet. Quando enim in actu
10 iudiciario fit aliquod delictum † coram Iudice, vel à parte, vel à Notario, vel à teste, vel aduocato, tunc Iudex ex suo officio potest punire, *leg. Athletas, in fin. ff. de his qui notantur infamia, lege prima, Cod. de calumn. l. falsi, §. 1. ff. de falsis gloss. in cap. illi. verb. & ideo supr. quæst. 5. Angel. verb falsarij. num. 25. post Bart. in l. si quis obrepserit, nu. 4. ff. ad l. Corn. de falsi.*

Omne enim delictum † vel crimen, quod 11
committitur in iudicio dicitur notorium iuris, cum fiat apud acta iudicii, quæ † dicuntur 12
acta publica, quia semper adsunt ibi multi, *cap. exceptionem, §. final. ibi gloss. de exception. not. in leg. gesta. Cod. de re iudicat. Menoch. libri secundi centuria secunda, de arbitrar. iudic. quæstion. 66. l. 2. C. de custod. reorum.* exemplum in specie ponit Luc. de Penna in Aduocato in iudicio delinquente, *in lege quoties, Cod. de dignitatibus, libro duodecimo, per dictam legem secundam, §. 1. de falsi. & l. properandum, §. illo proculdubio, Cod. de iud. dicta lege si quis aduocatus, Cod. de except.* Et etiam in specie exemplum in commissa iniuria, quam litigantes, vel eorum aduocati vicissim in iudicio sibi inferunt, *per dictam legem quisquis, Cod. de postul.* Et potest Iudex, *inquit ibi Luc. de Penna,* † sta- 13
tim post illatam iniuriam inferentem condemnare, *per dictam legem quisquis, facit bonus text. in lege supplicare, Cod. vt lite pendente, &c. vbi Bald. dicit numero sexto.* Nota, quando quis producit instrumentum, † quod est pœnale producen- 14
ti, eo ipso sine aliquo processu debet condemnari & cogi ad solutionem pœnæ, idque significari in textu per dictionem *Protinus*, quæ † excludit omne interuallum temporis, *vt no-* 15
tatur in simili in authent. de incert. nupt. in princip. Quia ista est pœna emergens, & in emergenti non requiritur libellus & litis contestatio. Estque id notorium Iudici, vt Iudici, *per dictam legem nullum, Cod. de testibus, Angel. in lege tertia, Cod. de iniur. & in dicta lege si quis obrepserit, ff. de falsi. Bartol. in lege si qua pœna, de verborum signification.* Si quis coram Iudice multum exclamaret, posset mulctari: imo non solum pro offensa publica, sed pro iniuria clara † & subdo 16
le dicta contra aliquem in præsentia Iudicis quis punitur. *Azo in summa, titul. de dolo, argum. l. 2 §. seruus autem, ff. de origin. iur. gloss. in dicta lege quisquis, Cod. de postulat. & ipse textus in verb. subdole.* Imo non tantum auctor famosi scripti siue libelli punitur, † verum & is, qui non lace- 17
rauit & deleuit, sed publicauit & publicari mandauit. *cap. 1. causa 5. quæstione prima*, vbi dicit textus: *Scripturam aut verba contumeliosa rumpat, si non vult auctoris factum incurrere.* Quia præsumitur libelli compositor. Nam nisi publicasset † vel protulisset, libellus frustra fuisset com- 18
positus & sine effectu iniuria, *lege vnica, §. 1. Cod. de famosis libellis. Menoch. de arbitrar. quæstion. libri secundi centuria tertia, casu ducentesimo sexagesimo tertio, numero 38.* Inprimis vero in hoc casu illud locum habet tanto magis, cum notorium sit, famosum scriptum ex mandato N. per

pro-

procuratorem productum esse *iuribus vulgaribus*. Et habent ista locum in hoc summo iudicio tanto magis, quod ab Imperatore & imperii Statibus supremam auctoritatem & ordinariam iurisdictionem cum ipso Imperatore concurrentem habet, vt satis notum est. Quod ita inferioribus Iudicibus iure communi permittitur, imo iniungitur in temerarios & conuiciis obtrectatores, quantumuis speciali iuramento Iudicibus non addictos; cur id ipsum summo huic iudicio prohibitum esse putemus;

19 Et licet in Iudice delegato ab † inferiore à Principe aliud obseruetur, *gloss. in Clement. 1. de offic. delegat.* Secus tamen est in delegato Principis. *Ioan. Andr. ad Spec. titul. de test. §. 1. versicul. quid de delegato. Abb. in capite primo de crimine falsi. Couarr. capit. 18. numero octauo, prin. quæstion. Felin. capit. præterea, numero secundo, de offic. delegat.* Ergo tanto magis in hoc iudicio, &c. Sic etiam non obstat, quod conuitiator noster non est iuratus Cameræ aduocatus: per hoc enim non liberam facultatem iniuriandi habet. Deinde li-

20 cet persecutio † iniuriæ iudicialis, finita demum lite, facienda sit. *Henning. consilio primo, numero decimo quinto.* Versamur tamen hic circa conuitia & iniurias non resultantes & procedentes ex aliquo actu, super quo litigatur, sed circa longe petitas, & ex maligno & temerario ausu protrusas, nec ad causam controuersam facientes, quod satis euidens est. Sic etiam non fit remissio causæ ex delicto coram Iudice ciuili iudicialiter commisso, ad ordinarium criminalem, præsertim tali casu, quia allegatur textus *in dicta lege, diuus.* Et quod ibi dicit *Bart.* loquitur in casu, vbi Iudex delicti alias non habet auctoritatem puniendi, secus quando potest punire, prout hic Camera ratione ordinationis & iuris communis. *Innocent. in capit. dilectus, de pœnis. Angel. in lege si vacantia, de bonis vacantibus.*

Quod enim Cameræ non criminales, sed

21 † ciuiles causæ tantum sint commissæ, Ideoque non habeat in pronunciatione, quod non habet in cognitione: Negatur antecedens

22 simpliciter verum esse, quia in † Camerales habet ius puniendi delinquentes vsque ad pœnam corporalem exclusiue, & hoc constat ex ordinatione & concluso pleni senatus. Sic etiam alias, vt in nostro casu, vbi incidenter vel emergenter cognitio & pronunciatio super delicto interuenit, *per supra dicta, præsertim Bald. in dicta lege supplicare, Codic. vt lite pendente. Vant. de nullit. ex defect. iurisdict. ordin. numero quadragesimo octauo, quadragesimo nono, quinquagesimo.* Nec obstat, quod Spec. *in titul. de notor. crimin. §. iam de notorio.* dicit, Iudici debere notorie constare, nec sufficere eius præsentiam, cum ad eam rem animum fortasse non attendebat: quia factum præsentis causæ constat, non Iudici tantum, sed & tot aliis, qui sufficiunt ad Notorium faciendum. Imo quod ad factum attinet, ex ipso scripto siue producto constat (quod multis præ manibus est, & semper loquitur habetque actum durantem & continuum) quo casu Iudex non recusatur, nec requiritur accusator vel denunciator, non datur libellus, nec fit litis contestatio, non probatio, Imo ordi-

23 nem iudiciarium seruare, † est iuris ordinem seruare. *Spec. dicta lege prima, §. iam de notorio, num. duodecimo.*

24 Quibus accedit, quod delinquentes † pro tribunali turbant iurisdictionem Iudicis, *capite primo, de offic. iudic. delegat.* Siue sint ipsi agentes, siue consentientes, principales, siue fautores, inquit is textus: & offendunt eius Iudicis maiestatem, *leg. si lis, Codic. de falsi.* eiusque aures, *dicta lege nullum, Cod. de testibus,* ideo puniri debent, licet ad hoc non sederit Iudex. Quod vero delictum secundum iura formaliter in iudicio deducendum esse dicitur, id locum habet, vbi processu iudiciario opus est, secus hoc casu, *per supra allegata.* Tandem indignatio ciuium auctoritati Cameræ nocere non debet, cum & id, quod per Cameram iure fit, in despectum & iniuriam ciuium male accipitur, nec eorum iurisdictioni præiudicari, recte prætendi potest.

Secunda quæstio est, *Qua via sit procedendum contra Reum*; Quod vero R. R. via & processu ordinario plane reiecto, ex officio Reum plectendum intendat, ex prima missiua satis liquet. Si itaque pœna extraordinaria ex officio iniungenda, tunc per communiter tradita requiritur facti notorietas & euidentia. Factum quidem in se, quoad illatam iniuriam & conuitium ex producto inter acta iudicialia manifestum esse, notorium satis est. An vero Reus eius sit auctor vel compilator, mihi quidem dubium non est, tam ex depositione Lommii, præsertim iam eius Prothocolliste, & Ingrossistæ Cancellariæ huius L. L. quam ex communi fama & opinione vulgi, & quod ipse non tantum est aduocatus causæ, sed etiam id scriptum produci mandauit, ratificauit, & primum suum conceptum (quod magis erat punibile & contumeliosum) correctum, & tanquam iustum & probabile, ad producendum commendauit & approbauit, sed an ex hoc non vocatus, nec auditus, puniri statim possit, non nihil dubii & periculi habet. Ego (vt paucis me absoluam) siquidem notorietas non plane sufficiens existere videri posset, tutius esse putarim, si vel confessionem Rei, vel exhibitionem primi concepti haberemus: Simul etiam non intermitterem, per inquisitionem, modo, solito, eius scribam, qui ex

concepto suo primas copias fecit examinare : quod fieri posse arbitror per supradicta & quæ sequuntur. Confessionem quidem Sylvestri assequi possemus, per interrogationem ei faciendam, ad quam respondere
25 tenetur de veritate † & credulitate, *lege secunda, §. 1. de iuramento calumniæ, capitul. præsentia de testibus, titul. 6.*

26 Non enim est melior probatio talibus † casibus in specie, quam confessio partis, *leg. qui. ff. de inoffic. testament. Innocentius in capitul. ex literis de iureiur. capit. dudum. §. 2. ibi gloss. verb. super processu de elect.* Et hic tanquam melior modus per Iudicem inuestigandus est, *authent. quibus modis natural. eff. sui. post princip.* Ita in proposita quæstione tradit eleganter Lucas Penna, *in dicta lege, quoties. Codic. de dignitat. libro duodecimo, circ. med.* vbi etiam dicit, quod Iu-
27 dex non debet simpliciter † seu dubitanter interrogare, an crimen illud commiserit, sed assertiue dicere, *notorium est, quod tu commisisti illud crimen in hoc iudicio siue curia, Iudice sedente pro tribunali.* Obiurgando illum dicat : *Quare tu hoc perpetrasti?* Et hoc probat ex multis similibus, etiam ex sacris veteris & noui testamenti. Vbi etiam concludit &
28 probat, quod non tantum † testis, sed etiam principalis varius & vacillans tali casu torquendus sit. Et dicit Baldus *in leg. accusationem, versicul. super hoc melius. Cod. qui accusare non possunt.* Quod si reus constitutus coram Iudice, velit respondere interrogationibus
29 † per verbum, *non scio, non recordor*, vel alia dubia, possit cogi ad affirmandum vel negandum. Et Clarus *lib. 5. c. fin. capite quadragesimo quinto, numero sexto.* dicit esse bonam practicam, se vidisse sæpe obseruari, præsertim quando quis interrogetur de facto proprio, de modico tempore, & de quo alii solent communiter scire, prout Iudex debet arbitrari. Et ita seruandum dicit ponendo præiudicium in facto, de decimooctauo Octobris, Anno quinquagesimoquarto. An vero hac via potius, quam per iudicium siue edictum exhibitorium sit compellendus, vel sufficiat, quod Sylvester est aduocatus causæ, & ipsius mandato productio facta, *capitu. qui facit per alium. de reg. iur. in 6. leg. in damnum dat. ff. eodem*, mihi non satis constat. Ego tamen præmitterem priorem modum. Posset enim fieri, vt secundo non opus foret, quam viam etiam ægre impetrabimus. Et quod tutius sit ad meliorem informationem nostro casu inquirere, & etiam vocare partem, moueor per ea, quæ eleganter tradit Bartol. *in leg. scriptus. numero octauo. ff. de relig. & sumpt. fun. & Specul. in tit. de not. crim. versicul. iam de notorio, numero duodecimo*, 13. 14.

30 Licet enim non † opus sit citatione, quando pars adhuc est præsens in notorio Iudici vt Iudici, tamen die elapsa & maxime pa-
re absente, putatur necesse esse vt vocaretur ad sententiam vel impositionem pœnæ, *Bart. in d. l. scriptus. numero. 4.* Et dicit Bart. *in leg. 2. si publico. ff. de adult. numero* 8. quod vbicunque Iudex incidenter cognoscit de crimine, ipse potest per inquisitionem cognoscere & descendere ad specialem inquisitionem, propter notificationem sibi factam, præsertim vbi committitur magna offensa coram Iudice, *per dict. leg. 1. Cod. de calumniatoribus.* Et idem in aliis delictis, quæ coram Iudice committuntur, *ibid. numero 9. &* 10. Et ponit Angel. *in tit. de malefic. in verb. Hæc est quædam inquisitio practica.* videlicet primo inquisitionem faciendam, & postea super ea inquisitione interrogandum & examinandum prout id ipsum refert Iul. Clarus *lib. 5. c. 6.* Si autem adeo duræ ceruicis forent hi ambo, vt vel nolint comparere vel respondere, & sic in arbitrio dominorum consistet, an non sint aliæ sufficientes rationes pro puniendo N. absque interrogatione, vt quia curauit produci famosum scriptum, non celauit, sed propalauit, & publicauit libellum iniuriosum per supra dicta, prout & ego hinc eum puniendum omnino existimarem.

Tertio, ad pœnam iniungendam quod attinet, cum ea arbitraria sit, & extraordinarie imponenda, propter querelam extra iudicialem R. R. & applicationem ordinarii processus ordinariæque pœnæ, quæ N. multo grauius iniungenda alias foret, putarem sufficere, si Reus repellatur ab aduocatura huius iudicii. Quod maxime in summo hoc tribunali fieri potest, cum etiam delegatus † de repellenda persona tali casu co- 31
gnoscat, *Innocent. in dict. capitul. dilectus. de pœn. & ibi in addit. & Angel. in titul. de malefic. verb. falsarius. §. qui vero testis. numero vigesimoquinto, post Bartol. in leg. quoties. in fin. Cod. de iudic.* Et Francisc. de Ranbonibus, *in lege tertia, Cod. de cond. ob turp. causam*, in simili dicit, quod saltem extraordinarie † poterit semper puniri falsum 32
deponens coram illo Iudice, qui alias non potest punire criminaliter. Eaque bene notanda dicit, quia sepæ in practica veniant, Dum enim ipse R. R. Reo hanc pœnam infligendam contendat nobis cautius, cum N. propter eius insolentiam & temeritatem agendum, et eam interdictionem deß aduocie-rens vnd solicitierens / oder was da seyn mag en diesem Keyserlichen Cammergericht / quæ in se habet quandam ignominiam, sufficere existimarem.

Licet enim Iudex † ex suo arbitrio, ab offi- 33
cio aliquem amouere non possit, *late Rom. in consilio 467. Paris de puteo de syndic. verb. arbitrium. numero octauo*, tamen cum iusta causa subest, id fieri potest, *per eundem Roman. dicto loco.* & præsertim propter commissum

deli-

delictum, *capit. 2. in fin. capit. cum ad monasterium. de statu Monach.* Sed hic quo ad N. non fit remotio officii vel priuatio, cum nunquam fuerit in ordine receptorum aduocatorum: ideo rolerabilius ac mitius cum eo agitur, hac impositione pœnæ extraordinariæ.

Quomodo & qua forma prohibitio & interdictio fiat, mallem informari, quam determinare. Putarem tamen prout præmissum, ex officio Judicis, habita sufficienti inquisitione, vel confessione partis, id fieri posse in scriptis sub sigillo, in forma mandati inhibitorii pœnalis, per pedellum siue alium nuntium ei insinuatum, & prout Dominis videbitur, cum aliquali causæ insertione & significatione, ad cuius instantiam id fiat, tamen simul etiam omnibus procuratoribus sub graui pœna interdicerem, nec recipiant eius producta siue scripta, aut alia acta iudicialia, vel ab ipso, vel ab aliis, mediate vel immediate ad iudicialiter producēdū oblata. Cōclu-
34 dosinaliter, Camerā † punire aduocatos quosuis ob delicta, iniurias & cōuicia in iudicio cōmissa, inq; eo satis esse fundatam eius iurisdictionem: nec opus, vt ordinarius instituatur processus, & in hoc angustetur auctoritas & iurisdictio Cameræ, contra expressa iura, & constitutiones imperii: dictamque pœnam tanquam mitiorem, quam Dominus RR. præscribit, ex rationibus supra dictis pronunc N. infligendā esse &c. saluis, & quoad N. quod ille non minus puniendus sit quam N. ex supra allegatis rationibus iudico. Cumque Domini examinibus & inquisitioni adfuerint præsentes, superfluum puto multis de his agere: siquidem de eis perpetratis satis liquido constat.

Constituitur autem N. si non in expresso dolo, quoad famosum productum, tamen alias multifariam in latissima culpa, ne quid dicam grauius. Culpandus enim quod passus est sibi persuaderi ad producendum scriptum punibile, contra expressam prohibitionem ordinationis. Item non erubuit subscribendo se dicto scripto protestari, & contrario facto ipsam impugnate protestationem. Item quod recepit ab N. id scriptum, quod præsumptiue sciuit, esse contumeliosum, & potius opprimendum fuisse. Item cum noluerit, vel non profuerit idipsum legere, quod procuratorem substitutum N. Q. R. ad legendum non exorauerit. Item nec ignarum præmonuerit, sed subdole & incaute substituto obtruserit. Item impudentissime mentitus, se propter ægritudinem non potuisse legere, nec legisse rescriptum, contrarium attestantibus domesticis. Item perfricta fronte & posthabitis iuramentis, nec minus in despectum Domini Præsidis & Assessorum veritatem studio & pertinaciter suppresserit. Item in respondendo ad interrogatoria fuerit varius, inconstans, fallax, & contumax. Item quod secundum scriptum, quod correctum prætendit, non adumbrauit, deleuit, vel laceraut, si iniuriæ particeps esse noluit, sed potius publicando ratificauit. Hinc concludo, ipsum non minus, quam N. priuatione muneris procuratoris, in S. iudicio plectendum. Nisi forte domini mitiori modo putarent agendum, imponendo ei mulctam pecuniariam.

Votum Correferentis.

Concludit cum Dn. Referente, iurisdictionem fundatam: processum ciuiliter non criminaliter instituendum putat, *argument. eorum, quæ tradit Clarus quæstione quinquagesima, in sua praxi criminali, versicul. item quia, &c. & versicul. scias esse.* Forensis † cogitur ad compromissum litigans 35
in foro alieno, & statutis illorum locorum ligatur. Concludit ex rationibus prælectis, fundatam esse Cameram & aduersus non iuratos, & extraneos aduocatos ratione delicti contra ordinationem in iudicio commissi ad hoc, vt pari pœna plecti possint. Qualiter procedendum sit, non caret scrupulo. Communis opinio est per Iudicem domicilii Reum citari debere, *capit. postulasti. Socin. numero 13. & capit. fin. de foro compet.* Quando Reus est extra territorium, 36
tum † Iudex delicti nullam habet iurisdictionem. *Clarus quæstione trigesima prima, versicul. sed hæc quidem, &c.* In delictis tamen quis sortitur forum, siue ibidem reperiatur, siue non, & eo casu debet fieri remissio à Iudice domicilii ad Iudicem delicti. Concludit quoad secundam quæstionem qualiter procedendum: Assertum auctorem libelli nostri famosi omnino citandum, vel vocandum, & audiendum esse, an forte se purgare & defensiones habere possit. Vtcunque enim hoc propter iam à nobis explorata non præsumatur: Tutius tamen erit, imo & ciuilius & æquius esse ducit, vt prius audiatur. Verum quoad modum, vbi omnis difficultas consistit, & ideo cautius agendum, existimat ante omnia tentandum, an ad Pedelli vocationem comparere, & quidnam excipere velit. Si enim se sistere nolit, tum à Spirensibus impetrari posset, qui etiam ipsum cogere tenentur. Quia vero hoc valde præiudiciale, & Camera latiorem potestatem, quam alii Iudices etiam immediati in hisce habere videtur, adeo vt alias contra quemcunque, etiam fine clausula procedere & mandare possit, ipsum asserrum nostrum Reum per mandatum pœnale vel saltem sub comminatione solita, quod nihilominus fieri debeat, quod iuris est, & postea per citationem à fiscali impetrandam, ad viden-

dum nimirum, se declarari in pœnam, &c. vocandum. At posset deinde, si comparuerit cum præsente & audito ad pœnam extraordinariam procedi, prælecto simul ex scripto decreto collegii contumaci, itemque omnibus procuratoribus sub iuramento & pœna iniungi, ne vllam supplicationem, scriptum vel productum ab eo confectum recipiant, multo minus producant, in eoque diligentissime aduertant. Mallem tamen ipsi ad domum insinuare eiusmodi mandatum inhibitoriale & pœnale. Famulum siue scribam eius, non tantum pro ferendo testimonio, sed vt auxiliatorem & socium quodammodo delicti vocandum, examinandum, & similiter iniungendum puto, ne posthac in vlla causa, quæ huc pertinere possit, Dominum suum scribendo vel opera sua vllo modo adiuuet, præmisso prius illicito eius excessu, quoad hoc ipsum contumelioſum scriptum, quod & reliquis scribis interdicerem, ne in posterum similia committant, sibique caueant.

De N. per omnia vt D. Ref. & Quoad pœnam mitiorem pecuniariam scilic. ex causa aduersæ valetudinis, absentiæ, protestationis, & primi scripti restitutionis, Velim tamen vt vltimo loco sistatur inter procuratores, ne remouendo ipsum in totum, id propter periurium fieri, & sic ipsum grauius notari quispiam existimet. Non enim dubito, quin hoc ipsi, & omnibus satis magno exemplo futurum sit. Interim autem de grauiori quoque pœna rem omnino exaggerandam esse arbitror.

Votum III.

Hoc votum prælectum fuit in scriptis per protonotarium L. L. Putat iurisdictionem fundatam, & scribam N. citandum, prout iam pulsus fuit N. N. & alii subditi Senatus in causa. N. quoque citandum, & super delicto audiendum quod si non compareat in cõtumaciam, potest illi iniungi pœna remotionis ab officio aduocandi in Camera vt Dn. Refer. Et procuratoribus non solum iniungendum, ne producta ab eo recipiant, sed etiam partibus, quarum aduocatus est, in continenti significent, illum à munere & officio aduocandi in Camera esse remotum & depositum, & prohibitum ipsismet procuratoribus ne quicquam recipiant à partibus quod concepit N. sub pœna amotionis ab officio. Pecuniariam pœnam N. minime imponere potest, ob multas & varias causas. Apparet enim colluſio inter N. & N. Et si quis dicat, dolũ in N. non videri, nescit quid similius vnquam dolo fuerit; Tum etiam propter ipsius depositionem non solum variam & falsam, sed & quæ in se periurium habet. Vnde cum † quilibet 37
procurator in hoc summo consistorio vir debeat esse bonus, constans, redtlich vnd auffrichtig/ prout iuramentum ipsorum dictat, bona conscientia N. neque in suam, neque partium suarum animam iuramentum deferre, aut etiam fidei illius partes committere posset. Quare cum ipse se indignum fecerit, plane & simpliciter amouendum censet ab officio. Saluis, &c.

Votum IV.

Felin. *in capit. à nobis. numero primo, de sentent. excomm. Clarus libro quinto, §. fin. quæstione octuagesimaquinta, versicul. secundus est casus,* Forenses † statutis pœnalibus subiectos esse 38
concludunt. Concludit vocandum & super interrogatoriis examinandum N. casu, quo non comparuerit, per Senatum ciuium subsidio sistendus. Qua pœna plectendus, cum D. Ref. eligit remotionem ab officio aduocationis. Quoad N. personam, concurrit in sententiam Domini Refer. Quoad priuationem officii, non pœnam pecuniariam. Quoad formam, censet per sententiam publice proclamandam, cum pœna imponatur in terrorem omnium, & non vnius atque alterius tantum, & quia publice deliquit, igitur publice puniendus.

Votum V.

Præsuppositio iurisdictionis fundamento & processu contra N. in quo vtroque sentit cum Dn. Referente. Putat pro reuerentia & dignitate amplissimi huius consistorii conseruanda (cui quodammodo ignominiosum esset, si turpes & improbi Sycophantæ atque Phormiones coram eo tam libere & impune iniuriosis & procacibus scriptis altercari permittantur, *iuxta leg. 1. §. secundo loco. cum sequen. ff. de postulando.*) Eum non modo † re- 39
pellendum ab omni aduocatione causarum hic in Camera pendentium, sed etiam pœna pecuniaria Imperali fisco applicanda mulctandum, *per textum, dict. l. 1. §. qui aduersus. ff. de postul. lege prima, §. fin. ff. de offi. præfect. vrb. leg. moris. 9. in princip. ff. de pœn. Felyn. in rubric. de fide instrument. numero secundo, Mar. part. 6. iudiciorum, de inquisit. numero* 182. Et hoc ideo, quia etiamsi Cameræ non sit iuratus, nihilominus leges Romanæ, quibus nomen dedit, ipsum admo- 40
nuisse † debuissent, tales immodestos & petulantes aduocatos, vbique tanquam perfidos reprehendi. *per leg. quisquis. Cod. de postulando.* Maxime in eo iudicio, in quo ita deliquit, *per leg. ex ea. ff. de postulan.* damno famæ & opinionis eum non mulctaret, tum quia statum aduocati hic in Camera non sustinet, tum † etiam, quia licet iuratus aduocatus es- 41
set, tamen quia ipsa Ordinat. *part. 1. titulo se-*

xagesi-

& agesimo quarto, in huiusmodi petulantia verborum ibi Lästerungen / ꝛc. talibus non nisi pœnam arbitrariam, nach Ermässigung deß Gerichts / infligit, non grauius mulctarem. Item de procuratore N.

Votum V.

Concludit ex rationibus ex scripto prælectis. I. Quoad personam N. nos esse in iurisdictione fundatos, eumque ob delictum à Camera citari posse. Licet cautius ageremus, si citaretur in loco delicti, scilicet in audientia, quam sæpe solet frequentare. Famulum tamen suum per modum inquisitionis prius examinandum ad N. eo melius conuincendum. Quo examinato, demum & N. vocandum putarem, atque super certis interrogatoriis à domino Referente concipiendis examinandum. Quod si vero contumax emanserit, vt verendum, qua via procedi posset, me declarabo, si casus contigerit. Si vero ad citationem nostram comparuerit, & de conuitiis fuerit, vel ex testium dictis, vel sua confessione conuictus, vel casu non satis probato, ex eo capite, quod scriptum iniuriosum vel famosum suo mandato fuerit exhibitum, non repugnabo, si pœna extraordinaria puniatur, & omnis ei in posterum aduocandi & sollicitandi in Camera facultas interdicatur. Mallet tamen mitiorem viam eligendo, hanc facultatem ei adimi, sub decreto extraiudiciali seu mandato inhibitoriali & pœnali in scriptis concepto, ei ad domum insinuando, quam vt in publica audientia, tanquam calumniator manifestus publice proclametur.

Nam hanc proclamationem Iudicis, ille similem & æquipollentem ducit sententiæ, quæ alicui alias ad petitionem partis iniuriarum ad reclamationem agentis imponit iudicialiter recantationem, quæ sententia † non solum facto, sed etiam ipso iure infamat, Nemlich / daß er zu viel vnnd vnrecht gethan / & propterea ad instantiã R.R. certa pœna sit puniendus, *per legem athletas, §. calumniator. ff. de his qui notantur infamia, & leg. infamem, ff. de public. iudic.* In famulum vero nulla pœna animaduerterem, quia prorsus omni iniuriandi animo destitui videtur, qui describendo, iudicialiter exhibendo, dolo omni vacat, & tanquam iuris imperitus & styli forensis, bona fide potius mandatum Domini in describendo exequi voluit, nec iniuriam absque animo iniuriandi inferre potuit. 42

Quoad N. placeret magis pœnam differre, vsque ad relationem causæ. In euentum tamen magis acquiescerem pœnæ mitiori, nempe pœnæ pecuniariæ, vel, vt vltimo loco iudicio sistatur. Illud enim inprimis considero, quod cum protestatione de non approbatis iniuriosis subscripserit, quæ licet non excusset: tamen quia communi errore, in quo omnes fere procuratores constituti sunt, sibi prospicere noluit, vt animum iniuriandi plene abesse demonstraret, ideo mitiori quoque pœna puniendum censerem, tanquam cum; qui saltem latissima culpa vacare non posset.

Votum VI.

An iurisdictio in præsenti nostro casu fundata sit in persona N. tanquam forensi in prima deputatione sententiam meam aperui, in qua & nunc persisto. Forensem † scilicet delinquentem, coram alio Iudice, subiici iurisdictioni illius, & eandem quasi prorogare; *leg. 1. & authentic. qua in prouincia, Codic. vbi de crimin. agi oporteat. Zasi. consilio decimo quarto, numero quinquagesimonono, libro primo, Dyn. in lege finali, de accusat.* Forum † etenim delicti ratione quin omnes sortiantur, nulla est dubitatio, *text. est in capitul. postulasti, & capitul. final. de foro competent. Suarez. in commun. opinion. verb. forum, &c. Baldus & Salycetus in lege secunda, Codic. de iurisdiction. omn. iudic. l. heres absens, in principio. & §. sequent. ff. de iudic. Canon. in capitul. licet, de foro competent.* Et in delictis principalis forus † est forus delicti. Vnde omnis cognitio oritur & reuertitur illuc, *capitul. sicut, in fin. de accusat. Bald. in lege finali, Codic. de edict. Diu. Adrian. tollend. columna quinta.* Hinc fit, quod in delictis statuta † pœnalia comprehendant extraneos & forenses, ac si essent subditi statuentium, *per ea quæ tradit Zasius dicta glossa, numero quinquagesimo.* Et hanc sententiam communem dicit Alciat. *in capitul. pernicioſam, numero sexagesimo septimo, de offic. ordinarii*, vbi copiose hanc materiam illustrat. Forum † namque sortiri, & legibus seu statutis loci ligari patria sunt, *Gail. obseruatione trigesima quinta, numero sexto, libro secundo.* Regula namque illa † quod quis ratione delicti sortiatur forum, inter alios & hunc producit effectum, quod tribuat iurisdictionem ei, qui alias in delinquentem nullam habebat. *Abb. in capite finali, numero sexto.* Vbi quatuor huius regulæ recensetur effectus, adeo vt etiam præuentio locum habeat, quod scilicet Iudex delicti Iudicem territorii præuenire possit & contra. *Abbas in capitulo 2. de constitut libro sexto, Hartmannus Hartmanni libro sexto, de accusat. obseruatio. 8.* Concludo igitur iurisdictionem Cameræ ex dictis rationibus satis fundatam, N. tamen tanquã Reum prius audiendum, & per Pedellum vocandum esse ad euitandam nullitatis vitii obiectionem, ne forte parte inaudita & non vocata, ad pœnæ condemnationem processum esse, cuiquã videri posset. Interrogatoria autẽ D. N. proponenda cõficerem, secundum doctrinam *L. de Penna* supra à D. Refer. allegatam. Quod si 43 44 45 46 47 48

ad citationem factam comparere contumaciter recusauerit, via mandati pœnalis inhibitorii ad hoc adigendus erit. Pœnam autem nullam aliam nisi interdictionem in Camera illi dictarem *iuxta legem morib, in princip. & §. primo, ff. de pœn. Et Mar. part 6. numero centesimo octuagesimo secundo, de inquisit.* Eamque per formam decreti vel sententiæ illi imponerem, non quidem verbis directis in personam eius conceptis, sed procuratoribus omnibus publice injungendo, ne vllum scriptum vel productum à N. conceptum, per se, substitutos suos vel alios, ad producendum iudicialiter oblatum recipiant, sub pœna remotionis ab officio. Per hoc enim dominus Referens per indirectum consequitur id, quod directo petiit. Et nos hac ratione contradictione senatus huius ciuitatis, cuius iurisdictioni alias D. N. subiectus est, tuti esse possumus. Quoad N. amplector sententiam, quoad remotionem ab officio.

Votum VI.

Quoad iurisdictionem non dubitat N. vero auctorem iniurioſi scripti esse, non tam ex N. quam N. procuratorum depositionibus constare puto, quæ confirmantur & per ingrossistam LL. itemque Prothocolliſtam N. qui conceptum originale manu N. scriptum, atque hinc inde ab eodem correctum se vidisse attestatur, constare atque vlteriori indagatione opus non esse, quemlibet facile concessurum puto: tamen non displicet dominorum sententia, existimantium vocandum etiam ipsum N. per pedellum seu Notarium, & ex Doctor. Luc. de Penna à Domino Referente alleg. non interrogandum, sed ob iniuriam tantummodo RR. notorie ac indubitanter illatam obiurgandum. Casuque quo factum confiteatur, res plana erit: sin vero id negauerit, iurisve subterfugia qualiacunque illa sunt quæsierit, locum nihilominus puto Iudicis arbitrio, pro puniendo eodem ob mandatum famosum illud scriptum iudicialiter, producendi procuratori factum, ratihabitionemque iniuriarum inibi contentarum, quæ ex iam dicto mandato elici satis potest. Quod idem procedere existimo, in casu quo N. ad vocationem Pedelli seu Notarii comparere nollet, sed contumaciter se absentaret, vbi tamen adhuc præmitterem mandatum seu citationem ad comparendum, non quidem sub pœna pecuniaria (quæ processum ordinarium requireret, causamque differret) sed tantum sub comminatione, quod nihilominus fieri debeat, quod iuris est. Et tum, si in contumacia adhuc perseueret, putat ex supra dicta ratione (scilicet mandari procuratori facti) eum extraordinarie & quidem interdictione muneris aduocatiæ in Camera puniendum. In modo autem & forma interdictionis ille iis Dominis accedit, qui publicandam eam per sententiam existimant. In qua simul procuratoribus iniungendum, ne scripta N. qualiacunque in posterum recipiant, iudicialiterve producant, partibusque suis sententiæ huius tenorem quamprimum significent. N. quoque Procuratorem, ex causis ante ipsum allegatis, officio suo priuandum censet.

Votum VII.

Septimus semper in hac fuit sententia, & Cameram tam Aduocatos quam procuratores in iudicio delinquentes, siue forenses, siue iurati sint, ex officio punire posse existimauit.

Quoad modum procedendi sentit cum domino Referente in eo, ante omnia N. im Namen deß Herrn Cammerrichters / per aliquem Notariorum vocandum, modoque per dictum Dominum Referentem præscripto interrogandum examinandumque esse putat. Ita quidem, vt hoc magis assertiue quam dubitatiue fiat. Omnino etiam cauendum, ne in longiorem disputationem cum domino N. nos intromittamus. Siue autem is compareat, siue non, eidem tanquam testibus, adeoque rei euidentia iam abunde conuicto, munus aduocandi ad Cameram omnino interdicēdum esse, cum Dominis concludit.

Quamuis autem antehac in ea sententia fuerit, vt hoc ipsum in publica audientia, adeoque Iudice pro tribunali sedente, faciendum putarit; re tamen diligentius considerata consultius imo tutius esse credit, si per modum mandati pœnalis sine clausula id fiat, ne forte cū magistratu ciuico, alias plus satis cōtra nos incitato, in nouas rixas & disputatioues, nulla necessitate cogente, incidamus. Interim tamen procuratoribus per sententiam publicam, quod etiam inuito Senatu absque vllo periculo fieri potest, sub graui pœna interdicendum, ne in posterum vlla scripta à Domino N. ad producendum ipsis oblata quoquo modo recipiant: Maxime si ab eo concepta seu composita esse scirent, vel verisimiliter præsumere possent. Hoc enim ipso facile omnibus innotescet. Dominum N. ab aduocatura huius iudicii esse repulsum. Et R. R. hac via non minus, quam si publice & expresse à munere aduocandi per sententiam remoueretur satisfieri, resq; omni periculo & futura disputatione quoad Senatū, carere potest.

Quoad N. simpliciter concludit cum illis Dominis, qui putant eum ab officio vel statu procuratorio per publicam sententiam amouendum, auff Form vnnd Weiß / wie man sich deſſen ferner zu vergleichen, Deliberandum tamen

men, si post aliquod tempus lapsum, bonorum virorum intercessiones pro ipso in Camera fierent, an non forte ad pristinum statum procuratorium ita restitui posset, daß er zu vnderst anstehen / vnnd hundert Gülden zu Straff in Armen Seckel erlegen soll / prout nunc se non resoluit, sed dominis suo tempore cogitandum relinquit.

Votum VIII.

De iurisdictione non dubitat, putat N. audiendum, & per pedellũ, prout moris in Camera, non per Notarium citandum, & puniendum. Casu, quo non comparuerit, vult eum citare sub pœna pecuniaria fisco applicanda, postea ipsum per sententiam publicam vult condemnare, priuatione ab Aduocatia. N. vult priuare officio. Quia igitur omnibus conclusum, N. prius citandum, & super facto audiendum esse, ideo per Notarium OO. decimooctauo Ianuarii, Anno millesimo quingentesimo octuagesimosexto vocatus est. Qui tamen eo die non comparuit, sed propter aduersam valetudinem spatium quatuor dierum petiit. Ideoque vigesimoprimo Ianuarii iterum citatus comparuit, vbi ei per Prothonotarium L. L. in scriptis prælectum est, vt se in continenti declaret, was jhnen darzu beweget / solches Famoß scriptum contra R. R. zu verfertigen / vnnd N. iudicialiter zu produciern zu zustellen. Darauff er Copiam solches Fürtragens / daß er die Contenta desselben recht verstehen vnd eynnemmen köndte / vnd terminum liberandi gebetten. Dieweil aber diese Ding in facto proprio stehen / darüber er nicht viel Deliberirens bedarff / auch man gemercket / daß er vortheilhafftiger Weise / vnnd zum Vertzug der Sachen solche Dilation sucht / ist jhme sein Begeren der Copey vnnd temporis deliberandi halben abgeschlagen / Sondern D. N. nachmals sich alsbald zu erklären aufferlegt worden. Damit er aber sich desto weniger zu beschweren / so solte es jhme noch ein mahl / vnd so offt er wolte / auch so langsamb fürgelesen / daß er es notiren vnnd auffschreiben könne / welches dann auch geschehen / vnnd D. N. das fürgehalten / de verbo ad verbum in ein Schreibtäfelein auffgezeichnet / Aber damit nicht zufrieden gewesen / sondern zum offternmahl deliberandi tempus gebetten. Als jhme aber solches allezeit abgeschlagen / mit Vermeldung / daß diese Sach nur auff diesem einigen Puncten beruhe / Nemlich / was jhnen zu Verfertigung vnd Producierung solcher Schrifft bewegt / vnd daß er sich auff diesen Puncten incontinenti wol / tanquam in proprio facto erklären köndte / hat er einen kleinen Abtritt gebetten / aber nicht wider kommen / sondern ohne Erlaubnuß darvon gangen.

Sententia.

In Sachen secundæ appellationis Dn. L. F. Z. K. wider dessen creditores in actis benennt / belangendt. Ist die von wegen ermeldts Herrn den drey vnnd zwantzigsten Septembris, Anno octuagesimoquarto eynkommene Ableinungsschrifft als den gemeinen Rechten / Reichs Constitutionen vnnd Ordnungen zuwider / vnnd schmähafft nicht angenommen / sondern verworffen / jedoch jhme Herrn L. F. Z. seine Notturfft / wie sichs gebühret / nochmals fürzubringen / dardurch vnbenommen / Auch N. auß hochbewegenden Vrsachen / vnd sonderlich vmb deßwillen / daß er solche Famoß Schrifft / von domino N. zu producirn angenommen / vnd dieselbige gerichtlich eyngeben / seines Procurator Standts hiemit priuirt vnd entsetzt / aber ernantem D. N. bey Straff zwantzig Marck Löttigs Goldts dem Keyserlichen Fisco ..... vnnachläßlich zu entrichten / keiner Partheyen / wie die sey / in Sachen an diesem Keyserl. Camergericht hangend / mit aduociren / sollicitiren / supplicirē / reuidiren / corrigiren / glossiren / noch in andern Wege zu dienen / hiemit gäntzlich benommen / interdicirt / verbotten. Vnd solches alles von Ampts wegen.

Letzlich auch dieser gemein Bescheidt / daß alle dieses Keyserlichen Cammergerichts Procuratores, bey dem Eydt / damit sie demselben zugethan / auch Entsetzung jres Procuratorstandts / vnnd andern Straffen / nach Ermessigung / fürter kein Schrifft / Handlung oder anders / wie das Namen haben mag / durch D. N. den Partheyen aduocando, sollicitando, reuidendo, supplicando vnd sonsten gefertigt / concipirt vnd gestellt / weder iudicialiter noch extraiudicialiter eynzugeben / von jhme oder andern annemmen / vnnd an diesem Keyserlichen Cammergericht producirn oder producirn lassen / auff kein Weiß noch Weg / ohn alle arge List vnnd Gefährde. Auch solches allen denen Partheyen / welchen sie neben gedachtem N. procurando biß daher gedienet / vnverzüglich vnd mit Vbersendung dieses bescheids ankündigen vnnd zuwissen machen sollen.

Primus. Vult omittere illa verba, bey Entsetzung jhres Procurator Standts.

Secundus. Post verba: Aber ermeldtem D. N. vult adiicere, als Aduocaten dieser Sachen.

Verbum, hangend / vult omittere, vult addere consulirn.

Tertius. Dubitat, an sint addenda verba, als

Aduo-

Aduocaten. Omittit verbum hangendt/ & verbum consuliern.

Quartus. Verba secundæ appellationis, wil er nachsetzen/dictionem Schmähafft wil er vorgehen lassen/& sequitur als Schmähafft der gemeinen beschriebenen Rechten/&c. Pro verbis, wie sich gebühret/vult ponere gebürlicher weiß/ aber ermelten D. N. vult ponere Dann ermeltem D. N. als aduocato causæ, &c. Vult exprimere in pœna toties quoties.

Pro dienen / ponit gebrauchen zu lassen / vult inserere verbum consulendo.

Post dictionem extraiudicialiter ponit illa verba wissentlich oder vermüthlich.

Quintus. Verba hochbewegenden Vrsachen/ vult omittere, quia nullam aliam causam, nisi periurium habent.

Verbum, Als aduocato causæ vult inserere.

Vult tantum ponere aduociern vnnd consuliern / quoniam illa duo verba omnia sequentia comprehendunt.

Von Ampts wegen illa verba will er in fine deß gemeinen Bescheidts setzen / quia omnia fiunt ex officio.

In fine pro verbis ankündigen vnd zuwissen/ &c. ponit berichten sollen.

Sextus. Quoad dictionem Schmähafft/vt quartus vult addere als aduocatus causæ.

Septimus. Vt reliqui.

Octauus. Verbum secundæ appellationis postponit.

De verbo Schmähafft / vt quartus seine notturfft/ubi addit, förmlich vnnd ohn alle Schmache / wie sich vermöge der Ordnung gebührt / fürzubringen. Consulendo addit.

Sententia Publicata 28. Ianuarii. Anno 86.

In Sachen Domini von L.F.Z.K. wider dessen creditores in actis benannt/ secundæ appellationis, ist die von wegen ermeltes Herrn den drey vnnd zwanzigsten Septembris/Anno vier vnd achtzig/ eynkommene Ableynungs Schrifft als Schmähafft / vnd den gemeinen beschriebenen Rechten/ Reichsordnung vnnd Abschieden zuwider / nicht angenommen / sondern verworffen/jedoch ihme Herrn L. F. seine Notturfft/vnd wie sichs gebührt/nochmals fürzubringen / hierdurch vnbenommen. Auch N. vmb deß willen er solche Famoß Schrifft gerichtlich eyngeben/vñ andern bewegenden Vrsachen seines Procurator Standes/hiermit priuiert vnd entsetzt. Dañ D. N. als Aduocato causæ, welcher berührte Schrifft ihme N. zu produciern befohlen / bey Straff zwanzig Marck Löttigs Golts dem Keyserlichen Fisco vnnachläßlich zuentrichten / vnd keiner Parthey/wer die auch sey/ inn vnd ausserhalb deß Gerichts / in jetzigen vnd künfftigen sachen / an diesem Keyserlichen Cammergericht/ mit aduociern / consuliern / suppliciern / sollicitiern/reuidiern/noch in eynige andere Wege sich ferner gebrauchē zulassen gäntzlich interdiert/ vnnd verbotten / Als wir sie dieselbigen / hiermit priuiern / entsetzen / auch respectiue interdiciern vnd verbieten / vnd solches alles von Ampts wegen.

Letzlich dieser gemein Bescheid/daß alle vnnd jede deß Keyserlichen Cammergerichts Procuratores, bey dem Eydt / damit sie demselbigen zugethan / auch Entsetzung jhres Procurator Standts/vnd anderen Straffen/nach ermässigung/ fürter keine Schrifft Handlung oder anders / wie das Namen haben mag/durch ermeltem D. N. den Partheyen / aduocando, consulendo, supplicando, sollicitando, oder in andere Wege concipiert/reuidiert vnd gefertiget / weder iudicialiter noch extraiudicialiter eynzugeben/ wissentlich oder vermuthlich / von jhme oder andere annemmen / vnnd an diesem Keyserlichen Cammergericht produciern/oder produciern lassen/ohne alle arge List vnd gefehrde/auch solches alles denen Partheyen / welchen sie neben jhme D.N. Procurando biß daher gedienet vnverzüglich ankünden vnd zuwissen machen sollen.

VOTVM XV.

In causa der Statt N. contra Bischoff zu N.

In causa immunitatis, à tributis & censibus & de materia priuilegiorum.

SVMMARIA.

1 *Priuilegia confirmantia, an sint coniuncta cum noua concessione.*
2 *Confirmatio simplex de nouo dationem non comprehendit.*
3 *Priuilegium referens non plus continere debet, quam principale.*
4 *Actus inualidus & imperfectus per confirmationem ex certa scientia censetur de nouo datio.*
5 *Falsum & nullum priuilegium, confirmari non potest.*
6 *Verbum exactionis tam vectigalia, quam munera vel tributa comprehendit.*
7 *Verba extra ciuitatem, definitum locum non demonstrant, sed infinitum.*
8 *Verba, de rebus suis mobilibus, quid significent.*
9 *Immunitas alia personalis, alia realis, & vnde ita talis esse cognoscatur.*
10 *Tribuendi genera tria.*
11 *Vectigalia muneris appellatione non continentur.*
12 *Exactio idem quod* Schatzung.
13 *Immunitas exactionis de rebus suis mobilibus concessa, an intelligatur de tributis & annonis, indictionibus & vectigalibus, iisq; ordinariis an extraordinariis.*

14 Mu-

14 *Munera extraordinaria, & ordinaria quæ sint,*
15 *Ordinariorum genera duo. Vnum quod certam in re & tempore præstationem habet: alterum incertam.*
16 *Necessitates* Notthülff *ex lege, ab omnibus nullo obstante priuilegio, incidente casu inferri debent & n.25.*
17 Türckenhülff/Bawgeldt/Römerzug/*munera sunt ordinaria & ab omnibus inferenda.*
18 *Alii malunt esse extraordinaria.*
19 *Extraordinariorum non idem effectus.*
20 *Principes nunc eadem regalia habeant, quæ Imperatori olim in eadem parte competebant.*
21 *Actores an pro arbitrio suo priuilegium suum interpretari possint.*
22 *Immunitas ab octaua mercium impetrari non potest: secus in rebus, quas ad vsum meum aduecho.*
23 *Quæ ladunt alios, vel sunt contra vtilitatem publicam, fautorem in interpretando non merentur.*
24 *Verba prout iacent, accipienda.*
25 *A munere patrimoniali nemo excusari debet.*
26 *Domicilium alibi transferens tanquam originarius, ibidem collectas pendet.*
27 *Confirmatio priuilegiorum generalis non comprehendit priuilegia alia, nisi concessa tempore confirmationis.*
28 *Qui confirmat, dare videtur.*
Fallit hæc regula in aliquot casibus ibid.
29 *Iuramentum generale non extenditur ad ea, quæ quis verisimiliter non iurasset.*
30 *Beneficium principis stricte interpretandum, si derogat publicæ vtilitati.*
31 *Libertas non soluendi collectas, præscribitur spatio 40 annorum imo & 10. & 20. & quæ ad eam probandam requirantur.*
32 *Munerum impositio ad supremum principem spectat, estque vnum de regalibus.*
33 *Collectum imponere solus princeps potest: quin & inferiores possunt & n.34.*
35 *Consuetudo generalis & notoria, habetur vt ius scriptum.*
36 *Princeps potest ea, quæ de iure diuino, naturali & gentium introducta sunt, tollere, etiam sine causa per clausulam* non obstante.
37 *Priuilegia quoties non sunt clausa in corpore iuris, vt derogetur, sufficit de priuilegiis mentionem facere in genere, nec requiritur quod in specie derogetur.*
38 Beed & schwr *quid differant.*
39 *Actus vnicus ad probandum sufficit.*
40 *Dominus loci potest pro collectis facere bannimenta, sequestrare & pignorare fructus.*

NOn obstare nullitates. Actio est condictio ex priuilegio vel condictio ex lege, cui coniungitur ex eodem iure negatoria, ver. vnd weiter erkennen/ &c. per iura allegata. Posset etiam ex allegatis quibusdam simpliciter actũ videri eadem negatoria, ex causa, quia forenses; de quo suo loco: altera prius excluſa.

An probata?

Vt probata censeatur, nihil aliud requiritur quam vt priuilegium hoc ipsum contineat, quod petitio. Qualis enim lex talis actio, hoc est, ex verbis & sententia legis infertur conclusio, vtpote in nostro casu, si Actores immunitatem docent ex priuilegio, actio vtraq; fundata erit: si non docent, huius actionis ne nomen quidem nascitur; alterius causa, è medio concidunt. Itaq; sola consideratione priuilegii opus est, atque id, vt diligentia aliqua fiat, quadrupliciter inquirit.

1. An sit.
2. Quid sit.
3. Quæ causa.
4. Quis effectus.

Primo quæstio an sit?

Quod ad primum attinet, in hac quæstione duo incurrunt. Vnum primum & principale, quod est Henrici V. Alterum, aliquot priuilegia idem innouantia & confirmantia, in quorum numero est Friderici & Rodolphi. In primo & principali allegatus locus in exemplo authentico non reperitur. Circa quod animaduersione dignum, quod per totum processum Actores fateri volunt, non esse in authentico, sed hic de eo vbique disputant, ac si esset. Vnde verisimiliter colligitur putasse eos, vel saltem primos istos concessum priuilegium astute finxisse, deinde successores hoc ipsum ignoranter persecutos, ac si inter alia iura etiam hæc libertas & immunitas, vber die Kirchthür exarata & insculpta fuerit. Verba certe in exemplo & articulis manifeste ponuntur, nec hoc solum, verum etiam in omnibus confirmatoriis similiter repetuntur. Sed vt huius causæ coniecturæ sunt, petunt enim aliud quippiam subfuisse: illud certe fallere nos minime potest, quod post collationem factam illa clausula, in qua ius controuersiæ situm est in authentico desideretur. Itaq; ex priuilegio principali sine scriptura relata, actionem fundare non possumus, Quod clarum est. Sequuntur confirmantia seu scripturæ referentes. At opus hic erit diligenti animaduersione, num simpliciter talia sint, an † vero coniuncta, cum † noua concessio est: Multum enim hæc differre notissimi iuris est. In primo ergo priuilegio Friderici I. in exordio hæc verba ponuntur. *Maiestas Imperialis & autoritas, vt sicut sua facta, rata & inconuulsa permanere desiderat: ita suorum antecessorum gesta & priuilegia modis omnibus confirmat, & scriptorum munimine corroborat. Inde est quod nos priuilegium antecessoris nostri Henrici V. renouamus, & autoritate Imperiali corroboramus.* Item paulo infra. *Præterea nos per omnia sequentes priuilegium præfati Henrici V. prædeces-*

decessoris nostri, &c. Ex quibus intelligi posse videtur, *non solum confirmans hoc priuilegium, sed etiam de nouo dationem intuitu verborum*, renouamus & corroboramus. Simplex † enim 2
confirmatio de nouo dationem non comprehendit. At similiter patet, quod nihil noui singulariter iterum indulgeat, sed confirmet, & de nouo tantum concedat hoc ipsum, quod Henricus V. antecessor eius antea concesserat.

Non obstat clausula, *quæ vero, &c.* Nam interpretatio est cuiusdam iuris indicto Henrici priuilegio, quod controuertebat Episcopus, non noua concessio, vel nouum priuilegium. Ita quod non possum hoc Friderici priuilegium alio loco habere, quam inter confirmantia seu scripturas referentes, sic tamen, vt idem ipsum detur, vel innouetur, quod ab antecessore datum fuit. Quod si verum est, neque in hoc priuilegio censeri debet allegata 3
clausula: *volumus, &c.* Nam non plus † referens priuilegium continere potest, quam ipsum relatum, nec plus confirmans, quam principale, siquidem † actum inualidum & imperfectum per confirmationem ex certa scientia censeri de nouo dationem. Verum diuersum est in nostro casu. Nam hic non aliquid inua- 4
lidum vel imperfectum, sed † falsum & nullum est, quod non potest vllo modo confirmari. Quod enim non est, quam qualitatem recipiet? Videantur de hac materia Dd. *l. more ff. de iurisdict. om. iud. capitulo primo, de rescriptis, capit. inter dilectos, de fide instrument. l. ait prætor, §. si iudex, ff. de re iudic sing. Fel. dict. capit. inter dilectos, & capit. ex parte, numero* 42. Ex quibus locis ista clara sunt & manifesta, nisi de noua ad illa iura, quæ Henricus dederat, etiam hoc ius adiicere voluit, (quod ex nulla clausula coniicere possum, vel elicere) quod tamen in noua concessione vel datione omnino necessarium fuit, non secus ac in aliis priuilegiis. Sed arbitror quod copiæ, quæ Imp. huic iudicio exhibitæ sunt, vel callide clausulam illam, vel etiam ignoranter insertam habuerint. Nec enim aliud principale vnquam fuit, quam quod supra fores templi insculptum est. Itaque facile hoc fuit factum, præsertim vbi nulla causæ cognitio accipitur, vt in hoc priuilegio. Secundum huius generis priuilegium Rodolphi est, de quo dubium esse nequit, quod non maioris effectus esse nequeat, quam id, cuius est innouatio & confirmatio. Est autem proxime præcedentis, quod totum vt inseritur, ita innouatur & confirmatur eodem tenore, vtpote firmatur instrumenti confirmatio, referentis referens. Et tertium est, quod Caroli V. videri potest, non esse huius generis, sed de nouo dationem. Verum, quando penitius inspicitur, nihil est aliud, quam innouatio & confirmatio superiorum priuilegiorum. Hoc dicere volo, etsi narratio non ita expresse incipiat, tamen in progressu clausula confirmatoria ponitur, ire Freyheiten/Handvesten/&c. cum repetitione eorundem verborum & sententiarum, quæ in præcedentibus, excepta solum linguæ mutatione. Sic etiam loco, quoad nostrum punctum, mos est, qualia sunt ista præterita, nempe innouationem quidem esse eius iuris, quod ab Henrico & Friderico acceperunt, sed non huius iuris nouam concessionem. Restant eiusdem Caroli IV. & Maximiliani priuilegia, de quibus quærere necesse non est, an in hoc ordine collocari debeant. Sunt enim manifesta, & eo omnia recidunt, si quod priuilegium Actoribus ab antecessoribus indultum est, vt hoc illæsum & saluum conseruetur. Nam nullum conceditur. Quare in hac quæstione *An sit*; nullius priuilegii ratio haberi potest, quam primi & principalis. At hoc immunitatem allegatam non continet. Ergo concludo non esse priuilegium. Et per consequens, actionem non probatam. Nam, *vt supra dixi*, priuilegium probari debet, vt aliqua sit actio ex priuilegio, possetque sola hæc resolutio mihi sufficere. Verum, cum in contrarium probabiliter fortassis quædam referri possent, ponam, ac si esset aliquod de nouo concessum à Friderico I. vel Carolo IV. simulque prosequar propositas quæstiones.

Secunda quæstio est: Quid sit?

Clausula talis est; *Volumus etiam, vt nullus ciuium nostrorum alicui exactioni extra ciuitatem factæ de rebus suis mobilibus vel immobilibus subiaceat.* In qua inprimis verba omnino generalia sunt, vtpote † *exactionis* verbum æque pertinet ad 6
vectigalia, quam ad munera vel tributa. *l. 4. C. de vectigal. & comm. l. 1. & 3. C. vectig. noua inst. non posse, l. 1. & seq. C. de exactor. tribut.* Item verba, *extra ciuitatem*, non definitum † Episcopatum, 7
vel locũ demonstrant, sed infinitum, quousque scilicet Imperii fines & authoritas se extendit, *arg. l. 2. & 87. de verb. sig.* simili modo, verba *de rebus suis mobilibus & immobilibus* † generalitatem 8
habent manifestam, hoc est, vt nec vectigal pro vlla merce dependant, nec tributum de re immobili, nec vllam aliam collationem pro patrimonio vel fortunis, *l. 7. Cod. vectigal. l. 2. Cod. de annon. & trib. libro decimo, l. rescripto, §. sciendum ff. de mu. & honor. l. 1. & seq. C. de munerib. patrimoniorum, lib.* 10. Et hæc, quoad verba. Quoad res primum considero, quod immunitas † alia perso- 9
nis, alia rebus detur: illa cum personis extinguitur, hæc perpetuo durat, *l. 1. & 4. ff. de iur. immun. l. 3. & 4. ff. de censib.* Vt autem alterutra censeatur, contemplamur aut causam, *l. 13. C. de excus. mun. lib.* 10. aut personarũ cõditionẽ & qualitatem, *l. 1. §. 1. ff. de iur. immun.* Sed hic causa priuilegii perpetua est, quare ciues quoq; perpetuo esse censentur. Ergo dubium esse non potest, quin hoc priuilegium reale sit, *d. l. 4. ff. de censibus, l. proponebatur, ff. de iudic.* Secundo, considero † tria 10
gene-

genera esse tribuendi, muneris publici vocationem: vnum plenius, cum & militiæ detur. Alterum exiguum, positum in nuda muneris vacatione, *leg. 13. ff. de vac. & excus. mun.* Colligitur tertium genus ex *leg. 11. eod. tit.* cum nimirum quis à muneribus, quæ rei cohærent vno vel pluribus ex principali beneficio immunitatem nactus est. *d. l. 11. §. siue autem. ff. de muner.* Nunc si verborum explicatio, quam fecimus, vera est, consequitur, quod nostrum priuilegium est tertii generis, tam latum, vt nulli vnquam concessum fuerit simile. Nec hoc solum quoad
11 munera, sed etiam quoad † vectigalia, quæ muneris appellatione non continentur. *l. 17. & 10. de verb. significat.* Sic erit ista immunitas reale ius, & omnino plenissimum. Atque hæc quoad ius in hac quæstione.

Cæterum scire oportet, quod Actores vel metu nullius effectus, vel non vsus, non tam late hoc secundum priuilegium ipsi accipiunt, sed coarctant ad infimum genus, hoc est, ad nudam muneris vacationem. Carolus etiam quar-
12 tus verbum exactionis † Schatzung interpretatur, quod tamen dubito, an possit ordinarium simul & extraordinarium complecti. Itaque in hoc puncto de iure sic concludo, *vt supra dixi*, ex interpretatione & voluntate Actorum, priuilegium hoc reale quidem, sed nec plenissimum, nec plenum, verum exiguum.

Tertia Quæstio; Quæ causa?

Causa expresse narratur in priuilegio. Qui omnes huius priuilegii probabiles circumstantias scire velit, legat Abbat. Vrsperg. *in vita Henrici V.* Iohan. Func. *in comm. ad chronologiam suam. lib. 10.* Estque in ea causa iusta, cur immunitas talis concedi possit in perpetuum. *arg. l. prætor ait. ff. de vacat. mun. Alber. in rub. de munerib. num. 63.*

Quarta Quæstio; Quis effectus?

Si qui igitur putabunt, hoc iuris esse plenis-
13 simi, dico effectum † eius in tributis & annonis, siue in indictionibus nouo iure esse nullum. *l. 6. C. de ann. & tribu. l. vacuatis. C. de decur. l. 1. C. de indict. l. 1. C. de immun. nem. conced. l. fin. §. patrimoniorum. ff. de mun.* Idem ius est in concessa immunitate à vectigalibus. *l. 6. & 12. C. de vectig. & comm.* Rationes explicantur *in tit. C. si contra ius vel vtil. publ.* Secundi generis, vtpote plenioris, effectus clari sunt. *d. l. 13. ff. de vacat. mune.* Sed verba priuilegii non conueniunt. Nec enim vllius militiæ aut armatæ, aut palatinæ in eo mentio fit. *l. 6. & 18. ff. de re iudic. l. 1. C. de iur. & fact. ignor. l. 4. C. qui tut. dare poss.* Nec opinor, oneratos eo tempore Actores cum serui essent. Quare & huius generis secundi cessat effectus. Neutrum etiam ab Actoribus adscritur, sed fundant se solum in nuda muneris vacatione, an recte dicam in elisione. Nunc de eius effectu videamus: Ille explicatur. *l. cuius muneris. ff. de vac. num. l. vn. C. de vac. mun. publ. lib. 10. l. 3. C. de mun. patrimon.* Omnes in summa hoc habent, quod talis immunitas ab extraordinariis exculat, non ordinariis. Hic cardo est, in quo nostra vertitur quæstio, scilicet hoc modo. Qui à publicis muneribus vacationem habet, ab extraordinariis oneribus liber est. Nos à publicis muneribus vacationem habemus. Ergo. Porro, *hoc quod nobis imposuisti extraordinarium est.* Ergo eo iniuste grauati.

De Maiore.

Ad maioris explicationem necessario nos intelligere oportet, quæ sint ordinaria, quæ extraordinaria? In qua re DD. nostri mire variant.
14 Quod ad † definitionem vtriusque attinet illa optime colligitur *ex d. l. vn. C. de publ. mun. vacat. l. hi qui de. l. de quibus. ff. legib. l. 1. C. de expens. ludor. lib. 11. l. domini prædiorũ. C. de agric. & censit. c. quibusdam. §. præterea, de verbor. significat.* Quare omnia ea sunt ordinaria, quæ ex lege vel constitutione principum, vel ex more & consuetudine; Econtra extraordinaria, quæ non lege, non consuetudine principum, non more à magistratibus
15 iniunguntur & inferuntur. Illorum † ordinariorum duo genera esse reperio. Vnum hoc, quod in re & tempore certam & definitam habet protestationem; qualia in iure sunt omnis generis tributa in auro, argento, veste, indictum, capitatio, & in Germania beyde der Stättenstewer / deß Reichs Regiment vnd Cammergericht Vnderhaltung / vel si quæ sunt similia, quæ in certa forma vel lustris certis, temporibusve certis præstari solent. Alterum genus est,
16 quod † necessitatis tempore vel publicæ vtilitatis causa, non certo & definito tempore indicitur, atque soluitur, qualia in iure sunt oblationes super indictum principis murorum, constitutio viarum & aggerum, munitiones hospitum, acceptiones in Germania, Römerzug / Bawgeldt / Türckenhülff / super indicta imperii. Non ignoro, quod hæ species vltimi generis à plerisque Dd. habeantur pro extraordinariis, sed nescio, quam recte, in qua re plane assentientem habeo Antibolum *tract. sua de muner. §. 3. diuersarum quæstionum.* Ratio est, cum ex lege vel constitutione imperii, vel ex consuetudine necessario quæuis istarum necessitatum incidenter persoluitur: In speciebus iuris manifestum est, nec tamen habent certam præstationem ab initio ordinaria tamen recte dicuntur, quia † ex lege ab omnibus nullo obstante
17 priuilegio, incidente casu inferri debent. *l. 2. & 3. l. fin. C. de mun. patrimon. lib. 10. l. omnes omnino. C. de annon. & trib. l. 2. C. de immun. nem. conced. l. si pendentes. §. si quid cloacam. ff. de vsufruct.* Item iudicio in prædictis speciebus Germaniæ: Similiter etiam incidentibus istis casibus ex consuetudine ab omnibus persoluuntur. Quanquam enim non semper certam & definitam, sed quæ cum

inducitur & præscribitur, præstationē habeant, ordinaria tamen prædicta ratione recte dici videntur. *arg. dd. L L.* & respectu eiusdem causæ efficientis, & effectus probatur in den Abschey-den de an. 1542. & 1544. à quo nō discrepat *Bald. d.l. ad l. fin. C. sine cens. vel reliq. &c. nu. 4. & 5. Bart. ad l. 1. C. de mulier. quo in loco. l. hi qui ff. de. vac. mun.* Si quis tamen malit hæc esse extraordinaria, cū eo non pugnabo. Possunt enim diuerso respe-
18 ctu, † hoc aut illo censeri nomine. Sed tamen hoc casu scire nos oportet, extraordinariorum
19 omnium † non eundum effectum esse in publici muneris vacatione. Nam certum est, nec in iure, nec ex more Germaniæ, vacationem muneris generalem, quæ ab extraordinariis excusat, ad prædicta extraordinaria eiusdem generis extendi posse, de legibus & Abschey-den. Sic nihil referre puto quo nomine ista appellātur, modo de effectu inter nos conueniat, hoc est, si intelligantur eum, qui infimi generis immunitatem accepit, ab istis extraordinariis quæ effectu sunt, & modo præstandi canonicata non magis excusari quam ab ordinariis. Quæ si vera sunt, intelligitur maior nostra propositio de extraordinariis, quæ extra illum numerum reperiūtur, scilicet quæ effectu Canonica non sunt, qualia esse arbitror, quæ non lege, principe vel imperio, vel ex more, sed quæ à magistratibus ciuitatum extra ordinem ad tempus ex improuiso imponuntur. *per d.l. 1. & Bar.* Et in quibusdam casibus etiam à principe, vt in nato filio, ducenda vxore & similibus, inter quos tamen etiam differentia non est exigua. Nam mea sentētia & illas species ordinariarū habendas, propter præstationem, vt ab iis scilicet nemo excuserur, quamuis habeat huius muneris publici vacationem, quia non nudam principis volūtatem, sed pietatem respiciunt, sicut illa publ. tam vtilitatem, vt si princeps pauper vel captus sit. Sed hoc satis de maiore.

De Enthymemate secundo.

De minore propositione diximus in prima quæstione. Venio ad secundum Enthymema. Cum ergo asserant Actores, tamen nobis imposuisti extraordinarium, scire oportet, an tale sit extraordinarium, à quo priuilegia hæc excusent. Referuntur causæ indictæ contributionis in exceptionibus. *num.* 23. quæ causæ in nulla parte processus confutantur, vereq; reperiuntur in den Abschey-den ad 21. & 22. Iam si illa vera sunt, quæ ante diximus, erit hæc contributio mea sententia ordinaria, vel cui ita placet, extraordinaria: at effectu & præstatione ordinaria. *d.l 1. C. de interdi. l. 2. & fin. C. de mun. patrimon.* Dictis Abschey-d obiiciat aliquis, habere illa posse locum in deß Reichs Anlagen: propter autoritatē Imperatoris vel imperii, certe dubium esse nequit: Cæterum in principibus & Vasallis imperii non perinde. Ad quod respondeo, idem esse nunc in parte, quod in toto. Postquam enim imperium in plures partes scissum est, quod competit ex tali causa toti imperio, debet nunc & ipsum competere ipsi parti. Ratio est aperta, habent enim nunc principes † eadem regalia, quæ Imperatori olim in 20
eadem parte competebant, *tract. eleg. d. Antibolus vbi supra per 2. §. testat. num. 2. Iaf. l placet. C. de sacrof. Eccl. verbo, qui vicem eius obtinet. num. 7.* Deinde sine subsidio subditorum, quorum personas repræsentant, ad omnes contributiones imperii, maxime super indicta, quæ sæpe ad duplum vel triplum extenditur, partes etiam compelli nequeunt. Quod ipsum comprobat cōmunis consuetudo totius Germaniæ. Vnde sequitur, prædictam maiorem propositionē in nostra collecta non esse veram, nempe quod qui publici muneris vacationem impetrat, liber sit & immunis subsidio, quod præstatur in causis necessariis & publicis, quales supra enarrauimus. Quare concludo, in hoc puncto prætensi priuilegii in hoc casu nullum esse effectum.

An Et sa?

Duo genera exceptionum reperio. Vnum iuris scripti: Alterum contrariorum priuilegiorum & instrumentorum. Quoad primum, sunt ista supra pertractata; Illud vero in hunc 21
locum reseruatum. An † Actores pro arbitrio suo priuilegium suum interpretari possint? Exempli causa, impetrare † immunitatem ab o- 22
cauua mercium quod fieri nequit *l. ex præstatione C. de vectig.* volo id nunc trahere ad res, quas in vsus meos adueho, quod fieri potest. *l. vniuerso. eod. tit. l. 4. §. 1. ff. de publ.* an eiusmodi interpretatio Rei exceptiones, contra rescriptum replicando elidat? Nam quæ lædunt alios, vel quæ sunt † contra publicam vtilitatem, fauo- 23
rem in interpretando non merentur, sed verba † prout iacent accipien a, *l. fin. ff. de const.* 24
princ. l. quia tale, & ibi Bartol ff. sol. matrim. cons. 86. lib. 1. quæ si subsistere nequit, non licet quærere aliam speciem, quæ dari potest, ab illa altera longe diuersam, vel ex genere permissibili, eligere vnam speciem, quæ permitti potest. *Euer. loco à spec. ad gen. & à gen. ad spectem.* Ita in nostro priuilegio, cum ex verbis & sententia pateat, quod si generalissimum, quale nulla religio, nulla dignitas, nullum meritum ab vllo principe impetrare potuit, ac perinde haberi nequeat, nec illud habeant? ꝙ si impetratum fuisset, habere potuissent. Secundo videndum & considerandum, qualis sit hæc nostra contributio, an rebus, an personis pro rebus indicta? Et certū est, quod rebus sit indicta non personis, ꝓ fortunis vel patrimonio. Non ergo collecta est, sed munus patrimoniale, ex eo genere, quod necessitatis tēpore & ante prouisæ, siue ab imperio ordinate, siue † à principe, qui in 25
hac parte vices Imperatoris gerit, iniunctū est

& ex-

& exactum, à quo non excusari quenquam debere supra disputatum est. Et confirmatur in *l. honor. 14. § munus. ff. de mun.* Item *l. sunt munera ff. de vac. mu.* Et sic non obstat octauo querela futurum hac ratione vt pluribus in locis contribuant ex eadem causa. Nam hoc falsum est; siquidem vbi eadem causa est, non necesse habent in collectis, quæ pro omnibus fiunt, referre in causam ea bona, pro quibus alibi onera eiusmodi sustinet, quod ponderat *Antibolus supra p. 2.* Porro ex eo quod patrimonialem hanc collectionem diximus, & posito, quod ab ea excusari debeant, sequitur tamen quod eiusmodi excusatio non vltra se extendat, quam ad ea bona, quæ tempore impetrati priuilegii possidebant. Etsi enim nonnihil controuersum sit apud Dd. de bonis acquisitis in extraordinariis personalibus, siue in collectis: in prædictis tamē collationibus, siue muneribus patrimonialibus, etsi sint extraordinaria, nemo ambigere potest. *l. 1. C. de indict. l. fin. C. de exactor. tribut. & ibi Plat. Specu. de Cler. coniug. vers. ad huius. nu. 10 communiter. DD. ad l. placet. in fin. & l. fin. C. sine censu. &c.* Sic etiam in hac parte deficiunt Actores, nam ea bona probata non sunt nec possunt probari. Quibus etiam obiter decisam volo illam Quæstionem, quæ incidenter mouetur, *an tanquam forenses nihil præstare debeant.* Nam licet tales essent, cuius contrarium multis docetur, tamen horum consideratio concidit per modum contribuendi. Tertio ad hoc genus pertinent disputationes, *quatenus priuilegium vnius alio præiudicet, quando tempore non vtendo omittatur, an citatio requiratur.* Sed cum hæc ab vtraque parte sint disputata, tamen hoc admonere volo, postquam constet, Reum tempore concessionis omnium priuilegiorum regalia habuisse, inter quæ sunt ius collectandi, non potuisse Imperatorem sine iusta causa, quam metiri debemus ex persona admittentis hoc ius ademisse: Sed talis causa nulla infertur. Verum quidem, quod in concessione principalis priuilegii Episcopus interfuisse videtur. At clausula illa, in qua vis est quæstionis, desideratur: præter hoc non potuit ille successoribus suis hoc pacto præiudicare, de quibus omnibus videantur *DD. ad l. fin. ff. de constit. princ. ad c. cum accessisset. de const. Ias. d. l. placet.*

De priuilegiis.

Venio ad priuilegia. Primum est Caroli IV. ex quo colligitur, quod Reus eo tempore ordinaria tributa, & ius inducendi nouum quibuscunque possessoribus pro necessitate vel publica vtilitate habebat. Deinde quod etiam
26 iuris est, vt qui alibi domicilium † transferrent, tanquam originarii ibidem collectas penderent. *l. incola. ff. ad municip.* Datum autem illud fuit Anno 1349. sic vt distet ab Actorum principali priuilegio annis 238. à Fride. priuileg. annis 139. quæ vna probatio possessionis rei & iuris. Idem priuilegium in effectu derogat Actorum efficacissimo priuilegio, quod ipsis biennio ante ab eodem Imperatore indultum fuit, an recte, non disputo, nam vtrumque eiusdem est efficaciæ. Secundum quod est Caroli V. ad rem nihil facit. Idem de Sigismundi variis priuilegiis dicendum, etsi te manifestam reuocationem priuilegiorum contineant, quia tamen nulla causa inseritur, nec partes vocatæ apud me nō concludunt, At quartum, id singularem probationem habet. Nam in eo per sententiam adiudicatur Reo ius Beedt & Stewer/ de quibus illo tempore lis erat, hoc est, ius tributorum & collectarum. Cæteta confirmantia sunt & nihil noui tribuunt. Restat vnum argumentū Ludouici Episcopi, & plura alia vtriusque generis argumenta adferuntur, quæ omittit, cum hæc omnia visa sint satis ad id, meo iudicio, nempe Actorum actionem non solum exceptionibus iuris recte elisam, sed rei ius etiam ex personæ suæ qualitate, & vsu sufficienter comprobatum. Quibus adde, quæ antea cōclusimus, nullum Actores habere priuilegium, vel si habent. nullius esse momenti, vel si est alicuius momenti, non extendi, nisi ad ea bona, quæ eo tempore possidebant, quæ probata non sunt. Itaque concludo, præmissis non probatis, petitionem inferri nō posse, atque ita Reum ab ea absoluendū vel etiam propter ius Rei comprobatum vlterius de iure ipsius pronunciari posse, iuxta conclusionem, quam accepit: Expensis compensatis. Quia causa agitur inter dominum & subditos, Episcopum & oues pascuorum eius. Demum quia quæstio Iuris, & iustus error Actorum.

D. N. Correferens.

De iurisdictione nihil dubitat, quia processus decreti sunt, & sine exceptione lis contestata, Item partium consensu iurisdictio prorogata. Nullitates quoque nullæ apparent, Actū ex priuilegio ad consequendam medietatem pœnæ eidem insertæ, cum petitione in rem negatoriæ actionis, quā principaliter partes prosequuntur, attentis vbique illorum petitionibus, probationibus & iuribus in actis productis. Quod autem super iure collectandi talis detur actio, refert se ad ea, quæ dixit in causa Teutschenmeister contra Dhona Werdt.

An probata?

Nituntur Actores duobus potissimum fundamentis, quæ magis facti sunt. Primum est priuilegium Henrici V. confirmatio Friderici I. Rodolphi, Caroli IV. inthronisationes Episcoporum. Alterum est, præscriptio immunitatis seu exemptionis à tempore immemoriali. Cæterum ex priuilegio Henrici V. nusquam constat, Actoribus illam immunitatem concessam esse, et sic illud priuilegium, & quicquid

de eo dicitur, quod in vim contractus transierit propter mutua officia, idque irrenocabile sit, Actoribus suffragari non potest. Alterum Friderici I. quamuis à principio verba confirmationem magis, quam verum priuilegium sonare videantur, dum dicit, *renouat. &c* tamen, quia de nouo clausulam, *volumus etiam vt nullius, &c.* adiicit, præter priora priuilegia magis videtur sibi nouum in hoc ius Actoribus concedere, & dispositiue loqui, quam quod priora priuilegia & clausulas tantũ referat, attentis verbis, quod in priore persona loquatur, *volumus &c.* Vnde præter iam enumerata d. Imp. priuilegia Actoribus de nouo illa tribuit & concedit. Non obstat, quod dicitur, eum, qui confirmat, nihil noui concedere, & in generali confirmatione
27 † non comprehenduntur priuilegia, nisi concessa tempore confirmationis *Bald. l. priuilegia C. de S S. Eccl. l. Mœuio. §. auia. ff. de leg.* 2. Id verum quidem est de iis, quæ iam concessa sunt, & quæ relatiue enumerantur & stabiliuntur, adeo vt illa vltra suos limites extendi non possint. Verum si quid vlterius concedatur, quod prioribus non est insertum, quid prohibeat illud nouam esse concessionem aut Imp. dare non posse, quatenus alias de iure liceat. Insuper tertiũ Rodolphi, quamuis nihil aliud habet, quam quod Friderici priuilegium verborenus refert, tamen sicut dictum secundum priuilegium habet, vtitur verbo, *renouemus*. Ita Rudolphus ponit, *innouamus*, quæ verba non solum nudam confirmationem, sed etiam nouam concessio-
28 nem important & arguunt. Et qui † confirmat, videtur dare. *Spec. de instru. edit. §. nunc autem videndum.* Dato etiam confirmationem Friderici non valuisse ob defectum clausulæ &c. tamen cum dictum priuilegium Friderici cum dicta clausula expresse concedatur & scienter, postmodum in priuilegio Rodolphi ex certa scientia confirmatur, & de verbo inscritur fallit supra d. regula. Quia isto casu confirmando dat, etiamsi confirmatio Friderici non valuerit. *Fel. c. inter dilectos. numer.* 14. *de fide instru.* Item fallit, quando confirmans est talis, qui posset actum perfectum reuocare, vt hic Imperator aut Rex: tunc confirmando potest dici, quod dat. *Fel. vbi supra num.* 16. Item fallit in eo, qui potest confirmando dare, quia simpliciter prouidendo facit vtrunq;. *Fel. ibid. num.* 17. Namq; respectu actus, qui præcessit nuliter, vocatur cõfirmatio. Respectu vero iuris, quod non erat, collata est noua datio. *Inn. d. c. inter fac. l. si donante §. 1. ff. de don. int. vir. & vx. l. 1 ff. de manumiss. test.* Quia vt Baldus ibidem ait, vltimum tempus trahitur ad primum. Et vt dictæ confirmationes non important nouam concessionem, tamen priuilegium Caroli IV. sonat se dare Actoribus inter aliam etiam, wir wöllen auch/ &c. quæ verba immunitatem Actorum liquide ostendunt, & nil aliud quam translationẽ prioris clausulę? *volumus &c.* in se continent, cum noua datione & cõcessione. Quæ de episcoporum inthronisatione, & stipulationib. dicuntur, leuiora sunt, quam vt Actoribus aliquid adminiculentur. Neque enim expressam renunciationem iuris collectandi in se continent: Imo plane generalia sunt, neque Episcopi psumuntur in genere concessisse Actoribus id, quod in specie nunquam concedere potuerunt, contra iuramentum Ecclesiæ prius præstitum & ius commune. Ex quo in aliis scriptutis & generalibus concessionibus nulla penitus facta est specialis mẽtio de liberatione à collectis, quam liberationem tanquam de magnis regalibus, principes verisimiliter in specie suis subditis ita facile non essent concessuri. Nec iuramentum generale extenditur ad ea, † que quis verisimiliter non 29
iurasset, *c. 1. cum ibi not. de iura. in 6.* Præterea clausula, quod huiusmodi priuilegium redundaret in præiudicium totius prouinciæ, & aliorum deß Stiffts / quia maiores collectæ iis imponerentur, si Actores essent immunes, & per consequens tale priuilegium derogaret publicæ vtilitati. † Quo casu etiam principis benefici- 30
um stricte interpretandum. *l. si quando. C. de oper. pub. Ang. l. fin. ff. de const. princ. refert & sequitur Ias. ibid.* Similiter alterum fundamentum allegatæ immunitatis, præscriptio scilicet Actori nihil prodest. Nam licet † libertas non soluendi col- 31
lectas præscribi possit spacio 40. an. *Corn. cons.* 162. *vol.* 3. Imo etiam annis 10. vel 20. si concurrat titulus, cum tantum tempus bonam fidem præsumat. *Alex. cons.* 115. *vol.* 4. Actores tamen nusquam probant, se aut suos antecessores non fuisse exactos per tantum tempus: quia non euenit casus imponendi collectas tales, nec fuit imposita: ideo dicere non possunt, se exceptionem illam præscripsisse, quia nunquam se renuisse probant, & quod post talem recusationem tale tempus fuerit in aliis casibus & collectis effluxum. Nam ad istud probandum debẽt concurrere, quæ per Actores cum maxima difficultate poterunt probari, nempe, quod aliquo tẽpore fuerunt requisiti, soluere collectam, & quod recusarint, & quod successiue per tempus ad minus 40. annorum perseuerarint in tali immunitate bona fide, superiori sciente & patiente, & quod tale tẽpus inceperit à tẽpore primæ impositionis & recusationis, alias si ista interuenisse nõ probantur, vti probata nõ sunt, tũ allegata præscriptio nihil operatur. *Alex. cons.* 136. *col. pen & vlt. vol.* 2. *Abb. & alij c. si diligẽti. & c. cũ nobis. de præscrip.* Cõcludo ergo, Actorũ immunitatem per priuilegia saltem Caroli IV. probata.

An Elisa?

Opponit Reus tres defensiones, quarum prima est ius commune, & quę iuri cõmuni æquiparatur, legitima consuetudo. Quod principes Imperii regalia habeant ab Imperatore, & in hoc Episcopi parificentur Imperatorib. in imperio

perio receptum est, vt Reum quoque habere li-
32 tera A. patet. Atque munerum † impositio ad
supremum principem spectat, estque vnum de
regalibus reseruatum principi. *Bald. l. cum multa in fin. C. de bon. quæ lib.* vbi dicitur, solum princi-
33 pem † posse collectam imponere, siquidem im-
positio collectarum est actus iurisdictionis, &
qui intra iurisdictionem explicari non potest.
Alex. consil. 78. nu. 9. vol. 6. Petitum autem munus
bonis in districtu & territorio Rei sitis iniun-
ctum est, & Actores, quoad ista bona, Rei iuris-
dictionem omnino recognoscere, & eidē subiacere tenentur. Hinc est, vt Reo ratione iuris cōmunis illa condictio competierit. *Luc. de Penna tract. de re militari.* Et sic non est de reseruatis
34 principis, quia inferioribus etiam competere †
potest multipliciter. *Alex. cons. 70. vol. 2. Ias. & Dd. d. l. placet.* Pariter adstipulatur Reo communis Germaniæ consuetudo, quæ etsi facti sit ideoq; probanda, alioquin in consideratione non ha-
35 benda, tamen † quia generalis & notoria habe-
tur, vt ius scriptum. *l. emptorem in pr. ff. de act. empt. Ias. l. post dotem. ff. sol. matr. num. 102.* Quare vt Episcopus iurisdictionem collectandi in casibus à iure permissis, etiam ex concessione in feudo seu inuestitura Imperat. habet. Et sub illa potestate collectandi continentur omnes actus collectandi, licet differant in modo, vel in plus & minus. *l. generale. ff. de leg.* 1. Infertur Reo licuisse tam de iure communi quam consuetudinario, bona Actorum Indicere. Altera defensio consistit in priuilegio Caroli IV. aliisq; literis & laudo palatini. Quamuis enim Carolus An. 1347. in vigilia natalis domini, Actoribus priuilegia immunitatis concesserit, tamen id contra dicta iura & cōsuetudinem factum esse liquide constat, clam Reo nec citato, nec audito desuper, citra omnem causæ cognitionē, in detrimentum iurium Ecclesiæ & Episcopi: Ideoque nullo iure valere aut subsistere potest. Vnde præsumitur Carolum huius subreptionis præmonitum, vel pœnitentia ductum, statim 16. April. postea An. 1349. illum errorem & enormem læsionē Episcopi singulari priuilegio reuocasse, eiusq; bene fuisse memorē, dum in speciem N. ciuitatis expressam mentionē fecerit. Idemq; priuilegium N. concessit, adiecta clausula derogatoria, *non obstante*, quæ omnes alias retroconcessiones N. datas manifeste tollit, maxime, cum iustissimam reuocationis causam habuerit. Et præsumitur in genere derogasse ei cōcessioni, quam in speciem auditis Episcopi iuribus nunquam concessisset, *arg. à contr. sensu c. 2. de decimis. in 6. c. fin. de offi. vicarij l. obligatione. ff. de pig.* Imo vt tradit Alexan.
36 *cons. 216. p. 2 n 16. & seq.* princeps † postea ea, quæ inducta sunt de iure diuino, naturali & gentiū, tollere, etiam sine causa per clausulam, *non obstante, &c.* Etsi agatur de alterius graui præiudicio, *Dd. in l. fi. C. Si cont. Ius vel vtil. pub. l. 1. ff. de const. princ. Innoc. c. Canon. c. quæ in Ecclesiarum. de const. c. quia plerunq; de Immun. Eccl.* Nam † quotiescunq; 37
priuilegia non sunt clausa in corpore iuris ciuilis, vt hoc nostrum, certe vt talibus priuilegiis derogatū intelligatur, sufficit in genere de priuilegiis facere mentionē, nec requritur, q̄ in specie aut indiuiduo aliquid derogatur. *Frid. de Sen. cons. 147. Cast. l. si mihi & tibi. §. in legatis. ff. de legat. 1.* Reliqua priuilegia omnino sunt confirmantia priorū, inprimis Sigismundi, quod habet clausulam supplentem omnes defectus, & quod omnia habeantur pro expressis, tam in suo quam in omnibus præcedētibus priuilegiis cum clausulis, *certa scientia, plenitudine potestatis*, & expressam clausulam irritantē, quoad Actores in speciem itaq; Rei ius per priuilegia fundatum putat. Secundum subsidium quod in priuilegio & laudo Palatini consistit, fortius est. Nam etsi Reus, nec ius, nec consuetudinem, vel priuilegium pro se haberet, tamen cum compromissa ad instar iudiciorum redacta sint, & istud laudum in rem iudicatam trāsierit, appellatione aut reductione remotis, nō videt, quo iure Actores contrauenire possint, Quod laudum Reo per consuetudinem, herkommen/ & possessionem collectandi & steurandi competit, nec obstat, quod
Actores, Beed vñ Stewer/ pro eodem ponunt, 38
quia † secundum cōmunem loquendi modū diuersa & separata sunt, cum Beed sit ordinarium quiddam: Stewer autem generale quid extraordinariū, idem quod Schatzung/ & omne id, quod confertur. Similiter nihil mouet, q̄ laudum de tribus tantum pagis loquitur. Neque enim plus compromissum aut tum controuersum fuit. Vnde super plurib. laudare nō potuit. Cum autem similium idem sit iudicium, quid vetat de reliquis N. bonis in Episcopatu sitis itidem statuere. Itidem Actoribus non patrocinatur, quod dicitur Reum nunquam fuisse in possessione, quod falsum esse, ex tribus fundamētis in fine patebit: tamen cum ius iudicandi in facultate consistit, vt pro tempore, & suo arbitrio vti possit, clari iuris est huiusmodi facultati per Actores minime præscribi potuisse. Quare vel hoc solo argumento laudum Palatini, & Actorum intentio eneruari potest. Continuando restat tertia defensio possessionis, & in secu. præscript. Rei possessio probatur per N. von der N. 4. testem, qui aliquando doppel Beedt soluit, & quamuis hic † actus vnicus sit, tamen ad pro- 39
bandum eiusmodi ius sufficit. *Paris. cons. 25. vol. 1. num. 88.* Non impedit quoque, quod vnicus est testis, & Actores vti singulare illum respuunt: Quoniam etiam possessio probatur per missiuas Actorum & sui ciuis N. N. ad Episcopum & suum Hoffmeister/ quæ missiuæ verbum Schatzung habent, Item probatur quod non solum R. sed & alii ciues jhre Schatzung apud Hoffmeister hinderlegt haben. Et sic Actores certam scientiam huius indictionis Episco. habuerunt, nec tamen in contrarium aut protestati sunt,

aut à tali grauamine appellarunt, quod de iure facere debebāt. *Schurff. cons.* 59. *n.* 32. *cen.* 1. Sed magis huic impositioni acquieuerunt, id quod per Landtschreibers Rechnung probatur, quod 3. ciues & quidem non vulgares, maxime N. qui Senatorii ordinis fuit, istam collectā soluerint, nec depositam pecuniam per se, apud magistratum repetierint. Vnde Rei possessio & præscriptio probatur. Neque hic attendo, an Actores forenses vel subiecti Rei sint: nam diuerso respectu & forenses subditi esse possunt. Et quamuis forenses pro bonis in terris collectantium sitis collectari non possunt ob defectum iurisdictionis, tamen quia id constat Reum tempore sufficienti, & per consuetudinem etiam Actoribus, si forenses prorsus essent, pro bonis in suo districtu sitis, collectas indixisse, sequitur, Reum imposterū quoq; pro omnibus aliis speciebus & necessitatib. occurrētibus facere posse, maxime cum nō simpliciter forenses sint Actores, sed aliquo modo Reo quoque subditi & iurati. Et q. Reus merum imperiū vber Halß vñ Bein/ & alia in Actores habeat. Item quod cōstat ipsis olim Episcopis fuisse subiectos. Tandem multum pro Reo facit transactio inter Palatinum, quo i vterque alterius Leibeygen vnd andere Hindersassen/ in suo territorio habitātes nō tātū de bonis in suo districtu; verumēt in alterius Gemärckē/ Gerichtszwangen/ satis collectare posset; id quod cessante hac trāsactione facere non licuisset, sed quilibet ibi loci, vbi bona sita sunt. Stewer vnd Schatzung soluisset: Igitur & per hoc probatur etiam consuetudo prædicta: Etenim omissis altercationibus concludit hoc munus esse extraordinarium, quia incertā & indefinitam præstationem habet, cum nunc augeri, nunc minui possit pro temporum & causarum qualitate, seu incidente necessitate, quanquam respectu ipsius solutionis, quæ de singulis agris certa ac determinata est ordinarium etiam sapiat. Concludit igitur munus hoc nostrum esse mere reale, & respicere facultates locorum & prædiorum, licet alias generaliter loquendo, sit munus mixtum, & imponatur personis pro rebus tamen, quia collectæ soluuntur pro numero iugerum & mensura camporum, vt hic, quæ mere patrimonialia sunt, nulli forenses etiam excusantur tanquam possidētes tantū bona. l. *munerū* §. *sed ea quæ. ff. de mun. & honor. l. lu. munerib. l. vt munera. ff. de vac. mun. Paris. d. con. per tot.* vbi quæstionē in terminis pertractat. Quare & per hoc concludit, Actorū intentionem elisam, & pronunciandum pro Reo, absoluendo eum simpliciter iuxta petitionē eius, sub litis contestatione annexam. Expresse non pronunciatur quod ipse petit in principali pronunciari, sed saltem in pœnas incidisse, à quibus per supra dicta excusatus est. Et † quod dominis locorum liceat pro huiusmodi collectis facere eiusmodi bannimenta & proclamata tenet Bal. *consil.* 424. *vol.* 3. Imo etiā potest sequestrare fructus pignorare, distrahere bona, & similia exercere ob iurisdictionē, quam habet in rebus. *Paris. d. cons. nu.* 110. Ex quibus constat, Reū nil attentasse, cum hoc per se corruat propter sententiam causæ principalis. Expensas compēso ob causas D. Ref. Et quia Actores priuilegiū, & sic iustam causam pro se habuerunt. vt supra sensi.

D. N. Causam esse satis diligenter disputatam & breuibus sentit, allegatam immunitatem esse probatam, sed tamen in hac causa mallet iniungere productionem originalis priuilegii Henrici. Concludit per omnia cum Dn. Ref.

D. N. Cum D. Ref. priuilegium Actorum, si quod est, tamen hunc effectum non habet. Cū enim generale sit, & omnes species munerum & onerum complectatur, tam ad ordinaria, quā extraordinaria se extendit. Quia vero liquido ex actis & Actorum confessione constat, se semper & tempore immemoriali, ordinaria, vtpote Beet/ quæ quoque realia munera sunt, quæ agris ipsis imposita sunt, soluisse, & sic in ordinariis à priuilegio recessum, non putat vlterius nunc priuilegium in hoc casu locum habere, tum propter absurdam & enormem læsionem, quæ hinc sequi posset: maxime si diuites ciues in ciuitate N. essent, vel eo aliunde commigrarent, Episcopique bona & subditos suos in suo territorio sibi appropriarent, quæ mens priuilegii non fuit; cum enim stricti iuris sit, igitur tam benigne interpretandum non est. Quare concludit cum D. Refer. Reum ab actione simpliciter absoluendo cum compensatione expensarum, idque ex ea causa, quia Episcopus protestatur de litis contestatione & iurisdictione.

D. N. Casus præsens non est dubius. Exactionem factam exigente publica necessitate, quod suadet etiam publica vtilitas non obstante vllo priuilegio, *Bal. l. iubemus. Iaf. leg. si ex toto. de leg.* 1. immunitati non esse locum. Concludit simpliciter absoluendum Reū, compensatis expensis.

D. N. Reperiri aliud priuilegium, nisi Henrici, clausulam istam non habere, super qua fundant se actores. Cætera priuilegia confirmantia esse. Concludit, etsi quod esset priuilegium, illud esse eneruatum, & pronunciat iuxta petitionem annexam litis contestationi Rei, cum Actorum actio conciderit in negatoria, & Reo in confessoria plene suum ius deduxerit, non putat simpliciter absoluendum, sed hoc ius ipsi adiudicandum, Et hoc vt finis litibus imponatur.

D. N. De iurisdictione & actione cum dominis. Concludit cum D. Corref. negatoriam actionem probatam, pœnalem actionem non probatam, quia dolus non probatus.

An Elisa?

Concludit Episcopo licere collectare suos sed

sed non exemptos, & releuare N. priuilegia contra Episcopum, non contra Imperium; & agentes non fuerunt citati ad concessionem Episcopo factam. Idem dicta cassatio diem & annum non exprimit confirmationis præcedentis, nec tam vrgentem causam cassandi allegat, quam ea fuit concedendo. Insuper Carolus IV. cassat tantum ad futura bona acquirenda; non acquisita prius. Idcirco si Episcopus hac cassatione vti velit, ante omnia, quod bona litigiosa hactenus acquisita essent, probare teneretur. Idem de cassatione Sigismund. Laudo Palatini non mouetur, quia tantum de bonis aliquibus in locis agitur, & forte hactenus acquisitorum. Nec elidit, quod Episcopus sit in possessione collectandi, quia contradictum semper vt per testes. Ergo possessio ex parte Rei quieta vix dici potest. Et versamur in hoc casu magis in petitorio, quam possessorio, cum incidenter possessio accedens iuuet id. Nec multum facit, quod agentes fuerint serui, & adhuc subditi. Pronunciando Reum absoluendum in pœnali, in negatoria intentata condemnat Reum, expensis compensatis. Jedoch wil er sich weiters ersehen/ vnnd sein Votum ad Prothocollum kommen lassen/ bitt derhalben bedacht.

VOTVM XVI.

In causa N. von N. an statt seiner Haußfrawen/ *contra N. N. & consortes.*

In puncto appellationis deuolutæ & attentatorum.

SVMMARIA.

1 *Confirmans antecessorum suorum priuilegia, nihil noui dat, sed datum confirmat.*
2 *Statuta in præiudicium superioris facta, non valent.*
3 *Princeps potest tollere appellationem.*
4 *Princeps non potest tollere, quæ sunt iuris naturalis, vt est defensio: sed quæ sunt iuris positivi, vt appellatio.*
5 *Inferior à Principe non potest tollere appellationem.*
6 *Attentata vt reuocentur, quæ requirantur.*
7 *Acta quando à Iudice sint reuocanda.*
8 *Iudex deferendo appellationi omnem iurisdictionem à se abdicat.*
9 *Iudex dando apostolos refutatorios, potest ad vlteriora non obstante appellatione procedere.*
10 *Attentatorum causa nihil commune habet cum principali, & ea ante omnia sunt reuocanda.*
11 *Iudex si habet viam ordinariam cessat officium eius extraordinarium.*
12 *Citari debent omnes, quorum interest, maxime in actu præiudiciali.*
13 *Citatio fieri potest extra territorium mandantis, & quid operetur.*
14 *Sententia, non citatis & absentibus, quorum interest, lata, nulla est, & n. 16.*
15 *Forma Reum citandi extra territorium citantis.*
17 *Executio contra non citatum & tertium fieri non potest.*

QVod ad deuolutionem attinet: Concludo cum D. Ref. nos in iurisdictione fundatos esse, eo quod N. sunt Status imperii, & eo potissimum quod causa omnium Statuum consensu approbata, & communibus Imperii sumptibus constituta est, iique in iurisdictione eiusdem consenserunt. Non obstant allegata priuilegia de non appellando, quia diu ante receptum Cameræ & constitutum iudicium data sunt, neque in specie aut nominatim Cameræ iurisdictioni aliquid adimunt. Et Imperator Carolus V. confirmando antecessorum suorum † priuilegia, nihil noui dedit, sed datum confirmauit tantum, *vulg. l. heredes palam, §. sed si post ff. de testa. Alex. l. more maior. num. 12. ff. de iurisd. om. iudic.* Non obstat etiam allegata & diuturna præscriptione firmata consuetudo, quod à sententiis Scabinorum N. non appelletur, quia talia † statuta in præiudicium superioris facta, non valent, *ca. venientes de iureiur. vbi Pan. n. 4. & communiter DD. per illum tex.* Licet enim Princeps † possit tollere appellationem, *l. 1. § interdum, ff. à quib. appel. non licet. Couar. pract. quæst. c. 23. n. 6.* Eo quod appellatio non sit † defensio iuris naturalis, quam princeps tollere nequit, vt est citatio, *text. cl. in. pastoralis, de sent. & re iud.* Sed Appellatio iuris humani positiui, & ideo poterit à Principe tolli. *Pan. d. c. 1. n. 2. de rescript. Couarr. d. loco. Mar. p. 6. de appell. n. 329.* Licet igitur, vt dixi, Princeps † possit tollere appellationem, tamen inferior à Principe hoc non potest. *Bar. l. omnes populi, nu. 27. ff. de iust. & iure.* Quia est casus reseruatus soli Principi. *Franc. d. c. pastoralis, n. 16.* Concludo ergo, *exceptionibus non obstantibus* causam deuolutam. Quoad attentata, ad hoc vt † attentata reuocentur, necesse est, quod appellatio fiat in præsentia Iudicis, vel in absentia eius coram Notario & testibus, quo casu insinuatio debet fieri Iudici & parti, alias Iudex & pars possunt in causa procedere, quando scilicet non habent notitiam appellationis. Et ista attentata ab ignorantibus non reuocantur. *eleganter Anton. de Butrio capitul. final. numero decimotertio, de appell.* vbi dicit, eam opinionem communem. Idem tenet Mar *de appell. nu. 391. DD. c. non solum de appell. in 6.* Idque ordinatione cõprobatum est *p. 2. ti. 29. §. 5.* Nam licet appellationes in Camera recipiãtur interpositæ coram Notario & testibus absq; insinuatione, tamen à Iudice à quo, acta ante appellationis insinuationem, non possunt vt attentata, reuocari, vt habetur *d. §. 5.* Eatenus igitur appellatio suspendit Iurisdictionem Iudicis à quo post rite interpositam & insinuatam appella-

7 tionem & acta per eum tali † casu reuocanda sunt, tanquam ab incompetente Iudice gesta. *Anchor.d.c.non solum.nu.1.de Appell. in 6.Franc.c.pastoralis,per illum textum.n.1.de appell.* & hæc de definitiua recipienda sunt. Aliud in interlocutoris receptum est, quia per appellationem ab interlocutoria,non suspenditur Iudicis officium, nisi delatum sit appellationi : quo casu, quia
8 † deferendo abdicauit à se omnem iurisdictionem *c.cum appellationibus de appel.in 6.*nihil attentare potest. Sed si nō detulit,officium eius non
9 conquiescit.Itaq; dando† apostolos refutatorios,potest ad vlteriora,non obstante appellatione, procedere,nisi illi inhibeatur. *Canon.per tex. clem.1.de dolo & contu.vbi gl.not.* Hoc latius declarat gl. *c.venientes, verbo, possessionem, de iureur.Anchar.d.c.non solum.n.6. de appell.in 6.Vital.de Camb. tract.clausularum,clausula nihil nouari.n.7.*

Cæterum cum hic à sententia definitiua appellatum sit, sumus in casu claro iuris cōmunis & ordinationis per supra dicta.Nō obstat,quod causa principalis nondum in iudicium per litis contestationem deducta sit,quia attentatorum
10 causa † nihil commune habet cum principali, quæ ante omnia reuocanda sunt.*d.ca. non solum.* maxime si officium Iudicis pro reuocatione attentatorum imploratum sit , & in continenti probari possunt,vt in casu præsenti. Adstipulatur ordin.*p.3.tit.31.*§. 14.implorato enim Iudicis officio mercenario,vt hic,non requiritur libellus aut litis contestatio,sed summarie procedit.*Host.in sum.tit.vt lite pend.nu.3. Ioann.Andr.d.c. non solum.n.1.& 3.Anchor.ibid.in pr.& Franc.n.5.*vbi dant cautelam, vt petens reuocari attentata, caueat sibi , ne contestetur litem super principali,& petat simul attentata reuocari,quia tunc
11 cum ordinariam † viam habeat,cessat extraordinarium officium Iudicis scilicet, *Ioan.Andr.vbi supra Vital.de Camb.vbi supra nu.10.gl.Clem.2.in pr.vt lite pend.Fran.c.non solum.n.6.* Putat tamen attentata reuocanda , etsi quis litem in principali contestatus sit , & simul reuocationem attentatorum petierit,eo quod per litis contestationem non sit recessum ab his , quæ ordinem non requirunt.Refert alios,vt ibi per eum,quę opinio mihi vera videtur, sed nihil ad propositum, cum hic imploratum sit officium Iudicis. Concludo ergo attentata reuocanda esse , cum expensis ex doctrina Hostiens. *in summa tit. vt lit.pend.n.3.in fin.*vbi dicit , attentata reuocanda cum expensis , allegat *c.2 de dolo & contū.* Quod attinet ad punctum citationis, ille plus difficul-
12 tatis habet. †In vnoquoq; enim actu præiudiciali citari debent omnes , quorum interest *vulg.l.de vnoquoq; ff. de re iud.Clem.pastoralis.eod.tit.* Et sententia nostra interlocutoria iniungit heredum nomine legitimationem.Citatio quoq; ad readsumendum causam contra eosdem decreta est.Iis igitur non citatis & absentibus sen-
13 tentia † ferri in causa principali non potest absque vitio nullitatis, *dicta leg. de vnoquoque.*

Non obstat , quod vnus consortium extra Imperium domicilium habeat, & sic citari non possit,cum extra Imperium mandanti impune non pareatur.*l fin.ff.de iurisdict.om.iud.* † quia tali 14
casu citatio fieri potest extra territorium mandantis ad notificandum aliquid ratione rei sitæ in territorio citantis,vt hoc casu, non ad acquirendam iurisdictionem in persona citati; valet citatio quoad actum nuntii, quia est nudum tātum administerium executionis , non iurisdictionis. Quæ quidem citatio hoc operatur,vt Iudex ad immissionem bonorū procedere possit in contumaciam. Non habet iurisdictionem suam fundata ratione rei , licet personam citati multare nō possit in contumacia,*per tex.l.omnes §.verū si apparitor.C.de Ep.& Cler.vbi sedes ord.Bart. ibi n.2.Soc.c.sane si Episc.12.cum seq.de foro Comp.*Est & alia forma† citandi Reum extra territorium 15
citantis,vt sc. Iudex rei sitæ mittat literas Iudici ipsius conueniendi, vt faciat illum citari & moneri,quod veniat coram se,nam & tali casu monitus si nō venerit, mittendus est Actor in possessionem rei petitæ.*Bar. d.l. 1.de Episc.& cler.Soc. d.c.Sane si Episc.n.12.* Præterea possit etiam citari per edictum , & executio fieri in finibus Franciæ,*vt not.apost.ad Bar.d.l.1.*§.1. Atq; ita in simili processus in Camera contra Antuerpiensem decretos memini , qui per edictum in finibus Brabantiæ executi fuerunt.

Quare tutior quidem via esset,vt iniungeremus Appellanti,quod consortes iterum ad Cameram citaret ex prædictis rationib.ne nullitas committeretur,ac quod† sententia contra ab- 16
sentem & non citatum late nulla sit.*d: Clem.pastoralis.& d.l.de vnoquoq; ff.de re iud.* Cæterum in præsenti,quoniam ipse Appellans suo periculo processum continuari petit,&vnus tantum cōsortium extra imperium domicilium habet,alii vero rite citati sunt , putarem nos absque vitio nullitatis in causa principali procedere posse. Nam cum Appellans suo periculo, vt dixi,processum contra præsentes tantum cōtinuari petit,si obtineat , valebit saltem sententia quoad citatos &præsentes.*per tex.d.l.vnoquoq;.* Et sic executionē contra non citatum postulare nequit. Executio†n.contra non citatum & tertium fie- 17
ri non potest,cum sit res inter alios acta.*l.1.ff.de excep.rei iud.Zas.l.sæpe.n.11.ff. de re iud.vbi communiter Dd.Rota dec.25.de sent. & re iud.in nouis.*Si vero in causa succumbat,quod futurum ex facti narratione credideri̇m,nihil esse periculi, siue citati sint omnes consortes,siue non sint.Nam ipse Appellans de sententiæ nullitate opponere nihil potest,eo quod periculo suo contra præsentes tantum processum & sententionatum sit. Hæc ad protocollum obiter notanda sunt , ne videamur aliquid inconsulte & contra ius statuisse & pronunciasse,& sic per omnia cum D. Ref.concludo. Saluo,&c.

VOTVM

VOTVM XVII.

In Sachen N. & Consorten Appellanten *secundæ appellationis*, contra die Repellirte N. N.

An mulctandus Iudex inferior ob non legitime conscripta acta.

SVMMARIVM.

1 *Iudex inferior mulctatur ob non legitime descripta acta in duas marcas auri.*

In fine sententiæ fuit hæc clausula adiecta.

VNd letzlich gegen dem Richter voriger Instantz / vmb deß willen er die Gerichts Acta, wie sich vermög der Ordnung gebühret / nicht eygentlich beschriebē / die Straff zweyer Marck löthigs Goldts hiermit vorbehalten / &c.

1 ATQVE ita punitur † Iudex inferior ob non legitime descripta acta in duas Marcas auri, *per text. c. quoniam contra, in fin. de probat. Gail. lib. 1. obs. 134. num. 14. Mynsi. obs. 11. cent. 1.* quibus authoritatibus accedunt præiudicia, in quibus hoc contra eosdem Iudices obseruatum est, *ea quæ referunt Mynsi. & Gail.* Quibus addit aliam causam inter N. Appellanten / contra hos ipsos nostros appellantes, vt patet ex sententia lata 18. Ianuarii, Anno 74. Et si quis plures velit rationes nunquam refragabor, &c. Saluo. Et ita plurima pars Assessorum vnanimi consensu statuunt. Alii vero numero minores volunt Iudicem non puniendum, sed integram potius actorum editionem iniungendam putant, quorum nomina consulte prætereo.

VOTVM XVIII.

In causa Dechandt *Capituli* zu N. contra D. N. von N.

In puncto paritionis & negligentiæ procuratoris.

SVMMARIA.

1 *Clausulæ, jetzt als dañ / vnd dann als jetzt / vis & operatio.*
2 *Dictio tunc, significat extremitatem temporis.*
3 *Verba, ex nunc & ex tunc, quid significent.*
4 *Iudex in definitiuis, postquam semel sententiam dixit functus est suo officio.*
5 *Sententia contra sententiam ipso iure nulla est.*
6 *Articuli defensionales impertinentes ad probandum non debent admitti.*
7 *Pars volens proponere dilatorias, post lapsum termini non auditur.*
8 *Vasallus licet ipso iure, felonia commissa, feudum amittat, tamen ad auocandam possessionem parium sententia declaratoria requiritur.*
9 *Tempus naturali ratione in suspenso esse nequit.*
10 *Negligentia procuratoris nocet domino.*
11 *Dominus non restituitur in integrum aduersus negligentem procuratorem, sed habet actionem mandati.*
12 *Procurator negligens tenetur domino de leuissima etiam culpa.*

QVÆRITVR; an defensionales ad probandum admitti debeant, quibus D. N. suam diligentiam adstruit, & se ab insimulata negligentia excusat: omnis eius defensio in eo potissimum consistit, quod sententia illa euentualis 17. Febr. Ann. 52. lata, in causa N. contra N. 8. mandati, in quo ipse N. procurator fuit, N. statim post terminum præfixum, scilicet ad proximam, quæ fuit 19. eiusdem purificata fuerat.

Hoc ostendere conatur ex clausula illa inserta, *nunc prout ex tunc, & tunc prout ex nunc.* Nam † ea clausula hoc operatur, vt si in termino præfixo non doceatur de paritione, quod ex nunc sit declaratus in pœnam comminatam à Iudice. Dictio enim *tunc* significat extremitatem temporis, *per tex. l. 4. §. 1. ff. de cond. & dem. & ibi Bart. in pr. l. testamentum, ff. si cert. pet. l. 1 §. modi 62. ff. de verb. oblig. Bald. auth. contra rog. tus, numer. 1. & 2. ff. ad Trebel Bellonus cons. 11. n. 24. gl. d. l. lecta verba tenet, Bal. c. 1. n. 16. de vasal. mil. qui con.* vbi dicit, quod verba † *ex nunc* non significant præsentem verbi actum, sed futurum effectum, verba vero *ex tunc* significant effectum verbi consummati, *per text. d. l. lecta, idque apertius declarat Pan. c. pastoralis, de except. Ang. d. l. huiusmodi, & ibi pulchre Zas. nu. 5. & 6.* dicens, huiusmodi dictiones *ex nunc* vel *ex hoc die*, vel *ex præsenti tempore*, esse reflexas, quia terminum ad quem iungunt ad terminum à quo, & vicissim terminum à quo connectunt termino ad quem Terminus à quo, est in nostro casu dies latæ sententiæ, ad quem dies præfixus, prout latius hoc explicat Zas. *d. loco.* Si igitur termino ad quem non fuit factum satis sententiæ, consequens est, eam statim purificatam fuisse, & in rem iudicatam transiisse, & sic parti ius quæsitum, *l. et si post tres ff. si quis cant. in iud.* quod contraria sententia Iudex parti auferre non posset, *d. l. fin.* Quia † in definitiuis postquam semel sententiam dixit, functus est officio suo, *l. iudex, l. Paulus. ff. de re iudic. cum simil.* Et alias † sententia contra sententiam ipso iure nulla est, *l. 1. C. quando prouoc. non est nec.* Nihil igitur Reo imputare potuit, qui in termino præfixo, instrumentum paritionis tale, quale ab actoribus transmissum erat, iudicialiter exhibuit. Si illud sufficiens fuisset, Actores in pœnam mandati declarati non fuissent, quia vero insufficiens fuit productum, *leg. quoties. ff. si quis*

1 2 3 4 5

ff. siquis caut. Zas. l. præses, n. 8. de re iud. Afflictus §. si quis per 30. annos, nu. 5. ff. de feud. cont. inter dom. & vas. merito postea allegatæ sententiæ, quæ iam transiuerat in rem iudicatam, in pœnas mandati condemnati sunt, Nec dici potest, si aliud instrumentum Reus exhibuisset, plenæ paritionis ante sententiam declaratoriam 6. Apr. Anno eod. latam, prout in mandatis habuit, declarationem non fuisse subsecutam, quia virtute allegatæ clausulæ, *ex nunc prout ex tunc*, prior sententia in suspenso esse non potuit; tempus enim continuum est, nec in suspenso esse potest, fluit, procurrit, & monetur indesinenter vsq; ad terminum principalem, impossibile est, vt tempus quiescat, *vt docet Zas. l. 1. § si quis simpliciter, n. 9. cum seq. fac. text. l. Celsus. ff. de arbitr.* Sic ergo in præsenti, aliud instrumentū paritionis post terminum præfixum exhibitum, quantum ad ius sufficiens, & in plenissima forma, Actoribus ad pœnæ euitationem nil profuisset, propter rem iudicatam, & parti quæsitum ius. Hoc potissimum fundamento Reus, vt dixi nititur, quod in iure subtili quidem ratione verissimum est *iuribus supra allegatis*; Sed an proposito nostro deseruiat, modo considerandum venit. Itaque dicendum de exceptionibus, contra istos defensionales articulos.

Excipiunt contra defensionales, quod sint
6 impertinentes & † irreleuantes, ideoque ad probandum non debere admitti, *vulg. l. ad probationem, C. de probat.* & in specie negant, sententiam purificatam post terminum ad quem, sed per deputationem commissariorum in suspenso fuisse, & quod proculdubio Iudex Actores in pœnam mandati declarasset, si ante declarationem 5. Apr. Anno eodem latam, legitimum & plenæ paritionis instrumentum, iudicialiter per Reum productum & exhibitum fuisset. Hanc exceptionem in eo quidem iudicio non obstante prædicta iuris subtilitate, releuantem esse puto, sententiam scilicet 7. Febr. latam post terminum præfixum saltem, quoad effectum & declarationem pœnæ & quoad Iudicem non purificatum, sed in suspenso fuisse. Hoc vt ostendatur acta in causa N. contra N. octaui mandati, vnde hæc actio orta, paulo altius repetenda sunt. Inprimis obseruandum, quod mandatum illud, hic in
† Camera 5. Feb. Anno 52. extractum sit, terminus paritionis peremptorius ad idem 15. eiusdem mensis. Executio facta 7. Febr. reproductum 15. eiusdem; & sic in termino præfixo. Quin & illud meminisse oportet, prædictum mandatum insertam habere clausulam iustificatoriam, vt relaxent captiuos omnino, vel si causas habeant, quare id fieri non debeant, in andere leidliche Wege / die jhnen an Leib noch Leben nit schädlich seyn mögen/ custodiant. Huic mandato paritum fuit, quoad mitigationem carceris, altera die post factam executionem, scilicet 5. Feb. vt Actores articulant, 4. & 5. posit. id quod nuncius in executione sua quoque fatetur. Et hic 8. diebus præuenerunt terminum parendi. Et licet huius paritionis nullum sit iudicialiter exhibitum instrumentum, M. tamen in termino docendi de paritione non negat, mutationem carceris factam, sed durius nunc aduersari rusticos quam ante, adseuerat. Interim dum nullum instrumentum paritionis exhibetur, fertur 17. Februarii, Anno eodem sententia euentualis, vt ad proximam Rei de paritione sub pœna mandati doceant. Huic satis facturus N. et in termino præfixo, instrumētum, quod paritionis vocant, producit wolte der Vrtheil am 17. H. vergangen ein Genügen gethan haben.

D. N. negat paritionem, vtrinque desuper concluditur. Iudex interiectis aliquot diebus scilicet 22. Februarii ex officio Commissarios duos deputauit ad inspectionem ocularem vtriusque carceris, et secundi cum instructione. Idem fuit processus in dicta causa N. contra N. octaui mandati. Referunt commissarii, secundum carcerem multo priore mitiorem, & talem, in quo captiui, absque vitæ discrimine adseruari possint. Hinc facile colligere est, Iudicem voluisse effectu sententiæ euentualis tantisper in suspenso esse, donec sibi de veritate paritionis constaret. Scientiam enim habuit mutati carceris, vti ex 4. art. inquisitionis siue informationis constat, sed propter contradictionem M. adseuerantis, rusticos in multo arctiori & duriori carcere concludi & adseruari, commissarios, vt dixi, ad inspectionem vtriusque carceris deputauit. In omnibus, in quibus non tam iudicium, quā testimoniū requiritur, ipse Iudex per se nil, sed per suos deputatos de veritate inquirit. *l. si. §. si. C. de iure dom. in pr. Bart. l. 2. nu. 20. cum seq. ff. si seru. vend.* quæ quidem deputatio frustratoria fuisset, si d. sententia in rem iudicatā transiisset. Hoc ipsum N. fatetur in der articulirten Anzeig/ *n. 9. in 6. art.* Nam ponit, quod per deputationem cōmissariorum sententia fuerit in suspenso, vnd die Wircklichkeit nit habe erlangen mögen. Item in recessu suo 9. Nouem. Anno 52. habito, diffitetur, quod sententia euentualis transierit in rē iudicatam. Hæc est propria ipsius confessio, adeoque geminata & perseuerans. Quomodo igitur nunc conuentus actione mandati contrariū adserere potest. Nō obstat clausula, *ex nunc prout ex tunc*, quia illa iuris theorica procedit, si in termino pfixo nullū plane instrumentū exhibitū fuisset, quo casu pœna statim post terminū commissa fuisset, *d. l. lecta, ff. si cert. pet. d. l. huiusmodi 2. ff. de verb. obl.* Sed hoc in termino aliquod instrumētum exhibitū fuit, & desuper vtrinq; an sufficiens esset nec ne, conclusum. Quare causæ cognitione & Iudicis interlocutione adhuc o-

pus

pus fuit, an videlicet de plena vel imperfecta partitione fidem faceret, maxime ob clausulã iustificatoriam mandato insertam. Nam integrũ vtique illis erat, causas in termino allegare, quare non tenerentur parere, id quod fecerunt, allegando scil. causas sub. & obreptionis, falso subplicatum Cæsari, falso narratum, primum carcerem fuisse ꝓrsus inhumanum & durissimum, *per ea quæ not. Fel. c. licet causam, n. 18. 14. limit. de prob.* vbi dicit, ꝙ pendente termino, vt hic, fuisset disputatũ, an exceptio sit admittẽda vel non, tunc lapsus termini nõ noceat. Idẽ tenet *Bal. d. l. 1. n. 4. C. de Iuram Calum.* & alias regulariter post lapsum termini pars volẽs ꝓponere dilatorias, audiri nullatenus debet. *c. pastoralis. de excep. & ibi Panor. nu. 4.* tamen illud non procedit, si pars in termino compareat, & de suis exceptionibus ꝓtestetur. *vt tenet gl. d. c. pastoralis verbo, poteſtate. & ibi Bart.* Quod hic, vt dixi, factum, qa in termino allegarunt causas sub & obreptionis, quæ Iudicis interlocutionem adhuc postulabant. Hac ratione cessat illud argumentum, quod à pari procedat, non producere iustrumentum, & minus sufficiens producere. *d. l. quoties. ff. si quis caut. & c.* Qua desuper adhuc erat pronũciandũ, an esset sufficiens nec ne, quemadmodũ de Stylo Cameræ quotidie in causis pignorationum obseruari videm⁹. Extat præiudiciũ in causa Comitis á Nassavv contra cardinalem Metensem Hans Dürfelß verstrickung belangendt / publicata sententia 7. Iulii Anno 64. Et quamuis ex iuris subtilitate, casu, quo insufficiens dictũ instrumentum fuisset, † parti ius quoddã post terminũ ꝓfixum quæsitũ fuisset, tamẽ de illo iure parti quæsito quoad effectũ sententiæ, ante declaratoriam sententiam constare non poterat, nec ante executoriales peti aut decerni potuissent, Quemadmodum in simili, licet vasallus cõmissa felonia † ipso iure amittat feudum, tamen ad auocãdam possessionẽ requiritur sententia Parium declaratoria. *c. 1. in pr. de feud. sine culp non amitt. & ib. Affl. n. 2. & Bald. auth. qui semel. n. 2. C. quomodo & quãdo Iudex.* tradit, quomodocunque priuatur quis iure suo, ꝙ prætẽdit se habere, causa cognita iudicem pronunciare oportere, etiamsi priuetur ipso iure: Quãto magis obtinere debet in præsenti, vbi etiã plene paritũ fuit, ante sententiã declaratoriã, non attẽta clausula iustificatoria. Non obstat Quod † naturali ratione tempus in suspẽso esse nõ possit. *ex doctrina Zasij. l. 1. §. si quis simpliciter. n. 9. ff. de verb. obl.* quia Iudicis officium, h. e. cognitio partionis & declaratio pœnæ, & sic factũ in suspenso esse potuit. Nõ obstat ẽt *d. l. Celsus. ff. de arbitr.* quia licet ipso iure statim post terminũ cõmissa esset pœna, attamen opera exceptionis purgari ea adhuc potuisset intra modicũ tẽpus, ꝙ arbitrio Iudicis relinquitur, maxime si ius aduersarii nõ sit factũ deterius. *vt not. ibid. gl. verb. post. l. si ita quis 2. §. Scia. in fin. ff. de verb. obl. l. sed etsi post tres & ibi Bart. n. 2. ff. si quis caut.* In præsenti ius aduersarii non fuit factum deterius. Ergo si qua commissa fuit mora eam purgare potuissent. Pro confirmatione superiorum accedat. 1. Quod Actorum positionales non obstantibus exceptionibus Rei de termino effluxo, & sententia purificata, ad probandum admissi sunt. 2. Quod petita restitutio in integrũ Actoribus denegata sit. 3. Rei confessiones, ꝙ sententia purificata non fuerit. Ex quibus omnibus concludo, sententiã 17. Febr. Anno 52. latam quoad effectũ, ita in suspenso fuisse, vt si N. medio tẽpore vna cum legitimatione instrumentum relaxationis scil. ante declaratoriã sententiam 6. April. latam exhibuisset, pœnæ declarationem non fuisse subsecutam, & per consequens ipsum N. in negligentia constitutum esse, & sic recte actione mandati conuentum. Nam negligentia † procuratoris nocet quidem Domino. *l. procuratorem. ff. Mand. l. cum mãdato. ff. de Minor.* adeo vt aduersus talẽ negligentiam, † non restituatur in integrum, nisi quando procurator soluendo non sit. *gl. not. c. 2. verbo, negligentia, & verbo, restituimus. de in integ. restitut. fac. text. d. l. cum mandato.* Sed habet postea Dominus contra procuratorem negligentem actionem mandati ad interesse, damna, & expensas. *l. si procurator. §. tutores. ff. mand. gl. c. qui generaliter. §. fin. de procurat. in. 6. Panor. c. 2 & vbi cõmuniter Canonistæ. vt lit. pend.* qui quidem procurator † tenetur domino non solum de dolo & lata culpa, verum etiã leuissima culpa, *l. à procuratore, & ibi gl. verbo, & rationem. C. mand.* idq; propter tacitã adsertionem industriæ susciptentis mandatum, vt dicunt Cynus & alii *à. l. à procuratore.* Et cum in præsenti N soluendo erat, recte petitam ab Actoribus restitutionem in integrum, denegatã arbitror. Habuerunt. n. ordinarium remedium, actionem, scil mandati: Igitur extraordinaria non cõpetebat. Concludo defensionales nil releuare, ideoque ad probandum non admittendos, sed causa ex officio pro concluſa acceptata, definitiue pronunciandum secundum petitionẽ Actorum. Saluo, &c.

Sententia:

Reiectis defensionalibus causa fuit pro concluſa acceptata, & in forma communi pronunciatum. Darauff allem fürbringen nach zu Recht erkannt, daß gemelte Beklagte jhnen den Klägern die geklagte Condemnata, sampt den Gerichtskosten wider zuerstatten vnd zuentrichten schuldig seyn/ als auch wir sie hiermit darzu condemniren vnd verdammen.

VOTVM XIX.

In causa N. contra N.

In puncto Appellationis à sententia Commissariorum seu arbitrorum à Cæsare datorum.

SVMMARIA.

1 *Rescripta delegatoria sunt iuris strictissimi.*
2 *Iurisdictio delegata non extenditur, nisi ad personas in rescripto expressas.*
3 *Non expressum in rescripto, pro omisso habetur.*
4 *Commissarij à Cæsare & alias de iure fieri possunt.*
5 *Cæsar in casu dubio consuli debet.*
6 *Principi quod placuit, legis vigorem habet.*
7 *Cõtractus mentio si fiat in commissione, etiam interesse ratio haberi debet.*
8 *Iurisdictione data, ea quoque commissa videntur, sine quibus iurisdictio explicari non potest.*
9 *Delegati possunt recusari & quando.*
10 *Rescripta Principis sunt intelligenda, vt nemini iniuriam faciant.*
11 *Commissio propter creditores concessa, non debet ad alios casus trahi.*
12 *Princeps omnino non præsumitur præiudicare velle iuri tertij.*
13 *Principis intentio talis esse præsumitur, qualis est legis scriptæ & rationis naturalis.*
14 *Iudicis recusandi iusta causa est, si quis causam habeat cum Iudice, tanquam priuato.*
15 *Inimicitiæ solent causari ex natura litigij.*
16 *Causa ad eum qui semel grauauit, non est remittenda.*
17 *Iudex à quo, deferendo appellationi censetur omnem iurisdictionem à se abdicasse.*

QVOAD formalia, repeto meum votum in puncto deuolutionis, & concludo, appellationem non esse desertam, sed rite interpositam & ad Cameram deuolutam. Videndum ergo de materialibus. Et quia ab interlocutoria appellatum, omissa actionis inuestigatione, ad grauamina descendam. Potissimum & præcipuum appellantis grauamen in eo versatur, quod Commissarii fines commissæ iurisdictionis excesserint, & super iurisdictione ius dixerint, cætera incidenter veniunt. Adserunt enim Appellantes, vbique tam prima quam in secunda instantia, se sub commissione Cæsaris generali inter vulgares creditores non contineri. Diligenter igitur obseruandus & expen-
1 dendus est tenor commissionis, cum † rescripta delegatoria sint strictissimi iuris, *capit. cum olim. & ibi Abbas de offi. deleg. Rom. consil.* 330. Et delega-
2 ta iurisdictio † non extendatur, nisi ad personas rescripto expressas, *capit. super eo, de off. deleg. & ibi Panorm. & communiter DD. & l. 1. in fin. ff. de constit.*
3 *princ.* Quicquid † enim in rescripto non est expressum, pro omisso habetur, *l. 1. §. non autem, C. de cad. toll. l. quicquid adstringendæ, ff. de verb. obligat.* Ad propositum, commissio primum à Carolo V. Imperatore facta, generalis est, quoad omnes creditores Appellatorum. Item ab Imper. Ferdinando renouata & confirmata, generalis est ad omnes creditores Appellatorum, vt nominati Commissarii, aut concordia, aut iudicio, negotia commissa terminarent, prout communiter Commissarii † à Cæsare fieri consueue- 4
runt, & alias de iure fieri possunt, *tex. cap. 1. in fin. de mutuis petitio. & Authent. si vero, C. de iudic.* Prima via non successit. Ad alteram igitur peruentum est, vt citentur Appellantes, vt coram Commissariis via iuris procedant. Comparent illi, cum protestatione tamen, de non consentiendo, &c. & exceptiones fori declinatorias prdponunt. Commissarii propter exceptiones de iurisdictione dubii Cæsarem Ferdinandum consulunt, eiusque declarationem, & secundam iussionem expectant: quemadmodum de iure in † casu dubio fieri debet, *per text. capit. si* 5
quando, de rescript. Panor. ibid. num. 1. & c. text. auth. de mand. Princip. §. deinde competens, versic. sed si quis Mar. disp. 1. num. 33. Cæsar consultus rescribit atque declarat, Appellantes quoque sub generali commissione comprehensos. Qui enim omnia dicit, nihil excludit. Proceditur demum in præparatoriis vsque ad deuolutionis puncti conclusionem Commis. tandem, exceptionibus non obstantibus, litis contestationem iniungunt, à qua sententia appellatum ad Cameram. Appellati interpositam appellationem friuolam adserunt, eo quod Cæsaris declaratio & secunda iussio propositas fori declinatorias prorsus elidat. Quod † enim Principi placuit, 6
legis vigorem habet, *§. sed & quod, Inst. de iur. nat. gent. & ciu.* Idque sine dubio procedit, si Appellati in prima instantia Actoris partes sustinuerunt. Nam & lege ordinationis Impt. *t. 5. p. 2.* vtique ipsis permittitur, Commissarium à Cæsare pro arbitrio impetrare, Reo etiam inuito cum Iudicium semper in inuitum reddatur, & Reorum sit, semper fugere. Neque obstare videtur, quod commissio debitorum, non etiam Actorum ratione sit obtenta, eo quod ex verborum significatione extensio fiat ad connexa dependentia & accessoria. Hinc est, si in commissione † contractus tantum mentio fiat, quod et- 7
iam interesse ratio haberi debeat, *l. 2. & 4. ff. de action empt.* Cum enim † iurisdictio data est, ea 8
quoque commissa videtur, sine quibus iurisdictio explicari non potest, *l. 2. ff. de iurisd. om. iud. cum alleg. in gl.* Imo cognoscit non tantum de eo, quod venit accessorie ad causam sibi commissam, sed etiam de eo, quod venit accessorie ad accessorium, *text. c. prudentiam, §. si vero. ff. de off. deleg. Pan. ibid. n. 2. & 4.* Non obstat quoque allegata causa suspicionis, quia recusatio commissariorum in forma iuris non est facta, dubium nullum est, quin vtroque † iure delegati recu- 9
sari possint, *l. apertissimi. C. de iud. gl. ib. verbo iudices & communiter D D. Canon. c. suspicionis, de off. deleg. c. secundo requirit, §. 1. & c. cũ speciali, de appellat.* At forma præscripta nõ est seruata, recusatio nõ est facta ab initio: arbitri non nominati aut electi, prout fieri debet, *d. l. apertissimi.* Exceptio recusa-

tionis

omnium prima esse debet, & ante litis contestationem proponenda est, ante omnes exceptiones dilatorias: Quia si proponitur alia dilatoria, censetur prouocari Iudex, vt super ea pronunciet, & sic inducitur consensus in Iudicem, vnde postea non poterit recusari. *Lanfr. in sua praxi, verbo, recusationis. in pr. Mar p. 6. de appel.* 25. Quare pronunciandum videtur, bene iudicatum, male appellatum. Cæterum dum accuratius Cæsaris mentem, impetrantium intentionem, & commissionis tenorem considero, iustum Appellantium grauamen, prædictis non obstantibus occurrit. Committentis mens fuit, vt obæratis Appellatis ex incendio legitimis modis subueniretur. Hoc ex narratis commissionis manifeste constat. Impetrantium intentio, vt cum creditoribus suis de soluendo debito certa lege conuenirent. Commissionis tenor, vt commissarii vsurarum rationem habeant, eas ad modum legitimum sub pœnis politicæ ordinationis reducant, obstagia maioris damni euitandi gratia prohibeant. Illis diligenter consideratis, constat, Appellatos comissionem, vt debitores, vt Reos, non vt creditores, non vt Actores secundum præscriptam formam ordinationis impetrasse, commiserationis tantum ergo. Commissio data in effectu, nihil aliud, quam mercatorum rescriptum obtentum *in l. quoties C. de prec. Imp. off.* non ad eum finem, vt ipsi alios coram iisdem commissariis ex aliis causis conuenire, actionemque liquidi debiti impedire possint. Aliter commissio Cæsaris intellecta ipsis Appellantibus summum adferret præiudicium, quod iuris & æquitatis scripta ratio non patitur. Sic enim rescripta † principis sunt intelligenda, vt nemini iniuriam faciant. *l. ex facto. vbi Bald. ff. de vulg. & pup. l. nec auis. C. de eman. liber. c. cum super. de offic. deleg. Panorm. ibid. n. 7.* Iniuriam autem facerent Appellantibus, si ipsis beneficium ordinationis der außträg auferrent, eosque inuitos Actores facerent. Imo ne Imperator quidem ex plenitudine potestatis hoc facere posset, cum ius quæsitum ex ordinatione statibus saluum esse debeat, vnd dem Cammergericht sein stracker Lauff gelassen werden soll / ad ord. gezogen. Et sic apparet, quod Appellati in prima instantia Actorum partes suscipere non potuerint.

Non obstat quoque Cæsaris declaratio, quia fateor quidem, Appellantes sub commissione fuisse comprehensos, sed vt creditores, non vt debitores, atque coram Commissariis, non vt creditores, sed vt debitores conueniuntur, contra mentem committentis intentionem impetrantium, & commissionis tenorem, vt supra deductum est, & sic nulliter à Commissariis processum, in negotio ipsis non commisso, quod respectu dominorum non habuerunt iurisdictionem. *d. c. cum olim. & ibi Abbas de off. dele. Panorm. ibid. nume. 3. Mar. d. disput. 1. num. 34. cum seqq.* Commissio † enim propter creditores 11
concessa est, ideo non debet ad alios casus trahi. *d. c. super eo. de offic. deleg.* Et ea, quæ fiunt à Iudice, si ad eius officium non spectant, iurib. non subsistunt. *c. ea quæ de reg iur in 6. Affl. decis. 365. num. 3. cum seq.* Non obstat, quod rescriptum sit generale, & ad accessoria extendi debeat, & sic ad damna quoque.

Primo, quia damna hic petuntur non accessorie, sed principaliter, quorum nulla tamen fit mentio in commissione. Deinde, quia prædicta iuris theorica non procedit, etiam quando de præiudicio tertii agitur, quo casu verba commissionis strictissime accipienda sunt, neque extensionem, ex *erga*, vocabuli significatione accipiunt, sed ad expensa tantum referuntur & restringuntur, quia † princeps omnino non 12
præsumitur præiudicare velle iuri tertii. *d. c. super eo. & ibid. communiter Dd.* Imo intentio † prin- 13
cipis talis esse præsumitur, qualis est legis scriptæ & rationis naturalis. *Dec. consil. 11. num. 3. & 4. vol. 1. & consi. 209. vol. 5 per iura ibid. alleg.*

Accedit, quod denunciatio / vermög der Außträg Reis ab Actoribus, modo Appellantibus, ante citationem Commissariorum facta, & sic quodammodo præuentioni locus sit. *iuxta l. si quis postea. ff. de iudic. c. cum plures. de off. deleg. in* 6. Præterea licet allegatæ causæ suspicionis in forma iuris non sint propositæ: tamen ex processu & scripto Commissariorum, satis luculenter apparent. Et alias † iusta causa recusandi 41
est, si quis causam habeat cum Iudice, tanquam priuato, prout Appellantes se habere dicunt cum Commissario. Nam † ex natura litigii so- 15
lent causari inimicitiæ. *c. cum super. de off. deleg. vbi Pan. numer. 3. Mar. p. 6. de appell. numer.* 47. Quare concludo, exceptionibus non obstantibus, pronunciandum, *male iudicatum, bene appellatum*, causamque principalem hic retinendam. Quoties enim per Iudicem appellationis pronunciatur, *bene appellatum, male iudicatum*, tunc tota causa ad Iudicem appellationis deuoluitur, nec habet locum remissio, quia ad eum, † qui se- 16
mel grauauit, causa non est remittenda. *c. vt debitus. vbi glo. verbo, alioqui. de appell. Franc. ibid. n.* 48. secus si pronunciaretur, *bene interlocutum, male appellatum*: quo casu remissioni locus erit, nisi delatum sit appellationi. Nam Iudex à quo, deferendo † appellationi censetur omnem iuris- 17
dictionem à se abdicasse. *c. cum appellationibus. de appell. nu. 6. Franc. c. vt debitus. numer.* 47. Hanc viam tutiorem esse puto. Nihil enim decedit Appellatis, qui articulata damna hic in Camera vel per modum actionis, vel reconuentionis deducere possunt. Concludo ergo, *vt supra, male iudicatum, bene appellatum*, causamque principalem hoc titulo retinendam: Compensatis tamen expensis propter Cæsaris declarationem quæ Appellatis iustam litigandi causam dedisse

videtur, tum etiam quod sententiam pro se habeant.

Sententia definitiua.

In Sachen N. Appellanten eins / wider N. Appellaten anders theils / ist allem Vorbringen nach zu Recht erkannt / daß durch Richter voriger Instantz vbel gevrtheilt / wol davon appellirt sey / die Gerichtskosten derohalbē auffgelauffen / auß bewegenden Vrsachen gegen einander compensierendt vnd vergleichendt. Ferner der Bescheidt / wöllen die Partheyen in der Hauptsach ein ander Spruch vnd Förderung nicht erlassen / daß solches an diesem Keyserlichen Cammergericht gehört werden / vnd darauff ergehen soll / was recht ist.

VOTVM XX.

In causa Graff N. N. zu N. Appellanten / *contra N. N. & Consortes* Appellaten.

In puncto Appellationis & materia renunciati priuilegii.

SVMMARIA.

1 *Fauori regulariter quis renunciare potest.*
2 *Quæ ante litis contestationem regulariter disputari non possunt, iurisdictio.* Rottweil *non elidunt.*
3 *Appellatio ab interlocutoria & iisdem actis iustificari debet.*
4 *Instrumenta publica plenam fidem faciunt, & inducunt præsumptionem iuris, & de iure.*
5 *Iudex ad instantiam solius Appellati inuito Apellante, omisso appellationis articulo, in causa principali procedere & pronunciare potest.*

FOrmalia iusta. De actione nihil, quia ab interlocutoria tantum appellatum. Videndum igitur de grauaminibus Appellantis. In actis primæ instantiæ nihil allegatum video, quod potuisset impedire litis contestationem. Priuilegium enim exemptionis, quo Comites ab N. expresse à Iurisdictione Rottvveilensi eximuntur, nihil in hoc casu momenti habet, propter expressam renunciationem priuilegio fori, quæ patet ex instrumento obligationis, eaq; renunciatio vtiq; valere, & Comitibus præiudicare debet, cum de eorum † fauore principaliter agatur, cui vtiq; regulariter quis renunciare potest. *l. si quis in conscribendo. C. de pact. Bald. ibid. n.* 2. Illud potissimum in actis primæ instantiæ opponit, & hoc in Camera loco grauaminis deducit, quod denunciatio obstagii non sit facta secundum formam obligationis, & quod eam ob causam ab instituta actione merito absoluendi sint. I. Quod ea denunciatio ad citati notitiam non peruenerit. II. Quod Actores prius pignora persequi, quam in personam agere debeant. Breuiter omnia ista Iurisdictionem Rottvveilensem non elidunt, quæ ante litis contestationem † regulariter disputari non possunt, *l. nam & postea. ibi Bartol. ff. de iureiur. capitulo primo, de constitut. in 6. ordin. part. 3. titul. 27. §. primo.* Cum igitur hic in Camera nihil noui deducatur, quod nec fieri potuisset, cum † appellatio ab interlocutoria, & iisdem actis iustificari debeat *Clem. appellanti. de appell. & ibi Dd. Barto. l. eius qui. ff. eod.* Sed eędem exceptiones loco grauaminis proponantur: Consequens est Appellantem nullo modo grauatum, & per Iudices primæ instantiæ bene iudicatum, male appellatum esse. Atque ita pronunciandum esse, concludo cum D. Ref. *per cap. vt debitus. de appell.* cum refusione expensarum, causam remittendo, quod necessario faciendum, quoniam sententia à qua, per Iudicem appellationis confirmatur, nisi Iudex à quo detulisset appellanti, quo casu cum omnem Iurisdictionem à se alienarit. *capit. cum appellationibus. de appellat. in 6.* causa non remittitur. At hoc factum hic non est. Ergo causa necessario remittenda ad Iudicem à quo per doctrinam, *Phil. Franc. dict. cap. vt debitus.* Cæterum hoc modo non erit consultum Appellatis, qui iustissimam fouent causam, cum in principali probatam habeant intentionem, probationem ex instrumento publico, omnibus suis partibus absolutam. Huiusmodi † enim instrumenta publica plenam fidem faciunt, & inducunt præsumptionem iuris, & de iure. *l. cum precibus. C. de probat. & ibi communiter Dd. Paris. consil. 54. n. 3. vol. 1.*

Quare consultius esset ipsis Appellatis, si causam principalem hic retineremus. An igitur ex eo capite hoc fieri possit, quod Appellatus circa litis contestationem, petat causam principalem hic retineri. Iure cautum est, quod ad instantiam solius Appellati, inuito Appellante † Iudex, omisso appellationis articulo, in causa principali procedere & pronunciare possit. *capitul. cordi. de appell. in 6. vbi Ioann. Andr. & Anchor. numero septimo, Franc. vbi supra. numero 49. & 51. Panormitan. ibidem numero 35.* Ratio, quia in eo, quod cognoscatur primo super articulo appellationis, verfatur fauor solius Appellati, cui si renunciet, non potest Appellans conqueri, qui appellationem suam adserit legitimam, & sic totam causam ad Iudicem appellationis deuolutam. *d. c. vt debitus. & ibi Franc. n. 49.* Nec potest Appellans allegare litis pendentiam coram Iudice à quo, cum ipse eius iurisdictionem appellando declinet. *c. si à iudice. de appell. in 6. Franc. vbi sup.* Ex hoc fundamento causam hic retineri posse existimarem, & pronunciarem, *bene iudicatum, male appellatum*, cum refusione expensarum. Saluo. Ita fuit conclusum per omnes dominos, & pronunciatum, vt sequitur.

Senten-

Sententia Definitiua.

In Sachen Graff N. N. zu N. Appellanten eines wider N. N. & *Consortes* Appellaten anders theils/ist allem vorbringen nach / zu Recht erkannt/daß durch Richter voriger Instantz wol gevrtheilt/vbel davon appellirt/ vnd daß gedachter Appellant jhme dem Appellaten die Gerichtskosten derhalben auffgelauffen/nach Rechtlicher messigung zu entrichten vnd zu bezahlen schuldig sey/als wir jhnen darzu Condemniren vnd verdammen/vnd mögen gedachte Appellaten in der Hauptsach jhrem selbst erbieten nach / an diesem Kayserl. Cammergericht/ ob sie wöllen/ wie sich vermöge der Rechten gebühret / fürderlich volnfahren. *Publicata 24. Septembris, Anno 65.*

VOTVM XXI.

In Caussa N. N. von N. contra N. von N.

Consortes eiusdem litis, quomodo sententiæ satisfacere debeant in solidum ne, an pro virili portione.

SVMMARIA.

1 *Actor contra eandem personam actione prima in solidum agere potest, ex sententia lata contra plures Reos debendi non potest, nisi ex parte virili.*

2 *Correi plures in solidum condemnati possunt in executione opponere exceptionem diuisionis.*

3 *Dominus an sententiam contra se latam, aut etiam in fauorem suum, ratificare possit.* & numer. 4.

ANno 62. 2. Decemb. fertur sententia euentualis contra omnes, vt intra præfixum tempus doceant, executorialibus paritum esse, N. int. præfixum tempus comparet & exhibet Anzeig cũ petitione pro prorogatione termini, offert paritionem pro superstite, cuius nomine tantum comparet, allegat consortes vita defunctos.

Quæritur, an æquum petat? Iuris est certissimi, quod sententia scindatur, & singuli pro virilibus tantum portionibus teneantur, etsi essent, quoad actionem & obligationem principalem Correi debendi. *tot. titul. Codic. si plures vna sententia cond. text. alleg. l. qui expressim. ff. appell. text. l. Paulus. ff. de re iud.* Ergo si in præsenti obligatione causa principalis esset indiuidua, & singuli in solidum tenerentur: tamen ex sententia obligatio diuideretur. Nam, vt inquit text. *l. 1. C si plur. vna sententia, &c.* effectus sententiæ pro virilibus portionibus discretus est, & sic obligatio superstitis, quod pro sua quota paratus sit satisfacere executorialibus, in iure releuãs est, ad euitandam pœnam executorialibus insertam. Nam actio iudicati tantum pro parte datur, hoc est, ex sententia Correi debendi, vel promittendi, & sic non est obligatus, nisi pro sua parte, remanet tamen obligatus actione in solidum. Vnde non prohibetur Actor, quod contra eandem personam actione prima in solidum † agere possit, sed ex sententia lata contra plures Reos debendi, non potest agere, nisi pro parte virili. *gl. d. l. 1. C. si plur. vna sententia, &c. verbo virilibus. & ibi Cast. docet pract. illius legis.* Præterea † iuris, quod plures Correi in solidum condemnati, possunt in executione opponere exceptionem diuisionis, si vterq; est soluendo. *Alex. cons. 37. nu. 10. vol. 2. alleg. Bart. in auth hoc ita. C. de duob. reis.*

Quare concludo, hanc obligationẽ æquitati & iuri consentaneam esse, maxime in casu præsenti, vbi non sunt Correi debendi, sed quilibet pro suo facto conuentus est, & de iure obligationis inter heredes actiue & passiue diuidantur. *l. 2. C. de heredit. act. l. legatorum petitio. ff. de leg. 2. cum similib.*

Porro aliud nunc dubium suboritur, cum sententia euentualis lata sit contra omnes litis consortes, & constet apud acta, quod D. N. non sit legitimatus nomine superstitis, an dominus acta per eum ratificare possit. Est materia. *l. licet ff. de iudic.* vbi Dd. communiter, imo omnes conueniunt, quod sententiam † contra se latam ratificare possit, *per d. l. licet. & l. 3. §. falsus. ff. rem rat. hab.* Sed an sententiam in fauorem suum latam ratificare possit, admodum inter Dd. controuertitur. *l. si tutor. C. in quib. causis restitu. non est necess. verbo, non potuit.* tenet, quod non possit ratificare, quia dicit ibi esse speciale fauore pupilli. Ergo ius commune est in contrarium.

Hanc opinionem sequitur & multis rationibus confirmat Sal. *ibid. num. 4. & 5.* vbi dicit, se secundum eam consuluisse. Contrarium tenet gl. *l. si mater §. hoc iure. verbo, deducit ff. de except. rei iud. c.* quod indistincte ratificari possit sententia lata contra falsum procuratorem, vel pro eo. Et hanc opinionem Ias. *d. l. licet, nu. 10. ff. de procurat.* communem dicit, quod scilicet sententiam latam in fauorem falsi procuratoris, dominus siue † minor, siue maior sit, ratificare possit, *per text. l. licet ff. de iudic. vbi hoc quoque tenet Bartol. in prin. Idem Bart. d. l. si mater. §. hoc iure. in fin.* Hanc tamen communem opinionem 13. modis limitat Ias. *l. licet. C. de procurat.*

Ad propositum, cum nos hic versemur in primo membro, quod nullam habet dubitationem, dominum scilicet sententiam in sui præiudiciũ, vel contra se latam, ratificare posse, dubium non est, hanc ratificationem retrotrahi & perinde esse, ac si procurator ab initio interuenisset. *l. semper qui non prohibet. ff. de regul. iur. ca.*

ratihabitione.cod.tit.in 6. Cæterum cum de legitima ratificatione nobis non conſtet, volo ad maiorem ſecuritatem D.N. legitimationem nomine ſuperſtitis cum ratificatione iniungere, quo facto procuratori ex aduerſo imponere, vt ad oblationem exhibitam, quod decet, intra tres menſes agat. Saluo, &c.

VOTVM XXII.

In cauſa N. N. vnd N. contra N.

Actio præſcriptis verbis ex arbitramento ſeu tranſactione ſuper dote inſtituta.

SVMMARIA.

1 *Iudex nullus, excepto ſolo principe, ſententiam definitiuam à ſe prius dictam reuocare, corrigere, vel ſub quouis etiam erroris prætextu emendare poteſt.*

2 *Declaratio ſiue* Leutherung *ſententia in Saxonia ex conſuetudine recepta, & eundem ſortitur effectum, quam appellatio. Item in Camera hæc conſuetudo de iure ſuſtineri poteſt. num. 3.*

4 *Maritus procurator vxoris eſt etiam abſque mandato.*

5 *Dotis dominium ad maritum pertinet.*

6 *Sententia, laudum, arbitramentum vnde dignoſcantur.*

7 *Arbitratoris viam elegiſſe in dubio quis ſemper præſumitur.*

8 *Arbitramentum quid.*

9 *Ex arbitramento quæ actio competat.*

10 *Remittere vel cedere in iure perinde eſt ac facere.*

11 *Tranſactio in quamlibet ſpeciem contractus innominati cadere poteſt.*
Cedo *quid ſignificet.*

12 *Cedens actionem rem ipſam dare dicitur.*

13 *In tranſactione locus non eſt pœnitentiæ. & num. 16.*

14 *Pœnitentia locum habet in contractibus innominatis. & num. 16.*

15 *Frangenti fidem fides frangatur eidem.*

17 *Exceptio non adimpleti contractus etiam poſt litem conteſtatam opponi poteſt.*

18 *Præſcriptis verbis actio vt competat, quid requiratur.*

19 *Tranſactio eſt contractus vltro citroque obligatorius, licet innominatus & improprius.*

20 *Facto vbi opus eſt, verba non ſufficiunt.*

21 Cedere *eſt dare.*

22 *Præſcriptis verbis actio ex facto non perfecte adimpleto dari poteſt, propter tacitam voluntatem.*

23 *Clauſulæ*, peto ius & iuſtitiam adminiſtrari, *vis.*
Clauſulæ, von Rechts wegen/*vis & poteſtas.*

24 *Declaratio actionem non parit.*

25 *AEquitas naturalis & iuſtitia in omnibus rebus ſtricti iuris rationi anteferenda.*

26 *Dotis cauſa eſt valde fauorabilis.*
Dotes mulieribus conſeruari intereſt Reip.

27 *Tranſactioni, quam partes homologarunt & approbarunt, inhærendum.*

28 *Sententia quoties partibus præſentibus & non contradicentibus, multo magis homologantibus, lata eſt, vlterius quærere non licet.*

29 *Ex laudo ſeu arbitrio arbitratoris tacite vel expreſſe homologato datur actio, & exceptio ad impediendum litis ingreſſum.*

30 *Actio in factum competere poteſt in omnibus cauſis, in quibus locum habet actio præſcriptis verbis.*

31 *Incertitudo libelli non eſt in poteſtate Actoris, ſed Iudicis vel boni viri, nec vitiat.*

32 *Iudex ordinarius de iure etiam arbitrator eſſe poteſt, nec tenetur iuris ſolemnitates ſeruare.*

33 *Interpellatio hominis non tantum iudicialis, ſed etiam extraiudicialis, quem in mora conſtituit. & num. 34.*

35 *Verba tranſactionis ſtrictè ſunt intelligenda.*

36 *Dictio,* doch alſo/*dummodo conditionem præexiſtentem denotat, quæ diſpoſitum præcedere debet. & num. 46.*

37 *Verba,* nach Billichkeit / *incertitudinẽ continẽt.*

38 *Mora committi non poteſt, vbi debitum non eſt liquidum.*

39 *Ceſſio ſolutionem præcedere debet.*

40 *Tranſactio in fauorem illius fieri dicitur, qui rogauit.*

41 *Ordo ſcripturæ ordinem obſeruantiæ denotat, regulam & ordinem intellectus tribuit.*

42 *Prior in ordine ſcripturæ, præſumitur prior in tempore.*

43 *Dictio,* viciſſim, *retributionem ſeu remunerationem quandam denotat.*

44 *Dictio,* extunc, *de ſui natura temporis extremitatem inducit.*

45 *Dictio,* tunc, *ſemper ad euentum trahi debet.*

47 *Verba enunciatiua, vel ſaltem facti contingentiam enarrantia, non ſunt attendenda.*

48 *Dictio,* dummodo, *admonitionem & comminationem potius importat, quam conditionem, & eſt potius ſignum continuatiuum, quam conditionem denotans. & num. 49.*

50 *Dotem conſtituere eſt actus legitimus, qui nec diem vel conditionem recipere poteſt.*

51 *Ceſſio ſolutionem, an ſolutio ceſſionem præcedere debeat.*

52 *Ceſſio quando ex interuallo, & poſt ſolutionem ſine pacto præcedente fieri poſſit.*

53 *Actiones ſuas nemo contra ſe inuitus cedere tenetur.*

54 *Ceſſionis conſequenda remedia.*

55 *Actiones cedere is ſaltem poteſt, qui eas habet.*

56 *Quietantia, quæ generalem liberationem continet, ad omnia capitula adminiſtrationis venit extendenda.*

57 *Excipiens ſuam intentionem ſicut Actor, probare tenetur.*

58 Scieni vel scire debens, se aliquid dare oportere, si non dat, per id constituitur in mora.
59 Mora fieri non potest, si iustam quis habeat recusandi causam.
60 Oblatio vim solutionis habet, atq; moram emendat.
61 Cautio in oblatione obseruanda.
62 Interitus & periculum rei ad eum spectare debet, qui moram commisit.
63 Actio & obligatio per moram perpetuantur.
64 Frater, an sorori dotem constituere teneatur.
65 Patris est dotare filiam.
66 Mater non tenetur dotare filiam, nisi pater sit inops. nu. 67.
68 Frater sorori dotem constituere tenetur, si mater inopia laborat, vel in viuis non exstat, vel illa aliunde patrimonium non habet.
69 Fratres & successores à filio successore ali debent.
70 Clericus dotare sororem tenetur.
71 Dotandi onus & ad fratrem, & ad quemlibet extraneum transire debet.
72 Soror à fratre dotanda est, quæ non est ab eodem patre, sed vterina.
73 Alimenta dotis loco succedunt.
74 Alimentorum causa fauorabilior est, quam dotis.
75 Frater diues sorori inopi dotem constituere tenetur.
76 Feudum an in dotem dari possit.
77 Res feudales in pleno vasalli dominio consistunt, non tamen potest eas alienare citra consensum domini.
78 In dotem dare, perinde est ac vendere.
79 Fœminæ natura & consuetudine feudorum sunt incapaces in succedendo.
80 Diuisio alienationis speciem denotat.
81 Ad consuetudinem introducendam non vnus, sed plures actus requiruntur.
82 Consuetudo vt introducatur necesse est, quod in iudicio contradictorio cum spatio longi temporis ita fuerit obseruata ad minus bis.
83 Dos an constitui queat ex fructibus & accessionibus feudi.
84 Accessorium sequitur naturam sui principalis.
85 Obligatio personalis rei alienationem non facit.
86 Fructus & commoditates feudi, pignorari & alienari possunt, non feudum.
87 Dos quanta sit constituenda.
88 Dos constituenda iuxta facultates patrimonii, & personarum honestatem.
89 Dotis constituendæ modus ex facultate & dignitate tam viri, quam mulieris pendet.
90 Verba, Nach Billichkeit/ex æquo, quid importent, & n. 87.
91 Dos nobilibus debetur magna.
92 Legitima à tempore mortis illius, qui ad eam tenetur, computari debet.
Dos sucedit loco legitimæ.
93 Fructus dotis mariti lucro cedere debent.
94 Fructus à quo tempore propter moram commissam computandi veniant.
95 Fructus vsusfructus deberi non possunt.
96 Sententiam definitiuam nullus iudex reuocare, mutare & corrigere potest, etiam intra 10. dies & consensu partium.
97 Prouocationis remedio condemnationis extinguitur pronunciatio.
98 Appellatio ad minorem, seu ad parem non valet nedum à seipso ad seipsum.
99 Episcopi & officialis sui idem est auditorium.
100 Deputatorum à capitulo sede vocante, & successoris archiepiscopi idem iudicium.
101 Sententia aliquo defectu nulla, si constet, illam, quoad causæ merita iustitiam continere, à Iudice appellationis siue nullitatis confirmari, seu reformari potest.
102 Dotis præstandæ actio ex nudo pacto oritur.
103 Transactio in quamlibet innominati contractus speciem cadere potest.
104 Oblatio facta in iudicio inducit liberationem.
105 Dotis caussa fauorabilis & pia est, & iure coadiuuatur.
106 Contractus quandoq; impletur, tantum cauendo, vt præscriptis verbis agi possit.
107 Ex sententia arbitratoris, si fuerit homologata, an actio & exceptio competat.
108 In dotis petitione admittitur libellus vniuersalis, licet quantitas non exprimatur.
109 Tempus non est modus tollendæ obligationis.
110 Tempus cursus non lædit eum, qui negligens non fuit.
111 Pretium in dote de iure loco rei succedit.
112 Pater & frater tenentur dotare filiam & sororem.
113 Feudum in dotem dari non potest, sed tamen eius fructus.
114 Dotis æstimatio ex æquitate constituenda.
115 Arbitratus boni viri nihil aliud, quam æquitatem significat.
116 Dotis æstimatio arbitrio boni viri intelligitur. & pro modo facultatum & dignitate natalium constituitur.
117 Dos ad quantitatem legitimæ arbitranda est.
118 Dos succedit loco legitimæ in quantitate.
119 Dos ad mensuram legitimæ constituenda.
120 Dos in dubio non debet esse legitima minor.

DIcunt, quod Mercurii in die N. Anno 39. à Marchionis N. N. deputatis consiliariis, dictis N. Reis & Actoribus dieser Abschiedt gegeben quod rei zwischen gemeltem Tag N. vnd nach N. N. nechst hernach folgendt/sich cum Actoribus nomine vxorum suarum, vnnd der vnbestatten Jungfrawen vmb die Ehesteuer/Ehegelt/Geschmuck vnnd Kleyder / was jhnen deßnoch außständig/& ex N. N nachgelassenen Gütern gebühret / wie sie das ohne das zuthun verpflicht/nach Billichkeit vergleichen / vnd gebür-

liche Außrichtung thun / Darentgegen Actores ipius Reis alle Action vnnd Zuſpruch/ſo dieſelben in N. relicta bona haben/vnd was darauß herflieſſen möchte / kräfftiglich cedirn vnd vbergeben ſolte/alles iuxta verſiegeltem Abſchied/ quem dant in originali, petuntq; copiam ad acta regiſtrari, & originalia reſtitui. Et quamuis Actores je vnd allwegen à tempore deß auffgerichten Abſchieds fuerint erbietig / Reis genugſame Ceſſion zuthun /& Marchioni N. N. auch Copey zugeſchickt / welcher geſtalt ſie ceſſionem thun wolte/mit Erbietung/ dieſelbige ceſſionem nach Marchionis gnädigem Bedencken zu verbeſſern/ ꝛc. Zu dem / daß ſie deß Erbietens noch ſind/& ſupra dictam ceſſionem, wie ſolches am beſtändigſten beſchehen ſol / kan oder mag / gethan haben wöllen. His tamen omnibus non attentis, haben Actores biß her das jenige à Reis, was jnē von wegē jrer Eheweiber / vnd vnbeſtatter Schweſter ex N. bonis gebuhrt / als auff das wenigſte den dritten Theil der Thalgüter zu N. vber vielfältig ihr freundtlich Anſuchen / nicht bekommen oder erlangen mögen. Sed coguntur iure experiri. Quare petunt deſuper à Reis ein richtige Antwort/Qua reſpõſione data pronunciari, quod Rei vigore promiſſionis, vnnd darauff erfolgten Abſchieds / auch ſonſt im Rechte ſchüldig ſeindt / Actoribus was jhnen ex dicti N. bonis relictis gehörig/ als nemlich vnnd zum wenigſten den dritten Theil der Thalgüter zu N. ſampt der Nutzung / die ſie von N. N. deß 39. Jahrs/biß auff dieſe Zeit darvon gehabt / vnnd biß zu endlicher Erörterung dieſes Handels hinfürter haben möchten/cum damnis, intereſſe & expenſis, petentes ius & iuſtitiam ſibi miniſtrari. Iterum petentes die Thalgüter zu N. litigioſa ſequeſtrari, iuxta copiam cum A. notirt.

Votum D. Referentis.

In genere quatuor ponderat. I. Formalia. II. Nullitates. III. Mandata. IV. Iniquitatem.

Quoad formalia, declarationem, vel Leuterung/iudicum N. vel N. de iure prohibitum eſt
1 ne vllus † Iudex ſiue ordinarius *per l. Iudex poſtea quam l. quod iuſſit. ff. de re iud.* ſiue delegatus, *capit. in literis. capit. ſignificantibus, de offic. deleg.* ſiue etiam arbiter, *per l. dicere. ff. de arbitr. cum ſequent.* excepto ſolo Principe, *l. 1. §. 1. ff. de quæſt. l. moris. ff. de pœnis.* ſemel diffinitiue, vel etiam ſuper incompetentia, aut alio modo vim diffinitiuæ habente condemnando vel abſoluendo, aut quicquam aliud ſtatuendo vel declarando, ſententiam ſi dixerit, ex quo in continenti eius poteſtas exſpirat, officium auctoritaſque ceſſant, ſententiam prius dictam reuocare, corrigere vel ſub quouis etiam erroris prætextu emendare poſſit, cum iam functus ſit officio ſuo, *dict. capitu. in literis.* Quia tamen in actis allegetur, huiuſmodi Leuterung in Saxonia ex † conſuetudine receptam, & huic conſuetudini longo tempore præſcriptum, & eundem effectum ſortiri, quam appellatio ipſa: huius inſuper conſuetudinis præiudicia ſint in Camera: tamen infra decendium declarationes illas petitas eſſe conſter, vigore dictæ conſuetudinis, ideo non inſiſtit, cum & talem conſuetudinem † de iure ſuſtineri poſſe putet. *Vant. in rubr. coram quo nullitas proponi poſſit. numero octauo, & ſequent.* Idem quoad formalia appellationis ad Cameram, nil deſiderat. 2 3

II. Quoad nullitates contra libellum & ſententiam obiectas, cum non infringant proceſſum, inferius dicet.

III. Quoad mandata Actorum, nomine vxorum ſuarum, nil requirit. Licet enim maritus, † vt coniuncta perſona abſque mandato iuxta (*l ſed & hæ. ff. de procur.* non tamen aliter, quam cum ſatisdatione de rato, & defendendo. *per l. fin. Codic. de pact. conuent. l. maritus. Codic. de procur.*) nomine vxoris ad agendum admitti debeat, de tali autem ſatisdatione hic non conſtet. Quia vero ſuper dote conſequenda agitur, cuius dominium ad maritum pertinet † de iure *l. quintus. §. argento. ff. de auro & arg. leg. l. doce ancillam. C. de rei vindic.* Sane mandato aut ſatisdatione, *per l. de iis. C. de iure dot.* opus habuit, *Bart. & Iaſ. d. l. maritus. nu. 8. C. de procur.* Quo ex capite maritus ſuper dote tranſigere, & compromittere, & diſponere etiam poteſt, etiam inuita vxore, cum poteſtatem agendi habuerit. 4 5

IV. Quoad iniquitatem. 1. De actione. 2. An competierit. 3. An probata. 4. De exceptionibus. 5. De ſententia.

De Actione.

Quoad actionem, prius diſcutiendum, an iſti conſiliarii ab Archiepiſcopo deputati, vt Iudices, vel arbitri, vel arbitratores, den Abſchiedt pronunciarint, ita vt eorum pronuntiatum ſit ſententia, vel laudum, vel arbitramentum; Quia † vero id iuxta Dd. *capit. quinta valis. de iureiur. vbi Innoc. Bald. l. 1. Codic. de arbitr. Ferrar. in forma libelli, quo agitur ad pœn. ex compromiſſo,* aliunde non, quam ex iure & forma procedendi, ad quam reſpectus habendus eſt. *l. 1. ff. de arbitr.* ſimiliter ex ſententia id iudicari poſſit. *l. ſed & ſi. §. ſi quis, vbi gloſſ. ſuper verbo ſane.* Id vero ſecundum punctum iuris determinando. *auth. ſi vero C. de iud. Caſt. l. 1. nu. 8. ff. de iud. Pet. Iacob. tit. de recurſu ad arbit. bon. viri.* Sane cum ex actis non appareat, coram illis deputatis libellum oblatum, litis conteſtationem factam, aliaque ſubſtantialia ordinarii iudicii obſeruata, ſed omni forma iudicii prætermiſſa de facto, iuxta partium conſenſum & conuentionem nudam inter ipſas, prout ſibi æquum viſum eſt, proceſſiſſe, & pronuntiaſſe tales deputatos, non iudices. 6

vel

7 vel † arbittos, qui iuris ordinem seruare debent. *l. 1. ff. de arbitr.* sed potius arbitratores censendos esse, viamque arbitratoris elegisse putant, quod in dubio semper præsumendum tradunt, Bald. & Ang. *l. si seruus. § fin. ff de leg. 1.* Vnde
8 ipsorum pronunciatum non proprie sententia, sed arbitramentum potius dici debet. *per notat. Alber. & Felin. d. capit. de causis, de offic. delegat. l. 2. C. communia vtriusque iud.* Cæterum cum † arbitramentum in iure nihil aliud esse dicatur, quam conuentio partium siue transactio, licet impropriè. *glos. §. si vero contingit. authent. vt diff. iud. post. princ. Ias. in §. omnium. Instit. de act. num. 18.* cum per tale arbitramentum recedatur à lite & actione, sicut per transactionem, sententiam, vel aliam renunciationem, *not. Dd. l. 2. & ibi glos. 1. C. de transact.* & parte sinet vtantur in actis, verbis, Abschied & Vertrag. Deinde iure
9 dispositum, quod ex arbitramento eadem actio & exceptio † dari debeat, quæ ex vera & magis propria transactione competit, *l. cum mota. l. si pro fundo. C. de transact.* Verum ex transactione regulariter actionem præscriptis verbis dandam putat, *per d. l. si pro fundo.* Nec huic obiici potest in contrarium ex contractu nominato, *facio vt des*, de dolo potius, quam præscriptis verbis actionem competere. *l. naturalis. §. quod si faciam. vbi Barto. ff. de præscript. verbis. l. cum*
10 *proponas. C. de dolo.* Remittere † autem vel cedere iure perinde sit, ac facere. *l. in actione. C. de transact.* Respondet, cum istud factum cessionis vel remissionis tale sit, quod per Actorem præstari potest. Similiter arbitramentum vel transactio per talia verba factum, quæ implementum respiciunt ex parte Actoris, quo implemento facto vel secuto, Reis aliquid adesse possit: Recte quidem hæc verba, *cedere, remittere*, vel *facere*, pro dare sumenda erunt, atque præscriptis verbis actio, non autem de dolo rectius competere poterit. Ita quod idem sit, ac si ex contractu, *do vt des*, vel *do vt facias*, resultaret:
11 Cum † alias transactio in quamlibet speciem contractus innominati cadere possit. *Barto. l. siue apud acta. C. de transact. l. solent. ff. de præscript. verb.* Quod insuper verbum *cedo* in corporalibus quasi traditionem, tanquam in corporalibus veram traditionem denotet, probatur. *l. fin. C. quando fiscus vel priu.* Item quod actionem ce-
12 dens rem † ipsam dare dicatur, tenet Bald. *l. 3. ff. de legib. num. 1. & sequen.* Et pro hac sententia pulchram doctrinam dat Bar. *d. l. cum proponas, in add.* inquiens, quando factum principaliter refertur ad dationem, tunc factum intelligendum, pro datione, & non pro facto: Econtra, quando datio ad factum tendit principaliter, tunc factum & non dationem censendam. Cum igitur cessio actionis seu iurium, nihil aliud quam factum contineat, pro datione æstimanda erit.

An compererit.

Duæ allegantur per Reos exceptiones. I. Actores ex parte sua transactionem non impleuisse. II. Quod Actores pro consequendo iure sibi vxorum nomine competente, nouam actionem instituerint, sicque à transactione recesserint. Quare Rei statim etiam desuper protestati sint, quod † transactioni am-13
plius stare vel parere non velint. *Bal. l. ex placito. C. de rer. permut. numer. 19. l. pecuniam. Cod. de condic. ob causam.* Vbi traditur in contractibus innominatis locum † habere pœnitentiam, præ-14
cipue ex parte eius, qui contractum adimpleuit, prout Rei per suam oblationem fecisse prætendunt, per regulam frangenti † fidem. *Barto. l.* 15
si cum fundum. ff. de pact. Quod ad secundam exceptionem attinet, eam minime obstare putat: licet enim in contractibus innominatis † 16
locum habeat pœnitentia, fallit tamen in transactione. *l. quamuis. Codic. de transact. l. ab emptione. ff. de pact. Ias. §. actionum. numer. 112. de act.* Quoad aliam exceptionem non adimpleri † contra- 17
ctus, quæ etiam post litem contestatam opponi potest. *l. Iulianus. §. offerri, ff. de act. empti. vbi Castr.* ea obstare videntur ad impediendum litis ingressum. Hoc enim inter alia eius actio- 18
nis requisita, Rofr. in † suo breuiario dicit necessarium, vt hac actione præscriptis verbis agere volens, probare debeat, se ex sua persona contractum impleuisse, & nisi contractus impletio ex parte agentis interuenerit, vt contractus sit vestitus, dicta actio præscriptis verbis minime competere queat. *l. rebus, vbi Bald. C. de rer. permut. Bal. l. si pro ea. quæst. 11. C. mandati.* Idque in omni alio contractu, vltro citroque obligatorio requiri, tenet Ias. & Faber, *d. §. omnium. Instit. de act. l. cum proponas. C. de pact.* Transactio- 19
nem † autem esse contractum vltro citroque obligatorium, licet innominatum & impropriè tradit *glos. in l. contractus. Cod. de fide instru. vbi Bal. super verb. contractus. l. Labeo. 2. ff. de verb. signif. §. contractum.* Nec ipsos Actores iuuare potest, quod notulam cessionis transmiserint, prout in libello, circa medium concludendi, quod semper ad diuersitatem actionem cognoscendam attendendum tradit *Bar. in l. certi condicti. ff. si cert. pet. in princip. Ias. dict. §. omnium. numer. 116.* Non enim consiliariis, vel Episcopo, sed ipsis Reis in effectu & realiter ad cessionem faciendam, vigore transactionis fuerunt obligati. Vbi autem 20
facto † opus, verba non sufficiunt. *cap. 1. de eo qui qui mit. in poss. causa rei ser. & ibi glos. in verb. voluntate. Bartol. in l. qui decem. ff. de solut. & ibi Apostilla. glos. & Bart. l. 2. C. de edicto diui Adrian. tollen.* Cum etiam, vt supra dictum, *cedere*, † sit dare, & fa- 21
ctum si tale sit, ex cuius impletione nullum aduersario quæratur emolumentum, præscriptis verbis actio competere non potest, cum contractus innominati sint nudi. Similiter

Pro Actoribus non facit, quod per hanc transmissionem, licet plene non impleuerint, tamen implere cœperint: Ex facto autem non perfe-
22 cte adimpleto dari possit actio † præscriptis verbis, propter tacitam voluntatem. *Iaſ.d.l.naturalis.§.at cum do.num.4.ff.de præſcipt. verb.* Præcipue, quando perfecte adimpleri potest: Quia id verum secundum eundem Iasonem, quando per tale factum semiplenum aliquid quæsitum est parti: secus si prorsus nihil cœptum sit dari aut quæri ipsi parti, vt nostro casu. Quo casu etiam intelligendum dicit Iaſ. *d.* §. Quare hanc actionem præscriptis verbis ex transactione seu arbitramento propter hanc vnicam exceptionem dari non posse concludit. Minus etiam Reis ex transactione illam exceptionem competere posse concludit, cum & ipsos ex parte sua contractum non impleuisse ex actis constet. *Angel.l.cum is. à princ num.2.ff.de fideiuſſ. Bartol. l.siue apud acta. C. de tranſact.* Præterea nec etiam per clausulam salutarem in libello insertam, *peto ius & iustitiam ministrari*, quæ inter cætera hoc facit, quod omne remedium ex ea competere potest. *capit.cum dilectis, de ord.cognition.* Nec ex il-
23 la clausula in libello posita von Rechts † wegen: quæ nil aliud importat, quam officium Iudicis, quo officio dos peti potest. *l.obligamur.§.lege.ff.de oblig.& act. Capell.quæſt.290.& ibi Apoſtilla.* Tamen quia Actores in fine suarum replicationum fundamentum institutæ actionis super transactione saltem consistere expresse dicunt, non officio Iudicis, quod saltem in euentum inuocant, Præterea in libello non simpliciter Iudici, sed parti concludatur, *Iaſ.§.ſupereſt. num. 54. vſque ad 68. Inſtit. de act.* Adhæc in dictis suis replicis ponunt, libello super transactione salté instituto responderi, pari ratione, nec etiam condictione ex lege succurri posse propter dictam clausulam petitionis, auff das wenigſte den dritten Theil. Nam similiter actionem delu-
per non institutam, sed in euentum tantum facere id potuisse, atque per modum declarationis, quæ declaratio alias vtilis & valde necessaria. *l.ſi in rem.ff.de rei vindic.* Eam libello insertam
24 esse asserunt, quæ † declaratio, *vt supra dixi*, actionem non ponit. *d. l.voluntatis. & ibidem Bald. C. de fideicommiſ.* Adhæc Actores in suis replicis temere oblati libelli nihil se de Thalordnung sciuisse allegant. Quare cum nec actio præscriptis verbis, nec condictio ex lege aut vlla alia competat, videtur, inique iniunctam litis contestationem, sed potius ab instantia absoluendos fuisse Reos. Prædictis tamen non obstantibus, vltra dictam clausulam salutarem, quia na-
25 turalis † æquitas & iustitia, quæ in omnibus rebus stricti iuris rationi anteferenda. *l. placuit. C. de iud.* suadeat & velit, vt fœminis dotes constituantur, & causa dotis † alias sit valde fauorabi-
26 lis, & non solum mulierum, sed Reipubl. interſit dotes mulieribus conseruari. *l. 2. de iure dot.* Transactioni inhærendo, quia partes eam homologarunt, † & approbarunt, tum etiam ex 27
æquitate quadam Actoribus actionem in factum, *ex l. cum antea, C. de arbitr.* dari posse putat *Bald.l.cum proponas. C. de rer. permut. num.9.* Quotiescunque enim † sententia vel pronuncia- 28
tum, partibus præsentibus, & non contradicentibus, multo magis homologantibus lata est, vlterius quærere non licet, *l.ad ſolutionem. C. de re iud.* Nec etiam amplius contradici potest. *l. ab eo. C. quomodo & quando. capit. concertationi. de appellat in 6.* sed illi pronunciato præcise stari debet. *gloſ ſin. l.2. C. communia vtriuſque iudicij. Ferr. in libr. quo agitur ad pœnam ex compromiſſo.* Item, quod ex arbitrio seu laudo † arbitratoris tacite 29
vel expresse homologato detur actio, & exceptio ad impediendum litis ingressum, tenet *Bal. l.ad peremptorias. colum.3. C. ſententiam reſcindi non poſſe. text. & gloſſ. authent. vt diff. iudice. poſt princ. Franc.cap.ex ratione, de app. Mar.p.6.diſt.2.num.252.* Facit, quod actio † in factum competere potest 30
in omnibus casibus, in quibus locum habet actio præscriptis verbis. *Bart. in rubr.ff.de præſcript. verb.* Non obstat, quod Rei dicunt, libellum incertum esse, super illis verbis, nach Billichkeit/ ideo certa sententia ferri nequeat. Nam talis † 31
incertitudo libelli non est in potestate Actoris, sed Iudicis, vel boni viri, quæ non vitiat. *Iaſ.§.curare.num.6. & 59. de act.* & tanta, quæ ad certitudinem reduci nequeat, *vt Faber. d.loco.* sic etiam à contrarietate excusari poterit libellus, cum vt supra dictum super Thalordnung non sit fundatus. Quare ex omnibus prædictis concludit, Iudices deputatos recte litis contestationem, non obstantibus Reorum exceptionibus, iniunxisse. Nec dici posse, istos deputatos sua iurisdictione abusos, cum prius fuerint arbitratores, *argum.l.ſed ſi ſeruum, §.ſi quis, ff. de arbitr.* Nam de iure † ordinarius etiam arbitrator esse po- 32
test, qui iuris solemnitates seruare non tenetur, *d.§ ſi vero contigerit. auth. vt diff. iud. Petr. Iacob. nu.7. tit. de recurſu ad arbitrium boni viri.*

An probata?

Actionem probatam esse primo ex transactione in originali iudicialiter producta: Deinde Reorum confessione & sententia, quæ transiuit in rem iudicatam constat.

An eliſa?

De exceptionibus, per quas adhuc se ex transactione non teneri contendunt, præcipua est, Actores moram commisisse in eo, quod statim post transactionem erectam, ex parte Reorum facta interpellatione, atque oblatione, principio 800. denique 900. tandem 1000. Gülden / daran sie reichlich legitimam bekom̃en mögen an Lehengüter: Illam autem oblationem

Acto-

actores acceptare, cessionemq; facere recusarint. Iuris autem, quod per interpellationem
33 hominis, † non tantum iudicialem sed etiam extraiudicialem, quis in mora constituatur, *l. moram. ff. de vsur. gloss. l. qui Romana. de verborum obligationibus.* Talem autem interpellationem factam esse, ex missiuis Reorum constat, quam factam esse Actores non diffitentur. Præterea
34 si creditor † rem oblatam accipere nolit, vel per cum stet, quo minus accipiat, tunc pro moratore censendus sit. *l. hominem. ff. Mandati.* Hanc autem oblationem factam fuisse, ex dictis missiuis, & Actorum met confessione patet, cum dicunt, oblationem, minus tamen sufficienter factam, ad quam nec adhuc se teneri contendunt, cum tenori transactionis der Billichkeit nach satisfactum non sit. Ex quibus prædictis videtur concludendum, Reos quidem propter hanc moram Actorum, & quia res ob curatorum obitum amplius non integra, ex transactione conueniri non posse, cum re perempta post oblationem, debitor generis (præcipue, vbi super dote agitur,) non solum ope exceptionis, sed etiam ipso iure, *l. qui dotem. vbi Bar. ff. de solutio.* liberetur. Videndum ergo, an hæ exceptiones elidant intentionem Actorum, præcipue cum Actores moram in Reos retorqueant, ob non solutionem factam. Id quidem, etsi nulla constitutione fere complecti possit, an mora cõmissa sit, cum sit facti. *l. moram. ff. de vsur.* & Actores met in actis passim moram ex eo solum deprehendi dicant, an Actores vigore transactionis prius ad cessionem, an vero Rei ad solutionem faciendam fuerint obligati: Id sane ex fonte, id est, verbis transactionis sumi
35 poterat, quæ alias sunt stricte † intelligenda. *l. ad stringendæ. ff. de verborum obligationibus.* Et primum quidem Rei pro sua intentione fundanda multum vrgent dictionem illam, doch also / 36 *dummodo*: quæ conditionem † præexistentem denotet, quæ dispositum præcedere debeat, quasi dicat, als dann vnd nicht ehe. Secundo, quod sine cessione facta nescire potuerint, in quantum solutionem facere deberent, præsertim cum in transactione ponantur † verba nach
37 Billichkeit / quæ incertitudinem continent. Iuris autem est † moram committi non posse, vbi
38 debitum non est liquidum. *Bald. & alii in l. acceptam, ff. de vsur.* Tertio, quod de iure fundatam habeant intentionem ex *l. Modestinus. ff. de solut.* qua expresse disponitur, cessionem solutionem
39 † præcedere debere. Quarto, pro Reis quoque facere videtur, quod Actores met in sua scriptura dicunt, se transactionem non acceptasse, nec in eam consensisse. His tamen omnibus non attentis, non Actores, sed potius Reos in mora constitutos fuisse putat. Primo namque ex transactione apparet in fauorem Reorum talem transactionem factam esse, cum in fauo-
40 rem † fieri illius dicatur, qui rogauit, *l. rogasti. ff. si cert. pet. l. si gratuitam. §. Margaritam. ff. de præscr. verb.* Deinde, quod cessionem solutio vnd Auß-stattung præcedere debuerit, probatur ex ordine & contextu transactionis. Quod † autem 41
ordo scripturæ ordinem obseruantiæ denotet, & regulam & ordinem intellectus tribuat, probatur *per l. quoties. ff. de vsufruct. l. generaliter. §. siquidem, ff. de fideicom. liber.* dicitq; Bald. *in l. aduersus. C. de furt.* quod prior † in ordine scripturæ, 42
præsumatur etiam prior in tempore, *l. si dies. in pr. de excusa.* notat plene Felin. *in c. cum dilecta. col. 4. de rescript.*

Tertio facit, quod in transactione ponitur, Reos cum Actoribus post lapsum natiuitatis Domini nomine dotalitii cum Actoribus conuenire debere, darentgegen / id est, vt vicissim Actores iura & actiones suas cedere tenerentur, quæ † dictio *vicissim*, in proximo suo significatu, nihil aliud, quam retributionem, seu remunerationem quandam denotat *l. iubemus. C. de succe. Edict. & ibi gloss. super verbo, promissam.* Et quod permutationem importet, habetur *in cap. querimonia, de iure patro. vbi gl. fin.* 43

Quarto facit, quod transactio dicat, Actores als dann: id est, ex tunc cessionem facere debere, quæ dictio † *ex tunc*, de sui natura temporis 44
extremitatem inducit, *capitul. quoniam sit. & ibi gloss. in verb. ex tunc. de elect. libro sexto, l. si his. § si ita. ff. de condit. & demonstr.* Et quod semper ad conditionis euentum † trahi debeat, tradit Innoc. 45
& Hostien. *in c. præterea, de appell. c. à iudice. § si eodem in 6.*

Ex quibus colligitur, solutionem debuisse præcedere cessionem. Non obstat † dictio *dum-* 46
modo, non enim dispositiue, sed saltem narratiue in transactione posita est, quia verba † enun- 47
tiatiua, vel saltem facti contingentiam enarrantia, non sunt attendenda. *gloss. l. vni. C. quando non petent par. &c.* Et quod hæc dictio, non † conditionem iuxta Reorum assertionem, sed potius 48
admonitionem & comminationem importet, tradunt domini de Rota *decis. 131. in nouis. titu. de condit. appos.* qui exemplum & concordantia iura allegant. Item quod potius † sit signum 49
continuatiuum, non autem conditionem denotans, habetur *l. 2. ff. de procur. gloss. c. non potest. de præbend. lib. 6 super verb. retinere. c. 1. de foro compet. lib. 6.* Præterea cum dotem constituere, actus † 50
legitimus videatur, non potest recipere diem vel conditionem, *per l. actus legitimi, de reg. iu. in 6.* Cum, vt infra patebit, frater sorori de iure dotem constituere teneatur. Non obstat l. *l. Modestinus. ff. de solut.* quæ expresse dicit, cessionem post solutionem non valere. Nam primo limitatur, † nisi aliter pactum sit seu trãsactum, quo 51
casu paria sunt cessionem ab initio fieri, siue ex post facto, vt pulchre & notabiliter per Bar. *d. l. Modestinus. alleg. glos. l. cum is. ff. de fideiuss. super verbo, in solutum.* Quod autem Rei vigore transactionis ad solutionem prius faciendam teneantur,

supra

supra declaratum est. Imo etiamsi ex transactione id non eliceretur, adhuc tamen ex interuallo etiam post solutionem sine aliquo pacto precedente cessionem de iure facere potuissent, cum Rei & curatores ad disparia fuerint obligati. Iuris autem doctrina, quod si duo vel plures dispariter sint obligati, tunc cessionem ex
52 interuallo & post † solutionem sine pacto præcedente fieri posse, *l. si minorib. ff. de admin. tut.* Fallit secundo, *d. l. Modestinus.* si aliquis suo nomine tantum, vti hic Rei, vigore transactionis, quam approbarunt, soluere teneretur. *l. Stichum. §. si mandato, ff. de solut. l. Papinianus. & ibi gloss. ff mandati.* Quod secus est, si solutio illius nomine, contra quem fit cessio, aut alterius nomine fieri deberet, *Bartol. d. l. cum is. à principio. ff. de fideiuss.* Reliquas limitationes vide apud Bartol. *d. l. Modestinus.* Non obstat tertio, dum Rei dicunt, *sine præuia cessione erga curatores, & priusquam ab ipsis rationem consecuti sint, nescire potuisse qualiter iuxta transactionem*, sie die Außstattung nach Billichkeit thun könden / subiungendo cessionem non solum contra N. relictam hereditatem, sed etiam contra curatores faciendam, transactione Actoribus iniunctum esse. Nam primo Rei, qui statim post obitum d. N. possessionem omnium bonorum feudalium adepti sunt, contra Actores, non opus habuerunt vlla cessione, præcipue cum ratione dotis, ex dictis bonis sibi competentis nondum fuerint con-
53 tenti, cum † nemo actiones suas inuitus contra se cedere teneatur. *Bald. in lege secunda, Codic. an seruus pro suo facto, gloss. fin. l. in creditore, ff. de euict.* Imo etsi Rei de iure nihil ex N. hereditate consecuti, tamen de propriis sorores elocare sine vlla cessione adstricti fuissent. Dato nunc, quod Rei post solutionem factam, cessione aliqua opus habuissent, & si eam petiissent ab Actoribus, Actores vero facere recusassent, bonis iu-
54 ris † remediis eam consequi potuissent, de quibus pulchre per Angel. *d. l. cum is. ff. de fideiuss.* Agere enim potuissent condictione indebiti, ad reparandum soluta, vel etiam officio Iudicis, vt actiones cederentur, de quo *in l. si res obligata. §. fin ff. de leg. 1.* Primo similiter & erga curatores, non opus fuit cessione, cum certum non fuerit, an curatores ratione suæ administrationis Actoribus ad aliquid teneantur, sicque nullas actiones contra curatores habere potuerunt, easque minus cedere vel transferre potuerunt,
55 cum † is saltem actiones cedere possit, qui eas habet, *l. si nomen. ff. de act. vel hered. vend.* Et quod nulla propria bona exstiterint, vehemens est præsumptio contra Reos. Primo, quod curatores infra tempus in transactione præfixum à consiliariis pro ratione reddenda citati, & comparentes nil exstare asseueraruntt, iuri se desuper offerendo, proculque dubio si propria exstitissent super feudalibus Rei non conuenti, nec etiam transactionem talem acceptassent, vel homologassent. Fortius facit contra Reos quittantia ex parte Reorum exhibita, quæ generalem † liberationem continet, sicque ad o- 56
mnia capitula administrationis venit extendenda. *Ferrar. in for. libelli, quo agitur ad pœnam ex compromisso*, quam quittantiam Rei non impugnant, sed matrem illam cum gratiarum actione confirmasse ex actis constat. Dato igitur bona allodialia exstitisse, de quibus tamen non constat, & Rei id iuxta suam assertionem probare tenebantur, cum excipiens intentionem † 57
suam, sicut Actor probare teneatur: tamen eorum temeritati adscribendum foret, quod sibi non melius prospexerint, super eo, quod facile contingere potuit, obligãdo se ad certum tempus natiuitatis à tempore N. infra quod siue aliquid, siue nihil consequerentur à curatoribus eo lapso cum Actoribus nach Billichkeit conuenire vellent, *per l. si quis domum. §. fin. ff. locati.* Prudentius igitur sibi consuluissent, si tale tempus in transactione nominatum Actoribus ad curatores prius conueniendos petiissent præfigi, infra quod, si nihil consecuti, tum demum eo elapso, cum ipsis concordare vellent. Merito igitur, prout ipsimet in actis astruunt, interpretatio contra se est facienda. Quinetiam, si Rei cessione opus habuissent, pro curatoribus requirendis vel ad rationem reddendam ipsis imputandum, quod Actores pro actione competenti cedenda non requisiuerint, qui si facere denegassent, tunc fortassis conquiri potuissent: quia id autem prætermissum, nec per Actores steterit, Reis quidem, non Actoribus id imputari debet, quod cessio facta non fuerit, *Bartol. l. Titia. §. vsuras. ff. de leg. secundo, l. mora. ff. de vsur.* Præterea, quod Actores Reis cessionem ad curatores ratione administrationis conueniendos iudicialiter facere nũquam astricti fuerint, ex verbis vel tenore ipsius transactionis colligitur, quæ præfigit Reis tempus à festo N. vsq; ad natiuitatis, pro requirendis, non autem conueniendis iudicialiter curatoribus, quod etiam ad effectum deductum est. Deniq; quod ad talem requisitionem opus non habuerint cessione, ipsimet fatentur in suis quadruplicis. Plurimum etiam Reis obstat eorum facta oblatio, statim post transactionem facta, per quam se ad aliquid teneri Actoribus Reos sciuisse, expresse colligitur, absque vlla cessione. Iuris autem, quod si quis sciat, vel † scire debet, se aliquid da- 58
re oportere, non autem det, per id constituatur in mora *l. mora. ff. de vsur.* Ex quibus præallegatis expresse conuincitur, moram non ex parte Actorum, sed Reorum commissam esse, & quod nec hodie Actores vigore transactionis & iurium supra dictorum sine præuia solutione ad cessionem teneantur: sicque Reos iuuare non potest interpellatio allegata, cum, vti dictum, iustam caussam habuerint † recusandi, quo in 59
casu mora fieri non potest, *l. illud ff. de pericul. & commod.*

60 *rei vend.* Non obstat Reorum † oblatio, quæ vim solutionis habere dicitur, atq; moram emendare. *l. si seruum. §. sequitur. ff. de verb. obl. l. obsignat. C. de solu.* quia non sufficit verbum *offerre*, sed alia substantialia requiruntur, quæ hic omissa, de quib. *in d. l. obsignat. C. de sol. l. acceptam. vbi Bar. ff. de vsuris. Bar l. prætor. §. si quis. ff. de oper. noui nunt.* Quæ si omissa, oblatio nullius est effectus. Minus pro Reis facit, dum debitum illiquidum & incertum fuisse dicunt: quo casu verbo vel in scriptis se paratum soluere sufficit offerre. *Bal. l. residuum*
61 *C. de distract. pig.* Nam oblatam † pecuniam, ad quam Rei se nomine elocationis teneri sciebãt, offerre, pro residuo, fideiussoriam cautionem ad euitandam moram præstare, bonique viri arbitrio id residuum ad demetiendum relinquere debebãt, *vt pulchre traditur per Dd. præcipue Bal. in d. l. residuum.* Et pro hoc est casus, *in l. statu liber. & l. seruus si heredi. § fi. ff. de statu lib. Ang. l. prætor. §. si quis paratus ff. de oper. nou. nunt.* quam practicam notandam dicit. Eandem tradit Cæpolla, *cautel. 235. n. 26.* Per quæ etiam respõdetur ad id, quod Rei plurimum vrgent, quod Actores eis vberiõ̃ssiges / petierint. Nam si ad id se non teneri sciebant, prædictam cautionem offerre debebant. Sic itaque ex prædictis omnibus constat, Reos non autem Actores in mora constitutos, Actores non teneri de damno & incommodo, quod per obitum curatorum percepertint, per regulam ab ipsis allegatam, quod interitus &
62 periculum rei, ad † eum, qui moram commisit, spectare debeat. *l. in re furtiua. ff. de condict. furt. l. nemo, in fi. ff. de verb. obl. l. si ex legati cauf. eod.* Frustra etiam per hoc à Reis allegatur, Actoribus ex transactione actionem amplius non competere posse, cum per moram † actio & obligatio
63 perpetuetur. *l. si seruum. § sequitur, de ver. obl. l. fi. ff. de condict. furti.* Merito ergo Rei (solutione tamẽ prius vigore transactionis Actoribus facta) dum ipsimet asserunt, curatores, non sine bonis & heredibus decessisse, istos quidem heredes conuenire poterunt. Si cessione post modũ opus, Actores autem eam facere repugnent, supra allegatis iuris remediis ad eam faciẽdam, eos compellere poterunt officio Iudicis. Cæterum Rei à principio post erectam transactionẽ sine cessione contra curatores experiri potuissent, *Bart. d. l. Modestinus, text. & Dd. l. nominib. C. de act. & obl.* Et Reimet in suis quadruplicis fatẽtur, Actores iuri suo erga curatores per transactionem renuntiasse. Iniq; etiam Actoribus imputatur, quod ob eorum contumaciam concordia Lipsiæ instituta ad effectum non peruenerit. Nam ex eorummet confessione apparet, ipsos Actores ad præfixam diem vesperi, & tali tempore, quo actus expediri potuisset, comparuisse. *c consuluit. de offic. deleg.* Nõ obstat tandem, quod Actores in sua petita Leuterung allegarũt, se transactionem non acceptasse, sicque quodammodo variasse. Nam per talem allegationem potius transactionem, super qua transactio instituta eos confirmasse putaret. Nam non ex d. Leuterung constat, quod Iudices in sua sententia æstimationem bonorum feudalium ipsis adiudicarunt: ipsam sententiam tanquam iniquam ex eo prætenderunt, quod transactio, super qua actio instituta, de bonis ipsis, siue de rebus loqueretur, sicq; sententia petitioni siue libello difformis esset. Si ergo super aliqua trãsactione sententia fundata, necessario sequitur, aliam transactionem loquentem de æstimatione adesse, prout Referenti verisimile videtur. Quare non variasse, vel mutasse videntur, cum non super eadem re, sed super diuersa, atq; alia transactione se in replicis declarent sensisse, vnde non vitiat. *l. mutare. ibi Dyn. de regul. iur. in 6. l. si steriles. ff. de act. emp. & vend. l. rebus C. rerum amotarum.* Concludit igitur Actores non, sed Reos in mora fuisse, & per Reorum exceptiones Actorum intentionem minime elisam.

Quoad sententiam.

Præmittit, *An frater sorori dotem constituere* † 64
teneatur? Et videtur primo, quod non, cum ad paternum officium † id tantum pertineat, *l. qui* 65
liberos ff. de ritu nupti. l. fin. vers. vtramq; C. de dot. promiss. Nec etiam mater † ad hoc officium astrin- 66
gatur, *l. neque mater. C. de iur. dot. Cyn. & Bar. in authent. res quæ, C. commun. de leg.* Atq; ob id gl. dicat, *in d. §. vtramque super verbo paternum*, si extraneus dotem promitteret, patris tãtum nomine promisisse videtur. Multo minus ergo frater tenebitur, vbi non præsumitur tanta caritas, quanta matris erga filiam. Prædicta tamen regula procedit, nisi pater inops esset, tunc † teneretur 67
mater, *l. si quis à liberis. §. si mater, & l. pen. ff. de liberis agnosc. Bar. d. l. à filia, n. 2. ff. ad Treb.* Sic pari modo mater, si inopia laboraret, † vel in viuis non 68
exstaret, tunc frater sorori dum patrimonium aliũde non haberet, dotem constituere tenetur *l. si plures. § cum liber. ff. de adminis. tut. l. qui filium. §. quæsitum ff. vbi pupillus educari debeat.* Atq; ita re- 69
scriptum esse, fratres † & successores à filio successore ali debere, constat ex *§. discretus in authen. quib. mod. naturales effic. sui. auth. licet, C. de naturalibus liberis.* Et quod frater Clericus † etiam sororẽ 70
dotare teneatur, probatur ex text. *capitul. 1. de cõhabitat. clericor. Iason d. auth. res quæ col. 4. C. communia, de leg. Cæpoll. decis. 289.* Et quod onus † dotan- 71
di non solum ad fratrem, sed etiam ad quemlibet extraneum agnatum transire debeat, tradũt Barto. & Bald. *d. l fin. C. de dotis promiss. l. si marito. §. si voluntate. ff. solut. matr.* Non obstat, quod *d. §. tutor. & ibi gl. in verb. alio patre*, quæ sororem † inopem à fratre dotandam disponat saltem de sorore ex eodem patre, quasi secus sit in sorore vterina. Nam licet verum, quia, *vt supra dictum*, siue soror sit vterina, siue ex eodem patre alimenta præstare tenetur de iure frater, alimenta † autem dotis loco succedunt, *dict. l. non* 72
73
omni.

omni. C. de admin tut. vbi DD. Similiter loco legitimæ succedunt, *l. si quando. §. & generaliter. C. de inoffic. testam. l. libertus. §. posthumis ff. de aliment. leg. Afflict. decis.* 111. *num.* 10. Imo causa dotis fauorabilior † est quam alimentorum, vnde etiam à 74 fratre diuite, inopi † sorori dotem constituendam esse conuincitur, *Boer. in tract de dote. quæstio.* 75 123. Secundo præmittit, *an † bona feudalia in dotem dari possint ?* Videtur quod sic, per text. expressum *d. authen res quæ. & ibi DD C. commun. de leg. l. cum mulier. §. præponeret, & l. à filia. ff. ad SC. Trebell. Cyn. l. voluntas. de fideicom. §. 1. vers. rursus in auth. de restitu gl. ibid. super verb. merita,* vbi pro regula traditur, res restitutioni subiectas, atq; alienari prohibitas in dotem dari posse. Facit hic 76 etiam præiudicium cum filia N. N. sicq; consuetudinem adesse videtur. *Hosti. in summa, de feudis. Guid. dec.* 9. His tamē non attentis, diuersum hic statuendum censuit, feudum scilicet dotem dari non posse. *capitul. primo, § . donare. qualiter olim feudum pot. alien. capitulo primo, de prohib. feud. alien. capit.* 1. §. *Imperialem. §. alienare. de prohib feud. alien. per Frideric.* Ita quod etiam ne pro parte quidem obligari possit, *capitulo primo, An maritus succed. vxori, vbi Bald. numero primo, capitu.* 1 §. *rursus de controuers. inuest. numero octauo, Idem in capit.* 1. *à prin. de eo qui sibi & heredibus suis.* Adeo quod talitet dotem cōstituens, feudum ipsum amittat, Notarius infamis fiat & manum amittat. Idque id- 77 eo, quia res † feudales in pleno vasalli dominio non consistant, sintq; de iure citra consensum domini inalienabiles. *per Dd. d ca.* 1. *de prohib. feud.* 78 *alien. per Feder. Aluar. d. §. donare.* At in dotem † dare perinde sit ac vendere. *l. ex promissione, de act. & oblig. l. si vsumfruct. §.* 1. *ff. de liberali causs.* Item pro donatione etiam censeri possit, *l. si fraudator. §. si* 79 *à socero ff quæ in fraud. cred.* Facit, quod fœminæ † natura & consuetudine feudorum sint incapaces in succedendo. *cap.* 1. §. *hæc autem, qui feud. dar. possunt. Et ibi Bald. num.* 14. Ea præcipue ex causa, quia non possunt seruire, & alias causas, quas habet Chasi. *titul. de feud. nu.* 26. *cum seq.* Præterea cum hoc casu, si Actorum de rebus feudalibus 80 elocari deberent vxores diuisionen † pateretur feudum quæ abalienationis speciem denotet, maxime emptionis, prohibetur, *l. inter omnes. C. de præd. minor. Bald. l. generaliter. C. de secund. nupt. §. præterea. Idem l.* 1. *C. si aduers. transact.* Quare concludit feudum tanquam rem ipsam in dotem dari non posse. Non obstat auth. *res quæ. C. communia, de lega.* quia eam in feudo non procedere expresse tradit Ias. *ibidem nu.* 26. *Præpositus d. c.* 1 §. *donare. nu.* 1. *Afflict. §. eodem. nu.* 26. *qualiter olim feud. alienar. pot.* Multo minus prætensa consuetudi- ne Actores se iuuare poterūt, cum iuris sit ma- 81 nifesti, non vnum, sed plures actus † ad consuetudinem inducendam requiri. *Bart. l. de quibus. n.* 6. *& 7. ff. de legib. Idem in l. omnes populi. quæst.* 7 *ff. de iust. & iur.* Item necesse, quod in iudicio contradictorio spatio longi temporis ita fuerit observata † ad minus bis, præcipue si iuri contra- 82 rietur, vt hic fit. *capitu. cum tanto, de consuetud. vbi DD. l. consuetudinis. C. quæ sit long. consuetud.* Apparet autem Reorum testes tantum de vnico actu loqui N. N. Ex quibus sequitur 19. articulum huc omnino impertinenter allegatum. Nec etiam ex Thalordnung / sed ex regimine Episcopi desumptum esse, omnes fere testes deponunt. Nec loquitur de agnatis, iuxta Reorum allegationem in sua petita Leuterung / qui in feudo succedant, sed de Archiepiscopo tantum, ad quem feuda, non obstantibus agnatis, peruenerunt. Quod secus est nostro casu, vbi agnati vti Rei ipsi exstant. Et quod omnino sit impertinens, satis per Reos deductum est in suis replicis. Quare non amplius insistet. Videndum ergo, cum ex bonis feudalibus dos exhiberi nequeat, vnde Actoribus nomine vxorum elocatio fieri possit. Et prima fronte videtur dicendum, nec de æstimatione † seu fructi- 83 bus feudi id licere, cum accessorium † sequa- 84 tur, naturam sui principalis, & sint accessoria. Breuiter tamen illo non attento, licet feudum ipsum in dotem constitui non possit sine consensu domini, filias tamē vel sorores ab agnatis de accessionibus feudi elocari posse putauit, *Præpos. dict. capitulo primo, §. donare, & ibi Bald. in princip qual feud. alien. pot. Zas. titul. de feud. alienat. numero octauo,* cum vasallus sit dominus eorum, & desuper saltem personaliter se obliget, nullum ius in feudo vel in re cōstituenda. Et iuris, quod personalis obligatio rei alienationem † 85 non faciat, cum personam, non autem rem ipsam, vt nostro casu, sequatur, *notata l. fin. ff. de contrah. empt. Præpos. dicto §. donare. numero primo, Bald. dict. §. donare. numero tertio, Faber in §. item Seruiana. Institut. de act.* Fructus † tamen & 86 commoditates pignorari & alienari posse, quāuis feuda alienari non possint. *DD. in capitu. quæ in Ecclesia. de constitu.* Concludit, agnatos vt hic, non de feudo, sed de accessionibus feudi, filias sorores ad elocandum teneri, atque sic in prima sententia male pronuntiatum. Non obstat *capitu. accessorium, de regulis iuris, in* 6. quia secundum Dyn. ibidem limitatur, nisi prouisio vel specialis dispositio reperiatur in accessorio, vt hic, Vbi ex iuris dispositione fœminæ ex fructibus vel accessione feudi elocari permittuntur, *iuribus supra deductis.* In † quantum autem eloca- 87 ri debeant, ex transactione apparet, eas ex æquo nach) Billichkeit / elocandas esse. Quæ † 88 verba non aliter intelligit, quam iuxta facultatem patrimonii & personarum honestatem, *iuxta gloss. § primo, versicul. quamobrem. in authent. de restit. & ea quæ parit vndec. men. super verb. merita. tex. l. quæro ff. de iure dot.* Vbi modum constituendæ † dotis, ex facultate & dignitate viri & mu- 89 lieris attendendum dicit. Qui text. adeo verus est, *iuxta Bar. d. l. quæro.* vt si qui promittat dotem dari arbitrio boni viri, quod tunc certa intel-

intelligatur quantitas relicta, quam bonus arbiter arbitrari deberet, etiam si nunquam arbitratus fuisset, *l. 2. ff. de leg. 2.* Cæterum quo minus legitima ad arbitrium fieri nequeat, tradit Iaſ. *d. auth. res quæ. C. communia de leg. nu. 28.* Ratio, quia omne grauamen, &c. *vt ibi per Iaſ. Boer. deciſ. 3. nu. 12.* Quod autem Reis magnæ ſuppetant opes ex Reorum propriis confeſſionibus, Actrices autem ex nobili genere procreatas eſſe conſtat: breuibus concludendo, cum Actricum tres ſaltem eſſe conſtet ex libello, minus triente ipſis pro dote dati non poſſe putat, *per auth. cum quæritur. C. de inoff. teſta.* Nec obiici poteſt, duas ſpecialitates hic concurrere, ſcilicet actionem ex pacto nudo intentatam, & dotem incertam petitam, *iuxta gl. l. cũ poſt. ff. de iure dot. § gener. in verb. placuit. l. 1. C. eod.* Nam, vt ſupra d. illa verba, nach
90 Billichkeit/† nullam incertitudinem importãt, & dotem promiſſam eſſe notorie conſtat. Quia ergo Rei in 10. articulo probatorio dicant, N. & bona relicta, vltra 3000. Gülden nit außtragen aſſerãt, atque 1000. florenos obtuliſſe aſſerant, ſimiliter N. in creditis circa ter mille florenos, quæ ſibi ſaltem conſtat reliquiſſe aſſerant, quæ credita ipſi Rei, ſi actionum & iurium ceſſio ſibi facta fuerit, facile conſequi poterunt, & iuxta ſententiam Iaſonis *d. auth. res quæ.* nobilibus ma-
91 gna† dos debeatur, quæ infra 1000 Gülden eſſe non debet. *Caſſan. tit. de ſucceſ. fœminarum rubr. 7. §. 12. num. 7. & 8.* reformando omnes priores ſententias, mille florenos pro dote ſiue legitima competente adiudicandos. Non obſtat, quod de quinque ſororibus allegatur. Nam
92 quod legitima† ſiue dos, quæ eius loco ſuccedit, à tempore mortis illius, qui ad eam tenetur, computari debeat, probatur. *d. auth. cum quæritur. C. de inoffic. teſtam. Chaſſ. de ſucceſ. §. 7. verſ. 2. n. 1. Marant. diſp. 10. nu. 20.* Et quod viuente eo, qui ad legitimam tenetur, non ſit reſpectus habendus, probatur *in l. etiam. § fin. & l. ſi patronum. § fin. ff. de oper. liber. l. 2. §. interdum. ff. de vulg. & pupill. ſubſt.* Quare elocationem tempore vitæ patris duabus aliis ſororibus factam, hic minime attendendam putat, cum etiam pater vnam melius, quam aliam tractare poſſit, ſicuti per viam inſtitutionis vni filiæ plus, quam alteri dare poteſt. Adhæc ſi quinque ſorores omnes elocandæ forent, non triens, ſed ſemiſſis deberetur pro dote ſiue legitima. *d. auth. cum quæritur.* Concludit ergo, vt ſupra. Quoad fructus, cum, vt ſupra dictum, legitima debeatur de acceſſionibus feudi, etiam fructus quidem venire debent, *vt per Dd. in l. Papinianus. §. vnde ſi quis ff. de inoffic. teſta.*
93 Cum fructus† dotis mariti lucro cedere debeant. *l. dotis fructus. ff. de iur. dot. l. pro onerib. C. eod. Chaſſ. d. tit. de ſucceſſ. nu. 1.* A quo tempore autem debeantur, concludit ibidem, propter tranſactionem à tempore litis conteſtationis, quod & verum putat, cum hic verſemur in obligatione dandi: vbi propter moram commiſſam, non † tempore moræ, ſed litis conteſtationis fru- 94
ctus veniunt computandi. *l. naturales. §. 1. ff. de præſcript. verb. l. mora. ff. de vſur. l. videamus. 2. l. in fideicommiſſ. l. æquis, ff. de vſur.* Nec obſtat eos non deberi, cum vſusfructus † non poſſint fructus 95
deberi. *l. fructus. ff. de rei vind. Bartol. dict. l. videamus.* Nam vt ſupra dictum, æſtimatio hic loco rei ſuccedit, & perinde eſt ac ſi res ipſa: fructus autem propter moram debentur. Quare vt ſupra concludit, reformando omnes ſententias, Actoribus vigore tranſactionis homologatæ 1000. pro dote ſoluendos eſſe, vna cum fructibus, quia fructuum deductis impenſis vult facere mentionem, compenſatis expenſis.

Votum Correferentis.

Cauſa hæc appellationis eſt, in cuius formalibus nil deſiderat: Nullitatis & iniquitatis in Camera nullæ deducuntur cauſæ, nec grauamina, ſed poſt litis conteſtationem cum repetitione actorum ſtatim vtrinque concluſum eſt. Ex prioribus igitur actis primum de nullitatibus, poſterius de iniquitatibus videbimus, & vtrumq; quoad Appellantes tantum. Nam quod ad Appellatos attinet, putat nulla prorſus diſputatione opus eſſe, licet appellationis beneficium commune ſit, cum litem in appellatione negatiue cõteſtando ſimpliciter petierint pronuntiari bene iudicatum, male appellatum; Et ſic per conſequens priorem ſententiam à qua, ex ſua parte approbarint, acceptarint, & in ea tanquam in re iudicata acquieuerint, & adhuc acquieſcant, bene vtique ſi confirmaretur, contenti. Quæ iudicii conſtituendi ſubſtantialia dicuntur, putat hic non deficere. Leuiores, ſi quæ ſunt, nullitates, non curabimus. Vnica eſt, quæ iure ſuſtineri vix poterit, Quoad Leuterung/bina illa declaratio, ſeu potius retractatio, atque confirmatio eiuſdem Iudicis in 3. 4. & 5. diffinitiua ſententia, ſiquidem iuris eſt, Iudicem† ſu- 96
am ipſius diffinitiuam ſententiam, ſiue illa iniqua, ſiue æqua, iuſta ſiue iniuſta fuerit, reuocare, mutare, vel corrigere non poſſe, etiam intra 10. dies & conſenſu partium, *per gl. fin. in l. ſi diuerſa. C. de tranſact. l. Iudex poſtea quam. ff. de re iud. Bald. l. 1. nu. 1. & 6. C. ſent. reſcind. non poſſ. & Canon in c. in literis de offic. deleg. & c. cum ceſſante. de appell.* Quod ſi dicamus, huiuſmodi declarationem die Leuterung/ appellationi aſſimilari, eiuſdem veluti beneficio vti, quomodo etiam legitimo tempore intra decendium, vtraque propoſita fuit, veretur, id iuris auctoritate tueri nos poſſe, ex definitione appellationis à minore ad maiorẽ, &c. *Azo in ſum. C. de app. & ibi Dd. per l. præfecti. ff. de minor. l. 1. in fin. ff. ad Turpill. l. 1. §. ſi quis. ff. de appell. Hoſtien. in ſumm. in pr. de appell. & ibi Canon. ſt.* Quia† 97
prouocationis remedio condemnationis extinguitur pronunciatio. *d. §. fin. ff. ad Turpill.* Et non tantum ad minorem, ſed etiam ad parem† 98
non valet appellatio, nedum ab eodem ad ſe-

ipsum, *text. c. 2.* vbi Crem. notat, hoc verum esse ex substãtialibus appellationis, *de consuetud. lib. 6.* Nam vt Episcopi † & officialis sui idem est auditorium. *d.c.2.c Romana.lib.6.de. appell.* Sic vtiq; Archiepiscopi & consiliariorum: Item se-
100 de vacante à capitulo † deputatorum & successoris Archiepiscopi idem erit iudicium, *per d. iura. Item.c.his quæ.c.cum olim, de maio. & obed. & c. 2. Ne sede vacante.* Nec forte poterit prouinciæ illius consuetudo huiusmodi nullitatem excusare, cum respondeat Pontifex. *d.c. 2.* Non putamus illam consuetudinem quantocunque tempore de facto seruatam, consonam rationi, quod ab officiali Episcopi ad eundem Episcopum valeat appellari. Nec ab eodem ad seipsum cum sit idem auditorium, vtriusque appellatio interposita videatur, quæ ratio nostro casu fortius stringit. Vnde gl. 3. *d.c.2.* notabiliter infert, consuetudinem non posse id, propter quod appellationis substãtia mutatur. Esse vero contra substantiam appellationis, vt ab eodem ad seipsum appelletur, supra dictum est. Nõ igitur videt, qua ratione sustineri queat nostra hæc declaratio, siue reuocationis, vel reformationis, siue appellationis illa beneficio nitatur, & per consequens ad eam quoque subsecuta diffinitiua sententia. Quare non temere super nullitate pronunciari posset, nulliter scilicet iudicatum, per not. Bart. *in l.si expressim.ff.de appellat. num.* 8. Cæterum cum sine dubio plures in Camera appellationis causæ sint. darinnen dergleichen Leuterung beschehen: (Baß contra Boß:) atque non audierit super huiusmodi nullitate
101 expresse pronunciatum, sententia † autem ex aliquo defectu nulla, si constet, illam quo ad causæ merita iustitiam continere, à iudice appellationis seu nullitatis etiam confirmari seu reformari possit. *Barto.d.l.expressim.num.14.& 15. de app.& l.si vt proponis.1.C.quomodo & quan.Iudex. Plura allegat Vant.de nullitat.tit.vlt.nu. 129. & seq.* Malit, cum nobis de partium iuribus constet, aliquo modo, quod Actoribus vtilissimum erit, eam nullitatem negligere & negotium principale definire. Pergamus ad iniquitatem examinandam.

De actione.

Et quemadmodum in producto libello, causa perendi, seu mediũ concludendi potissimum super recessu siue trãsactione fundatur, id quod vtraque pars fatetur & per se allegat, atq; prioris Iudicis tres posteriores sententias confirmant, quinimo conclusio, quæ duo totam actionem regulant. *Ang. in §.omnium.nũ.7.verſi.& tene menti. Instit. de act.* atque declarant, ex ipsa conuentione, ausser dem Abschied. In hæc verba subiungitur, derwegen bitten Actores außzuf: rechen vnd zuerkennen / daß Rei vermög vnd krafft jhrer gethanen Zusag / vnd darauff erfolgtes Abschieds / scilicet secundum verba præscripta, putant: Si minus conueniat actio, qua agitur, vt pacta seruentur. Nam ex nudo † pacto dotis præ- 102
standæ actio oritur. *Bal.l. exactionem.in princ.C.de dotis promiss.gl.1.solut. matr.* præscriptis verbis actionem propositam esse. Sentit enim cum Domino Referente huiusmodi Abred Receß oder Beschetd / per consiliarios inter partes gütlich mit jhrer Bewilligung vnnd annemmung auffgericht / propria significatione transactionem dici posse, ex definitione transactionis, quam habet *Azo in summa. & Dd. in rubr. C. de transact.* Wie es auch / vtraque pars also nennen / vnnd daß Actores super dote vxorum also transigiren mögen. Et cum transactio † in quamlibet 103
innominati contractus speciem cadere possit. *Bart.l.sine apud acta.nu.23.ad fin.C.de transact.* contuit; nostram conuentionem, inspecta eius qualitate & omnibus circumstantiis illius speciei esse, quæ dicitur, *facio vt des.* Ex qua specie similiter oritur & competit actio præscriptis verbis, modo factum sit tale, vt hic nostrum indicat. ex cuius implemento aliquid adsit conuento & absit implenti, Casus est *l. solent, ff. de præscript. verb. & l. cum mota. C. de præscript. verb. tradit glos.1.in §.quod si faciam. & ibi Bartol. Castr. & Ias. l. naturaliter.ff.de præscript.verb.* vbi *Ias.num.1.circa med.* dicit eam Azonis in prædicta glos. relatam opinionem communiter approbatam esse, & in hoc omnes concordant. *Decius* enim 4. subiungit, & hanc *Azonis* opinionem tenent omnes scribentes indifferenter, nullus discordat. Actio in factum magis generalis est, & vere tum competit, quando nulla alia actio datur. Æquitas tamen suadet dari. *Ias.in rub.ff.de præscr.verb.* quamuis idem *Ias.in §.actionum.num.131. Instit.de act.* dicat, & actionem in factum & actionem præscriptis verbis vnum idemque esse putet.

An competierit.

Quod itidem competierit q. adimpleta ex Actorum parte transactione, vrget, daß beyde Theil solchen Vertrag einander gestanden. Item obiectis exceptionibus non obstantibus litis contestatio iniuncta.

II. Quod Rei videantur in ea conuentione remisisse, quod Actores alioquin probare oportuerit, scilicet ex bonis paternis & fraternis propriis nil supereſſe.

III. Quod ipse dispositionis ordo in transactione solutionem cessioni præponat.

IV. Quod Rei in primis suis quadruplicis fol. 80. ipli videantur fateri per transactionẽ Actores nach besag der Rechtẽ / iuri suo renũtiasse.

V. Quod Actores formulam cessionis, in meliori forma consiliariis, die den Vertrag gemacht / transmiserint, & in literis ad eos mit I. fol. 67. per præsentes ex sua parte transactioni satisfactum voluerint.

VI. Et hoc potissimũ, quod in proposito libello iudicialiter in pleniori forma cesserint.

his verbis: Zu dem / daß sie deß Erbietens noch seind / & prædictam cessionem hiemit / Wie solches am bestendigsten geschehen soll / kan oder mag / gethan haben wöllen.

VII. Quod Rei in prædictis suis quadruplicis ante litis contestationem, in producta sua supplicatione, expresse fateantur cessionem sibi factam esse in hæc verba: Vnser Zuspruch / Klag / vnd Forderung vnd Rechnung berührter Vormundtschafft / vnd auffgetragener bewehrter Gerechtigkeit anzuhören / &c.

VIII. Quod etiam pecunias obtulerint; vnnd alleine der Streit gewesen von der Vbermaß.

104 IX. Quod fauorabilis † & pia sit causa dotis, & iure coadiuuetur. *l. cum plures. §. penult. & ibi gl. & Bart. ff. de admin. tut.* Actores assidue semper sollicitarint, N. semper tergiuersantes refugerint. Vltimo: Quod Rei in condemnatione ex huiusmodi conuentione facta omnimodo acquieuerint, petētes vt in appellationis litis contestatione. Et videtur vel sola iudicialis illa oblatio, seu potius facta iám cessio ad agendū sufficere, argumento *Bart. l. si rem. §. fin. in fin. ff. de pig.*

105 *act.* Vbi notat, quod oblatio † facta in iudicio inducat liberationem, sicuti si extra iudicium esset facta oblatio & consignatio. Nec forte plenior cessio fieri poterit, nisi quod accedat scriptura: quinimo † tantum cauendo impletur

106 quandoque contractus, vt præscriptis verbis agi possit. *l. 4. §. fi. ff. de condit. instit.* Ne dicat, nostram hic transactionem quasi per stipulationem factam verbis in se ipsa vestitā esse, nec quodammodo ob id rei interuentu egere. *iuxta Bart. d. l. siue apud acta. nu. 15.* Notatur quidem ex *l. cum antea. C. de arbitr.* quod ex sententia arbitri, si fuerit homologata, actio & exceptio competat: sed

107 quod idem sit † de arbitratore multum dubitat. Nam Innocent. *in c. Quintauallis. de iureiur.* diuersum notat, scilicet quod dictum arbitratoris nunquam homologetur taciturnitate decem dierum: quod tamen fit in arbitrio: sed si expresse illud confirmetur per partes, patiet exceptionem quasi transactionis vel pacti. Nec vitiat libelli generalitas, cum in petitione dotis

108 admittatur † libellus vniuersalis, licet quantitas non exprimatur. *not. Bart. l. fin. ad fin. C. de sent. quæ sine certa quant. Et in rubr. solut. matr. num. 24. text. l. quæro. & l. cum potest. §. gener. ff. de iure dotium.* Quemadmodum nec actio perit implendi tem-

109 pore elapso, cum tempus non sit † modus tollendæ obligationis. *l. obligationum fere. §. placet. ff.*

110 *de oblig. & act.* Neque † lædit temporis cursus eum, qui negligens non fuit. *l. intra vtile, ff. de minor. l. contra maiores. C. de inoff. testamen. gl. in auth. de appellationib. in verbis, ex cursu temporis.*

An probata?

Prædictam sententiam transactionis, verbis præscriptis actionem probatam esse, intrepide concludit, per in originali productum Abschied Reorum propriam, eamque iudicialem confessionem, & quatuor posteriores priorum iudicum latas super hac conformes sententias.

An elisa?

De elisione Reorum nil amplius dicet, tum; quod dominus Ref. illam rem copiose tractarit, tum quod minus opus censeat, cum Appellati sententiam non impugnent, sed saltem confirmari petant. *Bart. l. fin. num. 3. C. de sent. quæ sine certa quant.* Concludit igitur, ex his omnibus, Appellatos iuxta transactionem condemnandos. Sed an in bonis vel æstimatione condemnandos. Sed an in bonis vel æstimatione condemnatio facienda fuerit? Et concludit; cum præscripta verba, id est, ipsa transactio concludendi medium sit, & ea nil de quota bonorum exprimat, sed in hæc verba disponat, daß sich Rei cum Actoribus vxorum nomine, wie obgewent / vmb die Außsteuwer / Ehegelt / Schencke vnd Kleidung / was jnen deßen noch außstendig / & ex N. bonis gebüret / nach Billichkeit vergleichen / secundum huiusmodi transactionem, quę vtique stricti iuris est, *actionem autem, Inst. de act.* Ex genuino verborum intellectu singula ponderando, non in quota bonorum, sed in æstimatione condemnationem faciendam. Quemadmodum & de iure † in dote pretium succe- 111
dit loco rei. *l. res in dotem. ff. de iure dot. Not. gl. l. Labeo. §. Item si dominus. ff. de verb. signif. tradit Bartol. in rubr. n. 20. fol. matr.* Facit, quod Actores selbst ein Verzeichnuß / vna cum libello vbergeben / was jren Frauwen noch außstehet. Accedit, q Actores iuxta prædictam designationem etliche dinge albereit in specie schon empfangen. Ite quod Actores in supplicatione sua an die Räht / sub litera I. in primis suis Triplicis producta expresse petierint, zůverschaffen / sie der Hauptsummen / sampt gewöhnlicher Abnutzung / & expensis ex relictis N. bonis zufrieden zustellen / wie in andern viel / ja schier allē jren Mitstuen dergleichen litera B. habet, verzeichnuß deß Anschlags / H. gegen Erlegung deß Gelts D. auff den N. Marck zuentrichten / H. Wenn solche Vergnügung geschehen soll / fo. 42. in actis zů der Bezahlung / fol. 44. zuerstattung deß Ehegelts fol. 158. Was noch nicht erlegt von dē Lehengütern außrichten. Item quod Actores in gutlicher Handlung 1700. fl. sollen gefordert haben / non quotam bonorum, quam etiam ex transactione petere potuerunt, De iure communi seu consuetudine feudorū, cum Thalgüter feuda sint, minus est dubium. Nam licet † pater & frater te- 112
neantur dotare filiam & sororem: tamen feudum non possunt dare in † dotem, sed tenen- 113
tur dotare de fructibus feudi, *per text. gloss. Isern. Aluar. Bald. Præpos. & communiter feudistas, tit. qualiter olim feuda possunt ali. §. donare, & Zas. in sua Epitome, in vsib. feud. p. 9. de feud. alien. numer. 7. & 8.* Quod Actores pro declaratione incertitudinis

actionis allegant, die Thalordnung/quamuis satis dubius sit illius & per se, & propter testium dicta intellectus & interpretatio: tamen vtcunque accipiatur, eorum intentionem suo iudicio nequaquam cõfirmare poterit. Nam ponamus nostro casu illa disponat Thalordnung / certe cum præscriptis verbis Actores egerint, in illa tali ordinationi renunciasse videntur. Nec aliud, quam conuentum est, tunc petere possunt. Qua confutatione simul respondetur etiam ad duo illa præiudicia mit N. N. vnd N. N. Tochter. Nam adeo incapaces non sunt fœminæ huiusmodi bonorum feudalium, der Pfanngüter/ quod hæc ipsa Pfanngüter antea N. patre defuncto matri quoque collata fuerint, damit sie ab Archiepiscopo beliehen vnnd verleibgedingt werdẽ. Huic decisioni iam vltima succedit quæ-
114 stio; Quanta vero † talis æstimatio sit constituenda? Et præscribit transactio, Rei sollen sich vmb die Außsteuer nach Billichkeit cum Actoribus vergleichen / scilicet, si Diis placet, secundum æquitatem seu arbitrium boni viri. Nam
115 † arbitratus boni viri nil aliud quam æquitatem significat. *Oldendorp. in sua d. sp. de iur. & æquitat. tit. 1. num. 10.* Iudex igitur huiusmodi arbitrabi-
116 tur. Sicut & de iure dotis † appellatio, arbitrio boni viri intelligitur & pro modo facultatum & dignitate natalium constituitur, *per l. si cum eo. C. de dotis promiss. d. l. quando. & l. cum post, ff. de iure dotium. gl. final. l. 1. ff. de leg. 2. & l. si filiæ pater. ff. de leg. 3. Bart. d. l. si filiæ. & l. si lecturæ nouæ. C. de dot. promiss. Corneus consi. 48. & consi. 107. num. 17. & cons. 162. nu. 14. lib. 2.* Et in hoc casu ad quantitatem legiti-
117 mæ æquitas dotem † arbitrabitur, sic Corneus dictis locis decidit. Et ex *Bal. & Salyc.* allegatur ad quæstionem, quanta dos arbitratu boni viri
118 esse debeat? *Respondet*, cum succedat † loco legi-
119 timæ in quantitate, ad mensuram legitimæ † esse debere. Dos enim congrua esse debet, correspectiua & coæqualis legitimæ. Atque si plures sint filiæ, seruandum distribuendæ legitimæ modum. De qua re late Bald. *de tract. dot. p. 6. priuil. 8. cum seq. Copiosius Brunus, de statut. fœmin. à successione excludentib. artic. 9. princ. quæst. 1. casu 2.* vbi tandem post, *num. 6.* similiter concludit, quod
120 dos in dubio non debeat † minor esse legitima, limitando, nisi quantitas patrimonii, consuetudo regionis aut familiarum, Item honestas & qualitas personarum, vel aliæ circumstantiæ diuersum suadeant. Iam facta harum rerum omnium diligenti collatione, præmisso & præsuppositio, primo ex N. verlassenen Thalgütern/ sororibus iuxta transactionem, quod probauimus, dotem deberi. Nam allegata debita omnino incerta sunt, atque huc non pertinent. Secundo prædicti N. Thalgüter / als nemlich/ iuxta Lehentaffel 18. Pfannen Teutsch eine für 120. fl. facit 2160. fl. sechs Pfannen gut Jahr eine für 100. fl. facit 600. fl. Ein Rössel Mätrich 100. fl. Ein Karch alt vnd vberfallen / facit 2860. fl. æstimationem secundum Actorum met in suis exceptionibus contra attestationes assertionem ter mille florenorum vix summam attigerit, licet allegent 3740. flor. ea bona tempore mortis N. vendi potuisse. Tertio relicti N. bona pro tribus millibus florenis diuendita esse, iuxta B. literas scilicet N. N. an Statthalter vnnd Räthe. Ex quibus, si ea extarent, atque adhuc salua forent, tribus aut quatuor etiam filiabus pro legitima tertia pars, id est, mille deberentur. *iuxta §. frequenter igitur, auth. de trien. & auth. nouiss. C. de inoffic. testamento.* Quarto Actrices an jhrer gebührenden Außsteuwer nonnihil recepisse, antequam cum Reis transigerent, habet transactio, was jhnen noch außstendig / & similiter plenæque Actorum literæ. Quinto, cum quatuor sororibus, vel earum nomine transactum, tres vero tantum agere, ideoque vnius portionem non reliquis tribus accrescere, sed Reis, qui Actricibus legitimam non debent, verum ex transactione tantum obligati sunt, cedere videri. Wie auch Actores die Verzeichnuß darumb vbergeben / daß die vnbestatten/ zugleich andern Schwestern solten außgestattet werden. Tandem finaliter concludit, satis congruam & competentem & æquitati conformem à prioribus Iudicibus rei 928. fl. 7. g. quantitatis summam constitutam, atque ita Reos esse condemnandos etiam, vna cum legitimo interesse, dessen sich Rei in suis Replicis, Veneris post Iudica Anno, &c. 51. productis, sub finem selbst auch schier begeben / non tam propter moram, quam quod in actione dotis fructus quoque veniant, allegatis per Bart. *in rubr. ff. solut. matrim. num. 22. & allegata ibi per apostil.* à temp. iniunctæ litis contestationis. Si vero domini ipsa Reorum oblatione der 1000. fl. moti, ad eam summam vsque condemnationem extendere volent, non admodum refragatur. Compensatis omnibus expensis propter sententiæ reformationem & condemnationem ad interesse. Nec Appellatorum procurator in litis contestatione expensas petierit, omissis in forma sententiæ motiuis ac mentione der Regimentsordnung / auch der Thalgüter Art vnd herkommen/ cum de his parum nobis constet, & alias condemnationis causas non deduxerint.

Votum III.

Actum præscriptis verbis: actionem probatam. Quoad æstimationem mallet condemnare vltra 928. fl. Et ne non videamur respexisse saltem nudum pactum, aliquanto minus vel magis æstimare, quam 1000. Condemnat in fructus & compensat expensas.

Votum IIII.

Allegat *decis. Gramm. 101.* Concludit cum vtrisque Referentibus, concedit illis æstimationem vsq; ad legitimã cum expensis & fructibus.

Votum

Votum V.

Nullitates nullas obstare, putat vtramque actionem dari posse, & præscriptis verbis & generalem in factum, concludit probatam. Quoad interesse adiudicat post litis contestationem: compensat expensas. Quoad æstimationem dat 1000. fl.

Votum VI.

Cessionem, si non plane, saltem aliquo modo factam esse, putat magis esse transactionem quam compromissum. Non potest vltra 1000. fl. dare, nisi haberet confessionem. Mallet bey dem vorigen Sententz bleiben zu lassen / vt Correfer.

Votum VII.

Actores debere contentos esse æstimatione tertiæ partis, quia petitio fundatur super transactione, quæ continet æstimationem; vult dare vltra 928. fl. condemnat ad interesse, compensat fructus.

Sententia.

IN Sachen N. N. N. vnd N. N. beyde von Iwegen ihren Haußfrawen / vnd N. gebornin von N. Schwestern Appellanten eins / contra N. vnd N. N. Gebrüder / für sich selbst / vnd als Vormünder N. von N. seligen nachgelassenen Erben / Appellaten anders theils / ist allem fürbringen nach zu Recht erkandt / daß die Vrtheil voriger Instantz zu reformiren / als wir dieselben auch hiemit reformiren / nemlich vnd der gestallt / daß die gestatte sequestration deß dritten Theils der angezogenen Thalgüter zu relaxirn / vñ demnach die Appellaten jhnen den Appellanten anstatt jhrer Eheweiber vnd andern Schwester obgenandt / vor jr aller dreyen Außstewer Ehegelt / Geschmuck vnd Kleydung 960. fl. sampt davon gebürlichem Interesse, von zeit in erster Instantz einbrachter Klagen anzurechnen zuentrichten vnd zubezahlen schuldig seyen / vnnd läst man es bey der bewilligten / vnnd in ermelter Klage Gerichtlich beschehener cession bleiben. Doch daß gedachte Appellanten den Appellaten darüber Schrifftlich glaubwürdig Vrkundt / ob sie solch Noht sein achten / vñ wo sie es begehren würden / darzu alle Brieff vnd Siegel so ferrn vnd viel sie deren zu genandts N. N. von N. Erbschafft gehörig hinder sich oder in jhrem Gewalt hetten / vbergeben vnd zustellen sollen. Wie wir dann obangeregte sequestration hiemit relaxiren / vnd die Partheyen respectiue also condemnirn vñ verdammen / die Gerichtskosten allenthalben auffgelauffen / auß bewegenden Vrsachen gegen einander compensierend vnd vergleichend / ꝛc.

VOTVM XXIII.

In causa Bischoffen zu Q. Q. als Innhaber deß Klosters *N. Klägern / contra* N. Beklagten.

De Rei vindicatione: nempe Syluæ.

SVMMARIA.

1 *In rei vindicatione duo potissimum probanda, dominium & possessio.*
2 *Donatio ad transferendum dominium sufficit.*
3 *Instrumentum vnum faciens mentionem de alio, relatum non probat.*
4 *Donatio est duplex, vna, quæ incipit à stipulatione vel pacto, quæ non acquirit dominium, altera quæ à præcedenti traditione incipit.*
5 *De relato quando constare necesse sit.*
6 *Confirmans actum vt factum, quod in veritate nunquam fuit, de nouo dare videtur.*
7 *Nemo plus iuris transfert quam ipse habet.*
8 *Imperator est mundi dominus.*
9 *Dominium vniuersale est penes Imperatorem.*
10 *Dominium ex solo consensu vel contractu non acquiritur.*
11 *Traditio per instrumenta facta esse non probatur.*
12 *Dominium in Ecclesia, etiam sine possessione vel traditione transit.*
13 *Rei vnius in solidũ non possunt esse plures domini.*
14 *Inuestitura, licet verbalis, nec proprietatem, nec dominium transfert.*
15 *Titulus præsumitur ex possessione præcedente.*
16 *Nostrum quod est sine facto nostro ad alium transferri non potest, & num. 17.*
18 *Gratia Principis omnis, appellari potest priuilegiũ.*
19 *Fundans ius in toto, habet in qualibet eius parte.*
20 *Furcæ sunt signum meri Imperij.*
21 *Iurisdictio & dominium diuersa sunt.*
22 *Præscriptio opposita post litis contestationem inducit victoriam post merita causæ.*
23 *Ad præscriptionem Ecclesiasticam duo requiruntur, possessio continuata & bona fides.*
24 *Testes in materia præscriptionis vt probent, oportet vt dicant, se semper ita vidisse, & à maioribus audiuisse, nec meminisse, quod contrarium audiuissent vel vidissent.*
25 *Possessionis initio & fine probatis, præsumitur medium tempus continuatum.*
26 *Bona fides probatur titulo vero vel putatiuo, etiam cum errore iusto.*
27 *Bona fides præsumitur sine titulo.*
28 *Mala fides intra 30. annos tantum allegari potest, postea non.*
29 *Bona fides allegata præsumitur eo, quod allegatur bona fides.*
30 *Titulus in præscriptione Ecclesiastica de iure Canonico non requiritur.*
31 *Is præscribit solum, qui dominij cogitatione possidet, qui sperat se aliquando dominum futurum.*
32 *Testibus dicẽtibus se esse 80. annorum, de illo tempore intelligendum est, quo testificati sunt.*
33 *Tempus si est de substantia præscriptionis, testes super ea præcipue deponere debent: alias nec dictum, nec præscriptio valet.*
34 *Tempus in præscriptionibus de momento ad momentum computatur.*

35 *Præscriptio interrumpitur à die litis cõtestationis.*
36 *Bona fides probanda.*
37 *Meum quod non est, alterius esse scire debeo.*
38 *Inspectio ocularis prævalet testibus.*
39 *Nominatio diuersa facere non potest, vt res pro diuersa habeatur.*
40 *Agens rei vindicatione probare debet dominium.*
41 *Donationis instrumentum probat dominium.*
42 *Testes, qui rem dicunt esse talem, probant.*
43 *ex Diuersitate confiniũ præsumitur res esse diuersa.*
44 *Res eadem præsumitur esse vna, non plures.*
45 *Pro Ecclesia in dubio iudicandum.*
46 *Nominatio quæuis formaliter accipienda.*
47 *Narratione simplici non continentur distincta territoria.*

ABbas actor proponit contra Nobiles in N. alle vnd jede insonderheit/ so dieſe Sache berüren mag. Wiewol Henricus Romanorum Rex das obgemelt Gotteshauß gnediglich begabet/mit einem Berg oder Wald genandt N. bey dem Kloſter gelegen / auch nachfolgend ſolche Donation vnd Begabung gnediglich confirmirt vnd beſtettigt/ cuius vigore Actores von gedachter Zeit in quieta poſſeſſione geweſen / ſolchen Berg vnd Wald zu nützen vnd zu genieſſen/vnd den als für jr eygen vnd hablich Gut in zuhaben/ auch deß Orths bey allen Vmbwohnern vnnd Nachbawern ein gemein Gerücht vnd Geſchrey ſey / daß ſolcher Berg gedachtem Gotteshauß vnd niemand anders zuſtendig / vnd darzu gehöre. Eo non obſtante, haben Rei vngefehrlich bey 5. oder 6. Jaren ſolches Bergs vnd Waldes ſich vnterzogen/vnd den zu jhren Händen genomen/ darauff vnd darinn allerley Gebott vnd Befreyhung auffgericht/vnnd gemacht/alles wider wiſſen/Willen vnd Befehl Actorum, vnd ſeyen ſæpius gütlich erfordert/ vnnd erſucht / auch Actorum Gerechtigkeit genugſamblich verſtendigt worden / daß ſie jhnen Abbati vnd Monaſterio den wider zu handen ſtellen/vnd von ſolchen jren Gebotten / Verbotten vnd Befreyhung abſtünden: tamen id facere recuſarint, ideo petunt decerni, quod illa Wald vnd Berg Actoribus zuſtendig ſey / vnd ſein ſoll / daß auch Rei von dem abſtehen ſollen/vnd ſich deß ferners nicht vnderziehen / ſondern Actoribus den wider zu jhren Händen zuſtellen ſchüldig ſeyn/ vnd zuſtellen ſollen. Cum damnis & expenſis præteritis & futuris, implorantes officium omni meliori modo: ſaluo iure addendi, &c.

Votum Referentis.

De actione; An probata; An eliſa; De ſententia. Quoad primum, actum rei vindicatione. *l. in rem. ff. de rei vind.* & iuxta concluſionem, quæ eſt attendenda, Syluam ad monaſterium pertinere, quod verbum eſt latiſſimũ. Duo veniunt
1 principaliter probanda: ex parte † Actoris dominiũ, ex parte Rei poſſeſſio. Quoad dominiũ,
2 prætenditur donatio, quæ apta † eſt ad transferendum dominium. Videndum igitur, an donatio probata, an donans fuerit dominus, & an per donationem dominium translatum ſit. Quoad primum, videtur prima fronte, quod non. Quia certi iuris eſt, ſi vnum inſtrumentũ † facit mention. 3
nem de alio, quod illud relatum non probetur, *auth. ſi quis in aliquo. C. de edendo.* In primis literis autem Imperator nil donat, ſed donationem factam Monaſterio aſſerit, & vigore illius traditionem mandat. Similiter ſecundæ literæ ſolum confirmationem donationem probant, quæ tamen inſerta non eſt: ideo non probat, *Abb. c. 1. inter dilectos, de fid. inſtr.* His non obſtantibus cõtrarium verum putat, quia literæ puram & meram donationem habent, dum officiali ex cauſa donationis traditio mandatur. Nec obeſt *d. authen.* quia hic non fit mentio alterius inſtrumenti, ſed ſolùm exprimitur cauſa traditionis: Vel ſecundo reſponderi poteſt, duplicem † eſſe 4
donationem: Viam, quæ incipit à ſtipulatione, vel pacto, & illa non dicitur modus acquiſitionis dominii, ſed præparatiuus ad acquirendum. Et de iſta donatione intellige verba illa relatiua, ibi: *largiti ſumus.* Aliam, quæ incipit à præcedenti traditione, & illam continent præfatæ literæ, in quibus talis traditio mandatur. *Portius Inſti. de donat. à princ. gl. l. nec ambigitur. C. de donat.* Vel tertio per *d. auth.* non procedat: quando relatio † fit 5
per Reum, qui per ſe poteſt de nouo diſponere, tunc non eſt neceſſe, conſtare de relato. *Iuſt. d. auth. Bal. d. l. nec ambig. C. donat.* Cum itaq; in caſu noſtro Imperator mentionẽ faciat donationis à ſe factæ, nõ opus eſt de relato aliter conſtare. Et hoc modo etiam ad illud, quod de confirmatione dictum, reſponderi poteſt: Et poſito, quod donatio facta nõ eſſet: tamen quando quis confirmat † actum vt factum, quod in veritate nun- 6
quam fuit, videtur de nouo dare. *d. l. ſi donat. C. de don. Bal. ibid. Bal. l. more, ff. de iuriſd. omn. iud.* Quia † 7
nemo plus iuris transferre poteſt, quam habet ipſe. *l. traditio. ff. de acq. rer. domin.* Ideo videndum, an Imperator fuerit dominus? Et putat quod ſic. Imperator enim eſt † mundi dominus, *l. bene* 8
à Zenone. & l. de precario. ff. ad l. Rhodiam. Idq; maxime procedere in rebus, quæ in nullius bonis ſunt, vt fuit ſylua litigioſa tempore donationis, propter dominiũ vniuerſale, quod eſt penes † Im- 9
peratorem. *Bar. l. 1. §. per hanc. ff. de rei vind.* Et præſumẽdum eſt, Imperatorẽ eſſe directum dominum eorum, quę poſſidet, niſi contrariũ probetur. Neq; enim innititur, *auth. quomodo oporteat Epiſc. in pr.* Et an Rei habeant cauſam ab eodem, à quo Monaſterium, non poſſunt Monaſterio conſtitutionem dominii referre. *Caſtr. l. cum res. C. de prob. per tex. l. ſiue poſſidetis. C. eod. ti.* Licet illud ſecundum *Bart. in l. ſi alienam. ff. ſol. matr. & gl. l. 1. §. ita vt ſi ſine. ff. cõmodati.* non procedat in rei vindicatione, vbi dominium principaliter probandum venit: tamẽ ſaltem præſumptionẽ dominii facit. *Ang. ibid.* Accedente igitur propria partis

con-

confessione, quod hodie Imperatorem dominum directum montis allegat, videtur dominium sufficienter probatum.

10 Tertio licet dominium † ex solo consensu vel contractu non acquiratur. *l. traditionibus. C. de pact.* Hic tamen traditio nulla interuenit, quę licet mandata officiali : tamen per hoc non
11 probatur † facta per instrumenta. *l. prædita.*
12 *ff. de acquir. possess.* Verum quia † in Ecclesia dominium etiam sine possessione, vel traditione transit. *text. l. fin. Codic. de sacrosanct. Eccles. & d. l. traditionibus :* ad acquirendum dominium illa opus non fuit. Quoad alterum requisitum possessionis, illa per confessionem Rei probata est. Concluditur intentionem Actorum probatam. Quoad secundum excipitur per Reos,
13 quod ipsi sunt domini. Quia vero † vnius rei insolidum non possunt esse duo domini. *leg. si vt certo. § duobus, ff. commodati.* Videndum, cu-
14 ius in dominio potiores sint partes. Allegatur ex parte Reorum inuestitura, quæ licet † verbalis sit, nec proprietatem, nec dominium transferat, sed solum licentiam propria auctoritate condicendi fundum præbeat. *gloss. in capitulo ex ore. Et Innoc. de his, quæ fiunt à maiori part. capitul auctoritate. de institu. Isern. capitulo primo, quid sit inuestit. Afflict. ibidem.* Tamen, quia hic appareret, Reos ante multos annos, in realem possessionem montis venisse, & illa possessio hucusque durauerit, præsumendum etiam, tra-
15 ditionem factam, quia illa ex possessione præcedente † titulo, (alias esset nuda traditio, quæ dominium non transfert) præsumitur, *argumen. l. minus, C. de acquir. possess.* Facta autem hæc traditio ex causa contractus inuestituræ, qui est aptus ad trãslationem dominii. Vtilis ergo, &c.

Nec videtur obstare donatio Imperatoris prioti. Quando enim duo prætendunt causam onerosam, vel etiam lucratiuam ab eodem, ille præferendus, cui fuit primo tradita, qui prius titulum habuit, licet Monasterium habeat antiquiorem titulum : tamen traditio Rei prius facta constat.

His non obstantibus contrarium putat esse verius, quod prædicta inuestitura intentionem
16 Actoris impedire non possit, quia quod nostrum † est, sine facto nostro ad alium transferri non potest. Cum itaq; iam ante dominium illius Montis fuerit in Monasterium translatum : ideo fieri non potuit, imo præsumitur nulla traditio talis.

Nec obstat *dict. l. quoties. Codic. de rei vindicat.* quia præterquam, quod traditio Reo, ex causa inuestituræ non facta, sed ipse possessionem longo tempore ante titulum propria auctorite occupauit, Fallit *d. l.* qui prior ita priuilegiatus est, vt ex solo contractu transferatur. *Ias. dict. l. quoties. numero quarto.* Itaque maxime locum habet in donatione Imperatoris, *vbi ibidem Iason numero quinto.* Et hoc procedit, si per † pri- 17
uilegium, non per viam contractus fiat concessio, *Iason ibid. num. 10. Bal. c. 2. § inuestitura, de noua forma fidel. n. 2. Affl. decis. 299.* Si autem verba literarum inspiciantur; videre est, montem per priuilegium monasterio concessum, ibi, *in gratiis & largitionibus.* Et in literis confirmationis appellat gratiam. Sed omnis gratia principis † ap- 18
pellari potest priuilegium. *Bald. d. c. 2. § inuestitura. n. 3.* His adminiculatur *tex. l. 3. § incertum. & ibi Ias. & alii, ff. de acquir. possess.* Hic facta est incerta inuestitura inquantum possident, & sic nulla est talis inuestitura. Accedit, quod secundus testis Actorum, qui est 50. annorum. Item quartus. Item secundus Reorum deponunt, Monasterium ibi fecisse ligna, quæ est actus possessionis.

Nec obest, fundari intentionem Reorum iure communi, quod situs intra limites suæ terræ. Et fundans ius in toto, † habet idem in qua- 19
libet eius parte. *Abb. c. si diligenti. n. 2. de præscriptio.* Quia illud verum, quoad iurisdictionem, non quoad alia. Item nisi præsumptio elidatur per alias contrarias probationes, vt hic factum per titulum antiquiorem.

Nec obstant † furcæ Reorum, cum sint si- 20
gnum meri Imperii. *Chassan. titul. de inuestit. §. 8. in vers. Le signe.* Quoniam hic non est contentio de iurisdictione, sed dominio, † quæ diuersa 21
sunt, & à diuersis non fit illatio. Concludit exceptionem Reorum non elidere intentionem Actorum.

De præscriptione videndum : Quæ cum sit posita post litis † contestationem, habilis est ad 22
inducendam victoriam circa merita causæ. *Ferrar. in form. respons. rei. tit. de præscript.* Et ad † hanc 23
in præscribenda re Ecclesiæ duo requiruntur principaliter: Possessio continuata 40. an. *auth. quas actiones, C. de sacros. eccl.* Et bona fides.

Quoad possessionem, allegant Rei tempus vltra hominum memoriam. Id probatum non 24
est. Requiritur † enim ad id, vt testes dicant, se semper ita vidisse, & à maioribus audiuisse, nec meminisse, quod contrarium audiuissent vel vidissent. *l. si arbiter. ff. de probat. l. in summa. § Labeo ait, ff. de aqua plu. arc. Innoc. capitu. veniens. cap. quid per nouale, de verb. sign. Canon. capit. veniens. de testibus.* Quia autem nullus testium taliter deponit, videndum, an possessionem 40. annorum probarint? Et putat, quod sic per 6. test. Item 8. ad 5. art. & primum Reorum. Et licet nil dicant de continuatione possessionis, tum quia initio & fine † possessionis probato, præsumitur me- 25
dium tempus continuatum, *Lanfr. in sua pract. in verb. testium. nu. 66. vbi dicitur Dd. hoc tenere. Bart. l. Celsus, nu. 20. & 21. ff. de vsucap.*

Quoad bonam fidem, præmittitur illam probari, quando præcedit † titulus verus vel puta- 26
tiuus, etiam cum errore iusto. *Ferr. in d. for. n. 16.*

*Bart. d.l. Celſus.nu.*17. *Bald.l.ſi ſuper longi. C.de præſcript. long.temp. num.* 11. qui dicit, bonam fidem
27 ſemper præſumi. Et quod bona † fides præſumatur ſine titulo, tenet Felin. poſt Abb. *in c.ſi diligenti, de præſcript.* vbi dicit, hanc eſſe communem. Hic autem probatus eſt titulus, ergo ex eo multo magis præſumtio bonæ fidei reſultat, quibus accedit poſſeſſio 40. annorum.
28 Nam mala †fides intra 30. annos tantum allegari poteſt, poſtea non. *Bart.& Sal.l.ſin.C.vnde vi.*
29 Præſumitur autem † allegata bona fides, eo quod allegatur bona fides. *Abb.c.ſin.de præſcrip.nu.* 34. Vnde concludit, præſcriptionem cum ſuis qualitatibus probatam.

Nec obſtat, ſi quis dicat Anno, &c. 21. titulũ acquiſitum, & ſic 8. annis ante litem cœptam;
30 quia de iure † Canonico in præſcriptione talis titulus non requiritur. *c.1. de præſcription. in 6. vbi Dd. Abb.d.c ſi diligenti. Dyn. in c. poſſeſſione, de regul. iur.in 6.* Verum contrarium verius putat. Manifeſti enim iuris eſt, eum † ſolum præſcribere,
31 qui dominii cogitatione poſſidet, id eſt, qui ſperat ſe aliquando dominũ futurũ. *Iaſ. l.pomponius. §.ſi is, qui.ff.de acq.poſ.* Hinc eſt, quod coloni, depoſitarii commodatarii per mille annos non præſcribant, cum ſint vere poſſeſſores, qui cum Reorum anteceſſores ante titulum adeptum cogitatione non poſſederint: Apparet ex eo, quod N. dixit, ſe neſcire, ad quem pertineat illa ſylua, vt duo teſtes teſtantur. Et ſic ſaltem ius cædendi ligna, quo iure ſeruitutis vſi ſint, præſcripſiſſent? non id, quod non poſſediſſent. Item nec tempus ſufficienter probatum putat. Licet enim teſtes dicant, Reos poſſediſſe quãdiu meminerunt, & ſint 60. & 80. annorum in-
32 telligendum † eſt de illo tempore, quando teſtificati ſunt, & præſcriptio interrupta fuit. *Bar. d.l.celſus.numero* 27. *Bald.dict.l.longi.C.de long.temp. præſcriptio.* Interrupta autem hæc eſt anno, &c. 29. quando lis cæpit per ſolam citationem. *Fel.c. vlt. de præſcript.* Si igitur tempus conferas, reperies ante 21. annos, ante examen factum, præſcriptionem interruptam, cum teſtes anno, &c. 50. recepti ſunt. Et ſic ex omnibus teſtibus ſolum duos eſſe, qui ante litem cæptam de 40. annis meminiſſe potuerunt. Verum quia illi de tempore certo non ſpecifice deponunt, putat illo quoq; præſcriptionem non probari. Quando enim tempus eſt de ſubſtantia, prout in hac
33 præſcriptione longiſſima, teſtes † ſuper ea ſpecifice deponere debent, alias non valet dictum, nec valet præſcriptio. *Specul.titu.de teſte. §. iam de inter.verſicu.Item de temp.& ibi Bald.verſicu.teſtam. pro quibus facit g'oſſ.Nat. & Doctor.l.ob carmen,ff.de teſtib.Inn.d.c.veniens.*

34 Hic aut † computatur tempus de momento ad momentum. *Alex.l.Labeo,ff.de acq.poſſ.* Ideo etſi ſecundum quod concludunt Alb. & Fel. *in ca.*
35 *illud.de præſcription.* præſcriptio † interrumpatur à tempore litis conteſtationis (*numero decimotertio, Alb. Felin. numero quarto,*) tamen adhuc propter iſtam incertitudinem non poteſt dici probata præſcriptio. Concludit, poſſeſſionem non eſſe ſufficienter probatam. Quo ad bonam fidem, licet ſupra dictum, illam præſumi ex poſſeſſione, vbi non apparet de poſſeſſione 36
antiquiori: tamen multi volunt † illam probandam, quos refert Fel. *dict.loco.* Et dato, quod ita præſumeretur: tamen per alias fortiores elidi poteſt vbi ſupra. Probatur enim mala fides ex coniecturis. Magna autem eſt coniectura, quod tam exiguo tempore ante malam fidem titulum procurarint. *Bal.d. l.quoties. Codic. de rei vindicat. Fel. d. capitu.ſi diligenti. numero quinto.* Et ſcire debebant, quod ſuum nõ 37
eſt, †alterius eſſe, *l.ſi.ff.vnde vi.* Nec obſtat, quod dicitur duos eſſe mõtes, quia ocularis inſpectio 38
†prævalet teſtibus. *Cæpoll.cautel.*104. *incip.multa ſunt ſtatuta.* Nam ocularis inſpectio demonſtrat quod ſi vnus mons, qui propter culturam diuerſa ſortitur nomina. Quæ tamen nominatio 39
hoc † facere non poteſt, vt diuerſi habeantur montes. *l.Caius.in fin.ff.de leg.*2. Concludit præſcriptionem non probatam. Et quoad ſententiam, rem adiudicandam Actoribus, compenſatis expenſis.

Votum Correferentis.

1. De actione. 2. An probata. 3. An eliſa. 4. De ſententia. Directa rei vindicatione actum eſſe putat. *l.1.ibi gl.ff.de acq.rer.dom. §.ſingularum. Inſt. de rer.diuiſ.*

An probata: Quod agens † debeat probare 40
de dominio. *l.in rem.ff.de rei vindica.* Item de poſſeſſione aduerſarii probare debet. *l.officium.d.ti.* Dominium probari per inſtrumentum donationis, †qui titulus ſufficiens eſt. Similiter quod 41
Imperator dominus fuerit, id non impugnatur. *clem.paſtoralis. & l. bene à Zenone.* Poſſeſſio quoq; probata eſt.

An eliſa: Videtur quod ſic, per inſtrumentum inueſtituræ & teſtes, qui dicunt † montem eſſe 42
feudalem, & quod tales probant. *Bal. in l.iudica. ff.de rei vind.in 2.col.Bald.auth.quas actiones.C.de ſacroſ.eccl.* Inde etiam de auditu auditus, putat illa non attendenda. Nam monaſterium habet titulum antiquiorẽ per inſtrumentũ donationis. Itẽ probatur poſſeſſio monaſterii ſuper ſectione lignorum. Monaſterium antiquius docuiſſe ius, Reos nihil probaſſe, nec dominiũ, nec poſſeſſionem, quia dicitur in inueſtitura: *in quantum poßidet, tantum concedimus.* Sed non probatur, in nullius bonis fuiſſe illum montem. Nec obſtat, quod teſtes dicunt, ſeparationem montium fieri per viam ſigno, vel achterwertz. vnde ex illa diuerſitate † confinium præſumi di- 43
uerſas res. *Alexand.conſilio centeſimotrigeſimoquarto, in ſecunde volumine, columna* 2. cum ponatur in inueſtitura & donatione. Idem mons quoque

† præ-

44 † præsumitur identitas & non pluralitas. *Bartol. d.l.2. Bald.ibid. & l.testes. C. de testib. l.edita. Cod. de edend. facit l. de testibus. de contradiction. text. not. d.l. Caius. §. fin. ff. de leg. 2.* Ponderat, quod ipsorum facto daß achterwertz ibi erectum, cum fuerit ante ein Steinhauff. Id non nocet Actori. *Alber. in l. si in rem. ff. de rei vindic.* Non obstat separatio viæ, quia Imperator de vno monte mentionem fecit, *iuxta d.l. Caius.* Constat ex coniecturis de identitate, & quod sinistra pars montis sit monasterii. Et quia vnus testis dicit, illum esse vetum N. qui est ad dextram, &c. Quoad viam, testes sibi sunt contrarii, aliam esse Landtstraß/
45 aliam ad bona: ideo non esse elisam † in dubiis pro ecclesia iudicandum. *Alex. cons. 35. vol. 3. col. 3. & cons. 92. in fi. vol. 4.* Concludit cum Referente per omnia.

Votum III.

De actione putat actum rei vindicatione, cum intentio Actorum sit probata per donationem, quod præscriptio & possessio nihil operentur pro Reis, sed ponderat, quod veniant in illa donatione. Et quia omnes testes prope dicant, du-
46 as esse N. & quod nominatio sit † formaliter accipienda. *Dd. ad l. beneficium ff. de diuers. reg. iur. Bar. in l. possideri. à prin. super verb. quan. aliquis. ff. de acq. poss. vbi Apostill. Bar.* Ponderat quoq;, quod Iurisdictio est diuersa & distincta per viam publicam, quod sit regale & separatissimum aliquod,
47 putat simplici narratione † non contineri distincta territoria. *not. l. prædiis. §. fi. ff. de leg. 3.* Existimaret, viam tutiorem, qua posset Reos absoluere ab impetitione Actorum, &c.

Votum IV.

Ponderat, quod Actores nihil probant ad tertium art. Item vltimum de forma non probant. Putat distinguendum in sententia inter facta. Nam reliquæ seruitutes werden lites machen. Concludit cum Referente.

Votum V.

Possessionem Reorum esse vitiosam, concludit cum D. Referente.

Votum VI.

Quoad actionem cum Referente, donationem esse habilem titulum ad transferendum dominium, ponderat inuestituram, quoniam possederint. Nec constat aliquid probatum. *Cravet. decis. 59.* Concludit cum Referentibus pronuntiandum in petitorio.

Sententia: In Sachen Herrn L. Bischoffen zu N. N. als Innhaberen deß Klosters N. Klägern an einem / *contra* die N. & Consorten / Vättern vnd Brüdern / Beklagten am andern theil / ist erkannt / daß der in der eynkommenen Klage angezogen N. jme dem Kläger eygenthümblich zuständig / als Innhaber bemeltes Klosters N. auch die beklagten von demselben abzustehen / vnd gedachtem Kläger eynzuraumen / vnd zu restituiren schüldig seyen. Die Gerichtskosten in Camera auffgelauffen auß bewegenden Vrsachen compensierendt vnd vergleichendt.

VOTVM XXIV.

In causa N. N. Appellantis contra N. N. Appellatum.

De Appellationibus.

SVMMARIA.

1 *Appellatio quod tolli possit à Principe vel lege, notissimi iuris est.*

2 *Cumulatio summarum fieri potest, quando contenditur de conseruanda Iurisdictione. Item quando plures summæ eadem actione debentur, & sic ex eadem causa in pluribus paruis summis quis condemnatus fuerit: secus si ex diuersis actionibus. n. 3. 4. & 7.*

5 *Fauorabile videtur causam deferri ad Principem: Odiosum contra excludere illum, qui limitatam habet iurisdictionem, vel priuilegium ad certam summam de non appellando.*

6 *Appellatio redditur deserta, nisi constitutiones municipalium obseruentur, licet fuerit appellatum ad Principem vel Papam.*

8 *Iudex sine consensu vtriusq; partis omisso puncto appellationis in causa principali procedere non potest, & præsertim Appellato inuito.*

9 *Pronunciando*, male iudicatum, bene Appellatum, *deuoluitur omnis iurisdictio ad Iudicem appellationis, nec causa est remittenda, ita vt super causa principali pronuntiare possit.*

10 *Sententia præcipitanter lata, nulla est.*

11 *Mos & consuetudo toleratur in iudiciis, modo substantialia obseruentur.*

12 *In mercatorum causis omissis solemnitatibus procedi solet de æquo & bono.*

13 *Iudex potest virtute solius confessionis, licet reliquus processus esset ex toto nullus, ferre sententiam.*

14 *Nullitatibus talibus commissis, quæ nullo modo saluari possunt, si tamen incidenter tantum, & non principaliter proponantur & deducantur, ratio earum non debet haberi.*

15 *Appellans à sententia nulla, non obtinet in causa appellationis, nisi iustificet ipsam appellationem probando legitime interpositam, quoad omnia solemnia appellationis.*

16 *Appellans si dicit*, sententia est nulla & si quæ est, appello, *videtur incidenter proponere nullitatem. Sic & quando petit iterum pronuntiari in causa appellationis, n. 17.*

18 *Appellationi nisi Iudex detulerit, remissione non est opus, licet inhibitum sit.*

19 *Inhibitio tendit tantum appellatione pendente.*

20 *Appellatio si pronuntiatur illegitima, Iudex à quo recuperat suã iurisdictionem, & procedere potest.*

21 *Ex stylo Cameræ receptum est, vt semper inhibitione emanata remissio fieri soleat.*

22 *Appellatio ad certum modum restricta in casu permisso, siquidem vel in minimo requisito priuilegii sit defectus, deseritur.*

Appel-

APpellatus petit appellationem non deuolutam pronunciari, item Appellantē condemnari in pœnas friuole appellantis, & priuilegii: tertio ratione iniuriarum, ex officio Appellantem plectendum. Appellans contra appellationem recipi, litem conteſtari, grauaminibus reſponderi, denique petit commiſſarios deputari ad reiterandum calculum, item ſententiam eſſe nullam.

Contra deuolutionem opponitur, ſummam priuilegio N. non eſſe conformem: ſortem enim petitam non attingere 600. geſichen / iuxta priuilegium N. De priuilegio diſputare ſuperuacuum puto. Nam quod † appellatio poſſit tollì à principe vel lege, notiſſimi eſt iuris, & tractatur per Couar. *pract. quæ. capit. 23. numero 6.* Noſtra difficultas conſiſtit in eo, an ſummæ con & reconuentionis coniungi poſſint? Et communis Dd. ſententia eſſe videtur, quod vbi † contenditur de conſeruanda iuriſdictione, & ſic in fauorabilibus ſummarum cumulationem fieri poſſe. *Dd. in l. ſi idem, vbi Dec. nu. 2. Barto. nu. 1. Laſ. n. 3. Zaſ. nu. 11. ff. de iuriſd. omn iud.* Suadet autem hic æquitas cumulationem fieri, ne fauorabilis & ordinaria iuriſdictio Cameræ impedimentum recipiat. *Bal. in d. l. ſi idem in pr. verſi. in gl. quæ incipit, fundant ſe Dd. in l. ſi quis ſeparatim. §. 1. ff. de appell.* Sed hæc omnia intelligenda ſunt reſpectu iuriſdictionis, quando † plures ſummę eadem actione debentur, & ſic ex eadem cauſa in pluribus paruis ſummis quis condemnatus fuerit: quia tunc cumulatio fieri poteſt: ſecus ſi ex † diuerſis actionibus. *Dec. in d. l. ſi idem nu. 4. & 8.* Reſponderi etiam poteſt quod licet videatur † fauorabile, quod cauſa ad Principem deferatur: tamen & odioſum videtur excludere illum, qui limitatam habet iuriſdictionem vel priuilegium, ad certam ſummam de non appellando, *Dec. in d. l. ſi idem. in pr. n. 16.* Sic etiam in diuerſis ſummis non fit cumulatio. In noſtro caſu non ſunt cumulatæ plures actiones in vno & eodem libello, nec ex eadem cauſa deſcendunt, imo ſunt diuerſiſſima & ſeparata. Appellatus enim ex contractu mutui petiit 1000. Marck / Appellans ex contractu ſocietatis 746. Marck / quæ actiones ſunt diuiſibiles, ſicut & cauſa ipſa, maxime cum mutuum illud diu ante contractam ſocietatem ſit factum, ac in contractu ſocietatis nulla eius fiat mentio. Vnde cumulatio harum actionum ad excludendum N. priuilegium fieri non poterit. Nec obſtat *d. l. ſi quis ſeparatim.* quia ibi plures ſummæ vna actione cōprehendebantur, & ideo cumulatæ inſpiciebantur, & non ſeparatim. *Bar. in d. l. ſi quis ſeparatim §. 1.* Præterea an debeantur 746. Marck / nūquam venit in notionem Iudicis, vnde deſuper nihil iudicatum, nec vllum Appellanti deſuper grauamen illatum. Lis fuit, vter prius eſſet audiendus, & an N. 1000. Marcas ſoluere debeant. Nec auget ſummam, quod Appellans prętendit ſummam der 1000. Marck / coniunctam cum intereſſe excelluram ſummam priuilegii: quia illud forte locum ſibi vindicare poſſet, ſi ſumma pendente lite in primo iudicio fuiſſet aucta, & excederet iuriſdictionem, *per l. ampliorem. C. de appell. Bar. in d. l. ſi idem. in pr. n. 8.* Adde, ꝙ hoc debitū videatur eſſe non tantum liquidum ſed & confeſſarum. Quo in caſu appellationi iuxta priuilegium N. non eſt locus, qualiſcunq; ſit ſumma, ibi, In Sachen bekenntliche Schulden. Deinde non ſatis conſtat ex actis, quod priuilegio (dato ſummam illi cōformem) plenarie ſatisfactum. Requirit n. vt Appellans intra decendium præſtet iuramentum, quod credat ſe iuſtam fouere cauſam, & neq; friuole appellare, & aduerſario idonee cauere. Quorum neutrum ab Appellante præſtitum video. Sed niſi † conſtitutiones municipalium obſeruentur, appellatio redditur deſerta licet fuerit appellatum ad principē vel Papā. *Rom. conſ. 2. per tot.* Quod ſummæ † ex diuerſis actionib. in vno eodemq; libello petitæ & adiudicatæ, non fuerint ad fundandam Iuriſdictionem Cameræ accumulatæ, exſtat præiudicium in cauſa N. von N. contra N. N. & conſortem, deciſum 15. Iun. an. 58. Et licet domini manifeſtiſſimam iniquitatem in actis deprehenderint: tamen cauſa eſt remiſſa cum expenſis. Quanto magis hic, vbi de iuſtitia conſtat, friuola eſt replicatio Appellantis, quę vult, priuilegium tum demum locum habere, quando iuſte fuerit pronuntiatum: non autem ſi inique. Si n. hoc admitteretur, priuilegium eſſet plane illuſorium. Quoad nullitates, verum quidem, quod Iudex † ſine conſenſu vtriuſq; partis omiſſo puncto appellationis, in cauſa principali procedere nō poſſit, & præſertim inuito Appellato. *c. cordi. & ibi Anch. n. 6. in fin. de appell. in 6.* Sed videtur defēdi poſſe ex eo, quod cauſa principalis coram Iudice appellationis, aliquo modo fuerit diſputata & diſcuſſa, contra non proteſtante aduerſario, & ſic prorogata tacite ſaltē. *per not. in l. ſi per errorem ff. de iuriſd. om. iud.* Et quod magis eſt, pronuntiando, male † iudicatum, bene appellatum, deuoluitur omnis iuriſdictio ad Iudicem appellationis, nec cauſa eſt remittenda, ita vt ſuper cauſa principali pronūtiare poſſit. *c. vt debitus. & ibi gl. verb. alioqui. & Phil. Franc. n. 46. & 49. de app. in 6.* Et ſic pronuntiandum primo, bene appellatum, quod & N. N. ſecuti ſunt. Quod autem allegatur, ſententiam præcipitanter † latam, & ſic nullam. *l. prolatam. C. de ſenten. & interl. om. iud.* Primo mos & conſuetudo † toleratur in iudiciis, modo ſubſtantialia obſeruentur *Rota dec. 4. in ſi. in nouis. de app. Vant. de nullit. ſent. ex defect. citat. n. 126.* Atteſtantur N. in debitis ſummarie procedi N. & in ſummariis tot ſolennitatib. opus non eſſe, cum & alias in cauſis † mercatorum omiſſis ſolemnitatibus procedi ſoleat de æquo & bono. *Pariſ. in conſ. 78. n. 22. volu. 3. Port. in conſ. 47. nu. 29.* Præterea hoc noſtrum mutuum

eſt

est in confesso, & probatur per chirographum
13 recognitum. Et potuit Iudex virtute solius† cõfessionis, licet reliquus processus esset ex toto nullus, vel propter modum agendi, vel ratione libelli inepti, ferre sententiam. *Franc. in c. dilecto. de appell. n. 5.* Tertio non obstat, quod concordia non fuerit tentata coram arbitris, iuxta statutum N. quia illud videtur militare, quando cau-
14 sæ sunt intricatæ. Et dato, nullitates tales† commissas, quæ saluari nullo modo possent: tamen quia incidenter tantum, & non principaliter propositæ & deductæ sunt, earum ratio non de-
15 bet haberi. Nam Appellans à sententia nulla,† non obtinet in causa appellationis, nisi iustificet ipsam appellationem, probando legitime interpositam, quoad omnia solemnia appellationis. *Pulchre Philip. Franc. in d. c. dilecto. n. 4.* Ratio, quia viam quam elegi, sequi debeo. Quod autem incidenter tantum hic veniant nullitates, ex ipso instrumento appellationis, citatione &
16 processu apparet. Si enim appellans dicit,† *Sententia est nulla, & si quæ est, appello*, videtur incidẽ-
17 ter proposita nullitas, sic & quando petit† iterum pronuntiari in causa appellationis. *Franc. in d. c. dilecto. n. 63. vers. 26. & n. 65.*

Quid pronunciandum.

Apellationem non deuolutam, causam remittendam, & Appellantem in expensis condemnandum. Verum quidem, quod nisi detu-
18 lerit Iudex† appellationi, remissione non sit opus, licet inhibitum sit, quia inhibitio tendit
19 tantum appellatione† pendente: si nunc illa il-
20 legitima† pronuntiatur, Iudex à quo recuperat suam iurisdictionem, & procedere potest. *Fran. in d. c. vt debitus. de appell.* Sed quia hic dubium, an appellationi Iudex detulerit, notarius autem delatum asserit, Iudex negat, ac tam ipse Iudex, quam Appellatus eam remitti petat, & fere ex
21 stylo† Cameræ receptum sit, vt semper inhibitione emanata, remissio fieri soleat, ego quoque iunctis his omnibus id sequendum puto. Reliquas submissiones, condemnationem scil. in pœnas priuilegii, quia ordinarium processum desiderãt, & probationem doli tacite prætereo. Ad dilatam solutionem & litem, agere Appellatum videmus, sed quia solutio hæc sortis cum interesse Appellanti satis grauis futura sit, maxime cum & de paupertate sua aliquid alleget, ex æquitate canonica cõdonandũ putat.

D.N. cum Refer. quia fit cumulatio summarum ex diuersis actionibus, à diuersis personis & in contrarium finem, quo casu sumus omnino extra terminum allegatarum legum. Alia ratio, quia appellatio nostra non continet reconuentionis casum, in quo nec pronũciatum nec pronũtiari potuit, quia non liquebat. *Mynsi.*
22 *cent. 1. obs. 10.* Si appellatio ad certum modum † restricta sit in casu permisso, siquidem vel in minimo requisito priuilegii sit defectus, appellatio deseritur. *Tiraq. de retract. conuent. gl. 6. §. 4. n.* 25. Pronuntiat igitur causam non deuolutam. Quoad pœnam, putat arbitrio dominorum eam constituendam. Nec mouetur, quod Abschedt satis magnam pœnam statuat, quia non censetur arbitrium & moderatio Iudicis ex causis & circũstantiis sublata, quia alioqui aliquando non, aliquando nimium Appellans puniendus veniret.

D.N. Cum D. Referente. Repetendo votum in causa N. contra N. in pœnas non vult condemnare, quia appellatio non vsque adeo friuola videtur.

D.N. Non esse deuolutam cum D. Referent. pœnam putat omittendam.

Sententia: Jn angemaster Appellation Sachẽ N. N. Appellanten/ *contra* N. Appellaten / ist erkannt / daß solche Sach durch vorgenommene Appellation an dieses Kayß. Cammergericht nit erwachsen / Sondern an Richter nechst vorgehender Jnstantz zu remittirn vnd weisen sey/ alß wir sie auch hiemit remittiren vnd weisen/ darzu gedachten Appellanten jhme dem Appellaten in die Gerichtskosten derowegẽ auffgelauffen nach rechtlicher messigung zu entrichten vnd zu bezahlen fällig ertheilendt. Relata & publicata 3. Septembris, Anno 74.

VOTVM XXV.

In ardua illa causa Frawen N. von N. Frey-Frawen zu N. Klägerin/ *contra* N. vnd N. von N. Gebrüder/ Beklagte.

In puncto executionis & paritionis.

Causa principalis est recuperandæ & adipiscendæ possessionis.

SVMMARIA.

1 *Filia heres in possessionem omniũ bonorum, à defũcto possessorum vel detentatorum, mittenda est.*
2 *Multa cum hereditate siue vniuersitate transeũt, quæ alias non transirent, & n. 15.*
3 *Filia in possessionem omnium bonorum mittenda est, quæ defunctus possidebat, etiamsi aliqua feudalia esse, notorie constet.*
4 *Feuda licet per se in petitione hereditatis nõ veniãt, veniũt tamẽ cũ vniuersitate, ratione possessionis, quæ fuit apud defunctum, & in eis fit executio.*
5 *Agnatus si possideat, filia, pro qua præsumptio est eius bona allodialia esse, debet poni in possessionem, & postea agnatus petere.*
6 *Contentio inter dominum & filiam. si existat, dicente domino, aliqua bona esse feudalia, & filia ea dicat esse allodialia, filia stare debet in possessione, prog, ipsa est præsumendum: cum omnia præsumantur esse allodialia, n. 7.*
8 *In bonis, quæ sunt dubia, an feudalia sint, vel non iisdẽ rationibus vtimur pro immissione filiæ, seu ad manutenendam ipsam, quib. & in allodialib.*

9 Pro-

9 *Probari in continenti nihil potest, nisi perspicua confessione partis aduersæ, vel per sententiam, vel per instrumentum, cui nihil opponatur.*

10 *Instrumentum nunquam facit notorium, quando contra illud opponitur.*

11 *Exceptiones probatæ & non probandæ in interdictis recuperandæ & adipiscendæ admitti debent.*

12 *Probatio coniecturalis, vel præsumtiua non sufficit, quando requiritur plena ac clara probatio.*

13 *Verba sententiæ secundum ius interpretari & accipi debent.*

14 *Verbum* Lehengüter / *necessario, non solum* von schlechten Pfacht Lehen / *sed & de maioribus, quibuscunq; feudis intelligendum est.*

16 *Filiæ heres etiam in illa bona, quæ defunctus non suo sed alieno nomine possedit, immittenda est: imo & in bonorum illorum possessionem, quæ defunctus tempore suæ mortis non possedit, sed detinuit, nu.17.*

18 *Differentia interdicti, quorum bonorum, & petitionis hereditatis.*

19 *Interdictum quorum bonorum datur pro rebus, quæ erant in bonis tempore mortis defuncti, siue possiderentur, siue detinerentur.*

20 *Interdictum adipiscendæ datur etiam, vbi quis non potest adipisci, nisi detentationem.*

21 *Possessionis appellatione venit etiam detentatio.*

22 *Possessor rerum esse censetur omnis, qui alieno nomine possidet.*

23 *Exceptio requirit altiorem indaginem, quando ambiguitas est in facto, quod venit probandum. & nu.24.*

25 *Creditor si partes principales omnes sint in mora satisfaciendi, potest à quolibet eorum pœnam in solidum exigere.*

26 *Restitutio pro qualitate bonorum non potest adferre eam vtilitatem in parte, sicut in toto.*

27 *Pœna 20. Marcarum pœna grauis dicitur.*

28 *Rigor Cancellariæ benignitate iudicantis non iniq; temperari potest.*

29 *Insolitum & excessiuum omne, quandam aduersantem præsumptionem inducit.*

30 *Pœna, vbi est arbitraria, illa debet à Iudice considerari, quæ in aliis similibus terminis imponi consueuit.*

31 *Inclusio & reseruatio vnius casus operatur exclusionem alterius.*

32 *Moderatio causæ cum tãtum post adiudicationem pœnæ adimatur, eadem ante adiudicationem permissa censeri debet.*

ITerum submiserunt partes in puncto exsecutionis, ratione arctiorum processuum decernendorum ex parte Actricis, ob non factam sufficientem paritionem, & admissionis ad probandum certos quosdam articulos, ex parte Reorum de nouo exhibitos. Pro cuius submissionis clariore resolutione inprimis videndum, quænam bona Actrici per sententiam sint adiudicata? Ex quo facile apparebit, vtrum Rei sententiis huc vsq; latis, sufficienter paruerint. Constat autem ex ipsismet verbis sententiæ, 15. April. Ann. 77. in causa principali latæ (vt quæ omni dubio, obscuritate & ambiguitate caret) manifestissime, Actrici in iudicio possessorio recuperandæ, dimidiam partem domus N. cum eiusdem pertinentiis & fructibus perceptis à tempore spolii: In possessorio autem adipiscendę omnia reliqua bona, tam mobilia, quam immobilia, tam ea, quæ feudalia esse dicuntur, quam allodialia & propria, absq; vlla distinctione, exceptione, vel reseruatione, vtrum sc. masculina, fœminina, maiora vel minora feuda esse prætendantur, vna cum fructibus perceptis, à tempore litis contestatæ, adiudicata esse, modo ea per N. patrem Actricis, tempore mortis suæ, vel possessa, vel saltem quocunq; modo detenta esse constaret, illis duntaxat bonis exceptis, quæ in quibusdam articulis specifice exprimantur: quod non solum verba sententię (vt iam dixi) sed & singulorum dominorum vota, tam super causa principali, quam in puncto restitutionis & declarationis sententiæ, manifestissime ostendunt, ad quæ breuitatis causa me refero. Iam vero si omnia instrumenta in puncto paritionis hactenus ex vtraq; parte producta diligenter examinentur ac perpendantur, nullum sane inuenietur, ex quo vel in possessorio recuperandæ vel adipiscendæ, plena ac sufficiens paritio (qualis per quatuor continuo se subsequentes sententias Reis, sub comminatione arctiorum executorialium, iniuncta est) colligi possit. Etsi enim Actrix non neget, dimidiam aream N. cum paucis quibusdam agris & pratis sibi restitutam, de eo tamen indesinenter conqueritur. Idq; ex productis instrumentis liquidissime constat, quod neq; in possessorio recuperandæ, quo ad restitutionem reliquarum pertinentiarum deß Hauses N. fructuumq; perceptorum, neq; in possessorio adipiscendæ, mit wircklicher Immission / in alle vnd jede von Weylandt N. von N. besessene vnd eyngehabte Erb Pfacht / Pfandt / vnd Lehengüter / Graff vnd Herrschafften / Häuser / Dörffer / Höffe / Mühlen / zehenden / ꝛc. zu sampt auffgehabener Nutzungen / sententiis tam in causa principali, quam in puncto executionis toties latis, sit paritum. Ausserhalb etlicher Lehenmann / vnd geringschätzigen Güter / so jhr von N. von N. allein zum Schein / & nudis quidem verbis folgen zulassen / angebotten worden / prout hæc omnia ex productis instrumentis & actis videre licet. Ex quibus omnibus, anne sufficiens paritio, qualis ea iniuncta est Reis, vel potius mera ac impudens cauillatio, illusio, & summus erga Imperialis huius Cameræ iudicium contemptus colligi possit, dominorum esto iudicium. Ad me, quod attinet, puto equidem sententiis in hoc supremo consistorio sub pœna arctiorũ

proces-

processuum latis, nequaquam ita satisfactum, vel paritum esse: vt Rei à dicta pœna toties in euentum comminata, ac repetita excusari vel liberari possint. Nam, quod de verbis Lehengů, ter supradictæ sententiæ definitiuæ insertis, Rei iam iterum disputant, ac declarationem eiusdem sententiæ denuo vrgent (*vtrum scilicet de feudis masculinis, & quidem de maioribus, vel tantum von schlechten Pfacht Lehen* / intelligi debeant) id mera cauillatio & truffa est, ad eludendam duntaxat debitam paritionem, toties ipsis in euentum iniunctam, nec non ad vexandum & dubium reddendum Iudicem excogitata. Meminerunt enim domini absque dubio, hanc ipsam declarationem ante septennium quoque à Reis petitam, sed post diligentem causæ cognitionem, tanquam minus necessariam, iudicialiter ipsis denegatam fuisse, Noti enim iu-
1 ris est, filiam †heredem in possessionem omnium bonorum, à defuncto possessorum, vel detentatorum (siue ea allodialia, siue propria, siue cuiuscunque generis feudalia esse dicantur) mittendam esse etiã vt plerique volunt, inclusis iis, quæ notorie constaret, feudalia esse, *vt notabiliter decidit Io. Andr. in Add. ad Spec. sub tit. de testam. §. pen. in verb. personam.* nec esse agnatum legitimum contradictorem, quo minus hoc fiat. Multa enim (inquit) cum hereditate siue
2 † vniuersitate transeunt, quæ alias non transirent. Quam decisionem Ioannis Andreæ summopere notandam dicit Alex. *in l. fin. vers. aliud notabile dictum. C. de edict. D. Adrian. toll. Paris. cons.* 41. *num.* 2. *& 3. libro* 1. *Dec. consil.* 488. *nu.* 11. *Mar. Soc. iun. consil.* 75. *num.* 28. *lib.* 1. *Cacheran. decis.* 26. *num.* 13. *& 14. &c.* Qui omnes volunt, filiam in pos-
3 sessionẽ † omnium bonorum mittendam esse, quæ defunctus possidebat, etiamsi aliqua feudalia esse notorie constaret, *per c.* 1. *§. inter filium. versic. defuncto milite. si de feud. defunct. controuers. sit inter domin. & agnat. vasall.* Idque donec de iure, illiusque proprietate in petitorio ordinarie cognoscatur, *vt notat Ioan. Dilect. Duran. in tract. de arte testandi. tit.* 11. *caut.* 20. *numer.* 4. *Dec. consil.* 424. *num.* 10. *Roland. consil.* 1. *nu.* 48. *lib.* 1. Hinc communis est Doctorum conclusio,
4 quod licet † feuda, & quæ per se (vt verbis ipsorum vtar) in petitione hereditatis non veniant: veniant tamen cum vniuersitate ratione possessiouis, quæ fuit apud defunctum, & in eis fit executio, cum & multa alia veniant in petitione hereditatis, nõ solum ratione possessionis, quam habuit defunctus, sed etiam nudæ detentationis, *l. & non tantum. ff. de petit. hered.* Qua de re est pulchrum consilium Nicolai R. senioris, in grauissima illa causa Q. Q. contra R. R. quod est 23. inter consilia Claudii Cantiunculæ, vbi *num.* 55. 56. *& 57.* materiam hanc ad longum tractat, & optime etiam Cacheran. *d. consil.* 26. *per totum.* quibus addo Albertum Brunum *consil.* 1. *in* 1. *& 3. collat.* vbi refert Baldum & Doctor. *in c.* 1. *de controuers. inter mascul. & fœm.* dixisse, quod si agnatus possideat; filia (pro qua † præsumptio est, bona 5
allodialia esse) debeat poni in possessionem; & postea agnatus petere. Et ita dicit etiam ibi glo. 1. Ad prædicta etiam dicit facere text. *in c. defuncto. & ibi not. si de feud. fuer. contr. inter dom. & agnat.* vbi habetur, quod si esset contentio † inter dominum & filiam; dicente domino 6
aliqua bona esse feudalia, & filia ea dicat allodialia, filia stare debeat in possessione, quodque pro ipsa sit præsumendum, cum † o- 7
mnia præsumantur esse allodialia, de quo per Albert. Brunum *in d. consil.* 1. *latius, & etiam per eundem consil.* 2. *col.* 2. *vers. & sic patet, &c.* vbi disertis verbis dicit, quod in bonis, quæ sunt dubia, † an feudalia sint vel non, iisdem ratio- 8
nibus vtamur pro immissione filiæ, seu ad manutenendam ipsam, quibus & in allodialibus, de quo etiam pulchre per Alex. *in cons.* 129. *lib.* 1. *& cons.* 539. *lib.* 4. *&c.* Nec erunt hoc casu agnati legitimi contradictores. Possessio enim prius tradenda est, & postmodum de iure agnatorum agendum, *vt dicit Ioan. Andr. in addit. ad Specul. sub tit. de testam. §. penult. in fin. Paris. consil.* 23. *num.* 89. *part.* 1. vbi multa allegata, &c.

Non puto obstare, quod Rei nostri per inuestituras, literas reuersales, ac Principum & Comitum quorundam inhibitiones, in continenti se probaturos offerunt, (prout & antehac, tam in causa principali, quam puncto executionis, restitutionis, & sententiæ declarationis sæpius obtulerunt) pleraque scilicet ex illis bonis, quorum immissio petitur, feuda masculina esse, &c. Etsi enim iam dicta documenta dominos antehac non parum mouerint ad credendum supradicta bona feudalia, & quidem feuda masculina esse: tamen cum Actrix iam dictam qualitatem passim expresse negat, & contrarium debito tempore, & loco se ostẽsuram offerat, existimarunt domini (quorum septem fuerunt) plenam ipsi fidem adhiberi, vel probationem in continenti factam dici non posse, quo minus Actrix in petitorio, in defensionibus suis adhuc audiatur. Cum & in facto & in iure multa adhuc contra eosdem opponere, & forte etiam probare possit. Et huc facit, quod ante septennium in puncto restitutionis & declarationis sententiæ, per dominos latissime deductum atque ostensum est. In contineti † probari nihil posse, nisi perspicua con- 9
fessione partis aduersæ, vel per sententiam, vel per instrumentum, cui nihil opponatur, &c. Quod optime videtur colligi posse ex iis, quæ notat Menoch. *remed.* 1. *recuperandæ. à nu.* 186. *vsque ad nu.* 205. *Iac. Philip. Portius lib.* 2. *concluf. reg.* 44. *limit.* 11. *&* 12. *Zas. plene in l. naturaliter. §. nihil commune. nu.* 50. *ff. de acq. poss. Achill. Personalu de adipisc. poss. nu.* 267. *vers. hæcque conclusio. &c. & num.* 294. 298. 308. *& pluribus aliis in locis, præsertim vero*

10 *d. n.* 294. vbi indistincte dicit, quod instrumentum † nunquam rem notoriam faciat, quando contra illud opponitur. Quod idem tenere videtur Crauet. *cons.* 299. *nu.* 8. *& cons.* 302. *n.* 6. *Decius in c. licet causam. n.* 10. *de probat.* Et est pulchrum consilium Socini senioris 266. *num.* 4. *lib.* 2. vbi tradit, nunquam dici posse liquere de causa per instrumentum, nisi quando est concluſum in causa, ita quod contra illud nil possit opponi, vbi omnino videndus. Si igitur talis exceptio obiiciatur, quæ altiorem indaginem requirat, & ad cuius discussionem necesse foret, testes examinare, vel instrumenta, super quibus disputandum esset, producere; tunc nullo modo probationem in continenti factam dici posse, *Menoch. de arbitr. iud. quæst. casu* 12. *lib.* 2. *prolixe per Cæsarem Contard. ad l.* 1. *C. si de moment. possess. limit.* 12. *num.* 8. *&* 9. vbi dicit, quod quando agitur de probando in promtu scriptutam, intelligatur, quod debeat inferri scriptura liquida, quæ non exigat probationes extrinsecas, pro eius declaratione & verificatione, *pulchre Soc. Iun. cons.* 75. *nu.* 19. *&* 20. *lib.* 1. vbi videndus. Variæ sunt hac in re Dd. opiniones, quibus tamen penitius consideratis atque perpensis, hæc mihi omnium verissima sententia esse, & optima ratione niti videtur, vt nimirum nulla vnquam exceptio dominii vel proprietatis in his interdictis admittatur, vel in continenti probabilis esse dicatur, nisi ipsa partis petentis immissionem confessio, vel expressa vel tacita (scilicet, si nihil opponatur) adsit. Ratio in promptu est, quia si spoliatus, vel immissionem petens negat, aut contradicit, in defensionibus vtique suis audiendus erit, & sic statim altiorem indaginem res requiret. Nam per negationem dicitur, & afficitur res dubia, & tunc non obstat exceptio immissioni; quia non potest liquide constare de dominio vel proprietate, antequam in petitorio cõcluſum & pronuntiatum sit. Et hanc sententiam olim quoque dominos de Rota sequutos esse, inuenio *in decis.* 16. *alias* 393. *de restit. spol. in nouis.* Et plurimum facit pro confirmatione huius opinionis, quod notat Innoc. *in c. in literis. numer.* 14. *ibi, sed si constaret per eius confessionem. d. tit. de rest. spol. & melius idem Innoc. in c. constitutus, de filiis presbyterorum, ibi, quia si iam constaret, vel per confessionem, &c.* Ex quibus omnibus recte quidem & concludenter Domini olim inferri posse, existimarunt, cum nulla hic sententia, nulla Actoris confessio, nulla deniq; rei euidentia, vel notorietas adsit, imo Actrix productis instrumentis, quotquot sunt, expresse contradicat. Idcirco probationem in continenti factam, dici non posse, Actricem porro exceptionibus non obstantibus, etiam in illa bona, quæ masculina feuda à Reis asserebantur, immittendam esse, quod cum hactenus à Reis factũ non sit, quiuis æstimare poterit, sententiis hucusque latis, vel hoc solo capite paritum dici non posse. Neque Reos à pœna exsecutorialiũ liberare vel excusare potest, quod ratione bonorum feudalium declarationem sententiæ 15. April. Ann. 77. latæ malitiose petunt, cum ignari esse non possint, hanc ipsam declarationem ante aliquot etiam annos similiter à se petitam; iudicialiter autem, præuia sufficienti causæ cognitione, tanquam minus necessariã, & ad differendam duntaxat executionem factam 16. Iunii, Ann. 80. denegatam fuisse. Quandoquidem d. sententia per se fuerit clara, nec vllam obscuritatem vel dubietatẽ in se habuerit, quæ aliquã declarationem visa fuisset requirere, ad singula dominorum vota me referendo, *per ea quæ notat Soc. Iun. cons.* 65. *nu.* 56. *lib.* 1. *per l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de leg.* 3. vt sic facile intelligere Rei potuerint, se ad immissionem omnium bonorũ, tam scilicet eorum, quæ feudalia asserunt, quam & allodialium siue propriorũ teneri, hanc vlteriorem ipsorum petitionem, ratione declarationis sententiæ, pro mera potius cauillatione & vexatione Iudicis, quam pro vera ac sufficienti paritione habendam esse, &c. Si quis obiiciat, tot productis instrumentis, coniecturis & præsumptionibus, quæ pro Reis militant, eo vsque saltem fidem adhibendã, donec contrarium ab Actrice fuerit probatum, cum non sufficiat opponere contra instrumẽtum, sed necesse sit exceptiones probare, *l. si prius. ff. de no. op. nun. Personal. de adipis. poss. nu.* 319. *&c.* Sane, is vtiq; hoc ipso fateri mihi videtur, probationem Reorum plenam & concludentem, vel certe talem non esse, quin altiorẽ indaginem & discussionẽ requirat. Si enim Actrix ad instrumenta producta adhuc audiri debeat, qua ratione quæso probatio in continenti facta dici poterit? Merito igitur talis facti quæstio ad petitorium reseruari ac remitti debet. Exceptiones † enim probatæ, & non probandæ in interdictis recuperandæ & adipiscendæ admitti debent, vtpote quæ nullam facti probationem requirunt, *Curtius Iun. consil.* 107. *num.* 16. *Alex. in l. naturaliter. §. nihil commune, in* 10. *fallent. ff. de acquir. possess.* Quandocunq; † enim requiritur plena ac clara probatio, tunc non sufficit probatio coniecturalis vel præsumptiua, per quam reiiciatur onus probandi contrarium in partem aduersam, *vt pulchre deducit Soc. sen. d. cons.* 194. *n.* 7. *&* 9. *lib.* 2. vbi videndus, &c. Porro in specie, quod verbum sententiæ (Lehengũter) per se clarum sit, nec illam quam Rei fingunt restrictionem, auff schlechte Pfacht Lehen admittat, satis ipsimet Rei ex propria sua argumentatione in 160. artic. restit. si velint, intelligere possunt. Nam si † verba sententiæ, prout ibi ponunt, & de iure facile quoque conceditur, secundum ius interpretari & accipi debeant. *l. Herennius. ff. de euict. Cranetta consil.* 45. *num.* 5. Certe fateri vtique oportet, dictum verbum (Lehen † gũter) necessa-

necessario non solum, von schlechtem Pfachtlehen/sed & de maioribus, & quibuscunque feudis intelligendum esse. Nec enim video, vel iura, vel eorum interpretes in materia immissionis iliæ, per interdictum quorum bonorum, vllam inter feuda maiora & minora differetiam facere, sed simpliciter & sine vlla distinctione statuere, filiam heredem in vniuersa bona tam feudalia, quam allodialia (qualiacunq; illa sint) immittendam esse, donec de feudo in petitorio probetur, ac iudicetur, etiamsi aliqua ex iis feudalia esse, notorie constaret, *iuxta differentiam, Io. Andr. in add. ad Spec. tit. de testam. §. pen. verb. per-*
15 *sonam, &c.* quia, inquit, multa transeunt † cum vniuersitate, quæ alias non transirent, *vt late dixi in causa N. contra N. 19. April. Anno 74.* & in hac eadem causa W. contra V. 12. Septemb. Anno 76. quo breuitatis causa me refero. Cum igitur iura ipsa, quæ Rei pro se adducunt, non distinguant, certe non video qua ratione, vel temeritate potius Rei hanc distinctionem sibi fingere, eoque nomine declarationem, præsertim ante aliquot annos iam pure ipsis denegatam, petere non erubescant, ist ein vnverschämpt Begehren/ &c. Quod porro sententiis hucusque latis, Rei sufficienter non paruerint, adhuc manifestius liquet ex eo, quod iam de nouo in dubium vocant, ac declarationem, non attento, quod ea iam dudum iudicialiter ipsis denegata fuit, hic iterum satis impudenter ac malitiose petunt, vtrum scilicet Actrix, iuxta prædictas sententias duntaxat pro dimidia parte bonorum, so in vbergebenen Pension Zetteln specificiert/ vel in illis omnibus simul & exacte immitti debeat? in quo certe iterum manifestus prædictarum sententiarum, & huius imperialis iudicii contemptus, illusio, ac meta & impudens quidem cauillatio deprehenditur. Quam autem hæc Reorum dubitatio iuridica & releuans, vel potius temeraria & absurda sit, non solum ex ipsius sententiæ definitiuæ verbis, quæ per se clara sunt, sed etiam ex iuris communis dispositione, secundum quam ipsimet Rei verba accipienda esse contendunt, facile intelligi potest. Tra-
16 dunt enim Doctores communiter, filiam † heredem etiam in illa bona, quæ defunctus non suo, sed alieno nomine possedit, vt quia res erant ipsi commodatæ, vel apud eum depositæ, immittendam esse, *vt not. glos. in l. fin. verb. fuerint. C. de edict. diui Hadr. toll. quam refert Ferr. in forma libelli, quo petitur hereditas ex testamento, in verb. possidebat. num. 3. Achill. Personal. in tract. quorum bonor.*
17 *num. 469.* vbi dicit, heredem etiam † in possessionem illorum bonorum immittendum esse, quæ defunctus tempore suæ mortis non possedit, sed detinuit, & in hoc † interdictum, *quorum*
18 *bonorum*, cum petitione hereditatis conuenit, *vt in l. & non tantum. ff. de pet. hered. Bald. in l. 1. num. 10. prope fin. C. quor. bonor. Ferrar. in loco quo sup. Ruin. consil. 107. num. 1. lib. 4.* Et in hanc quoque sententiam consuluit Nic. Bellon. *consil. 35. num. 5. his verbis*, Interdictum † vero *quorum bonorum* 19
datur pro rebus, quæ erant in bonis tempore mortis defuncti, siue possiderentur, siue detinerentur, non enim requiritur, quod defunctus possideret, *vt concludit Bart. post Cyn. in l. 1. C. quor. bonor. in fin. & ibi Salyc. num. 10. & Ang. Aret. in §. quadrupli. num. 28. versic. quæro pro quibus. de actio.* & ideo non esset necesse, probare dominium vel possessionem defuncti, sed quod ab eo teneretur simpliciter, vt in remedio *l fin. C. de edict. D. Hadr. toll.* & ibi omnes in consil. censuerunt, maxime *Albericus, &c.* Hæc Bellon. Rationem assignant Bartol Cynus & Salyc. *in d. l. 1. C. quor. bon.* Quia de bonis dicitur non tantum, quod possidentur, sed etiam quod detinentur, *vt est elegans text.* hoc optime probans *in l. 2. §. in hac actione. ff. de vi bon. rapt.* cuius sunt verba: *In hac actione non vtique spectamus, rem in bonis actoris esse, sed siue in bonis sit, siue non sit, tamen ex bonis sit, locum hæc actio habebit. Quare siue commodata res sit, siue locata, siue etiam pignorata proponatur, siue depositá apud me sit, sic vt interfit mea eam non rapi, dicendum est, competere mihi hanc actionem, vt non dominium accipiam, sed illud solum, quod ex bonis meis, id est, ex substantia mea res ablata esse proponatur.* Huc etiam opt. facit, quod notat Hubert. Zuchard. *in d. l. fin. C. de edict. D. Hadr. tollen. nume. 355. & 356.* vbi notan-
20 dum dicit, quod interdictum † adipiscendæ datur etiam, vbi quis non potest adipisci, nisi detentationem, quia cum defunctus haberet solam detentationem, ipsius quoque heres non potest aliud nanciscí, quia eius personam repræsentat, *l. cum à matre, & ibi Bart. C. de rei vind.* Et certum est, quod heres habet beneficium huius legis, quod est adipiscendæ possessionis. 21
Secundo, inquit, nota, quod † appellatione possessionis venit etiam detentatio, quod facit ad id, quod habetur *in l. stipulatio ista. §. hac quoque. ff. de verbor. obligat.* Et hæc omnia late deduxi in voto meo, 12. & 18. Septemb. Anno 76. in hac ipsa causa. Quæ cum de iure ita se habeant, iam nulla sententiæ contrarietas, vt à Reis cauillandi animo passim contenditur, inferri potest ex eo, quod Actricem in interdicto recuperandæ duntaxat ad dimidiam partem arcis N. restituendam, in interdicto vero quorum bonorum in omnia reliqua bona per N. non solum possessa, sed etiam detenta, vniuersaliter immittendam esse pronunciamus, cum nemini vnquam dubium fuerit, vel esse possit, quin inter hæc duo iudicia possessoria, quoad naturam & effectum vtriusque, præsertim vero quod hoc vniuersale, illud vero particulare sit, longe maxima differentia & diuersitas reperiatur, siquidem interdictum recuperandæ, id solum spoliato restituit, in cuius vera possessione se fuisse expresse probauerit, & non vltra. Interdicto autem quorum bonorum agens, non solum bona per defunctum possessa, sed & ea, quorum de-

tētationē defunctus habuit, vt modo dictū est, consequitur. Atque ex his iam satis constare arbitror, quod impudenter à Reis in 166. artic. restit. ponatur, daß kein Vrsach erdacht / oder angezeigt werden möge / warumb der Klägerin an dem Hauß N. nur der halbe Theil / die vbrige Güter aber alle / daran doch Rei den halbē Theil / quoad possessionem & dominium gehabt / allein solten zugewiesen seyn worden. Quod idem etiam non obscure in den Articulirten Vrsachen / 3. Iun. jüngst eynkommen / artic. 52. 53. & aliquot seqq. videntur innuere atque deducere, &c. Cum enim Actrix in interdicto recuperandæ possessionem tantum dimidiæ partis ædium N. in interdicto vero quorum bonorum reliqua omnia bona per patrem suum tempore mortis possessa, vel saltem detenta fuisse sufficienter probauerit, mirum non est, cur eam in priori interdicto, pro dimidia parte tantum restituendam, in altero vero vniuersaliter, & non pro dimidia solū, immittendam pronuntiauerimus, diuersatis scilicet ratione quæ ex vtroque interdicto apparet, id suadente, vt sic nulla contrarietas ex iis, quæ natura & operatione inter se diuersa sunt, à Reis allegari possint. Nec videbatur Reis hoc loco patrocinari, vel eos à plenaria immissione releuare posse, quod passim contendunt N. à N. supradictam dimidiam partem bonorum non suo proprio, sed alterius, Reorū scilicet nomine, tanquā tutorem possedisse, ideoq; interdictum quorum bonorum, quantum ad dimidiā illam partem attinet, locum habere non posse, cum iuris sit, quod non tam tutor, procura-
22 tor, colonus, † administrator, & regulariter omnis, qui alieno nomine possidet: quam ipse dominus, cuius nomine possidetur, verus possessor esse censeatur, *vt notat Paris. cons. 98. n. 18. vol. 2. Bart. in l. 1. in prin. n. 20. ff. de acq. poss. Spec. in tit. de empt. & vend. §. 1. super verb. constitui possidere. n. 29. per l. quod meo. ff. de acq. poss. & l. quædam mater. ff. de rei vind. cum similib. &c.* Nam licet hæc facile ita concedi possint, tamen non desunt ex Dd. tam antiquis, quam recentioribus, qui teneant, quod contra eiusmodi administratores, etsi veri possessores non sint, ob solam detentationem vniuersale remedium quorum bonorū recte institui possit, *per ea quæ supra late deducta sunt. & faciunt quæ notat Bal. in l. male agitur. C. de præscr. 30. annor.* vbi dicit quod licet eiusmodi administratores, nec ciuiliter, nec naturaliter possideant, simplicem tamen detentationem habeant, quē refert & sequitur Schurff. *cons. 4. nu. 2. cent. 2. &c.* Sed quid porro longiori disputatione hoc loco est opus, cum ipsimet Rei plerisque in locis, præsertim vero in 129. 185. & 218. artic. rest. expresse ponant & fateantur, daß d. N. dimidiam bonorum litigiosorū detentationem tutorio nomine gehabt / ꝛc. Ex qua priora ipsarum assertione euincitur, quod Actrix iuxta hactenus deducta non solum pro dimidia parte, sed in omnia bona vniuersaliter fuerit, & sit immittenda.

Sed vt ponamus hæc omnia cessare, tamen quia oppositā exceptio qualitatis tutoriæ per Actricem expresse negatur, neq; per Reos hactenus probata, & alias talis est, vt altiorem indaginem requirat, cum hæc qualitas, siue titulus, sine testibus vel instrumentis, in iudicio contradictorio pruducendis & examinandis probari non possit: ideo merito ad petitorium, (præsertim cum in effectu nil aliud quam quæstionem dominii concernat) reiicienda, & filia interim in omnia bona vniuersaliter immittenda venit, vti omnium dominorum votis olim quoque in Senatu interlocutoriarum conclusum esse reperio. Altiorem enim indaginem exceptio † requirere dicitur, quan- 23
do ambiguitas vel dubium est in facto, quod venit probandum. *Bart. in l. ille à quo, §. si de testamento, ff. ad Trebell.* vel quando est dubium de iure, *secundum Hostiens. in c. cum contingat, de off. delegat. quos refert & sequitur Ang. §. in bonæ fidei, num. 5. versic. quæro cum textu. Instit. de action.* vbi subiungit, se solitum esse de vtroque allegare textum singularem cum *glos. in l. 3. §. ibidem. ff. ad exhib.* vbi glos. *in verb. obscurior*: dicit, quod altior dicatur propter subtilitatem iuris, & sic secundum Ang. est ibi casus, quod
24 † exceptio potest dici requirere altiorem indaginem, siue talis indagatio procedat à facto, & facti probatione, siue à dubietate iuris. Quod Angelus *d. n. 5.* dicit valde notandum, & menti tenendum, inferens ex eo, quod quoties exceptio habeat disceptationem vel dubitationem in facto, vel in iure, dicatur requirere altiorem indaginē. Et hac de re exstat pulchrum consilium Nic. Ruckeri senioris, in graui illa controuersia, quæ olim agitata fuit inter Nassavv & Hessen, quod est consilium 23. inter consilia Claudii Cantiunculæ, *nu. 60. & 61.* vbi materiam hanc ad longum tractat, &c. Tertio si omnia prædicta cessarent, cōtumacia tamen Reorum in non parendo, vel ex hoc solo manifeste deprehendi posset, quod ratione der 18000 fl. so durch Actricis Vattern bey N. von N. prout ipsimet Rei 219. artic. restit. expresse fatentur, angelegt worden / nil quicquam hactenus præstiterunt, nisi quod loco debitæ, ac toties ipsis iniunctæ partitionis, declarationē iam iterum petunt, an scil. Actrix in illā summā immitti debeat? Cum tamen hæc ipsa petitio ante multos annos tanquam minus necessaria, & ad differendā duntaxat executionem malitiose excogitata, per sententiam ipsis, omniū dominorum votis, æque vt superiores denegata fuerit. Neque enim Domini putarunt, huius loci esse diutius disputare, vtrū prædicta summa ex redditibus N. vel aliis bonis ac prouentibus conflata esset, vel cuius denique nomine eroga-

erogata. Hanc enim quæstionem altissimæ indaginis esse, & vix fieri posse, vt in continenti liquidetur ex N. prouentibus, aut aliis etiam bonis pupillaribus dictam summam redactam esse. Neque sane nostro casu, quo tutor fuit opulentissimus, id satis efficax argumentū est, quod N. durante administratione tutelæ, adeoque ipsius arcis N. eam pecuniam mutuo dederit. Sed aliis eam in rem opus esset argumentis, per text. *in l. si defunctus. 10. C. arbitrum tutelæ.* Ex quo igitur Rei Actricem nostram in iam dictam summam der 18000. flor. hactenus nō immiserunt; necessario cōcludendum sequitur, sæpe dd. tam in puncto exsecutionis, quam in causa principali latis sentētiis, huc vsque per ipsos satisfactum, vel paritum dici non posse, &c. Quarto, quod licet Rei non solum ex sententia definitiua Anno 77. lata, satis intelligere potuerint, ad fructuum restitutionem, tam in interdicto recuperandæ à tempore spolii, quam in interdicto quorum bonorum à die litis contestationis se teneri, sed etiam ab Actrice sæpius eo nomine fuerint admoniti ac interpellati, vti ex productis instrumentis paritionis videre licet, nil quicquam tamen hactenus prēstiterunt, nec sane ipsos in aliquo excusare potest, quod cauillandi animo allegant, Actrici iuxta stylum vsitatum Cameræ liquidationem fructuum ante omnia incumbere: nam respondetur, quod imo Reorum partium fuisset, Actrici vigore sententiæ latæ fructus perceptos sine alia eiusdem interpellatione offerre: eorumque nomine Regi-stra & Inuentaria exhibere ac demum, si actrix aliqua ex parte se minus contentam, vel grauatam sensisset, vlteriorem liquidationem exspectare. Cum porro Rei ne obulum quidem fructuum nomine Actrici hactenus obtulerint, certe dici non potest, sententiis hucusque satis etiam in hoc puncto satisfactum vel paritum esse. Quamobrem ex his omnibus arctiores exsecutoriales, contra N. von N. meo voto decerno. Ad liberos autem defuncti N. von N. quod attinet, cum ipsi sint adhuc pupilli & minorennes, nec tutores vel curatores, præter quam ad litem, hactenus habuerint, puto arctiores processus decerni non posse, nec enim in contumacia vel dolo censetur esse, qui cum parere non possit, de paritione non docet. Sed videtur hoc loco dubitari posse, cum executoriales simplices non contra N. von N. solum, sed & contra prædictum ipsius fratrem N. emanarint. Vtrum d. N. ob nō factam paritionem ex sua parte integram pœnā der 50. Marck lōtigs Golds/ exsecutorialibus insertam insolidum, vel tantum pro rata, id est, dimidia parte, soluere teneatur. Et certe videtur respondendum esse ex doctrina *Bald. in l. non omnis. num. 5. ff si cert. pet.* quod ad integram pœnam sit obligatus, vbi asserit, quod in iudicialibus ex mora particulari, id est, commissa ab vno tantum ex consortibus committatur pœna in totum, quia iudicium indiuisibile est. Quinimo in indiuiduis etiam conuentionalibus, nedum iudicialibus, quando sunt plures partes principales, si omnes essent in mora satisfaciendi, potest creditor † à quolibet 25
eorum pœnam in solidum exigere. *Soc. Zas. in l. stipulationum. §. 1. alias l. eadem, quæ est 4. §. Cato. nu. 34. de verb. oblig.* Denique sicut obligatio & actio restituendæ possessionis omnium bonorum à parte Actricis relictorum indiuidua, & consequenter etiam factū restitutionis indiuiduum est, cum † restitutio pro qualitate bonorum 26
non possit adferre eam vtilitatem in parte, sicut in toto, *per ea, quæ eleganter tradit Bologn. in d. §. Cato. nu. 392.* ita pœna quoque ex mora detractatæ restitutionis commissa indiuidua est, & à quolibet contrauenientium præcepto executorialium in solidum committitur, *iuxta Zas. d. nu. 35.* Quod in nostro casu tanto fortius ac minori cum iniquitate procedit, quod N. von N. non tantum ipse, quantum ad se attinet, in mora paritionis, calumnioſe tergiuersando persistat, sed etiam præcipua causa sit, quo minus ipsius consortes, liberi scil. pupilli fratris sui N. etiam volentes executorialibus pro sua portione obedienter satisfaciant, quo nomine, cessante etiam ratione indiuiduitatis ipsius conuentus, non immerito cum solido pœnæ commensurandus esset, vt par pœna delicto foret. Verum, quia pœna 50. Marcarum auri executorialibus inserta, nonnihil excessiua ac insolita, & nimis grauis videtur, siquidem † pœna 20. Marcarum 27
auri, pœna grauis dicitur, teste Ias. *in auth. ad hæc si. num. 8. versic. secundo pondero, C. de iudic.* Rigor ille Cancellariæ † benignitate iudicantis non 28
inique temperari posset. *per tex. in Clem. 1. §. nos rigorem ipsum mansuetudine temperantes. de iud.* cum 25. Marcæ auri ab vno solo pendendæ satis superque pœnæ sint, *argum. eorum quæ tradidit Ias.* d. loco inquiens, si statutum simpliciter diceret, quod pro tali delicto imponatur grauis pœna, sufficiat pœna 20. Marcarum auri, &c. Deinde cum hoc casu iusto maiorem pœnam futuræ contumaciæ, Cancellaria præstituerit, si ea tota ab vno committente exigeretur, plane duplicata censeretur, quod cum aperto iuri contrarietur, id enim vetat, quem duplici, aut iusto maiori pœna affligi: optima ratione eiusmodi excessus pœnæ reformari & contemperari possunt, cum facilius sit de dispensatione fauoris & gratiæ, quam de inconsiderato excessu rigoris rationem reddere summam. *Sylu. in verb. ius. num. 2.* Adhæc sicut Camera per euentuales comminationes, eiusque reiteratam conniuentiam, pœnam differre, ac eo nomine ius parti magis in re, quam ex euentuali spe: videlicet propter primæuæ comminationis purificatum euentum quęsitum ob prorogationem seu suspensionem effectus prioris interminationis, quodammodo in totum auferre: ita etiam idem multo ma-

gis ex parte minuere potest, antequam pœnam realiter commissam, declaratum sit, ne alioquin cum periculo syndicatus aut reuisionis inconsideratum excessum, per cancellariam sine causæ cognitione præstituræ pœnæ ipsa prudẽs & sciens, sicque non sine aliquali prẹsumptione siniſtræ affectionis approbare videatur. Nam o-
29 mne insolitũ † & excessiuum, quandam aduersantem præsumptionem inducit. *Euerard. in loco à solitis, vers. hinc etiam inferri potest arguẽdo, &c.* Si-
30 quidem vbi pœna † est arbitraria, vt sunt pœnæ pecuniariæ præceptorum executiuorũ Cameræ: illa debet à Iudice considerari, quæ in aliis similibus terminis imponi consueuit. *Paris de Puteo in tract. synd. verb. pœna. c. 10. num. 7.* Quinimo si præter restitutionẽ bonorum litigiosorũ etiam immensa illa pœna insolidum ab N. von N. exigeretur, verendũ esset, ne cum totius suæ agnationis nota res familiaris ipsius penitus labefactaretur. Postremo cum ſæpedicta pœna ratione spreti mandati Iudicis exposcatur, ipse arbitrari potest, quanti interſit præceptũ suum contemptum nõ fuisse. Et causa cognita, si subsit ratio, vel solidum, vel partem interminatæ pœnæ exigere. Quoniam cum interminatio illa pœnæ tantum vim decreti, non sententiæ definitiuæ habeat, antequam super cõmissione pœnę feratur sententia, Iudex vsq; ad eiusmodi interlocutionem illã moderari potest. Quæ sola ratio facit, quod idem Iudex etiam talẽ declarationem purificatę commissionis pœnæ, per vnam interdum, duas vel plures euentuales suspendere ac differre potest, qui super decretis & interlocutionibus suis, mutando & corrigendo libere arbitratur in illis, donec per aliam sentẽtiam vim definitiuæ habentem suo non plene defunctus est officio. Pro quibus etiam à cõtrario sensu vrget, der Memorialzettel / Ann. 81. §. *pen.* vbi disponitur, daß die Moderationes dero in Camera fisco adjudicirter (nota) Geldtstraffen bey jrer Mayest. nicht in Camera gesucht werden sollen / quia nimirum fisco ius irreuocabiliter ex sententia quæsitum sit. Ergo antequam Camera pœnam esse commissam declaret, eam ex causa
31 moderari potest, quia inclusio & reseruatio † vnius casus operatur exclusionem alterius. vnde cum moderatio causæ tantum post adiudica-
32 tionem pœnæ † adimatur, eadem ante adiudicationem permissa censeri debet per tex. *in l. inter socerum. §. cum in eo ff. de pact. dotal.* vbi sic habetur, quæ in vno casu expressa dispositione sunt ademta vel prohibita, in casu contrario videntur permissa & reseruata. Non obstant adducta in contrarium, quæ loquuntur de pœna iam adiudicata vel declarata iudicialiter. Deinde negatur paritionem in nostro casu intelligibiliter, & secundum habilitatem actualiter esse indiuisibilem: Quare etiam pœna facto diuisibili adiecta, maxime pecuniaria diuisibilis est, & cõmode partiri potest. *Bolog. in supradict. §. Cato, n.* 387. ibi. *& hæc conclusio non habet difficultatem, quando factum est diuiduum*, vt in negotio pecuniario. Ex quibus omnib. concludendum putarim pœnam pro qualitate huius facti omnino diuidendã esse. Articulos causales 3. Iun. nuper exhibitos, tanquam superfluos non admitto, cum nihil aliud contineant, quam quod iam dudum ante multos annos, tam in cã principali, quam in puncto executionis, restitutionis ac declarationis sententiæ articulando, ad nauseam vsque deductum, & per plures sententias, præuia matura causæ cognitione, iam decisum est. Si quid n. in dictis articulis tam defensionalibus, quam restitutoriis ac declaratoriis ad rem facere dominis visum est, id antehac ad probandum admiserunt, reliquis omnibus articulis, tanquam impertinentib. ac irreleuantib. per sententiam reiectis, & ad petitoriũ reseruatis. Quod igitur antehac semel admissum est, iam iterũ admitti prorsus superfluum foret, quemadmodũ etiam perperam, ne dicam inepte, nunc demũ à nobis admitteretur, quod ante 10. fere annos cum sufficienti causæ cognitione, vt supra quoque dictum est, semel fuit reiectum.

Saluo dominorum Iudicio, &c.

Sententia reuidenda: Jn Sachen Fraw N. geborne von N. Freyfrawen zu N. Klägerin / wider N. vnd weyland N. von N. Gebrüdere / jetzt dessen nachgelassen Kinder vnd Erben / verordnete Vormünder in Actis benendt / Beklagte / executionis, vnnd in specie N. von N. belangendt / ꝛc. Seind D. N. dero am 3. Tag Iun. jüngst vorbrachter Anzeig / auch anderer eynkomener Jnstrumenten Partitionis, vnd vorgewendter Eynreden vnverhindert der actiorum Executorialn halben / wie auch dem Kayserl. Fiscal am 9. Tag Maii nechst beschehene Begeren zugelassen / Aber gedachte Vormündere betreffendt / ist von Amts wegen der Bescheidt / daß dieselben von ermelter jhrer Pupillen wegen / in Zeit eines Monats / so jhnen pro termino & prorogatione darzu angesagt / zu dieser Sachen / wie recht / sich legitimiren / mit dem Anhang / wo sie solchem also nicht nachkommen werden / daß als dann auff Gegentheils fernere Anruffen ergehen soll / was recht ist.

Publicata sententia 13. Decemb. Anno 86.

VOTVM XXVI.

In causa Appellationis N. contra N.

SVMMARIA.

1 *Appellatio formalia quæ habeat.* (*mendum est.*
2 *Appellatio est fauorabilis, & in dubio pro ea præsu-*
3 *Schedulam appellationis Iudici ex interuallo exhibere licet, etiamsi scripta sit manu alicuius priuati.* (*traiudicialiter.*
4 *Schedula appellationis præsentari potest etiam ex-*
5 *Scriptura quando porrigitur Iudici, sufficit priuata. Quando vero parti appellatio insinuatur, requiritur authentica.* (*factis. & n. 7.*
6 *Fides habetur assertioni Iudicum de actis coram se.*

Actor,

8 *Actor vel appellans contra Reum vel appellatum ex ordinatione Cameræ tres vias habet in contumaciam procedendi, post factum proclama, elapsis tribus audientiis.*

9 *Contumax iure communi etiam banniri potest.*

10 *Appellans procedendo contra appellatum ad bannum, primam viam eligit.*

11 *Citatio insinuata vxori appellati in domicilio suo, absente appellato, præsumitur venisse in notitiam appellati.*

12 *Insinuatio per notarium & testes facta ad domum, reddit citatum contumacem, etiamsi in notitiam eius non venisset.*

13 *Exceptio contra diem dominicam valet.*

14 *Actus executionis est solius nuntii.*

15 *Commissio de exequendo est quædam interlocutoria, ideoq; die feriata facta, non valet.*

16 *Contumacia semel punita, iterum puniri debet, &c.*

17 *Pœna banni maior est omni pecuniaria.*

18 *Contumacia est delictum.*

19 *Bannitus ob contumaciam impune potest offendi.*

20 *Iudex quilibet contumacem mulctare potest, & pœnali iudicio suam iurisdictionem defendere.*

21 *Sententia Iudicis debet esse certa.*

22 *Inhibitio frustratoria esse non debet.*

DVæ hic sunt submissiones: Prima est; An appellatus ob contumaciam sit declarandus in pœnas banni. Secunda est, An Consiliarii B. Ducis N. sint in pœnas inhibitionis declarandi.

Porro quod ad primam submissionem attinet, videamus 1. de formalibus appellationis. 2. De citationis executione & reproductione, ac toto processu de iure communi & ordinatione requisito ad hoc, vt quis in pœnas banni propter contumaciam declarari possit. Quod igitur ad primum attinet, quia constat sententiam
1 diffinitiuam † (à qua appellatum) latam 4. Decembr. Anno, &c. 60. & ab hac appellatum esse 13. Decembr. Anno eod. Notario comparente coram Iudicibus à quibus, & exhibente schedulam appellationis: concludo intra decendium appellatum esse, cum præsumendum sit, quod non odio appellatum est, quod ante horam elapsi decendii sit appellatum, *per not. ab. decis. Rot. 39. incip. si possessor beneficii. de appell. in nouis. sequitur Philip. Francus in capitu. 1. numero 11. & in capitu. bonæ memoriæ. numero 20. de appel.* Ratio est,
2 quia appellatio † est fauorabilis, & in dubio pro ea præsumendum, *per alleg. à Phil. Franc. in rubr. de appell. numero 19.* Quo casu Iudex pronuntiare debet, appellationem non esse desertam: *Mar. par. 6. act. 2. numero 397.* Deinde etiam nihil obstat, quod Iudici ex interualllo schedula † appellationis est exhibita, quia hoc licet, etiamsi scripta esset manu alicuius priuati, *ita Phil. Franc. in capit. vt debitus. numero 12. & 13. de appell.* Et potest
4 præsentari † appellationis schedula, etiam extraiudicialiter, *Mynsc. cent. 2. obser. 12.* Et dicit Fran. *capitu. in appellationibus de appell. in 6.* quod quando porrigitur scriptura † Iudici, quod sufficiat 5
priuata. Quando vero parti appellatio insinuatur, quod tunc requiratur authentica. Idem tradunt *Anch. in Clem. caussam. numero 8. & 10. de iureiur. numero 8. & Cardin. numero 4. de elect.* Nec moueor, quod schedula illa non sit inserta actis: Satis enim esse puto, quod Iudices asserant, in actis id factum esse. Eorum enim assertioni † de 6
actis coram se factis creditur. *iuxta gloss. in l. ne in arbitris. in verb. sermones, & ibi Bartol. & Bald. & alii. C. de arbitr. & latius deduxi in voto meo in caussa quadam.* Facit, quod his actis † Iudicum plena fi- 7
des sit adhibenda, *secundum Fel. in capitu. 1. numero 1. de probat.* Postremo accedit, quod Iudices detulerunt appellationi, quod sane alias non fecissent, si non fuisset rite & debito modo appellatum, siquidem in tota caussa fere se suspectos præstiterunt. Ex supra dictis omnibus concludo, appellationem debito modo esse interpositam. Veniamus nunc ad secundum membrum. Et primo præsuppono in iure, Actorem † vel 8
appellantem contra Reum vel appellatum ex ordinatione Cameræ tres vias habere in contumaciam procedendi post factum proclama elapsis tribus audientiis, *iuxta titul. ord. part. 3. titul. 43. & 45.* Secundo etiam præsuppono † iure 9
communi contumacem etiam banniri posse, *per gloss. in leg. 1. in princ. verb. extra ordinem. ff. de admin. tut. Iaf. in l. vn. in princip. numero 25. ff. si quis ius dic.* Tertio in facto † præsuppono, appellantem 10
hic primam viam elegisse, procedendo contra Appellatum ad bannum. Nunc ad propositum. Constat citationem extractam 29. Iun. Anno, 61. eamque 4. April. Anno, eodem insinuatam vxori Appellati in domicilio suo absente Appellato per Notarium in Camera immatriculatum, *iuxta §. zum siebenden / in ord. part. 1. titul.* 38. quæ Citatio † præsumitur venisse in notiti- 11
am citati, *per gloss. in l. si tutor. verb. ostendere. & ibi Bartol. Codic. de pericul. tut. Mynsinger. cent. 2. obs. 69.* Siquidem citatio facta ad domum, non minus accusauit citatum, quam si personaliter facta esset, per ea quæ ad longum tradita sunt in voto meo, in caussa S. Stephani Stiffts / contra Bernburg / Anno 60. Imo quia hic per Notarium † & testes facta est insinuatio ad domum, 12
reddit citatum contumacem, etiamsi in notitiam eius non venisset, *Specul. in titul. de [illegible] §. sequitur. numero 16. sequitur Bald. in leg. 2. numero 5. Cod. de annal. except.* Accedit quod hic Appellans declarauit se vere contumacem. dum nuntio exequēti dixit: Er solte die Brieff dem vberantwortē / dem sie zu gehören / er sitze hinder N. N. Ex quibus verbis cum appareat, illum nolle venire, pro contumace ergo est habendus. *per not. at. Zas. in l. contumacia, numero 113. ff. de re iud.* Ex quibus concludo citationem rite exsecutam. Terminus porro comparendi in citatione fuit

33. dies post factam executionem, Reproducta oretenus 14. April. Anno, eod. Realiter vero 7. Maii, & sic in ipso termino: factum proclama contra Appellatum 14. Maii. Anno, eod. Deinde 4. Iunii, decernitur Citatio & arctior inhibitio, contra Appellatum auff die Acht. Terminus comparitionis 33. dies post factam insinuationem: insinuata per N.N. Cameræ nuntium iuratum 27. Iulii, Anno &c. 61. quæ fuit dies Do-
13 minica. Quare cum Appellatus exceperit esse† Dominicam diem, videndum an talis exceptio valeat? Et dicendum est quod sic, *per not. Bart. in tract. de citatione. n. 9. Iaſ. in l. 1. §. nuntiatio, ff. de nou. op. nunt. Caſtr. in l. ſi. C. de feriis.* Facit quod ratio Dd. cõcludentium citationis executionem diebus feriatis fieri non posse, hoc casu cesset, quæ est, quod causſæ cognitionem requirat, quia nuntii à Camera semel deputati ad exequendos
14 processus, possunt officio suo fungi, sine vlla causſæ cognitione Iudicis. Executionis enim† actus est solius nuntii. *l. ſed ſi interpelletur. §. 1. ff. arbor. furt. cæſ fac. text. in l. miles. §. ſexaginta, ff. ad l. Iul. de adult. Soc. in tract. de citatione. art. 9. n. 8.* Item
15 cessat hic ratio alia Dd. videlicet quod commissio† de exequendo sit quædam interlocutoria, ideoq; , die feriata facta, non valere eam, *vt not. Alex. in d. §. nuntiatio, n. 26 & Abb. in c. ſi. n. 20 de fer.* quia, vt modo dictum, nulla commissione hic est opus, cessante igitur causſa, cessat eius effectus. Accedit quod domini 3. Sept. Anno 61. decernendo proclama executionem habuerunt, pro valida. Ex quibus omnibus concludo, rite ad bannum processum, & Appellatum in pœnas banni declarandum. Ceterum cum contra Appellatum emanata sit inhibitio simplex, & arctior cum annexa citatione ad videndum, quæritur, An etiam in pœnas inhibitionis possit condemnari? Et breuiter omissis iis, quæ disputandi causſa in contrarium adferri possent, concludo quod non possit: Hic enim vnum est delictum specie & modo. *Spec. in tit. de contum. §. vlt. nu. 5. & ſeq. & ibi Bald. verſ. an ſæpius monitus.* Et
16 contumacia† semel punita, iterum puniri non debet, *l. ſenatus. ff. de accuſ. Bartol. in l. finita. §. ſi quis metu, n. 1. ff. de damn. infect.* Et cum hic pœna capi-
17 talis† sit, scilicet banni (quæ est maior omni pecuniaria. *l. in ſeruorum. §. in perſonis, & ibi Bart. nu. 1. ff. de pœn. fac. l. fin. C. de ord. cogn. l. per minorem, ff. de iud.*) absumit certe pecuniariam. Et ita iudicatum fuit comperio in causſa der Statt Schönaw contra Veldkirch / fractæ pacis, in qua citatio ad videndum, &c. & mandatum de restituendo emanatum fuit, sub pœna pecuniaria. In vtraq; autem lis contestata, & in contumaciam processum, ac probatum etiam, quoad punctum mandati bona articulata fuisse ablata, sed tantum in pũcto citationis fuit declaratio banni facta & in puncto mandati nihil pronunciatum. Sententia lata est 19. Febr. Anno, &c. 52. Restat vt nunc videamus; An consiliarii B. Ducis N. possint declarari in pœnas emanatæ inhibitionis. Et præmitto contumaciam † esse delictum. *l. omne. §. contumacia, ff. de re milit. Zaſ. in l. contumaci. a. n. 5. ff. de re iud.* Vnde receptum est, etiam Bannitum† ob contumaciam impune pos- 18 19
se offendi, *Iaſ. in l. vn. §. ſi. n. 39. ff. ſi quis ius dic. Caſt. in d. l. contumaciam, in princ.* Secundo præsuppono quemlibet Iudicem† contumacem mulcta- 20
re posse, & pœnali iudicio suam iurisdictionem defendere. *l. 2. & ibi Dd. præſertim Iaſ. ff. ſi quis in ius voc.* Iudex enim contemnentem suum mandatum vel inhibitionem potest punire. *Guid. Pap. deciſ. 359.* Cum ergo inhibitio & citatio ad videndum sit emanata, contra Consiliarios Ducis B. nullius eorum propriis nominibus vel cognominibus expressis in processibus, videtur quod non possit sequi aduersus illos declaratio pœnæ. Iudicis enim sententia† debet esse certa. 21
§. curare. Inſtitut. de act. Sed quia constat, duobus processibus insinuatos esse, videlicet N. von N. N. & N. cõcludo illos duos in pœnas inhibitionis declarandos, ne videamur priores dominos qui proclama in genere decreuerunt, sindicare & inhibitio† sit frustratoria. Non moror, quod 22
in genere inhibitio & citatio sint emanata contra die heimgelassene Räthe / Imputet enim sibi Appellans, quod eorum nomina non expresserit, fac. *gloſſ. in l. eum quem, & ibi Bolon. in addit. ff. de iud. Lud. Rom. ibid.* cum ergo de reliquorum nomine & cognomine non constet, non possunt mulctari *per not. Ang. in d. l. eum quem. n. 3.* Accedit, quod Ordinatione sit cautum, nuntios cum inhibitiones, compulsoriales & alios processus alicui iudicio insinuant, in executionibus nomina & cognomina eorum debere exprimere. *Ord. Cam. tit. 38. §.* vnd ſo der Bott */ p. 1.* Ex quibus omnibus concludo, Appellatum propter contumaciam in pœnas banni declrandum, & consiliarios quibus processus insinuati sunt, scilicet N. von N. & N. N. in pœnas inhibitionis, scilic. 10. Marcarum auri condemnandos, cum expensis, & vlteriores processus contra eos decernendos, &c.

BREVIS, SVCCINCTVS AC SVMMARIVS LIBELLVS de vsuris, secundum Stylum Cameræ Imperial. concinnatus.

SVMMARIA.

1 *Vſura dicitur ab vſu, sicut fœnus à fœtu: vnde reditus pecuniæ quoq; nominatur. n. 2.*
3 *Vſuræ vocantur legata vſusfructus.*
4 *Vocabulum* vsuræ, *quot modis accipiatur.*
5 *Vſuræ ineſſe dicitur, quicquid ſorti accedit, ſumitur quoq; pro delicto.*
6 *Quæ vſura hoc in tractatu ſumenda atq; intelligenda veniant.*
7 *Vſuræ definitio quæ.*

8 *Vſuræ*

8 *Vsura est pretium abusus.*
9 *Pretium appellatur id, quo res ipsa æstimatur: Merces vero id, quo vsus rei.*
10 *Pretium dicitur ex emptione & venditone: merces vero in locatione & conductione.*
11 *Res quædam in vsu, quædam in abusu consistunt.*
12 *Abusus dicitur, cum res vtendo consumitur, vt in vino, oleo, & frumento.*
13 *Mutuum est gratuitum, & à fœnore distinguitur.*
14 *Pretium & merces quomodo inter se differant.*
15 *Pretium in venditione est ipsius rei ad emptorem translatio.*
16 *Alia definitio vsuræ.*
17 *Vsura in quibus locum habeat, & an in corporibus quoq; consistat. num. 18. & an vsuræ statuarum valeant. n. 19.*
20 *Vsura quando recte soluatur ac permittatur.*
21 *Omnis accessio seu additamentum refertur ad id, cui accedit.*
22 *Vsura ad summam principalem refertur.*
23 *Vocabulum,* debendi *&* credendi, *late accipitur.*
24 *Differentia vsuræ, pœnæ, & eius quod interest, quæ: Hæc tria natura ac definitione differunt. numero 25.*
26 *Distinctio pœnæ & vsuræ: Item vsuræ & interesse distinctio quæ. n. 27. Item inter pœnam & interesse. nu. 28.*
29 *Vsura & pœna quando idem est: Sic quoque idem debetur nomine vsuræ & interesse. nu. 30. Idem denique est pœna & interesse. n. 31.*
32 *Vsura est pretium vsus pecuniæ debitæ: Interesse est, quanti æstimatur damnum acceptum, vel lucrum amissum. n. 33.*
34 *Pecunia hoc loco quid sit.*
35 *Pœna, vsura, & interesse quando separentur, & quando concurrant.*
36 *Vsura quando nec pœna sit, nec interesse.*
37 *Pœna ex stipulatione debetur, & quando.*
38 *Vsurarum genera quot sunt.*
39 *Vsura proprie dicta est, quando quantitas quantitati eiusdem generis accedit.*
40 *Vsura alia est lucratoria, alia compensatoria, alia punitoria.*
41 *Lucratoria vsura quæ: hæc quoque dicitur reditus pecuniæ. n. 42.*
43 *Compensatoria vsura quæ.*
44 *Punitoria vsura quæ: hæc vocatur etiam pœna. nu. 45. Punitoria & compensatoria an pro vna & eadem vsura habeantur. n. 46.*
47 *Debitor quando in mora esse censeatur.*
48 *Species vsuræ constituuntur duæ, fœnus & pœna.*
49 *Fœnus est, quod debetur propter lucrum debitoris: pœna vero debetur propter moram debitoris & interesse creditoris. n. 50.*
51 *Vsura aut est centesima, aut pars centesimæ.*
52 *Centesimæ est necessaria vsura: Hæc dicitur quoque legitima. n. 53 Et vsura est centesima pars sortis quæ debetur singulis mensibus. n. 54.*
55 *Minor quantitas quandoque in maiori inest.*
56 *Vsura dicitur besis centesimæ semisis vel dimidia centesimæ, vt triens seu centesimæ pars tertia: & explicatio harum vsurarum. n. 57.*
58 *Vsurarum aliæ sunt licitæ, aliæ illicitæ.*
59 *Vsuræ an prorsus de naturæ sint illicitæ & prohibitæ; nec ne. n. 61.*
60 *Vltima species vsuræ est fœnus nauticum: dicitur quoque vsura maritima, & definitur vsura pecuniæ traiectitiæ.*
62 *Vsuræ repugnant iuri naturali, diuino, pontificio, & iuri ciuili.*
63 *Plato vsuras prohibet, & fœneratores punit ita, vt debitores ipsis nec ad sortem reddendam, nec ad vsuras teneantur: vnde singularem libellum de vitanda vsura scripsit. n. 65.*
64 *Aristoteles in Ethicis fœneratores Lenonibus comparat.*
66 *Fœneratio est res inhonesta teste Catone: & fœnerator existimatur ciuis peior fure. n. 67.*
68 *Fœnerare est hominem occidere teste M. Tullio.*
69 *Fœneratio est inuisa etiam iis, quibus succurrit, teste Columella.*
70 *Pessima est res sterilis.*
71 *Distinctio quæ sit inter vsuram, seu fœnus pecuniæ & mercedem domus aut fundi locati.*
72 *Fœneratio inter modos dominii acquirendi non numeratur.*
73 *Aliquis lucrum capere non debet ex re, cuius periculum ad eum non pertinet.*
74 *Omnis vsura est superabundantia.*
75 *Virtus in mediocritate consistit; vitium vero est defectus vel superabundantia.*
76 *In mutuo dominium ad debitorem transfertur.*
77 *Mutuum debet esse gratuitum: & dicitur inuentum, vt egentibus succurratur. n. 78.*
79 *Vsura naturæ mutui & beneficii in proximum conferendi repugnat.*
80 *Tempus natura omnibus est commune.*
81 *Mercatores, quando merces suas carius vendunt propter dilationem temporis, omnes à Canonistis dicuntur vsurarii.*
82 *Obligatio re non contrahitur vltra quam datum est.*
83 *Vsura non debetur pro re, nec pro vsu rei.*
84 *Vsus rei in hisce rebus, quæ mutuo dantur, non separatur ab ipsa re.*
85 *Vsura non debetur pro vsu, quando pro ipsa re debetur: Hinc vsus à re non separatur. n. 86.*
87 *Vsura comparatur furto & rapinæ.*
88 *Cuius rei sunt mali effectus, necesse est eam rem quoq; esse malam.*
89 *Fœneratio & vsura malos effectus producit, cur & quomodo.*
90 *Auaritiæ & fœnerationis origo vna eademque est.*

91 *Vsura*

91 *Vsura est onus pauperibus graue, diuitibus intolerabile fœnori accipientibus.*
92 *Sine ferro dicitur dimicare is, qui vsuras flagitat.*
93 *An crudelior sit is, qui aliquid diuiti eripit, quam qui pauperem fœnore trucidat.*
94 *Fœneratores olim exactionem debitorum in calendas & idus conferebant: hodie vero in certa tempora festis notata.*
95 *Fœneratio discordias & seditiones in Republ. parere solet.*
96 *Mutuum date, nihil inde sperantes.*
97 *Statuta vsuras permittentia de iure infirmantur.*
98 *Fœnus dicitur improbum, teste Codice Iustin. & fœneratores infamia notantur.*
99 *Vsura est iuri naturali consentanea.*
100 *Ius gentium est, quo omnes gentes vtuntur.*
101 *Vsuræ debentur ratione eius, quod interest.*
102 *Negotiorum gestor vsuras pecuniæ percipit, ne officium suum ei sit damnosum.*
103 *Nemo cum alterius damno locupletari debet.*
104 *Præstatio vsurarum iuri naturali est consentanea.*
105 *Mutuum reddere maiori mensura, est reddere cum accessione.*
106 *Qui citius soluit, is plus soluere dicitur, & qui tardius soluit, minus soluere dicitur.*
107 *Dies dicitur esse pars summæ debitæ.*
108 *Qui pacisci tur, ne ad tempus petat, is donare dicitur.*
109 *Vsus vsurarum legitimus naturali rationi est consentaneus.*
110 *Vsuræ de iure diuino aliquo modo sunt concessæ, & in quantum.*
111 *Quod simpliciter est malum, id omnino prohibetur.*
112 *Fœneratio est pars commercij.*
113 *Deus peccatis hominum non inseruit.*
114 *Quas vsuras ius ciuile nuncupat licitas, vulgo interesse hodie dicitur.*
115 *Vsuræ de iure ciuili sunt permissæ.*
116 *Sterilitas pecuniæ vsuris nihil nocet.*
117 *Libri non sunt inuenti, vt mutuo dentur vel commodentur, sed vt legantur: Sic nec ædes repertæ, vt locentur, sed vt inhabitentur. n.* 118.
119 *In mutuo saltem genus & non species spectatur.*
120 *Vsura non est ex corpore sed ex obligatione stipulationis.*
121 *Dominium in mutuo transfertur in debitorem.*
122 *In pecunia credita genus, non speciem spectari necesse est.*
123 *Mutuum ideo inuentum, vt egentibus succurratur.*
124 *Nemini officium suum damnosum esse debet.*
125 *Feudum dicitur beneficium, & cur: Sic donatio dicitur quasi doni datio.*
126 *Tempus vendi non potest, sed commune omnium est.*
127 *Vsura aut pro sorte, aut pro vsu pecuniæ debetur.*
128 *Vsus pecuniæ non separatur ab ipsa pecunia seu eius dominio.*
129 *Aliud est rotunditas solis, aliud est splendor solis & splendor solis est caussa diei & luminis. numero* 130.
131 *Aliud est dominium pecuniæ, & aliud est vsus pecuniæ, vnde caussa vsuræ est vsus & non dominium: Et vsus à dominio non tamen separatur. nu.* 132.
133 *Fœneratores propter vsuram redduntur auari, inuidiosi & maledicti: Pauperes vero propter eam opprimuntur & quodammodo trucidantur. n.* 134.
135 *Ex vsurarum exactione lites & discordiæ oriuntur.*
136 *Mali effectus sunt non vsuræ simpliciter, sed earum abusus.*
137 *Explicatio locorum de vsuris in veteri testamento.*
138 *Iustus dicitur, qui non vsuras accipit: iniustus vero, qui accipit: idem dicendum de pignoribus. nu.* 139.
140 *Leges rebus, non vocabulis imponuntur.*
141 *Solis pupillis, viduis ac similibus personis vsuras exigere concessum est: Vnde pupilli, viduæ, & similes sunt personæ fauorabiles. n.* 142.
143 *Vsuræ æquitatis ratione constare dicuntur.*
144 *Vsuræ virum charitati repugnent, annon, & quibus casibus hæ non aduersentur charitati Christianæ.*
145 *Circumstantiæ vsurarum, quæ, quando & in quibus spectentur.*
146 *Vsuræ odiosæ esse dicuntur, & quando.*
147 *Finis legis est charitas.*
148 *Beneficiorum duo sunt genera, teste Cicerone.*
149 *Vsurarum aliæ punitoriæ, aliæ recompensatoriæ, aliæ liberatoriæ, teste Baldo.*
150 *Contractus ex constitutione legem accipiunt.*
151 *Cuilibet licitum est secundum ius naturale & ciuile de suo iure quid dare, & ab eo, qui sponte dat, recipere.*
152 *Nemo pecuniam mutuam gratis dat.*
153 *Ex duobus malis minus eligendum est, teste Cicerone.*

VIdendum primo est, quid sit Etymologia Vsuræ & fœnoris; Secundo, quot modis accipiatur vocabulum Vsuræ; Tertio, Quid sit Vsura; Quarto, conferam Vsuram cum pœna & eo quod interest; Quinto, docebo, quot sint genera Vsurarum; Sexto & vltimo dissoluam nobilem illam & maxime vexatam quæstionem, an vsuræ sint simpliciter in republ. bene constituta ferendæ. Quod attinet ad primum caput seu primam quæstionem, vsura dicitur † 1 ab vsu, fœnus à fœtu græce τόκος ἀπὸ τῦ τίκτω authoribus Varrone *libro tertio, de ling. lat.* & Festus *libro sexto*, Gell. *libro* 16. *capit.* 2. vnde vsura seu fœnus † vocatur reditus pecuniæ. *l. Titius.* 24 *ff. de* 2 *præs. vrb. l. à lumine* 36. *ff. de adempt. leg.* & legata † 3 vsusfructus nominantur vsuræ. *leg.* 3. *ff. de vsufr.*

earum

earum rer. quæ vsu consum. Sequitur quæstio se-
4 cunda, quot modis † accipiatur vocabulũ vsu-
ræ; reperio tres significationes huius verbi,
quarum vna potest in duas subdiuidi, vt possint
dici quatuor significationes. Primo significat
vsura, vsuram cuiuscunque rei, quo modo acci-
pitur à. M. Tull. 1. *Tuscul. quæst.* cum ait: Vsuram
natura dedit, vitæ tanquã pessimæ nulla præsti-
tuta die; Secundo, vsura accipitur pro æstima-
tione rei seu mercede, seu pretio vsus alteri
concessi, *vt hoc tit.* & alibi in iure passim. ac pro-
prie quidem in hac significatione dicitur vsura,
si consistat in quantitate accedente sorte eius-
dem generis, vt paulo post docebo; Improprie
vero si in alia re consistat, vt cum Canonistæ
5 dicunt, vsuram † esse, quicquid sorti accedit;
Postremo, vsura sumitur pro delicto, ℘ fœne-
rando cõmittitur, ita videtur accipi *in tit. de
vsur. extra.* vbi vsuræ recensentur inter delicta,
& ita à quibusdam definitur, quos Couarr. se-
quitur *lib. 3. variar. resolut. c. 1. nu. 2.* Ex his signifi-
6 cationibus ea sumenda † est hoc loco, quæ di-
citur vsura, quod accedit sorti, hoc est, quãtitati
eiusdem generis, quemadmodum ex definitio-
ne clarius apparebit; Transgredior igitur ad
7 tertiam quæstionem, & quæro, † quid sit vsura.
alii aliter definiunt. Ego aliorum definitionibus
ductus proponam, prior est breuissima, poste-
rior paulo ꝓlixior, proinde fortasse etiam aper-
8 tior. Par definitio est, vsura est pretiũ † abusus,
declaro hanc definitionem, accipio pretium
loco generis, pretium igitur late sumo, ꝓ qua-
cunque etiam mercede, quemadmodũ sumitur
in l. insula. 58. *in princ. ff. locat. in l. vlt. ff. ad l. Rhod. de
iact. l. si quis ante* 10. *in fin. ff. de acq. poss.* cumq; pro-
9 prie loquendo pretium dicitur id, † quo ipsa
res æstimatur: Merces autem id, quo æstimatur
10 vsus rei. Qua ratione pretium nominatur † ex
emptione & venditione, merces vero in loca-
tione & conductione. *l. 2. in pr. ff. locat.* Adieci
igitur differentiam, vt verbo abusus separarem
vsuram ab aliis pretiis. Notandum igitur est,
11 alias res † in vsu, alias in abusu consistere. Illæ
sunt, quæ vsu non consumuntur, hæ vero quæ
vsu consumuntur. *l. 5. ff. de vsufr. ear. rer. &c. Cic.*
12 *in Topic.* intelligo † igitur abusum, cum res vten-
do consumitur, veluti cum vtor vino, oleo, fru-
mento: Vsum autem cum res permanet, velu-
ti, cum vtimur ædibus aut fundo. Præterea no-
tanda est distinctio quædam quadrimembris.
Cum enim aliquis ab altero vsum accipit, aut
accipit vsum proprie dictum, aut abusum, &
vel gratis, vel dato pretio, seu sub mercede.
Hinc oriuntur quatuor casus; Primus est, si
concesseris mihi rei tuæ vsum gratis, & voca-
tur *commodatum.* Secundus, si cõcesseris rei tuæ
vsum data vel promissa mercede, *locatio & con-
ductio* dicitur. §. *item si cui. Instit. quib. mod. re con-
trah. oblig.* Tertius, si concedas abusum rei tuæ
gratis, appellatur *mutuum.* Quartus, si conce-
das rei tuæ abusum data mercede, vocatur *fœ-
neratio*, & merces ipsa vocatur vsura. Quamuis
etiam mutuum latius accipi possit, vt etiã com-
plectatur pecuniã fœnebrẽ. *l. præsidiis. 34. ff. de reb.
cred.* Tamẽ proprie loquendo mutuũ † est gra- 13
tuitum, & à fœnore distinguitur. *l. grauius.* 71. §.
vlt. ff. de fideiuss. Plaut. *in Asin. Act. 1. Scen. 3.* Si mu-
tuas nõ potero, certũ est sumam fœnore. Ouid.

*Vita data est vtenda data est sine fœnore nobis
Mutua, nec certa dissoluenda die.*

Ex his intelligimus vsurã pretiũ esse abusus,
quẽadmodũ in locatione † merces est pretiũ ab- 14
usus, & in vẽditione pretiũ † est ipsius rei ad em- 15
ptorem translatio; Nam vsurã præstari creditori
ratione vsus pecuniæ, & ipsa verbi etymologia
ostendit, & posterius magis declarabitur.
Posterior definitio est accessio † pecuniæ, seu 16
additamentum pecuniæ ad debitã sortem eius-
dem generis; Sumpsi pro genere additamentũ
ex *l. frumenti. 12. l. 23. oleo. & l. 26. in pr. inf. h. t.* Con-
stat enim vsuram accedere sorti, & obligationẽ
vsurarum accedere obligationi principali. Dixi
pecuniæ, hoc est quantitatis seu rei constantis
ponderc, numero, vel mensura, quo modo acci-
pitur *pecuniæ* verbũ. *in l. 2. §. creditũ. ff. de reb. cred.*
Nam vsura non tantum † cõsistit in pecunia nu- 17
merata, sed etiã in aliis quantitatibus, vt vino, o-
leo & frumento, &c. *d. l. frumenti. l. oleo. Deuter. 23.
& Nehem. c. 5. vers.* 11. Non tamẽ in corporib. quia
† vsura nec est corpus, nec accedit debito cor- 18
pori, sed est pecunia accedẽs pecuniæ. *l. vnic. §.
cum autẽ. vers. sui aũt. C. de rei vxor. act. l. si pro mutua.
8. ff. de reb. cred. l. 3. §. vlt. ff. d. t. l. deducta.* 58. §. *cum
autem. ff. ad Treb.* Huic tamẽ sententiæ videtur obsta-
re *l.* 17. §. *vlt. h. t.* vbi videntur deberi † vsuræ sta- 19
tuarum. *& l. 1. ff. de naut. fœn.* vbi merces trans ma-
re vehẽda accipitur ꝓ pecunia nautica, adeo vt
eius vsura debeatur, *& l. pro auro.* 25. *inf. h. t.* vbi
vsura recte soluitur † aut permittitur, facto chi- 20
rographo ꝓ auro vel argẽto, vel vestimẽto. Pro
solutione respondeo, neq; statuarum, neq; vesti-
menti, aliusve rei similis deberi vsuram, sed æ-
stimationem, nõ vt in prima illa specie, cũ scil.
statuæ debentur, constat ex *l.* 5. *ff. de operib. publ.*
Deinde dixi *ad sortem*, quoniã omnis † accessio, 21
siue omne additamentũ refertur ad id, cui acce-
dit, atq; ita vsura refertur † ad summã principa- 22
lem, q̃ Græci κεφάλαιον, Latini vsurã appellant.
Præterea dixi *debitam* quod vocabulũ † late acci- 23
piendũ est, vt verbũ *credendi* accipitur *in rub. ff. de
reb. credit.* vt contineantur omnes obligationes,
quia, vt antea notaui, certum est, vsum iure ac-
cedere, nõ tantum mutuo, sed ẽt aliis obligatio-
nib. tã bonæ fidei, q̃ stricti iuris. Tandem dixi
eiusdem generis, h. e. eiusdẽ materiẽ. ex *d. l. oleo,
infr. h. t.* Et Atistot. *lib. 1. πολιτ. c. 7.* quoniam defi-
nitio vsurã prope dictam cum accedit pecunia
numerata pecuniæ numeratæ, oleum oleo, vi-
num vino, &c. Quod si alterius sit generis, sit
alterius vsura, non est proprie loquendo vsu-

ra, sed

ra, sed aliquid datum vel promissum loco vsurę. *l.14.l.cum nō.16 infra eod.* Sequitur quæstio quarta, quid vsura † differat à pœna, & eo quod interest. In primis sciendum est, hæc tria vsuram, pœnā & interesse † natura ac definitione differre, ita tamen, vt subiecto idem esse possint, hoc est, possint concurrere & eadem pecunia debita interdum dici posset & vsura & pœna, & id quod interest, hæc omnia probanda atque explicanda sunt. Primum igitur vsura & pœna † distinguuntur. *l.47.ff. de act. empt. l.13. §. vlt. ff. de pignor. l. 8. §. illud. ff de lib. legat.* item vsura † & interesse distinguuntur. *l. 2. §. vlt. de eo quod cert. loc. l. 52. §. idem respondit Socius ff. pro Soc. l. vlt. ff. de peric. & comm. rei venditæ. l. quod solidum. 78 §. etiā. ff. de leg. 2. c. dilecti. extr. de for. compet.* Deinde distinguuntur etiam pœna † & interesse. *l. 38. §. alteri. ff. de verb. signif. §. alteri. Instit. de inutil. stipul.* Veruntamen sæpe contingit, vt hæc concurrant, nempe vt idem sit vsura † & pœna. *l. 11. l. 44. ff. h. tit. l. 40. ff. de reb. credit. l. si quis instituatur. 23. §. pen. ff. de heredib. instit. l. 90. de verb. oblig.* Idem debeatur nomine † vsuræ & interesse, *l. 60. ff. pro Socio. l. 29. §. condemnatio. ff. de ædilit. edict.* Item quoque interdum sit pœna † & interesse. *l. vlt. de eo quod cert. loc. l. 19. §. 1. ff. iudic. solui.* Cum hæc ita habeant, notandum est, inter hæc tria discrimen, & explicandum, quomodo à se inuicem distinguantur, & quomodo concurrant. Nam hæc quoque expositio naturam vsuræ manifestissime reddet nobis. Vsura, vt exposui, † est pretium vsus pecuniæ debitæ; interesse autem † est quanti æstimatur damnum acceptum vel lucrum amissum. *l. vnic. C. de eo quod interest. l. si commis. 13. ff. rem rat. hab.* malo dicere quanti æstimatur, quam æstimationem, quoniā æstimatio non æstimatur, id quod interest, æstimatur, *l. 2. 3. de milit. iur.* pecunia † vero est quicquid debetur eo, quod factū est, quod fieri non debuit, vel factū non est, quod fieri debuit, *l promis. 37. l. vt pactum. 40. ff. de transact. §. vlt. instit. de verb. oblig.* Ergo hæc tria modo † separata sunt, modo concurrunt. Primum potest esse vsura, quæ nec sit pœna, † nec interesse, vt cum debetur vsura propter merum lucrum creditoris stipulantis vsuras; non potest enim dici pœna, quia debitor non fuit in mora. *l. lecta 40 ff. de reb. credit.* Non potest etiam dici interesse, quia supponimus creditorem, nisi mutuo pecuniā dedisset, habiturum eam fuisse otiosam. Interdum est tantum pœna seiuncta ab vsura, & eo quod interest vt cum quis stipulatur pœnam, si quid factum fuerit, vel non secundum formulam *in d. §. vlt. de verb. obligat.* Nam hæc non est vsura cum re, quia superponimus deberi aliud quam quantitatem, vsuras aut in sola quantitate consistere, supra docuimus, cū eo, quia vsurarū obligatio semper accedit obligationi sine qua nō consistit, ꝙ secus est in stipulatione pœnaria, quæ per se sola stare potest, vt & legatum pœnæ nomine relictum. Non est etiam interesse, quia pœna † ex stipulatione debetur, etiamsi nihil intersit stipulantis. *l. 38. §. alteri. de verb. obl. §. alteri. Instit. de inutil. stipul.* Interdum est tantum interesse, non pœna, nec vsura. Non pœna, quia debetur sine culpa debitoris, non vsura, quia non accedit obligationi sortis, veluti cum quis stipulatur ꝙ sua interest, aut quid quod in faciēdo consistit, quandoque est simul vsura & pœna, non tamen interesse, vt cum creditor stipulatur vsuras pœnæ nomine propter moram debitoris, vt in specie. *l. lecta. ff. de reb. credit.* nempe hoc supposito, quod non interfit creditoris habituri pecuniā otiosam; quandoq; est vsura & interesse, non pœna, veluti cum creditor mutuam pecuniam dat, sibi post certū tempus reddendam, & interim stipulatur vsuram in compensationem eius, ꝙ sua interest, non carere pecunia credita; nā hæc non potest dici pœna, cum nulla sit debitoris mora: alias est & pœna & interesse, non tamen vsura, veluti cum quis stipulatur certam pecuniam extra causam vsurarū, vt ea ratione consequatur, quod sua interest, cuius loco stipulatus est certam pœnam, vt scilicet vitaret difficultatem probandi interesse, secundum ea quæ traduntur à Iustin. *in d. §. vlt. de verb. obl.* & à IC. *in l. vlt. ff. de stip. prætor.* Quandoque simul est & vsura & pœna & interesse, veluti si quis pœnæ nomine stipuletur vsuras à debitore, si commiserit moram, propter quam ipse creditor damno afficiatur. Sequitur quinta quæstio, quot sint genera † vsurarum; notandæ igitur sunt aliquot diuisiones. Aut est vsura proprie dicta, † eo quod quantitas accedit quātitati eiusdem generis, vt exposui supra in definitione vsuræ, aut improprie accepta, ꝑ quacunque re accedente sorti, etiamsi sint res diuersi generis, aut quæ nec numero nec pondere, nec mensura constant, prout accipitur vsura 14. *quæst. 3. per totū.* Secundo aut est vsura † lucratoria, aut compensatoria, aut punitoria. Sic enim Dd. distinguunt & appellant. Lucratoria est, quæ debetur † ob merum lucrū creditoris, & ꝓprie vocatur reditus. *l. præsidis. 34. ff. de reb. creditu. l. 44. l. si ita. 86. de legat. 3.* atque hæc est, quę vocatur † reditus pecunię. *l. 24. ff. de præscript verb. l. à lumine. ff. de adminis. leg.* vt quæ debetur vsus fructus nomine relicta. *l. 3. de vsufruct. earum &c.* Compensatoria est, quæ debetur † ratione eius quod interest creditoris, ne damno afficiatur, quod vsu suæ pecuniæ careat, *l. 60. ff. pro Socio.* Punitoria est, quæ debetur † propter moram debitoris. *l. cum quidam. 17. §. si pupilli. ff. h. tit.* atque hæc vocatur etiam † pœna. *d. l. lecta. ff. de reb. cred.* plerunque tamen propter moram debitoris creditor damno afficitur, adeo vt eadem sit vsura punitoria † & compensatoria. Cū enim debitor † est in mora, adimit creditori commodum & vtilitatem temporis, adeo vt videant minus soluere, quia serius soluit, qua de re po-

rē posterius dicendum erit, vnde non in commode possumus reducere, hanc diuisionem ad
48 bimembrem, & duas vsuræ † species constitue-
49 re. Fœnus, † quod debetur propter lucrum de-
50 bitoris, & pœnam † quæ debetur propter moram debitoris & interesse creditoris. Tertio o-
51 mnis vsura † aut est centesima, aut pars centesi-
52 mæ. Centesima † est necessaria vsura. *l. eos. §. vlt. hoc tit. l. 38. ff. de negot. gest. leg. 54. de admin. tut.* ac
53 dicitur etiam † vsura legitima. *l. 7. §. quæ autem. ff. eod.* quia maior vsura lege & iure deberi non
54 potest. Est autem vsura † centesima pars sortis quæ debetur singulis mensibus. *d. leg. lecta.* adeo vt 12. debeantur in Anno pro 100. vt hodie loqui solemus, cuius vsuræ mentio fit etiam apud Nehemiam *capit. 5. versic.* 11. Hæc centesima, quia maxima est, & 12. reddit pro 100. singulis annis commode subit rationem assis, ita vt reliquæ vsuræ hanc appellationem accipiant, tanquam
55 eius partes, quandoque minor † quantitas in maiori inest. *leg. 1. de verbor. obligat.* Sic dicitur vsu-
56 ra bessis † centesimæ semissis vel dimidia centesimæ, vt triens seu centesimæ pars tertia. *d. leg. eos. §. 1. hoc titul.* eademque ratio est quadrantis sextantis & cæterarum. Ergo vt has breuiter explicemus † vsuræ deunces dicuntur, cum so-
57 luuntur in Anno 11. pro 100. dextantes 10. dodrantes cum 9. sic bessis efficiunt 8. septunces. 7. semissis, quæ etiam semissales appellantur. *leg. 10. ff. de pollicit.* Quincunces. 5. quadrantes. 4. trientes 3. sextantes. 2. Vnciæ siue vncialiæ. 1.
58 Quarto aliæ sunt vsuræ † licitæ & in iure permissæ, aliæ illicitæ, hoc est iure prohibitæ. *d. leg. eos. §. 1. hoc tit. leg. placuit. 29. ff. eod. l. 8. ff. si cert. pet.*
59 Non desunt tamen, qui putant omnes vsuras †
60 esse illicitas & naturæ contrarias, qua de re mox videbimus. Postremo species vsuræ † est fœnus nauticum, quod etiam vocatur vsura maritima, definiturque vsura pecuniæ traiectitiæ, hoc est, trans mare vehendæ periculo creditoris: huic pecuniæ traiectitiæ & vsuræ nauticæ comparatur alia quæuis pecunia, cuius periculum contra naturam mutui creditor subit: sed de his vsuris, quoniam habent multa specialia, tractabitur infra specialiter. Hæc de vsu-
61 rarum diuisionibus, superest ea quæstio examinanda, an vsuræ † licitæ sint, & iure exigi possint; nam hac de re admodum variæ & discrepantes sunt doctorum virorum sententiæ, præsertim Iurisconsultorum & Theologorum, aliis omnes vsuras reiicientibus, aliis probantibus, & aliis alias distinctiones commiscentibus. Nos, vt hæc quæstio plenius tractetur, primum ea proponemus quæ videntur vsuris aduersari, tum ea, quæ pro vsuris faciunt, postea respondebimus ad argumenta contra vsuras adducta. Deinde expendemus quasdam aliorum distinctiones. Postremo sententiam nostram aperiemus.

Quod attinet ad primum caput, ostendam, vsuras † repugnare iuri naturali, iuri diuino veteris ac noui Testamenti, iuri Pontificio, & iuri ciuili. Quod iuri naturali repugnent, probo authoritatibus & rationibus. Cum enim doctissimi quique ex Ethnicis, qui lumine tantum naturæ veritatem indagarunt vsuras condemnent, perspicuum est, naturalem rationem quæ ius naturale, hoc est, ius gentium constituit damnare vsuras. Inprimis Plato *lib. 5. de legib.* 63
diserte prohibet † vsuras, & fœneratores ita punit, vt debitores nec ad sortem reddendam, nec ad vsuras teneri posse μήτε δανύειν, inquit, hoc est, non debes fœnerari. Aristoteles quo- 64
que *l. 4. Ethic. capit. 1.* Fœneratores † comparat Lenonibus, quod vtrinque ex turpi causa quæstum captant, & damnat fœnerationem, vt odiosam & præter naturam. Item Plato libellum 65
† scripsit *de vitanda vsura*, in quo inter alia fœneratorum genus pessimum appellat, quod ante Plutarch. dixit Plaut. in Mostel. *act. 3. scen. 1.* Videtur ne obsecro idoneus Danista qui sit genus, quod improbissimum est: nullum ædepol hodie genus hominum tetrius, nec minus bono cum iure quam Danisticum. Præterea Cato *lib.* 66
1. de re rustica testatur, fœnerationem † esse rem inhonestam, posse ait, fœneratorem existimari 67
peiorem † ciuem quam furem. Idem Cato referente M. Tullio in *lib. 2. de offic.* Interrogatus, 68
quid esset † fœnerare, respondit hominem occidere. Columella *lib. 1. de re rustic.* Fœnerationem inquit, esse † inuisam etiam iis, quibus succurrit. Ex his authoribus apparet, magnos & doctos viros naturali lumine docuisse damnandas esse vsuras. In confirmationem huius sentiæ addo multas rationes. Prima ratio sumitur ex Aristotelis *lib. 1. Polit. capit. 7.* à quo mutuatus est Chrysostom. *in Canon. deiiciens. distinct. 16.* Pes- 70
sima namque est † res sterilis. Ergo contra naturam est, vt pariat vsuras, quæ tamen ex pecunia gignuntur, vnde dicitur fœnus & τόκος, vt supra exposuimus, vnde Chrysostom. distinguit † inter vsuram seu fœnus pecuniæ, & mer- 71
cedem domus aut fundi locati. Fundus enim non est res sterilis, sed parit varios fructus, domus quoque præbet quasi fructum quendam habitationis. Merito igitur Chrysostom. accipit mercedem fundi vel ædium locatarum, quia propter locationem illam cares fructibus tuæ rei. Sed pecunia reposita, nullos fructus tibi procreasset, nullum eius vsum habuisses: non debes igitur pro ea concessa alteri quandam mercedem, hoc est, vsuras capere. Secunda ratio est Hotomanni *lib. 2. de vsur. capit. 1.* quia fœ- 72
neratio † non numeratur inter modos dominii acquirendi; ergo illicite agunt fœneratores, qui acquirunt, modo non probato. Tertia ratio: 73
Non debet aliquis † lucrum capere ex re, cuius periculum ad eum non pertinet. *l. is qui. 13. §. 1. ff.*

commodati. Atque periculum pecuniæ creditæ non pertinet ad creditorem. *leg. incendium. 11. ff. si cert. petat.* Ergo creditor non debet ex ea pecunia lucrari vsuras. Quarta ratio, vt Bald. hic. O-
74 mnis vsura † est superabundantia. *capit. consuluit. 10. extr. hoc tit. capit. putant. 13. quæst. 3.* ergo est vi-
75 tiosa, quia virtus † in mediocritate consistit, vitium autem est defectus vel superabundantia.
76 Quinta ratio, in mutuo transfertur † dominium ad debitorem. *leg. 2. §. appellatur. ff. de reb. cred.* Cum igitur pecunia credita sit in dominio creditoris, absurdum est, & contra naturam, vt creditor ex ea lucretur aliquid inuito Domino.
77 Sexta ratio, Mutuum † est gratuitum, vt supra docui ex *leg. grauius. ff. de fideiuss & Plaut. & Ouid.* Ergo non debet ei accedere vsura; sic enim non
78 esset gratuitum. Septima ratio, Mutuum † est inuentum, vt egentibus succurratur; debet igitur esse beneficium à creditore collatum in debitorem egentem pecunia. Atqui vsura tollit beneficium, quia fœnerator suum non debito-
79 ris lucrum captat. Vsura † naturæ mutui & beneficii in proximum conferendi repugnat, vnde Cicero *2. libro de finib.* ait; Nec si tuam ob causam cuiquam commodes beneficium tibi est, sed fœneratio. Et Seneca *lib. 4. de beneficiis. cap. 3.* Istud non est beneficium, sed fœnus circumspicere non vbi optime ponas, sed vbi quæstuosissime habeas, vnde facilime tollas. Octaua Ratio Innocentii in *capitu. in ciuitate. extr. hoc titu.* Quia fœneratores accipiunt pecuniam à debitoribus ratione temporis, quod debitoribus indulgent ad soluendum debitum. Ergo vendunt debitoribus tempus quod est absur-
80 dum, quia tempus natura † omnibus est commune. Eadem ratio est omnium mercatorum, qui merces suas ideo carius vendunt, quod non accipiunt ab emptore præsentem pecuniam sed solutio pretii differtur in aliquod tempus,
81 vnde hi omnes † vocantur à Canonistis vsurarii. Nona ratio si vsura recte debeatur, necesse est eam deberi vel ratione sortis, hoc est, ipsius pecuniæ creditæ, vel propter vsum illius pecuniæ. Sed neutrum dici potest. Ergo nullo modo vsura deberi potest. Nam pro sorte seu pecunia credita, hoc est, pro re ipsa ideo non po-
82 test deberi vsura, quia re non † contrahitur obligatio, vltra quam datum est. *leg. si tibi. 17. in pr. ff. de pact. l. rogastis. 11. §. 1. ff. de reb. cred.* Si igitur 100. sunt credita, centum tantum debentur. Nulla igitur est vsura. Sic enim aliquis deberetur
83 vltra 100. Ita probatur vsuram † non deberi pro re, & hinc etiam probatur non deberi
84 pro vsu rei, propterea quod in his rebus, † quæ mutuo dantur. Vsus rei non separatur ab ipsa re. *leg. 2. & 7. ff. de vsufruct. earum rer. quæ vsu consum. §. instituitur. Instit. de vsufruct.* Vnde fit, vt non pos-
85 sit deberi vsura † pro vsu, quin debeatur pro i-
86 psa re, siquidem vsus à re † non separatur. Sed iam probauimus, non deberi pro re. Ergo simul apparet, non deberi pro vsu. Quod si dicas deberi pro vsu separato à re & rei dominio, cum hic vsus nullus sit, iam pro nihilo debebitur vsura, quod est contra naturam. Quo circa inquit Plutarch. *in libro de euitand. vsur.* Fœneratores eludere physicos dicentes, ex nihilo nihil fieri, se namque ex nihilo facere vsuras. Vi- 87
dentur etiam huc respexisse, qui vsuram † furto & rapinæ compararunt. *Canon. si quis vsuram. & Can. seq. 14. q. 4. 10.* & vltima ratio sumitur ab 88
effectibus. Nam cuius rei sunt † mali effectus, 89
necesse est eam esse malam. Atqui fœneratio & vsura † producit malos effectus. Mala igitur est. Malos esse vsuræ & fœnerationis effectus, ita ostendo; Primo si in Repub. permittatur fœneratio, obsolescent ac deserentur artes vtiles & necessariæ, quoniam aliæ omnes artes aut sunt periculosæ, vt mercatura, aut laboriosæ, vt agricultura, sola fœneratio & labore & periculo vacat. Iam enim diximus pecuniam esse periculo debitoris, & ex ea lucrum peruenire ad creditorem desidem & otiosum. Atque hac ratione contra vsuras vtitur Innocent. *c. 1. extr. tit. hoc.* Præterea vsura nocet & creditoribus & debitoribus, praua igitur est, & prauos effectus pa- 90
rit, reddit enim creditores auaros, imo eadem † est fœnerationis, & auaritiæ origo, si credimus Pli. *li. 33. c. 3.* A nummo prima est origo auaritiæ, excogitata fœnore, quæstuosa segnitia. Præterea vsura reddit creditores inuisos. *Columell. libr. 1.* Fœneratio inquit, etiam iis inuisa est, quibus succurrit. Tandem reddit fœneratores maledictos, vt diserte *in can. eiciens. in distinct. 88.* Quod autem vsura debitori noceat, multo est euidentius; non solum enim est onus † pauperibus 91
graue, vt ait Appian. *libr. primo. de bell. ciuilibus. pagina* 181. sed etiam intolerabile ipsis diuitibus, qui fœnori accipiunt, vt ait Plutarch. *in libr. quarto, de vitanda vsura*, pauperes autem ita opprimit, vt eos trucidare, & eorum mors esse dicatur, vnde Auson. *capitu. 5.* turpia lucra fœnoris & auaritiæ inopem vsura trucidat. Et Cato dixit, fœnerare idem esse, quod hominem occidere, teste Cicer. *2. libr. offic.* & Ambros. nihil interesse putat inter funus & fœnus, & inter mortem & sortem, atque ab iis demum vsuras vult exigi, quos non sit crimen occidere; sine
ferro † enim dimicare eum, qui vsuras flagi- 92
tat, & sine gladio se de hisce vlcisci, qui fuerit vsurarius exactor inimici. *can. vlt. 14. quæst. 4.* Augustin. quoque, an crudelior, inquit, & † qui 93
subtrahit aliquid, vel eripit diuiti, quã qui trucidat pauperem fœnore. *can. penult. q. ead.* Præterea fœneratio, vt ait Plutarch. *in d. libr. de vitand. vsur.* profanat sacros & festos dies, quod reddit nefastos & execrandos nimirum propter asperitatem exactionis, & quamuis Plutarch. loquatur de festis diebus Ethnicorum, tamen eadem

dem ratio in nostris Rebuspubl. locum habet.
94 Sic enim hodie solent fœneratores † conferre exactionem debitorum in certa tempora festis notata, vt olim veteres conferebant in
95 Kalendas & Idus. Insuper fœneratio † parit discordias & seditiones in Republ. vt testatur Tacitus *lib. 6. Annalium.* his verbis; est vrbi tenebræ malum & seditionum discordiarumque creberrima causa, hæc Tacitus loquens de discordia quadam ex vsurarum exigendarum causa orta sunt, & alia harum discordiarum & seditionum exempla, præsertim apud Liu. *lib. 2.* & alibi, & Appian. *lib. 1. de bell. ciuilib.* Hieremias quoque videtur huc respexisse cum ait *cap. 15. vers. 10. Væ mihi mater mea, quod genuisti me virum rixæ & virum discordiæ toti terræ non fœnerauí eis, nec fœnerati sunt mihi, omnes maledicunt mihi,* quasi dicat, etiamsi nullam discordiæ causam vnquam præbuerim, quia nec fœnori dedi, nec fœnori accepi, tamen ficto quodam incidi in multas discordias & rixas. Hactenus rationes, quæ damnant vsuras q. iuri naturali contrarias: deinceps consideremus alia iura Diuinum scilicet, Pontificium & Ciuile. Ex veteri Testamẽto citantur hæc loca contra vsuras. *Exod. c. 22. ver. 25. Leuit. 25. ver. 35. 36. 37. Deut. 13. vers. 19. 20. Nehem. 5. vers. 7. 8. 9. 10. & 11. Psal. 15. vers. vlt. Prouerb. 18. vers. 8. Ierem. 15. vers. 10. Ezechiel. 18. vers. 8. & 13. c. 22. vers. 12.* ex nouo autem Testamẽto *Luc. 16. vers. 25.* vbi Christus ait: *Mutuum date*
96 † *nihil inde sperantes.* quibus verbis videtur damnare vsuras: nec enim prohibet recipi sortẽ, alioquin esset donatio, non mutuum. Ergo prohibitio illa, ne ex dato mutuo aliquid speremus, intelligenda est de vsuris. Iure Pontificio vsuræ passim dãnantur, *extra hoc tit. dist. 47. Can. quoniam multi. & distinct. 88. Can. eiiciens. & 14. q. 3. & 4.* & quia prohibentur tanquam iuri diuino
97 contrariæ, idcirco infirmantur ẽt statuta † vsuras permittentia. *clem. vnic. extr. hoc tit.* Imo omnes leges, quæ vsuras permittunt, adeo vt Imperator non possit eas concedere, quia non potest iuri diuino aduersari, vt ait gl. *in can. non licet. distinct. 10.* Supereſt cõsiderandum ius ciuile, quod tripartitum considero, nempe ius antiquum ante Iustin. ius Cod. & ius Nouell. vt ostendam omnibus his iuribus prohiberi vsuras: de iure antiquo probo primum ex Varrone *in præfat. lib. 1. de re rust.* vbi ait; *Maiores nostri sic habuere & ita in legibus posuere, furem dupli condemnari, fœneratorem quadrupli, quanto peiorem ciuem existimarint fœneratorem quam furem hinc licet existimari.* Idem probo ex Liu. *lib. 7. pag. mihi* 819. Inuenio, inquit, apud quosdam tribus plebis tulisse ad populum ne fœnerare liceret: his adde Appian. *lib. 1. de bell. ciuilib.* illo loco, *νόμῳ τινος παλαίᾳ προσαγορεύοντος μὴ δάνεισιν ὀπὶ τόκοις ἐι βημείαν ὕτο τὸ δανδισάντα πρὸς ὄφλει, ἐπισφῆναι μὴ δόκυσινοί φαμάιοι καπάπερ ἐμένετο,* &c. *hoc est, lege quadam antiqua vetante credere sub vsuris alioquin ita credentem mulctantem, auersari enim mihi videntur Romani, vt Græci pecunias credere quasi cauponari, & onus graue pauperibus ac litigiosum, & inimicitias pariens.* Tacitus quoque 6. *Annalium* testatur: *l. tribunitia sublatas aliquando esse vsuras, hæc de iure Quiritum antiquo.* Quod attinet ad Cod. Iustin. fœnus † vo- 98
catur improbum & fœneratores notantur infamia. *leg. improbum. 20. C. quibus cauſsis infam. not.* Denique Iust. *Nouell. 131. c. 1.* confirmat quatuor concilia, in quibus est consilium Nicænum; quod constat prohibuisse vsuras, *can. quoniam. destinct. 47. & can. multi quoniam 14. q. 4.* Consequenter igitur etiam Iustin. ea nouella prohibet vsuras. Hæc dicta sint contra vsuras. Sequitur secundum ordinem propositum, vt disputemus pro Vsuris, vt autem hic vtar eodem ordine, quem contra Vsuras adhibent; incipiã à iure naturali, vt ostendã vsuras † huic 99
iuri esse consentaneas. Primum argumentũ sumo ex authoritate multarum gentium & definitione iuris naturalis. Videmus enim apud omnes fere populos hoc obseruari, vt vsuræ præstentur, quamuis apud alios grauiores, apud alios leuiores. Hoc igitur ius gentium est, † quo 100
omnes gentes vtuntur. Secundo nisi vsuræ permitterentur, non facile inueniretur; qui vellet pecuniam credere; Sic enim vtilitatem suæ pecuniæ, quam ipse tanquam Dominus percipere licite possit, ad alium transferret. Sed vt ait Cic. sibi vt quisque quo ad vsum vitæ pertineat, quam alteri acquirat, concessum est non repugnante natura. Tertio qui pecuniam suam alteri credit, damnum patitur, quia interim non potest eam pecuniam in vsus suos conuertere, & quamuis fingas creditorem interim non egere ea pecunia, nam hoc contingere potest, tamen incidit in illud periculum vt egeat, & egens pecunia careat; æquum igitur est aliquid ei solui à debitore præter sortem vel ad damnum illud resarciendum, vel etiam pro æstimatione illius periculi. *argumento. l. nec emptio. 8. §. 1. ff. de act. empti.* Quarto vsurarum constitutio vtilis & debitori & creditori, non solum quia debitor eo facilius inueniet, à quo accipiat pecuniam mutuam, qua eget: Creditori autem ea pecunia non erit ociosa, sed etiam quia omnino æquitas suadet, debitorem creditori præstare quod eius interest, non carere sua pecunia, vt omnes concedant, etiam ii, qui vsuras improbant, atqui vsuræ † debentur ratione eius, 101
quod interest, vtpote socius qui pecuniam communem in vsus suos conuertit vsuras præstat nomine eius, quod socii interest. *leg. socium qui 60. ff. pro socio.* Et negotiorũ gestor † percipit 102
vsuras pecuniæ à se in negotio gerendo impensæ, ne officium suum ei sit damnosum. *leg. in contraria. 37. ff. d. tit. titu.* Longe autem vtilius est, vtrique parti præstari vsuras, quam simpliciter id quod interest. Creditori enim vtilius est, pro-

pter difficultatem probandi intereſſe, quod adeo difficile probatur, vt plerunque condemnatio redigatur ad minimam ſummam, adeoque vtilius eſt, certum quid pœnæ vel vſurarum nomine ſtipulari, quam in eas difficultates incidere. *l. vlt. ff. de verbor. obligat. inſtitut. de verbor. obligat.* Rurſus debitori vtilius eſt, conueniri in certas vſuras lege definitas & moderatas, quam intereſſe, quod fortaſſe longe excederet ſummam vſurarum, vt Iuris Conſultus *in l. vlt. ff. de peric. & comm. rei vend.* ait; debitorem, qui eſt in mora ſoluendi pretii, tantum in vſuras venditori teneri, non quicquid eius intereſt præſtare, ſi forte venditor ſit mercator, qui ea pecunia accepta negotiatus eſſet, & multo plus lucratus, quam legitimæ vſuræ faciant. Quinto contra
103 naturam eſt, vt quis locupletetur † cum iactura aliena, vulgata *l. nam hoc natura. ff. de cond. indeb.* Iniquum igitur, vt debitor ex pecunia ab alio accepta lucretur cum iactura creditoris, interim pecunia carentis, & hac ratione dicitur æquum eſſe, vt emptor qui percepit fructus ea re empta præſtet vſuras pretii *l. 2. in hoc titul. l. 5. inſt. de act. empt. l. Iulianus. 13. §. veniunt. ff. eod.* Quas vſuras non præſtat, ſi rem emptam non acceperit. *l. liberalitatis. 16. ff. hoc titul.* Similiter cum hæres iuſſus eſt accepta certa ſumma reſtituere hereditatem, ſi eam reſtituerit, nondum pecunia à fideicommiſſario accepta, æquum eſt, vt fideicommiſſarius, qui fructus ex hereditate percepit, non tantum pecuniam, ſed etiam vſuras præſtet. *l. pacta. 66. §. reſcripta. ff. ad Trebell.* Nec moueor, eo quod pecunia credita dicitur eſſe debitoris & non creditoris, hoc enim argumento ſupra vſi ſumus contra vſuras, & ad id poſtea reſpondebo, cum obiectiones diſſoluam. Sexto natura non prohibet, quo minus ita ſocietas contrahatur, vt vnus tantum pecuniam, alter tantum operam conferat, & lucrum commune ſit, atque eorum alteruter damni periculum non ſubeat. *§. de illa inſtit. de Societ.* Ergo, Natura non prohibet obligationem vſurarum, illi ſocietati iiunctam, veluti ſi pecuniam credam Mercatori, vt inde certam lucri partem accipiam, nempe tot, puta ſex pro centum, ac damno, ſi quod contingat non tenear. Septimo, cum debitor accipiat beneficium à creditore, naturaliter ei tenetur ad antidota. *leg. ſed & ſi. 25. §. conſuluit. ff. de petit. heredit.* Ariſtoteles *lib. 5. Ethic. capit. 5.* Imo ita tenetur, vt ſi poſſit, plus reddere debeat, quam acceperit, ſi Heſiodo & Ciceroni credimus. Heſiod. ἐν ἔργοις ἐν μὲν μέλησθε πάροιθεν, ἐῦ δ' ἔπιδόναι αὖτῳ τῷ μέτρῳ καὶ λῷον ἔτισαι δυνατὸν. *Hoc eſt, rectam menſuram mutuo accipe à vicino, & eadem menſura redde, ac maiori, ſi poſſis.* Cicer. *lib. 1. offic.* Si ea, quæ vtenda acceperis maiore menſura, modo poſſis iubet reddere Heſiod. Quidnam beneficio prouocati facere debeamus; An non imitari agros fertiles, qui multo plus afferunt, quam acceperunt: Ratione igitur eius beneficii tenetur debitor aliquid præſtare. Proinde vſurarum præſtatio † naturali æquitati eſt conſentanea. 104
Quid enim aliud eſt reddere mutuum † maioti menſura, quam 105
reddere cum acceſſione. Hinc eſt, quod Iuris Conſultus ait: Depoſitarium qui moram non commiſit, non debere vſuras, quia beneficium non accepit ſed dedit, dum pecuniam ex depoſiti cauſa ſuſcepit, *l. Lucius. 24. l. de die. 25. §. 1. ff. depoſiti.* A contrario igitur ſenſu. Si beneficium accepiſſet, vſuras merito deberet. Octauo, in tempore eſt aliquod commodum, adeo vt qui citius † ſoluit, dicatur plus ſoluere, & qui ſe- 106
rius ſoluit, dicatur minus ſoluere. *leg. ſi conſtante. 24. ff. ſolut. matrimon. l. 82. debitor. in pr. de leg. 2. l. 3. §. 1. de le. 3. l. 15. ff. de ann. leg. l. 1. §. ſi quis venditori. l. 45. l. circa. 66. l. 88. §. vlt. ff. ad leg. Falcid. l. generaliter. ff. de fideicomm. libert. l. 85. ſolidum. ff. de ſolut. l. vt ſi cui. 12. §. vlt. de verb. ſignificat. §. plus autem. Inſtit. de act.* Quod ita verum eſt, vt dies dicatur eſſe † 107
pars ſummæ debitæ. *l. 1. §. editiones. ff. de edend.* & ſi quis † paciſcatur, ne ad tempus petat, dici- 108
tur donare, *l. in ædibus. 9. in pr. ff. de donat.* Si igitur debitor ſtatuto tempore, aut poſt moram ſortem reddat ſine vſuris, hinc abeſt, vt ſatisfaciat præcepto Heſiod. & plus det quam acceperit, vt è contrario minus ſoluat, minus inquam ratione temporis, vt modo expoſui. Ex his probatur legitimum vſurarum † vſum naturali ra- 109
tioni eſſe conſentaneum. Iure enim diuino non eſſe † omnino prohibitas vſuras, ex eo apparet, 110
quod Deus permittit, vt Iudæi extraneis fœnori dent. *Deut. cap. 23. verſic. 20.* Quod enim ſimpliciter † eſt malum, id omnino prohibetur, non 111
conceditur reſpectu certarum perſonarum; Nec poteſt admitti eorum interpretatio, qui eam permiſſionem referunt ad ſolos hoſtes, quos Deus deleri à Iudæis iuſſerat. Nam fœneratio † eſt pars commercii: cum illis enim non 112
erat Iudæis commercium, dum quorſum Deus permitteret illis fœnerari, quos iuberet occidi, præterea verba textus non ſignificant hoſtes, ſed tantum extraneos ſeu peregrinos, non placet etiam illorum interpretatio qui dicunt, hoc Iudæis permiſſum fuiſſe erga exteros, quoniam etiam exteri fœnori darent Iudæis, & ita æquo iure vterentur, quamuis fœnerari ſit peccatum; non enim Deus † inſeruit peccatis homini, nec 113
propterea conceſſiſſet Iudæis delinquere quod exteri delinquerent, potius prohibuiſſet tam fœnori extraneis dare, quam ab eis accipere. Quod ad ius Canonicum, prohibentur quidem paſſim vſuræ, ſed notandum eſt, eo iure appellatione vſurarum ſignificari videri tantum vſuras illicitas, quemadmodum & vulgus hodie loquitur, vt quas ius ciuile † vſuras licitas ap- 114
pellat, vulgo intereſſe nominent. Nam omnes Canoniſtæ admittunt vſuras compenſatorias

ratio-

ratione eius, quod creditoris interest exigi posse. *Abb. & alij in c. conquestus. ext. hoc tit.* quod etiam nostri testantur Accurs. & Dd. *in l. 2. ff. eod.* quoniam interesse licite petitur iur. can. *cap. 2. extr. de fideiuss.* Ergo etiam hoc iure vsuræ aliquo casu permittuntur, non omnino improbantur. Nostra autem sententia nõ est, quod omnes vsuræ probentur, cum certum sit, quasdam esse
115 illicitas: tandem certum est, vsuras † permitti iure ciuili *l. eos 36. §. 1. infr. h. t. & alibi passim.* Hæc dicta sint pro Vsuris & contra Vsuras. Consequens est, vt expendamus & discutiamus rationes contra vsuras adductas, vt tandem constet, vsuras etiam esse omnino improbandas, dum modo legitimus earum vsus adhibeatur.

Prima ratio contra vsuras erat, quia pecunia est res sterilis, contra naturam igitur est, vt pariat vsuras; Ad hanc roẽm multis modis respõdere possumus; primum hæc ratio cessat in frumento, hordeo & similibus rebus quibus non minus quam pecuniæ numeratæ vsuras accedere supra docuimus. Nam frumentum serendo multiplicatur atque ita fructũ parit; Secundo, neque ædes, neque aliæ res similes, quæ nõ minus quam illę agricolari solent, & licite possunt, vllos fructus pariunt. Si igitur propter illarum rerum vsum translatũ licite aliquid accipimus, etiam ob pecuniæ vsum translatum aceipere possumus. Atqui obiiciebat Chrysostomus ædium est aliquis vsus, nempe habitatio, quæ est loco fructus, pecuniæ non idem. Respondeo etiam pecuniam numeratam, nedum frumentũ habere aliquem vsum, qui videri possit, loco fructus, ita vt æquum sit, me illo pecuniæ vsu accipere aliquid in compensationem; vt. n. frumentum serendo, ita pecuniam negotiando multiplicare possumus, vt emendo & transuehendo merces, vnde lucrum aliquod faciam;
116 Tertio respondeo nihil nocere † vsuris sterilitatem pecuniæ, quoniam, vt inquit IConsultus *in l. vsura 121. ff. de verb. signif.* Vsura non percipitur, seu non est ex ipso corpore; non enim ita percipimus vsuras, quasi pecunia pariat pecuniam, sicut pecus pecudem parit. Sed vsura est ex alia causa, h. e. ex noua obligatione, nimirum ex stipulatione, quæ accedit mutuo, adeo vt sint duo contractus, alter re celebratur qui pertinet ad solam sortem, & est mutuum contractus principalis, alter qui verbis perficitur, & est stipulatio vsurarũ accessoria. Cum igitur liceat contrahere & contrahendo acquirere, etiam licebit stipulari vsuras. Secunda ratio sumebatur ab origine pecuniæ, quia non fœnerandi sed permutandi siue emendi causa est inuenta. Respondeo, non propterea fœnerationem esse illicitam, quia nihil absurdi contingit, si res aliqua in vsum certum inuenta, trahatur
117 etiam ad alios vsus. Etenim nec libri sunt † inuenti, vt mutuo dentur vel commodentur, sed
118 vt legantur, neque ædes repertæ, † vt locentur, sed vt habitentur: Quia igitur licet libros vel ædes locare, aut alter alteri concedere, ita etiam licet pecuniam credere, vel gratis vel sub vsuris, quamuis pecunia non sit, ideo vt vel hoc, vel illo modo credatur. Tertia ratio erat Hotomanni fœneratio iure ciuili non recensetur inter modos acquirendi dominii. Ergo illicita est fœneratorum acquisitio. Respondeo, fœneratione non acquiri dominium, sed constitui obligationem; nam vsuræ non sunt creditoris, sed debentur creditori, vel ex stipulatione, vel ex nudo pacto, vel officio Iudicis. Recte igitur factum est, vt fœneratio non numeraretur in modis acquirendi dominii, non quia sit illicita, sed quia non est modus acquirendi. In tractatu autem de obligationibus hic modus obligandi non prætermittitur, sed de eo plurimæ leges loquuntur. Quarta ratio erat, quod pecunia credita cum sit periculo debitoris, non debeat lucrum parere creditori. *per l. is qui. 13. §. 1. ff. commodati.* Respondeo; Cum dicis rem esse periculo debitoris, non creditoris, aut de rei seu pecuniæ vocabulo intelligis genus aut speciem, si genus intelligas, nullum est periculum, quia genus nunquam interit; Si vero intelligas speciem, h. e. ipsa corpora mutuo data: Verum quidem est horum corporum periculum spectare ad debitorem, sed falsum est ex his corporibus illũ caperé aliquod lucrum: Primũ, quia
119 in mutuo † non spectatur species, sed genus. *l. 2. ff. de reb. cred.* Deinde quia vsura † non est ex
120 corpore, sed ex obligtaione stipulationis, vt ante docui ex *d. l. vsura.* Denique certũ est hanc rationẽ cessare in nautico fœnore & similibus, in quibus periculum sortis pertinet ad creditorem. Quinta ratio erat Baldi, vsura est superabundantia. Ergo vitiosa. Nego consecutionem, quia *superabundantiæ* vocabulo in præsentia nihil aliud significatur, quam multiplicatio siue accessio: hoc enim vocabulum sumpserunt authores iuris Pontificii ex antiqua translatione veteris Testamenti, vbi ab interprete vocatur, *vsura*, quod Hebraice est *néšeḵ*, & appellatur *superabundantia*, quod in Hebræo contextu est, *tardi, h. e. multiplicatio.* Quare si ob hanc causam vsura esset vitiosa, etiam fœtus & fructuum ex fundo productio vitio laborarent, & essent acquisitiones illicitæ. Non igitur omnis superabundantia est vitiosa, sed ea sola, quæ virtuti opponitur, vt prodigalitas & intemperantia.
121 Sexta ratio erat, quod in mutuo † transfertur dominium in debitorẽ. Ergo creditor non debet ex re aliena luctum captare inuito Domino. Respondeo primum, debitorem non esse inuitũ, quod creditoris stipulandi vsuras, præmisit vel de eis soluendis pactus est; Deinde respondeo, vt antea dixi, Lucrum non esse ex re ad debitorem translata, sed ex conuentione, vt ex stipulationis contractu; licet autem vnicuique contrahendo acquirere. Postremo respondeo

non videri rem alienam, quæ creditori est restituenda. *l. qui sic soluit. 55 ff. de solut.* Nec obstat, si dicas non tradi eandem speciem, sed idem genus, quia notum est in pecunia † credita spectari genus, non speciem. Septima ratio, quia mutuum est gratuitum. Ergo non possunt ei accedere vsuræ. Respondeo, hoc argumento tãtum probari, non esse mutuum proprie dictũ, si vsuræ accedant, sed non probari vsuras esse illicitas; sicut enim mandatum vel commodatum debet esse gratuitum, & nihilominus merces permittitur, quia scil. non est mandatum vel commodatum, sed locatio & conductio, ita ẽt pecuniæ creditæ recte accedit vsura, qua accedente non est amplius mutuũ proprie dictũ sed fœnus, seu mutuũ latius acceptũ, *vt in l. quæsitis. ff. de reb. cred.* Octaua ratio erat, qa mutuum † ad hoc est inuentũ, vt egẽtibus succurratur; debet igitur esse beneficiũ, non occasio lucri creditori. Respondeo: nos non teneri ad beneficiũ cum nostro damno in alios conferendum, quia nemini debet † officium suum esse damnosum, nihil igitur prohibet, quominus creditor dicatur conferre beneficium in debitorem, cui pecuniã necessariam suppeditat, quamuis in compensationẽ eius quod pecunia sua caret propter mutuum, aliquid inuicẽ à debitore stipulatur. Nam & feudum dicitur beneficium, † licet beneficiarius & vasallus debeat aliquid Domino præstare in recognitionem beneficii accepti; & Donatio dicitur non tantum quæ est simplex, ex qua nihil ad donatorem peruenit, sed etiam ea, quæ ob causam, siue sub modo fit, veluti dono tibi 10. vt pro me eas Romam. *l. 2. 3. ff. de donat.* Nona ratio erat ex Innocentio, quia fœnerator vendit tempus, pro quo accipit vsuras, cum tempus † non possit vendi, sed commune omnium sit. Respondeo, Innocentium falli: Nam is, qui vsuras accipit, non accipit pretium temporis, aut pretium vsus temporis, quippe qui nec tempus, nec vsum temporis ad debitorẽ transtulit, sed accipit pretium vsus pecuniæ creditæ: temporis autẽ ideo tantum habetur ratio, vt intelligamus, quam diuturnus sit pecuniæ vsus apud debitorem. Cæterum si ratio Innocentii valeret, similiter dici posset, eum qui ædes locat, vndere tempus, quo Inquilinus est inhabitaturus. Decima ratio erat, aut debetur † vsura pro sorte, aut pro vsu pecuniæ. Respondeo deberi pro vsu. Obiiciebatur vsum pecuniæ † non separari ab ipsa pecunia, siue ab eius dominio. Respondeo hoc nihil obstare, quis enim nõ separentur realiter, quod ad subiectum attinet, tamen sunt duæ res diuersæ, habentes naturã separatã, ita vt contẽplatione vnius possit aliquid fieri, quod ad alterã rem nõ debeat referri. Quemadmodum igitur aliud est rotunditas † solis, aliud est splendor solis, quãuis hæc duo nunquam separentur, adeo vt non rotunditas, sed splẽdor † sit causa diei & luminis ita etiam aliud est dominium † pecuniæ, aliud est vsus pecuniæ, adeo vt non dominium, sed vsus sit † causa vsuræ, licet vsus à dominio non separẽtur. Præterea fieri potest, vt vsus pecuniæ seiungatur à dominio, veluti si quis pecuniam commodet, vt commodatarius tantũ ad ostentandas diuitias vtatur, non autem impendat, sed eadem corpora restituat, quo casu deberi licite vsuras, fatetur Abb. *in rubr. ext. h. t.* Atqui si licite debentur vsuræ ei, qui minus beneficium contulit, h. e. qui solum vsum pecuniæ sine dominio & sine facultate consumẽdi cum debitore transtulit, cur non multo magis ei debebuntur, qui maiori beneficio aliquem affecit, h. e. qui non solum vsum pecuniæ sed ẽt dominiũ & facultatẽ consumẽdi transtulit. Vltima ratio sumebatur ab effectibus vsurę, & proponebantur varii effectus, ex quibus arguebatur prauitas vsurarum. Prima quia cæteræ artes, quæ periculum aut laborẽ continent deseruntur; deinde quia reddũtur fœneratores † auari & inuidiosi, imo & maledicti. Pauperes † autem opprimuntur & quodammodo trucidantur. Adhæc ex Vsurarum exactione † oriuntur lites & discordiæ. Respondeo: Rerum qualitatẽ non esse diiudicandam ex abusu, sed ex legitimo & germano vsu, alioquin damnabimus etiã vinum, quia inebriat, & gladios, quia sæpe iis homines iniuste occiduntur, & eloquentiam, qua multi sæpe abutuntur. Mali igitur effectus † sunt, non vsuræ simpliciter, sed abusus vsurarum. Nam si vsura sit moderata, non trucidatur pauper, nec efficit creditorem auarum, imo videmꝰ auaros nolle credere, nisi sub magnis vsuris pauperes nõ opprimi, nisi magnis vsuris & vsurarum vsuris, quæ omnino illicitæ sunt, seditiones & discordiæ apud Romanos ortæ sunt ꝓpter abusum, quia creditores acerbiores erãt, q̃ par esset, deducẽtes debitores in seruitutẽ, sęua verbera infligentes, vt ex Liu. & aliis cõstat, denique nõ seruãtes quãtitatẽ lege præscriptã, sed vsuras illicitas exigentes, vt disertis verbis testatur Tacitus *li. 1. Annal.* Nec periculum est, vt aliæ artes deserantur permissis vsuris, quia lucrũ ad creditorẽ modicũ peruenit, adeo vt multo maiorem quæstũ alia arte facere possit, vt vel ex eo licet intelligere quod etsi conniuentibus Magistratibus videmus passim vsuras maiores exigi, quam lex permittat, nihilominus tamen mercatores facilius pecuniam fœnori accipiunt, quam dant, quia sine dubio multo plus ex mercatura acquirunt, quam legitimis vsuris, aut aliquatenus legitimis, maiores faciant. Pauperes autem propter vsuras soluendas nõ auocabuntur ab artibus exercendis, imo eo diligentius in suo opificio incumbent, vt habere possint, vnde satisfaciant creditori. Ex his satisfactum est rationibus contra vsuras adductas, deinceps respondendum est ad ea, quæ adducta sunt, ex sacris & iure Pontificio, nec non ex iure ciuili.

Pri-

137 Primus veteris Testamenti locus, † quo damnãtur vsurę *est Exodi c. 22. alter Leu. c. 25.* Sed facilis est responsio. Nam his locis nõ prohibetur simpliciter vsura, sed tantum vetat Deus, ne sub vsuris credatur fratri pauperi, à contrario igitur sensũ permittit exigi vsuras ab aliis cuiuscunq; personis, vt ab extraneis, à quibus etiam diserte exigi permittit, & à fratribus qui non sunt pauperes, quam distantiam inter pauperes & non pauperes statuit IC. etiam in pignorib. vt mox exponam; tertius locus erat *Deu. c. 23.* vbi prohibetur vsura inter Iudæos & permittitur exigi ab extraneis. Primum respondeo, tum ea prohibitio restringitur ad solos Iudæos. Inde colligi hoc esse præceptum politicum, nõ morale, proinde nos eo non adstringi; nam politica seu ciuilia præcepta vnius populi propria sunt. Quod si vsuræ simpliciter malę essent, & bonis moribus repugnarent, ne quidem ab extraneis eas exigi Deus permisisset. Præterea respõdeo locum illum similiter esse intelligendum de fratrib. qui sunt pauperes, vt nõ absolute prohibeatur vsura interludęos, sed prohibeatur exigi à fratre paupere. Hanc interpretationem cõfirmo duplici argumento; primum argumentum est, quia ibi agitur de vsura non tantum pecuniæ, sed etiam frumenti, vini & earũ similiũ, & quamuis interdum diuites redigere, & malunt pecuniam fœnori accipere quã ex rerũ suarum distractione, tamẽ vix ac ne vix quidem contingit, vt diuites sub vsuris accipere soleant, ea quæ ad victũ quotidianum pertinent, frumentum & similia. Alterum argumentum est, quia Deut. non est noua Lex diuersa ab ea, quã populus antea populo dederat, sed est eadẽm Lex repetita & iterũ promulgata. Est igitur hic locus Deut. explicandus, ex locis ante citatis, & inde supplendum, quod hic nõ est expressum, nempe fratrem cui pecunia creditur etiam pauperem, præsertim cum hoc generaliter obtineat, vt lex simpliciter loquens per aliam legem de eadem re agentẽ definiatur & limitetur. Eodẽ modo respondẽdum est, locis veteris testamẽti, in qb. obiter fit mẽtio vsurarũ & imꝓbantur vsuræ atq; hi q fœnori dant. Nam illa loca omnia sunt explicanda, vt intelligamus damnari vsuras, quatenus contra legem Dei percipiuntur. Sic Nehemiæ c. 5. iubentur creditores reddere cẽtesimam pecuniæ vini, frumenti, & aliarum rerum, quia licet vsura fiat illicita, partim quia immodica & nimia, partim quia exacta à pauperibus, ideoq; fit mẽtio vini, olei, frumẽti, vt paulo ante notaui. Hãc interpretationem cõfirmare possumus ex *c. 18. Ezech.* vbi pariter improbantur vsuræ & pignora, & sicut dicitur esse iustus, † qui non accipit vsuras; iniustus autem qui accipit; etiam eodem loco dicitur iustus, † qui non accipit pignora, iniustus qui accipit. Atqui certum est non illicite sumi pignus nisi à paupere. Nam à pauperib. accipi pignus vetatur & id restitui iubet *Deut. 6. 24. vers. 10. 11. 12. & 13.* vbi expresse permittitur pignus, si modo à paupere non accipiatur. Quẽadmodum igitur quod ait Propheta de pignore simpliciter, debet accipi sub distinctione & cum limitatione, alioquin aduersaretur expressis legis verbis, ita etiam accipere oportet sub eadẽ distinctione, & adhibita eadem limitatione, ꝙ eodem loco dicitur de vsuris, & similiter accipiẽda sunt alia loca similia. Quod attinet ad nouum Testamentum vnus est locus *Luc. ca. 6* qui citatur contra vsuras, si tamen recte expendatur, facile apparebit, eum locum ad vsuras non pertinere, & quamuis de vsuris loqueretur, tamen ex eo non omnino vsuras esse improbandas: dico igitur eum locum ita esse accipiendũ, vt Christus iubet pecuniam credi pauperi egẽti, etiamsi creditor non speret se posse aliquid ab eo recipere, hoc est, etsi dubitet, ne propter debitoris inopiam patiatur ipsius sortis iacturam. Primum igitur dico Christum loqui de solis pauperibus, à quibus fateor non esse accipiendas vsuras; hoc autem manifestum est ex versiculo præcedenti, cui cohæret versi. ille, quem contra vsuras torquẽt; Verba enim Christi hæc sunt: *vers. 34. Si mutuum dederitis iis, à quibus speratis vos recepturos, quæ gratia erit vobis. Nam & peccatores peccatoribus dant mutuum, vt accipiant paria. & versicu. 35. Ita diligite inimicos vestros & benefacite & mutuum date, nihil inde sperantes;* quoniam postremorum verborum hic est sensus; *Mutuum date pauperi egenti, quamuis nihil speretis vobis redditum iri.* Non loquitur igitur de vsuris, sed de sorte cum dicat, *nihil sperantes*, & cum conferat cum peccatoribus, qui mutuum dant, vt accipiant paria. Nam qui exigit vsuras non accipit paria, sed plus quam dedit. Non moueor argumento, quo Melanth. & alii vtuntur, qui verbum, *nihil*, restringunt ad vsuras, quod alioquin non esset mutuum, sed donatio. Dico esse mutuum, non donationem; quamuis nihil speremus nos recepturos, quia etiamsi nostra sit inanis propter inopiam aduersarii, reipsa tamen est nobis obligatus ex mutuo, quod etiam poterimus exigere quandocunq; ad pinguiorem fortunam peruenerit, quod non admitteretur, si esset donatio. Concludo non licere quidem à paupere exigere vsuras, quia nec ad sortem ipsam soluendam possumus eum vrgere, vetãte charitate, vetante Christi præcepto, vetante etiã iure ciuili, si ille paupertatẽ suam cessione bonorum ostẽderit; sed inde non sequitur vsuras omnino esse illicitas, imo ab aliis personis recte petentur. Sed nullum ius videtur apertius & magis sine vlla distinctione damnare vsuras, quã ius Pontificiũ locis antea citatis; Si quis tamen diligenter hoc ius perpendat, facile intelliget, & non damnari omnes vsuras, sed eas tãtum, quæ creditori merum afferunt lucrum, cum nihil eius intersit, vt supra docui, secundũ cõmunẽ fere omniũ Dd. sententiã, qui in ius pontificium & in ius ciuile

138

139

scripserunt. Denique authores iuris Pontificii videntur aliter vti vocabulo *vsuræ*, quam in iure ciuili accipitur, nempe *vsuram* vocant, vt & vulgus, eam quæ est illicita. Licitam autem vsuram appellatione eius quod interest, demonstrant. Huius autem nouæ appellationis, quod scilicet *vsura* anguste accipiatur, pro ea tantum, quæ est illicita, videtur causa fuisse, quod iuris pontificii authores falso existimarunt omnem vsuram simpliciter prohiberi iure diuino, cui ne viderentur aduersari, eas vsuras quas permiserunt, noluerunt vsuras appellare, sed interesse, sed LL. rebus, † non vocabulis imponi debent, Iustiniano nostro authore, & supra ostendimus, non omni modo vsuras iure diuino prohiberi. Superest, vt respondeamus ad argumenta prompta ex iure ciuili, quod considerabimus tripartitum: ius antiquum: Ius Codicis & ius Nouellarum. Quod attinet ad ius antiquum, hoc est, quod ante Iustiniani tempora in vsu fuit apud Romanos certum est, vsuras aliquando fuisse prohibitas propter nimiam creditorum auaritiam & propter abusum, hoc enim testantur & Liu. *libr. tertio*, & Appian. *libro primo, de bell. ciuilib.* Nam Tacitus *6. lib. Annal.* non vsuras, sed versuram prohibitam fuisse testatur, plerunq; tamen & plerisque legibus moderata vsura fuit permissa, cum L. 12. Tab. tum etiam L. Tribunitia, L. Iulia, & aliis, vt author est Tacitus *eod. loco.* Quapropter ius Romanorum antiquum magis fauet vsuris, quam eas improbat. Quod si quis inde argumentari velit, quod aliquando vsuræ fuerint prohibitæ, vt inde concludat prauas esse omnes vsuras, eodem modo licebit cõcludere omnes medicos esse improbos, quia fuerunt aliquando expulsi, sed omisso iure obsoleto, expendamus ius, quo vtimur ex supra citata *leg. improbum. ex quibus causis infamia rogatur*, vbi fœnus appellatur improbum & fœneratores notantur infamia. Respondeo illud improbum non esse epitheton sed δυσωλήν, hoc est, non notari infamia omnes fœnori pecuniam dantes, sed eos tantum, quia exercent fœnus improbum, hoc est, exigunt vsuras illicitas & iure prohibitas, veluti vsuras vltra quantitatem vere definitam, aut vsuras vsurarum. Tandem citabatur *Nouell. 121. capitulo primo*, vbi Imperator iubet obseruari quatuor concilia, quibus tribuit vim legis. In his autem 4. conciliis est Nicænum, quo constat prohiberi vsuras. *can. quoniam multi. dist. 47. & can. quoniam multi. 14. q. 4.* Ergo etiam Iust. nouella prohibet vsuras. Respondeo Nicæno concilio non omnino tolli vsuras, sed clericis tantum interdici, cum igitur hoc speciale sit, ne Clerici Laicis recte vsuras exigant. Nec valet argumentum, si quis colligat aliquid simpliciter esse malum quia Clericis interdicitur; nam etiam fœneratione & matrimonio clericis interdicitur, quæ simpliciter esse mala nemo dixerit. Dissolutis omnibus obiectionibus contra vsuras allatis; superest secundum propositum ordinem, vt paucis expendamus, varias opiniones, & concludamus, quid reuera sentiendum sit de vsuris, necesse est, omnes opiniones referri ad vnum ex tribus capitibus: aut enim dicendum est omnes vsuras indistincte esse licitas, aut omnes indistincte prohiberi, aut distinctionem aliquam esse adhibendam, vt partim sint licitæ, partim illicitæ. Prima opinio est manifesto falsa & omnibus iuribus contraria, ideoque nemo est eam amplexus; secundam opinionem nonnulli tuentur, non solum ex Theologis, sed etiam ex iuris Canonici & Ciuilis Doctoribus, sed eam esse falsam satis patet ex præcedente disputatione; Tertia igitur opinio vera est, sed hinc oritur difficultas & quæstio, quænam distinctio sit adhibenda, vt illicitas vsuras à licitis secernamus. Quidam distinguunt inter vsuram pecuniæ numeratæ & aliarum rerum, quibus vsuræ accedere solent, & vsuram quidem pecuniæ condemnant, quia pecunia est res sterilis, aliarum vero rerum admittunt, sed hæc sententia nulli iuri est consentanea. Nam iure diuino prohibetur vsura non tantum pecuniæ, sed etiam vini, frumenti, & omnium aliarum rerum, *Deut. capitulo decimotertio, versicu. 19. 20. & Nehem. capitu. quinto, versiculo vndecimo*, itidemque iure canonico prohibetur omnium rerum vsura non solum pecuniæ numeratæ, *quarta quæstione 3.* Iure autem ciuili passim conceditur etiam pecuniæ vsura. Alii distinctionem sumunt non ex rebus, sed ex contractibus, & damnant vsuram, quæ excedit mutuum propterea quod mutuum debet esse gratuitum: Concedunt autem vsuras ex aliis causis & aliis contractibus. Verum hæc distinctio nec aliquo iure, nec certa ratione probatur. Nam quod dicunt mutuum esse gratuitum huic rationi satisfecimus. Alii permittunt vsuras compensatorias, non lucratorias, & statuunt vsuras esse illicitas, nisi creditoris interfit, non carere sua pecunia, sed ex iis, quæ supra diximus, apparet vix fieri posse, quia creditoris interfit, quamuis enim fortasse non egeat hoc tempore sua pecunia: tamen prout sunt varii casus humani fieri potest, vt egeat: credere igitur pecuniam semper incidit in hoc periculum, ne interim ea pecunia egeat, & huius periculi ratione ostendimus æquum esse, vt pretium aliquod accipiat. Nam & propter hoc periculum recte dicit sua interesse potius habere pecuniam in sua potestate, quam penes debitorem, à quo fortasse exiget non sine difficultate. Præterea fieri potest, vt vir pauper aut in mediocribus facultatibus constitutus, credat pecuniam diuiti vel mercatori, qui ea pecunia negotietur & quæstum faciat, contra quoque fieri potest, vt diues ac locuples pecuniam pauperi credat, cur igitur non fateamur æquum esse, vt priori casu creditor lucrum aliquod ex pecu-

140

pecunia credita, vt ita quodammodo partiatur lucrum cum mercatore, cui creditur quam posteriori casu creditor accipiat vsuram compensatoriam, præsertim cum ius diuinum simpliciter vsuras à fratre paupere exigi vetet. Nonnulli dixerunt solis pupillis † & viduis ac similibus 141
personis licere vsuras exigere, alios non licite petere vsuras. Hæc quoq; distinctio fundamento caret, quia nullo iure probatur, imo iuri & 142
æquitati repugnat; pupilli namque † & similes personæ fauorabiles sunt, dum contrahunt, vel aliud licite agunt, non etiam in delictis. *l. auxilium. ff. de minor. b.* Quare si vsuræ per se illicitæ essent, nec pupillis, nec vlli alii personæ liceret eas exigere. Alii dixerunt vsuras non prohiberi iure ciuili, sed tantum tolerari, hoc ideo, ne cogerentur fateri ius ciuile contradicere iuri diuino, quo putarunt omnes vsuras prohiberi. Sed huius sententiæ falsitas est euidens; Nam Lex non tantum tolerat, sed etiam expresse permittit vsuras, *vt l. eos infr. hoc tit.* & L. 12. Tab. atq; aliæ leges, vt author est Tacitus *lib. 6. Annal.* Itaq; non recte comparantur vsuræ cum lucro, præsertim quia multis rationibus supra euicimus, vsuras non tantum esse tolerandas, sed etiam permittendas. Adde quod vsuræ expresse dicuntur licitæ, quæ distinguuntur ab illicitis, vt supra docui in diuisione vsurarum: item ad- 143
de, quod interdum vsuræ dicuntur † æquitatis ratione constare, vt in *l. 2. supra hoc tit. & aliis locis.* item optimo iure deberi *l. 1. infr. eod.* Non tãtum igitur tolerante, sed etiam iure probante, Alii dixerunt non omnes vsuras iure diuino prohiberi. sed tantum graues & immodicas, ideoque distinxerunt inter *Mesech, & Tardi.* Existimantes *Mesech* significare vsuram immodicã, sic à mordendo dictam, quod talis vsura quodammodo mordeat, & accedat patrimonium debitori: *Tardi* autem dicunt esse vsuram legitimam, cum scilicet mediocris quantitas accedit sorti, & auget sortem, quoniam eam multiplicando significat. Hæc vocabulorum distinctio inanis est, quia manifeste hæc duo prohibentur. *Leuit. cap. 25. vers. 37. & prouerb. c. 28. vers. 8. & Ezech. ca. 18 & 22.* Non est igitur vera ea distinctio inter *Mesech, & tardi* sed existimo debere in eo potius esse discrimen, quod *Mesech* significet vsuram pecuniæ numeratæ; *Tardi* autem accessionem ad alias quantitates, sic enim distinguuntur *d. c. 25. Leuit.* & apud Latinos ita distinguuntur vsura, accessio siue additamentum. Quanquam sic apud Latinos hæc vocabulorum proprietas interdum confunditur, & aliorum quoq; quantitatem præter pecuniam numeratam dicuntur vsuræ. *l. oleo. 13. hoc. tit.* Item etiam apud Hebræos *vers. Mesech.* latius sumitur, vt significet, qualemcunq; rerum vsuram, quodammodo accipitur *Deut. c. 23. vers. 19.* Tandem alii dixerunt, omnia referenda esse ad legem charitatis, ideoq; vsuras eatenus esse probandas, quatenus charitati non repugnant. Hæc sententia non est absurda, videtur tamen mihi imperfecta duplici ratione. Primo, Quia paulo diligentius explicandum est, quibus casibus vsurę repugnent vel non repugnent charitati. Nam fere idem est, siue quis dicat malum, siue charitati repugnans; itidemque siue dicam bonum, siue charitati consentaneum, sicut igitur antea quærebam, an vsuræ sint licitæ nec ne, & quibus casibus sint licitæ; Ita etiam nunc ab his quæram: vtrum Vsuræ † 144
charitati repugnent, an non, & quibus casibus vsuræ non aduersentur charitati Christianæ. Præterea hæc expositio videtur magis habere locum in foro conscientię, quam in foro ciuili, in quo magis spectantur externæ actiones, per quas humana societas vel iuuatur, vel deletur. Superest, vt sententiam nostram proponamus de vsuris admittendis vel improbandis, breuiter sic statuo: vsurarum legitimũ vsum esse admittendum, abusum improbãdum. Vtrum autem quis legitime vtatur, an abutatur ex circũstantiis esse diiudicandum. Quæ quidem circũ- 145
stantiæ † partim in personis contrahentib. partim in ipsis vsuris, partim deniq; in modo contrahendi spectantur. Primum igitur spectanda est persona creditoris, quia nõ omnes decet fœnerare & exigere vsuras, exemplum supra habuimus in clericis, quibus interdicta est fœneratio per concilium Nizenum, & iure Pontificio & iure ciuili probatum; Deinde notanda est persona debitoris, quia supra ostendimus, non esse vsuras exigendas à pauperibus. Tertio respiciendum est ad quantitatem vsurarum, ne sc. exigantur, supra modum l. definitum, & omnino seruentur præcepta legum distinguentium vsuras licitas ab illicitis. Postremo adhibendus est hic modus, si volumus vsuras omni reprehensione carere, ne quod hãc q. fœnerandi artẽ exerceat, & ita ignauus vitã degat, labores, molestias & pericula aliis ciuib. relinquens sibi desidi lucrum vsurarum reseruans; idem n. sentiẽdum puto de fœneratione, quod Cic. de accusatione pronunciat *li. 2. de offi.* sicut enim ait Cic. accusationem esse honestum, & probari, si quis modum adhibeat, & raro accuset, idque ex iusta causa faciat: Non quasi artem accusandi exerceat, ne cognomen accusatoris, quod parum est honestum, mereatur. Ita etiam certum est credi pecuniam sub vsuris obseruatis circumstantiis & regulis iam expositis, si hic quoq; modus adhibeatur, ne creditor passim & absq; delectu artem fœnerandi exercens sordidum vsurarii vel fœneratoris cognomen sibi comparet. Nam hoc & si iure ciuili nõ videtur aperte improbari, tamen nullo iure probatur, imo aliquo modo improbatur, dum vsuræ † dicuntur esse 146
odiosæ, inde etiam hoc odium vsurarum est ortum & huc spectant, quæ ex Arist. & aliis authoribus contra vsuras supra adduximus. Hæc ad Rub. *de vsuris* dicta sufficiant.

Ent,

Entschuldigung vnnd Bedencken eines Collegii warum̃ dieselben in causis vsurariis biß dahero nicht Vrtheil eröffnet/ vnd ergehen lassen.

WIewol die Bäpstliche oder Geistliche/wie auch die Geistliche vnnd natürliche Recht den Key. vnnd Weltlichen Satzungen vnnd Ordnungen in suis casibus vnd in seinem foro vorzuziehen /*texi. in c.1.& ibi Pan.num.5.cum aliquot seqq. & cæteri Dd.de oper. nou.nunc.* Auch ermelte Göttliche vnd Geistliche Recht durch kein ius ciuile in totum regulariter nicht sollen noch mögen auffgehaben werden/ so kön̄en sie doch nach gemeinem wahn der Rechtsgelehrten ex causa in aliqua illorum parte per ius ciuile limitiert vnnd corrigiert / oder contra aliquod caput illorum per legem , statutum, vel consuetudinem etwas eyngeführt vnd außgesprochen werden/*gl. & Dd.in leg.fin.C.si contr.ius vel vtilit.publ.& late Felin.in c.quæ in Ec lesia.de constitut.* In dem Fall da die Göttlichen/ Natürlichen/Geistlichen/ vnd aller Völcker Recht wollen/daß die Kinder jhre Eltern ehren/vnd dieselbigen auff kein Weiß beleydigen sollen/dargegen durch die Key.Recht eyngeführt ist/ daß ein Son seinen Vatter/ so rebellis & hostis patriæ worden/vmbbringen vnd tödten möge/*leg.minime.ff. de relig & sumpt.fun.* Wie dann auch ferner Exempels weiß an zuzeigen dem Göttlichen vnnd Natürlichen auch aller Völcker Rechten zuwider ist/daß keiner den andern in kauffen vnd verkauffen verfortheilen vnnd betriegen soll/aber de iure ciuili solches hingegen zugelassen / auch in vbung also gehalten würdt / *leg.item si §.fin.ff.Locat.& in l. in causæ. §. idem Pomponius. de Minorib.* welcher Fäll in Rechten vnd bey derselben Lehren hin vnd wider viel mehr zu finden.

Vnnd ist solches auch im Reich Teutscher Nation selbst nicht new / daß auß erheblichen vnnd hochbeweglichen Vrsachen/vnnd von wegen bevorstehender grosser Gefahr vnnd Empörung / zu pflantzung vnnd Erhaltung gemeines Friedens/etwas wider die Geistliche vnd Bäpstliche Recht / Statut vnd Gerechtigkeit zu gelassen/gesetzt vnd geordnet worden sey. Inmassen solches die Key.vnd Reichs Abscheid/vnd Constitutiones deß Religionfriedens / auch andern Sachen halben auffgericht/an vielen örtern klar bezeugen/vnd außweisen.

Wiewol solchem nach vnnd zur Sachen zuschreiten / in den Göttlichen so wol als in den Geistlichen vnd Bäpstlichen Rechten/vnd endtlich auch in deß H. Reichs Constitutionibus der Wucher vnd der wucherliche Contract außtrücklich verbotten/dermassen / daß vermög derselben Rechten vnd Constitutionen / nicht allein die in cotractibus mutui zugesagt vnd verschriebene Zinß/oder vsuræ zureichen/vnd zu bezahlen verweigert vnnd abgeschlagen / sondern auch die allbereits erlegte vnd entrichtete wider gefordert vnd repetiert werden mögen. So haben doch Cammerrichter vnnd Beysitzer noch bißhero (vber empfangenen Befelch) Bedenckens gehabt/ in solchen Sachen vnd Fällen/sonderlich so viel die repetitiones vsurarum iam solutarum anlangt/nach Scherpff vnd Innhalt nechstbenenter Recht vnnd Constitutionen Vrtheil vnnd Recht zu eröffnen/vnd ergehn zulassen / vnd solches auß nachfolgenden beweglichen Vrsachen.

Vnnd erstlich / daß nicht allein von vielen Reichsstätten / vnd andern nidrigen Ständen/ sonder auch von vielen Chur vnnd Fürsten hin vnd wider im Reich (welche ob vnd mehr gedachte Abschied vnd Constitutiones haben bewilligt/ machen vnd auffrichten helffen) denselben gerad zu entgegen vnnd zu wider/ die Vsuras (doch auff ein gewisse Maß/als fünff vom hundert) durch offentliche vnnd in Truck außgangene Satzungen vnd Ordnungen/in jhren Landen vnnd Gebieten zulassen vnd gestatten. Auch auffm Fall die solutiones vsurarum promiliarum von jemandt verweigert worden / hierauff in derselben Haab vnd Güter stracks verhelffen vnd exequiren.

Zum andern/daß nicht allein hochermelte/ sonder auch fast alle andere Churfürsten vnnd Stände im Reich / ja auch die Key. May. selbst in dicta quantitate die Vsuras gut vnnd freywillig geben/vnd reichen. Auß jetzt erzehlten Vrsachen dann vermutet würdt / daß jhrer May.vnd gemeiner Reichsstände Will vnd Meynung nit gewesen/auch noch nicht sey/ durch gedachte Abschied vnd Constitutiones, alle vnd jede Zinssen vnd Pensiones/ sondern die jenigen/so legitimũ vsurarum modum excediren / zu verbieten/vnnd derselben Repetition zu gestatten vnd zu zulassen.

Neq; enim verbis solum animi humani sensus declaratur.*l.iurisgentium.§.pactorum.& ibi Dd. ff.de pact.l.Labeo. §.idem Tubero ff.de supell.le.l.Nepos Proculo.& ibi Alciat.de verb.sign. l.semper in stipulat. & ibi Dec.& Cagn.de reg.iur.* Verum re & facto etiam ipso & multo significantius quam verbis.*l. si tamen.§.& qui vinctum.ff.de ædil. Edict.l.fi.ff.de diuort.Ias.in l.de quib.col.8.in 4.not.ab.nu.31.ff.de legib. Boer.decis.1.n.30.per tex.c.1.de Cler.non residen.idem in tract.de seditiosis in 7.præsuppositio.* Et Nic.Arelar. *in tract.de hered.in 5.nota.* Cum non raro accidat, vt in sermonib. prima occulterur sententia aliudque interim agatur; facto vero, vtpote quæ mutationes vultus sustinere non possunt, vna quasi voce omnib. semper loquũtur. *l.obseruandum.ff.de offi.Præsul.Neuizan.cons.66.videtur prima fronte.n.53.* Præsertim in actib.& factis quotidianis. vel aliquoties repetitis (prout in proposito hoc quotidie & passim per imperium ab omnibus fere statibus fit) locum habet. Cum ex eiusmodi

modi actum & factorum frequentia siue repetitione, deliberatior & constantior animi perseuerantia apparet, *l. si mulier. C. ad SC. Velleian. l. cum scimus. & ibi Bart. in fin. C. de agricol. & cens. lib. 11. gloss. fin. in capitu. si quis iratus. 2. quæst. 3. ac notat Bald. de schismate. in pr. nume. 22. nec quidem iniuria.* Nam ex crebra actuum repetitione & ex communi obseruatione postea subsecuta declaratur ambiguitas, quæ in verbis & ex actibus præcedentibus subesse poterat. *l. sed & Iulianus. §. proinde. ff. ad Macedon. l. si seruus plurimum. de lega. 1. leg. quisquis, de lega. 3. cum similib. alleg. per Grau. in consi. 101. & cons. 118. in hac causa n. 3.*

Ferners vnd zum dritten / da deß Reichs Abschied vnd Constitutiones den Verstand haben solten / daß die repetitio Vsurarum iam solutarum sine discrimine verstattet / vnnd zugelassen werden solte / würde ein jeder in incerto stehn / vnd niemandts gewiß wissen können / quid esset suum, quodue alienum, vnnd würde manchem / der so viel vnnd lange Jahr das seine mit frieden vnd ruh besessen / vnnd inngehabt / ein quæstio oder controuersia mouiert / vnnd alle seine Substanz in Disputation vnd Zweiffel gestelt vnnd gezogen werden / darauß sich dann die Sachen also heuffen / daß diß Keyserlich Cammergericht zu solchen Sachen allein zu wenig / sonder mehr Leuth / auch mehr Vnderhalts derselben von nöten seyn würde. In massen dann (wie ein collegium auß vielen actionibus so täglich im Gericht vorlauffen / genugsamb befindet) allbereit viel verdorbener Leut seyn / die all das Ihr verthan / vnd auff der Welt nichts mehr dann diese einige Hoffnung haben / es solte förderlich solcher Außspruch am Cammergericht ergehn / damit sie darnach jhre Klagen vnd Forderung wider jhre Creditores pro restitutione vsurarum solutarum anstellen / vnd durch dieses Mittel der Repetition Vsurarum widerumb zu einem auffnemmen vnnd Vermögen kommen möchten. Darauß aber vber obgedachte rechtlich Gezeneck viel thätliche Handlung vnnd ander Vnheil zu befahren seyn würde.

Vnnd diesem deß Collegii bedencken geben auch die Rechtsgelehrten stattlichen Beyfall / dann erstlich sagt Carolus Molinæus *in tractat. de vsur. in princip. numero decimo.* Non omnem vsuram esse illicitam, aut lege diuina prohibitam; sed illam duntaxat, per quam charitas & dilectio proximi offenditur. Respiciendum enim est ad scopum diuinæ legis, quæ est charitas, iuxta illud *Matth. septimo. Omnia quæcunque vultis, vt faciant vobis homines; ita & vos faciatis illis; hæc enim est Lex & Prophetæ:* Et hic est scopus. Finis enim † legis est charitas. 147 *1. Timoth. 1. cum similibus.* In quam sententiam descendit Franc. Hotom. *libro secundo, de vsur. capitulo tertio, & Hugo Donellus in commentar. ad titul. de vsur. ff. in principio.*

Et optime ad hanc sententiam confirmandam etiam facit, quod dixit Deus Opt. Max. *Exod. 22.* vbi Iudæis interdicit vsuras his verbis, *Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi; non vrgebis eum quasi exactor, nec vsuris opprimes,* vt sic restringenda videatur omnis scriptura prohibens vsuras, ad egenum & pauperem, cui mutuo demus gratis etiam sortem. *Molin. d. in loco.* In diesem Fall weiter mit diesen Worten. Fingi mercatorem non inopem, sed diuitem vt ex licita negociatione superlucretur, accipere mutuum, & promittere menstruam vel annuam vsuram vice portionis futuri lucri; dicebat creditorem, qui non possit ostendere, quod tanti sua intererat, & forte nullo modo alias interest, non posse licite stipulari, non recipere huiusmodi vsuram sine incommodo debitoris. Et respondet: Quicquid turbæ illæ scripserint, nihil video hic noxæ, nihil contra ius diuinum aut naturale: quia nihil hic contra charitatem, sed potius ex mutua charitate patet, inquit; alter beneficium mutuo de suo concedit: alter benefactorem de parte lucri inde secuti, sine suo damno remunerat. Ergo creditor licite vltra sortem recepit. Hactenus ille.

Et ad huius sententiæ confirmationem tendunt etiam ea quæ scribit Bald. *in leg. 1. numero quarto, Cod. de summ. Trinit.* vbi tradit hanc regulam: quando præstatio ad aliud antecedens refertur, ita vt resultet quasi innominatus quidem contractus, certa pecuniæ summa ad negotiationem commodius exercendam præstetur, quod tunc eiusmodi præstatio vsuræ nomen non mereatur, propterea quod lucrum non sit, sed debita quædam recompensatio vltro citroq; facta. Quæ sententia etiam vlterius ita confirmari potest, quod creditor mutuam dans pecuniam, beneficium in debitorem confert, præsertim cum quis pecunia tali superlucratur aliquid. Neque enim iniustum est, sed æquum potius & naturale, vt pro beneficio accepto beneficium reddatur, ad quod naturaliter quodammodo obligatus est. Nam cum duo beneficiorum † sint genera, quemadmodum 148 Ciceroni placet *libr. 1. Offic.* & recte placet; alterum dandi beneficium; alterum reddendi, nec in nostra potestate est, non reddere bono viro quod licet. Hinc dicit Bal. tria esse vsurarum genera *in l. 2. n. 1. de vsur. per Innoc. loco ibi alleg.* Quædam enim sunt † punitoriæ, quædam recom- 149 pensatoriæ, quædam liberatoriæ. Primæ duæ sunt permissæ, etiam de iure diuino, sicut illæ, quæ veniunt ex contumacia vel mora non soluentis, adiuncto sibi interesse petentis: Verbi gratia; Tu teneris mihi soluere ad certum diem & quia non soluisti, ab alio mutuo accepi sub vsuris propter aliquam meam vtilitatem, vel rei familiaris necessitatem: teneris mihi resanare has vsuras, vsq; ad cõgruũ & honestum modum, prout mos regionis expostulat. Quia hæ vsuræ

potius

potius recipiuntur loco permutationis, quam loco pœnæ. Et addit Bald. eiusmodi vsuras esse concessas, & non gratuitas, & fundari ratione, & naturali æquitate, quæ est, quod quis non locupletetur cum aliena iactura.

Vnd daß es auch keine wucherliche Contract seyn/wann man Gelt in einẽ ehrlichẽ Handel legt/ oder den Kauffleutẽ lehnet / vnd dargegẽ ein jährlichs gewisses von dem Händler nimbt / das erscheind auch ferner darauß / daß die geistlichen Rechten auch zulassen/vñ wöllen/quod pecunia dotalis debeat mercatori alicui committi, vt de parte honesti lucri maritus possit onera matrimonii sustinere. *tex. in c. per vestras. de donat. int. vir. & vxor.* Et hoc dicit Panormit. esse singulare nec alibi de iure reperiri canonico *in d. ca. per vestras.* Ex eoque vnum inferri mirabile, quod pecunia possit apud mercatorem deponi, vt capitale semper sit saluum & quod de lucro soluatur certa pars. Quinimo tutor, qui olim pecuniam pupillarem sub vsuris mutuo dare tenebatur. *l. ob fœnus. ff. de administ. tutel. l. si pecuniam. de vsur. pupil.* tenetur eam hodie vel in emptionem prædiorum, vel in honestam aliquam negociationem ad recipiendam partem lucri collocare. *Bartol. Castr. & reliqui, in l. Diuus. & in leg. tutor. qui repertorium. §. si post dispositionem. ff. de administ. tutel.* Ex quo concludunt Dd. in iam dictis locis, quod societas ita coiri possit, vt nullam partem damni alter sentiat, lucrum vero commune sit. *per l. si non fuerint. §. ita coiri. ff pro Socio. & §. de illa. Institut. eod.* Huc etiam pertinet, quod tradit Host. *in sum. tit. de vsur.* Quo & Domitii & Cassii sententiam contra Seruium Sulpitium defendit, dicens: Quod ex vi pactorum & natura contractus approbati & liciti talis etiam societas concessa sit & permissa, propterea & quod plurimum & pro maiori parte (vti ipse loquitur) Mercatores lucrantur. *argumento l. cum ad ea. ff. de legibus.* Ne moueat te, inquit, quod periculum pecuniæ ad recipientem in solidum pertinet, &
150 non totum lucrum. Nam & contractus † ex Constitutione legem accipiunt. *leg. 1. §. si conuenit ff. depos.* Et hanc dicit Alberici esse sententiam, ad quam etiam comprobandam multa exempla Host. adducit. Atque hæc etiam eo planius procedunt, quod is, qui pecuniam mutuam accipit, vsuras sponte & libere soluit. Quod
151 vnicuique secundum ius † tam naturale quam ciuile licitum sit de suo iure dare, ab eoque qui sponte dat, recipere. *leg. ex hoc iure, de iust. & iur. leg traditio. ff. de acquir. rer. dom. leg. traditionibus, de pact.* prout Papiens. *in form. libell. in actionibus hypothecat. ad verb. sine aliqua vsurarum, in principio ostendit.*

Ferners kõnten auch die Weltliche Händel ohne solche vnd dergleichen Contracten nicht bestehen / vnnd ist den jenigen / so handeln wollen/ nur wol damit gedienet/wann Gelt zu jnen vmb gewisse jährliche Zinß in Handel gelegt/dann sie sich der Vbermaß was das Capital vber die Zinß erwirbt/zu erfrewen haben / welches sie ohne das entrahten müssen / da sie solch Geldt im Handel nicht hätten / wie droben ex sententia Molinæi nach der Länge deducirt. Solten nun solche Contracten disputirlich gemacht werden/ vnd die jenigen/so etwas in Handel gelegt / auch jhres Hauptgeldts entrahten / so würden alle Händel zu stumpff vnd zu Boden gehn müssen. Nec enim vlla res vehementius Rempubl. continet, quam fides, quæ esse nulla potest, nisi erit solutio necessaria rerum creditarum, sicut eleganter scribit Cic. *lib. 2. offi.*

Vnd mit solcher Weiß würde keiner dem andern dienen wöllen / vnd der Handelsmann/der sonsten mit solchem Geldt seinen Nutzen wol schaffte/vnnd was erwerben kõndte/dessen auch entberen/ja auch anders viel ein mehrers geben/ vnnd mit seinem Schaden Geldt auffbringen müssen. Ist also den Händlern auff diesen Wege der Prohibition Vsurarum wenig gedienet/vt non merito dixisse videatur practica Papiensis, nimiam Clericorum multitudinem & nimiam vsurariorum prohibitionem statum destruere Laicorum. *in d. form. libel. act. hypot.* Et addit, multos esse in hac sententia, qui putent, quod inter clericos conuenerit, ideo vsuras contra Imperiales Constitutiones tam acriter prohibere, vt Laicos suæ iurisdictioni subiicerent: quemadmodum eosdem & in aliis quibusdam casibus subiectos sibi reddere studuerint. Et subiungit porro: Quisnam in tantis periculis, quibus Canones nos Laicos subiiciunt, salutis æternæ possit fieri particeps, nisi forte soli infantes, cum nec clerici ipsi & fratres mendicantes ab vsuris abstineant. Hinc Alciat. *in l. vsura. de verb. signif.* non minus prudenter, quam eleganter dicit, publice interesset apud nos obseruari dispositionem *l. eos. C. de vsur.* quæ certum modum fœneratoribus constituit, vt qui eum excederent, plecterentur; nam propter Canonum prohibitionem, non nisi pessimus quisque & impudentissimus fœnerat, qui Cambii vel eius quod interest nomine, vel alio ficto titulo indigentem, atq; necessitate, quod humaniores nõ reperiat, compulsum, deglubit, &c. Sed & Fran. Hot. *libr. 1. de vsur. c. 8.* scribit, Iustinianum in ea, quam modo diximus, Constitutione, magnam prudentiam in Vsuris ex æquo & bono moderandis adhibuisse; eandemq; Constitutionem religiose tenendam atque obseruandam esse, neque leui aliqua de causa ab illius regula discedendum. Atque huic sententiæ astipulatur etiam Molin. *in tract. de vsuris q. 2. n. 78.* dicens: q imperiti Canonistæ & ficti Theologastri, qui ad ipsorũ stomachũ, quamuis etiã minimam & leuissimam vsurã damnant, in tanta hominũ multitudine & tam crebris quotidianarum egestatum

tum incursibus pauperes & afflicta clade oppressos (quotum gratia LL. ciuiles de vsuris sanctæ sunt) omnilegum & proborum hominum auxilio simul spoliauerint, & crudelissimis latronibus, quibus cum prædam diuiderent, prodiderint: siquidem Duces & probi legalibus alioquin & modicis vsuris libenter subuenturi, nouis (vt vulgo eos detorquent) Canonibus vetiti, & præpostero religionis metu perculsi, prorsus mutuum & subleuationem proximi denegant, &c. subiungens, tandem inde fieri, vt modica etiam pecunia ad tempus indigentes cogantur prædia hereditaria & auita vili vendere & perpetuo, aut cum pessimis hominibus versuram ex versura facere. Hinc damna & fraudes, inquit, vt ex his mendacia, calliditates, doli & deceptiones innumeræ, quas discunt & assuescunt homines, quo fit, vt post flatigiose exsibillatam legem rarissimi fuerint ac sint, qui velint & possint gratis mutuare, pauciores inde inueniantur, crescente indies incitata hominum malitia & infidelitate. Quæ etiam facit, vt quanquam non imputetur deneganti mutuum, qui sine causa fraudari timet, secundum illud *Eccles.* 29. Multi non causa nequitiæ non fœnerati sunt, sed fraudari gratis timuerunt. Qui etiam tradit *d. tract. q. 29. nu.* 441. negotiationem fœneratoriam, vtcunque male audiat, lapidetur, odioque laboret, non posse tamen omnino è Rep. excludi atque exterminari, tum propter nimium crebras necessitates vsus æris alieni, tum propter vtilitatem vsurarii, qua creditor interim fraudatur, debitor vero fruitur; cuius & de iure & æquitate sit habenda ratio, in magnis, præsertim summis, cum sæpe necesse sit, vel saltem vtile, alterum alterius pecunia vti, siue ad rem propriam tuendam vel augendam, siue ad quæstum honestum exercendum. Quo loco & illud silentio prætereundum non est, quod alibi dicitur in glos. *cap. 1. distin.* 10. Imperatorem ideo permisisse vsuras, vt maiora delicta, veluti rapinam & eiusdem generis reliqua præcaueret. Sic & Matth. Nicolaus dixisse fertur, vsuras etiam iure diuino & pontificio non obstante licite esse permissas, vsque ad modum *authent. ad hæc, C. de vsur.* idque propter vtilitatem ita receptum esse. Ita refert Cast. *in d. authent. ad hæc.* Per vsuras enim tam creditori, quam debitori quadam vtilitate consulitur. Et creditori quidem, quod à debitore commodum percipit; debitori vero quod forte moreretur fame & inedia, si mutuam pecuniam non inueniret;
152 cum mutuam pecuniam † gratis det nemo. *Bal. in l. 1. in fi. C. de vsur.* Vt itaq; ex malis duobus mi-
153 nus † secundum præceptum Ciceronis eligeretur, & ne illa publica vtilitas, quę ex commerciis & negotiationibus redundat ad omnes, impediretur, vsuræ LL. concessæ sunt ac permissæ; non quidem tanquam iustæ, sed tanquam vtiles, & ad communem hominum societatem sustinendam. Nam & lex humana multa alia facta impunita fert, & communis vtilitatis gratia tolerat, quæ lex diuina simpliciter damnat. Cuius rei exemplum patet in emptore & venditore, quibus, vt supra etiam attigimus, secundum leges se inuicem decipere in precio, & circumuenire licet, *d. l. in causæ, § idem Pomponius ff. de minorib. l. item si pretio, §. fin. ff. locat.* quod de iure diuino vtique concessum non est. Qua de causa etiam nonnulli in hac sententia sunt, vt existiment, non esse præceptum, sed consilium tantum iuris diuini, vt ab vsuris abstineamus Pract. Papiens. vbi supra.

Zu dem / da repetitione vsurarum iam solutarum im Reich statt gegeben werden solte / würde darauß erfolgen / daß die Erben vnnd Nachkommen / deren Zinsen vnd Vsuren halben / so jhre Vorfahren für viel langen Jahren schon empfangen vnd verthan / vnd in der Nachkommen Nutz nicht eyngewendet / müsten Rechenschafft geben / da doch im Rechten klar versehen / quod ex delictis defunctorum (prout contractus vsurarius secundum supra d. allegata, pro delicto habetur de iure Canonico) heredes non teneantur, nisi quatenus ad eos peruenit, nisi forte litis contestatione iam nunc facta defuncti è vita discesserint; tunc enim in solidum heredes tenentur, *l. in heredem, ff. de calumn. l. in honorariis, versic. nec in heredem, de act. & obligat. l. vnica, C. ex delict. defunct. &c.*

Wolt der Keys. May. vnd gemeinen Ständen ein collegium zu seiner Entschuldigung / warumb es biß dahero in solchen vnd dergleichen Sachen zu vrtheilen Bedenckens gehabt / nicht verhalten / vnnd seynd hierauff Cammerrichter vnd Beysitzer aller höchst gedachter Keys. May. vnd der Ständen endliche Resolution / was man sich in solchen Fällen zu verhalten / gewärtig. Saluis.

VOTVM XXVII.

In causa N. N. Graffen zu N. Klägern *contra N. N.* Herrn zu N. Beklagten *fractæ pacis.*

Accusatore fractæ pacis mortuo perit instantia, quoad publicationem corporis & bonorum: non quoad pœnam pecuniariam, cuius persecutio heredibus salua & integra manet.

SVMMARIA.

1 *Accusatore fractæ pacis mortuo an & quando pereat instantia.*
2 *Instantia durat vsq; ad sententiam inclusiue.*
3 *Instantia perempta Iudex non potest ferre sententiam definitiuam, sed debet Reum absoluere ab obseruatione iudicij.*
4 *Constitutionis fractæ pacis pœna triplex.*

5 *Heredes accusatoris defuncti an causam fractæ pacis persequi & reassumere possint. nu.19.20.*

6 *Pœnæ persecutio non datur in casu publici iudicij nisi lata sententia.*

7 *Actio censetur ciuilis, cum pars pœnam sibi applicari cupit, non criminalis.*

8 *Pœna recens inducta vltra pœnas iuris communis non tollit antiquam pœnam.*

9 *Pœna in libello ab accusatore, non petita, an ab heredibus defuncti peti non possit.*

10 *Pœna 2000. marcarum auri est separata à pœna banni, adeo vt bonis publicatis non vna publicetur.*

11 *Clausula*, oder was sonst nach Ordnung der Rechten oder vielberührten Landfrieden/ *quid operetur.*

12 *Pœnæ in constitutione fractæ pacis coniunctim & diuisim violatoribus sunt infligendæ, vsque adeo, vt ipso delicto commisso parti vel fisco pœna acquisita censeatur, nec quicquam requiritur, nisi vt pœna à Iudice declaretur.*

13 *Libellus vt valeat, quæ continere debeat.*

14 *Iudicium siue instantia ante litem contestatam proprie non dicitur, præsertim in iis causis, in quibus lis solet contestari.*

15 *Plures ad accusandum de eodem crimine si eorum non interfit, non admittuntur, sed eligit Iudex eum, quem res maxime attingit, vel idoneiorem ex omnibus.*

16 *Renunciare liti ante eius contestationem impune licet.*

17 *Præludia litis sunt, quæcunque ante eius contestationem fiunt.*

18 *Citatio sola licet sufficiat ad perpetuandam iurisdictionem, imo innouationem fieri impediat: tamen non inducit litis pendentiam.*

21 *Destitisse non dicitur, qui distulit, sed qui liti in totum renunciauit.*

VOtum huius submissionis: talem facti speciem esse puto. Tres frares, videlicet, N.N. & N. Comites N. citationem ad videndum cum annexo mandato de relaxando captiuo N. N. nominato, contra N. N. & N. Barones in N. in Camera impetrarunt. Procurator 14. Febr. An. 54. comparet reproducens citationem cum executione, exhibensque mandatum constitutionis generale, nomine trium fratrum Actorum. Deinde 23. Februar. in vtroque puncto & citationis videlicet, mandati datur libellus solius Comitis N. nomine, in quo etiam narratur, captiuum soli N. subditum esse. Post 16. Aprilis contestatur & deinceps omnia scripta nomine N. nulla habita mentione fratrum reliquorum, producuntur. Porro 24. Maii Anno, &c. eod. comparet Procurator Reorum, allegans causam hanc solius Comitis N. nomine introductam, qui vita sit defunctus, & ob id instantiam periisse: Negat procurator accusatoris instantiam periisse, quia processus nomine fratrum etiam fuerint petiti & executi, & quia per citationem inducitur litis pendentia, quæritur nunc, *an perierit instantia, ita vt reliqui duo fratres † vel in re heredum, vel vigore emanatæ citationis, tanquam litis consortes, litem sine nouo processu prosequi non possint.* Ad cuius decisionem præmitto primo † instantiam durare vsque ad sententiam inclusiue. *l.1.ff. de re iud. Phil. Franc. in c. cum dilecto. nu.89. de appell. Bald. in margar. sua verb. instantia, Iaſ. in l. postquam liti. num.10. C. de pact.* & peremptа † instantia Iudicem non posse ferre sententiam definitiuam, sed debere Reum absoluere ab obseruatione Iudicii, *per gloſ. communiter approb. in l. properandum. §. illo proculdubio. in verb. sententia. C. de Iud.* Præmitto triplicem † esse pœnam constitutionis fractæ pacis, publicationem corporis, publicationem facultatum, & pœnam 2000. marcarum auri. Primum, quod ad defunctum N. attinet, cuius nomine libellus datus, liſque contestata est, omniaque vsque ad hanc submissionem acta, quoad pœnam Banni videlicet publicationis corporis, puto instantiam periisse, & Reorum nomen aboleri debere, *per text. in l. defuncto. ff. de pub. Iud. l. fin. C. ſi Reus vel act. mor. ſue. l. libellorum. §. vlt. ff. de accuſ. Franc. Marc. dec. 756. 757. & ſeq.* Quod adeo verum est, vt heredes nostro casu causam † reassumere non possint. *Ioann. de Pla. in §. non autem. Inſt. de perpet. & temp.* Idem censeo dicēdum in pœna publicationis bonorum, quod videlicet heredibus defuncti etiam lite contestata, causæ persecutio sit denegata, cum hic versemur in casu publici † Iudicii, quo non datur persecutio pœnæ, nisi lata sententia, *l. ex Iudiciorum. in pr. ff. de accuſ. l. fin. C. ſi Reus vel accuſ. mort. Bal. & Dd. in l.1. C. ex del. def.* Sed an persecutio 2000. Marcarum auri heredibus nostro casu post litis contestationem erit concedenda? sic quidem mihi videtur, cum quia censetur magis ciuilis quam criminalis, quatenus † scilicet pars eam pœnam applicari sibi cupit. *Bald. in l. qui ſepulchra. numer. 2. Cod. de ſepul. viol.* tum etiam quia † pœna recens inducta vltra pœnas iuris communis non tollit antiquam pœnam, *gloſſ. & Dd. in d.l. qui ſepulchra.* tum denique quia ea † pœna est separata à pœna banni, adeo vt bonis publicatis non vna publicetur. *gloſ. fin. & Bald. in d. l. qui ſepulchra.* Verum dubitationem non vulgarem mouet, quod hæc pœna 2000. marcarum auri in † libello non sit petita. Videtur igitur dicendum, *eam ab heredibus in hac inſtantia peti nō poſſe.* Cæterum ego omissis iis, quæ in contrarium adferri possent, puto verius esse, peti scilicet posse, idque propter generalem petitionem libelli alternatiue factam, ibi; oder was sonst Anwaldt nach Ordnung der Rechten oder viel berührten Landtfriedens ꝛc. Illa enim petitio & clausula operatur, quod † Actor obtinere debeat omni meliori modo. *Abb. in capit. de ord. cogn. Alexand. conſil. 38. viſa petitione. lib. 4. Dec. conſil. 445. num. 22.*

Præ-

Præterea omnes pœnæ in constitutione fra-
12 ctæ pacis coniunctim † & diuisim veniunt violatoribus infligendæ, vsque adeo, vt ipso delicto commisso, parti vel fisco pœna acquisita censeatur, nec quicquam amplius requiratur, nisi vt pœna à Iudice declaretur. *l. commissa, & ibi glos. de publ. & vectig. l. 3. §. quod autem & ibi glos. in verb. etiam hæredi, nec non Alex. & Dd. ff. quod quisq; Jur. &c.* Cum igitur condemnatio Iudicis ad pœnam necessaria non sit, non videtur etiam opus petitione vel libelli conclusione speciali, ad quem effectum alias conclusio libelli requiritur, *vt not. Innocent. in cap. cum super, de rescript. vulg. l. vt fundus. ff. com. diuid.* Verum cum hæc quæstio nuper in pleno senatu sit decisa, non existimo operæ pretium esse hisce diutius immorari, & potest videri causa fractæ pacis N. contra N. Concludo igitur post mortem Philippi instantiam, quoad publicationem corporis & bonorum periisse, ita vt heredes sine nouo processu, eam prosequi non possint, persecutionem vero 200. Marc. auri heredibus, si agere velint, non denegandam. Restat vt nunc videamus; *an fratres ex sua persona seu consortes litis: sine nouo processu causam hanc possint prosequi, quoniam citatio eorum nomine, vt allegatur, emanauit, quæ litis pendentiam inducere dicitur?*

Ad cuius quæstionis decisionem præmitto.
13 Quod libellus † debeat continere nomen Actoris, & Rei; *Specul. in tit. de libell. concept. §. libellus.* Ordinatioque statuit, vt sint plures, primus nominetur cum appendice, vnd andere in der Ladung bestimpt. *Ordinat. Camer. pagin. 3. titul. 12. §.* vnd wo also. 2. Quod libellus simpliciter formatus, videatur nomine proprio formatus, *Innocent. in capit. olim de restit. spol.* His præmissis puto dicendum, iis persecutionem denegandam, cum neque libellus datus, nec lis eorum nomine sit contestata, & ob id non potest dici, iudicium eos cœpisse, cum proprie
14 non dicatur iudicium † siue instantia ante litem contestatam, præsertim in iis causis, in quibus lis solet contestari. *glos. in leg. & quia. ff. de iurisdictio. Castr. in leg. properandum. numer. 5. Cod. de iud. cap. t. relatum, vbi Abb. de offic. deleg.* Præterea cum in libello narretur, captiuum esse subditum soli Comiti N. non potuerunt duo fratres Comites N. & N. simul agere, quia ad accu-
15 sandum † de eodem crimine plures si eorum non interest, non admittuntur, sed eligit Iudex eum, quem res maxime attingit, vel qui ex omnibus est idoneor. *leg. si plures, vbi Bartol. & alij. ff. de accus. Bald. in leg. 1. numer. 21. Cod. qui accus. non poss. textus in leg. 3. §. si tamen plures. ff. de lib. hom. exhib.* Rationes adfert *Specul. in titul. de accus. §. 1. numer. 10.* Quare cum eorum principaliter non interfuerit, videntur renunciasse accusatio-
16 ni † quod ante litem contestatam impune facere potuerunt, *leg. quæsitum. vbi Bartol ff. ad S. C.*
17 *Turp.* Ratio est, quod † quæ ante litis contestationem fiunt, sint quasi præludia litis ante litis ingressum, *Innocent. in capit. cum super. quæst. num. 2. de officio deleg.* Nec obstat, quod supra dictum est, citationem litis pendentiam inducere: Nam licet † citatio sola sufficiat ad perpe- 18
tuandam iurisdictionem, *vt tradit Bald. in fin. tit. Cod. de præscript. 30. annor.* Item innouationem fieri impediat, *Clem. 2. vt lit. pendent.* aliosque effectus habeat, tamen non inducit litis pendentiam. *gloss. communiter approb. in d. clem. 2. Guido Papa decis.* 488. Et vt concedamus litem hoc casu nostro pendere, tamen quia lis non est citantium nomine contestata, libellus non datus, nihilque in causa actum, non posset dici, quod duo fratres in eodem statu causam possint prosequi, sed opus esset noua litis contestatione, nouo libello, *per ea quæ supra dicta sunt.* Ex hisce omnibus concludo, post mortem Comitis N. instantiam, quoad pœnam banni periisse, ita vt † fratres, neque tanquam 19
heredes, neque tanquam consortes litis sine nouo processu eam possint prosequi. Quod autem ad pœnam 2000. Marcarum auri attinet, eius persecutionem ad nos transmissam: In puncto vero mandati concludo, instantiam non periisse, & heredes si agere velint, admittendos, *l. omnes pœnales ff. de obligat. & action.* Saluo. &c.

Doctor R. concludit, instantiam quoad fratres periisse, sed dubitat, an citatio perierit. Interim tamen eos neque vt consortes, neque vt heredes sine nouo processu pœnam banni prosequi posse statuit cum Refer. Compensatis Expensis.

Votum D. N. Aut veniunt vt heredes, & tunc non possunt fratres admitti vltra pœnam 200. Marcarum auri, aut veniunt vt consortes litis, & tunc apparet terminum circumductum, quo casu nouo processu erit opus, quem putat decerni non posse, *per leg. destitisse. ff. de iud.* compensatis expensis.

D. N. In omnibus punctis cum Referente, Compensatis expensis.

D. N. Duplicem esse quæstionem: Aut enim veniunt vt heredes, vel vt principales accusatores, primo casu, † concludit per omnia, cum 20
Referente. In altero dubitat de circumductione termini propter tres Iuridicas. Cæterum non vult attendere illam, cum quia vtraque pars sponte comparuit, & nil excepit, tum etiam quia fratres aut sunt admittendi, aut prorsus excludendi. Nam impetrata, executa & reproducta citatione. Item mandato eorum nomine exhibito, aut destiterunt à lite vel non: Si destiterunt ab accusatione, non possunt eam repetere. *leg. accusationem. Cod. qui accus. non poss.* Si non destiterunt, non video, cur non possint prosequi. Nam quod d. peremptæ instantia propter lapsum biennii possit obiici *ex l. final. Cod. vt intra certum tempus, & l. properandum, C. de iud.*

notum est, id in Camera non obseruari. Et ego sane putarim, hosce fratres ab accusatione, nec
21 expresse, nec tacite destitisse. Nec enim † dicitur destitisse, qui distulit, sed qui liti in totum renunciauit, *dicta l. destitisse, vbi glos. & Dd. ff. de iud. Bar. in l. Papinianus, §. 2. ff. de inoff. test.* Nec interuenit hic tacita renunciatio secundum formam, *gl. in l. si ea, vbi gl. not. C. qui accus. non possunt.*

Concludo itaque posse hosce duos fratres, vt qui non destiterunt, nec litem deseruerunt, ad persecutionem institutæ accusationis etiam in puncto citationis ad videndum admitti, & processum, vbi defunctus reliquit, per repetitionem Actorum continuare, *iuxt. Mar. p. 5. num. 45. &c.*

D. N. Concludit per omnia cum Domino Referente, sicut & N. & alii.

VOTVM XXVIII.

In causa Herrn N. Graffen zu N. *contra* Bürgermeister vnd Raht zu F.

De iure collectandi, die Schatzung zu G. belangendt.

SVMMARIA.

1 *Munus proprie dicitur id, quod ciues municipes aut incolæ necessario & inuiti subeunt, lege, more, imperiove eius, qui iubendi habet potestatem.*
2 *Forenses in oneribus patrimonialibus, vt plurimum deterioris sunt conditionis, quam incolæ.*
3 *Munerum alia publica, alia priuata. 1. Differ.*
4 *Munus publicum quid.*
5 *Munerum alia personalia, alia patrimonialia. 2. Differ.*
6 *Munus personale quod.*
7 *Munus patrimoniale quod, & nu. 24.*
8 *Munerum personalium diuisio in honorifica, sordidissima & media.*
9 *Munerum patrimonialium diuisio triplex.*
10 *Capitatio annonaria est, quæ pro mensura agrorum possessoribus indicitur, pro iugerum & capitum, quibus arantur numero.*
11 *Collatio iugatioque quid.*
12 *Functiones animales quæ.*
13 *Capitatio famulorum & famularum realis est.*
14 *Munerum personalium diuisio in mera & mixta.*
15 *Munera patrimonialia quæ, & quid à personalibus differant.*
16 *Munerum alia ordinaria, alia extraordinaria. 3. Differ.*
17 *Munera ordinaria quæ?*
18 *Extraordinaria quæ?*
19 *Munerum ordinariorum duæ species, vna & in re & in tempore præstationis certa, altera incerta nec definita.*
20 *Collectæ imperiales non ex plenitudine potestatis, sed precedente deliberato consilio & communi consensu omnium statuum impetrantur magis, quam indicuntur.*
21 *Collectæ inter munera ordinaria recensendæ.*
22 *Pensitationum publicarum tria genera, canon, oblatio & indictio.*
23 *Collectæ vtrum personalibus vel realibus muneribus accensendæ, an vero mistæ sint, & nu. 26.*
25 *Collecta est onus reale.*
27 *Munera patrimonialia sustinentur in locis, vbi bona sita sunt, siue possessores incolæ sint, siue non.*
28 *Census & tributa vel personis vel possessionibus indicuntur.*
29 *Tributa & indictiones fundi colono vsufructuario incumbunt.*
30 *Collecta ibi subeunda, vbi quis bona habet & possidet, communis omnium est opinio.*
31 *Collectæ onus rem afficit, & rei imponi potest, licet persona subdita non sit.*
32 *Collecta ligat forenses ex communi omnium opinione, vsu & consuetudine totius Germaniæ, quin & clericos in den Emptern, vbi bona sita sunt, num. 33.*
34 *Collectarum modus non vniformis, sed difformis.*
35 *Singuli status imperij vicem Imperatoris obtinent in suis prouinciis propter regalia ipsis concessa, & eodem, quo ipse Imperator, iure vtuntur.*

VExatissimæ quæstiones sunt, *vtrum* scilicet *personales magis quam patrimoniales in mixtura? vtrum ordinariæ potius, quam extraordinariæ censendæ sint, quæ dicuntur collectæ? Quid denique singulare & præcipuum habeant Imperiales collectæ? Maxime vero omni diligentia considerandum, vtrum vice delegationeque Imperiali, an vero vniuscuiusque status proprio Iure ex Regalibus inuestituris, Priuilegiis, Consuetudinibus, præscriptionibus competentibus, exactio earum fiat, an, inquam, subsit priuatum interesse Statuum, vel non subsit?* Quantum ad ius commune, remitto Dominos eo, Inprimis vero obseruandum, quod aliud sint honores, aliud onera, aliud munera, aliud vectigalia, census, annonæ, tributa, indictiones, superindictiones, diuersi tituli, diuersæ materiæ. Quoniam vero DD. collectarum materiam cum materia munerum promiscue tractent & totidem videantur constitui posse species, & horum quam illorum fontes, vnde argumenta promuntur considerandi, ne confundantur diuersa, & sequatur æquiuocatio. Munus proprie † est id o- 1
mne, quod ciues municipes aut incolæ necessario & inuiti subeunt, lege, more, imperiove eius, qui iubendi habet potestatem, *l. munus 18. item l. 214. ff. de verbor. significat.* Nec enim ad ea alii vocantur, quam municipes, *l. 1. C. de incolis.* quemadmodum ciuilia munera indicuntur, *lib. 10. C. tit. 42.* Exceptis oneribus illis, quæ agris vel ædificiis imponuntur, quæ agnoscunt

possess-

possessores etiam, si neque ciues sint, neque incolæ, de quibus *in l.sepæ, alleg.§.sciendum*, qui perperam lectus & intellectus, occasionem præbuit Doctoribus discernendi inter Incolas & Forenses in materia Collectarum, meliorisque conditionis hos, quam illos constituit in onere reali contra verba, mentem & rationem Iuris, quod etiã rotunde fatetur & demonstrat Thomatus *pag.97.n.51.* In oneribus.n. patrimonialibus deterioris vt plurimum conditionis † solent esse Forenses in recompensationem eius, quod pinguedine fructuque terræ in alieno territorio gaudeant, & à muneribus personalem administrationem habentibus, cum patrimonii onere, dispendioque coniunctis, immunes, vacui & securi sint. *Decian. consil. 55. nu. 46. Alex. cons 52.n. 5.volu. 5. Vestas. de æstimo, in pr.* Munera illa multiplicis sunt differentiæ, alia publica † alia priuata. Idem de collectis dici potest, multumque interest, publica an priuata sint, de quo Dominos remitto ad consilium vniuersitatis Lipsensis.*nu.37.tomo* 1. *Wesenbec.d.consi.45.* Publicum † munus definitur *in l.Pupillus.239.§. munus. ff. de verb.signif.* Alia † personalia sunt, alia patrimonialia, quæ definiũtur *in l.1.ff.de munerib.* Personale † est, quod non sumptũ, sed corporis & animi laborem principaliter, vel, *vt in Flor. scriptum est*, solenniter requirit. Patrimoniale autem, † in quo sumptus maxime postulatur, & qui hos articulos addit, nullũ facit mixtum munus. *ita in d. l.* 1. qui derrahit, tertium genus constituat necesse est. *l.fin.§.munerum, ff.de munerib. & honorib.* Doctores personalia † tripliciter diuidunt in honorifica, sordidissima & media. Munera cum honoribus perperã confundentes, quæ diuersa sunt. *l. honor.14. in princip. & §.2. ff.de munerib. & honorib.l.2.§.penult.l.honores l.munera 7.ff.de decurion.l. 3.§.2. & 3.ff.de munerib. leg.2. C.de veteranis.* Patrimonialia similiter triplicia † faciunt, sed vt numerum expleant, mutuantur à primo genere capitationem † annonariam, quæ pro mensura agrorum, possessoribus indicitur pro iugerum & capitum quibus coluntur & arantur numero, Collationem † recte dici iugationemque appellari certum est. *l. 9. ff. de act.empt. l. 9.C.de agric.lib.10.cap.1. & 2.in nouell.* 17. appellantur & † animales functiones *in l.fin. C. de annon. & tribut.* Patrimonialem autem vel Realem † esse extra controuersiam est. Item illã capitationem, quæ mercedi famulorum, vel famularum imponitur, de qua in recessu de Anno 1500. Cum personalis non sit pro singulis Capitibus vniformiter, sed pro industria operibus & lucro, que ex his consequuntur homines *d.l.fin.in princ. de munerib. & honorib. Decian. consil.* 55 *n.* 2. Personalia † ad summũ duplicia esse possunt: Mera scilicet, & mixta. Personalia sordida nouam speciem non constituunt, imo sordida sunt non personalia tantum, sed etiam patrimonialia, qualia sunt omnia illa, de quibus *in l.maxime. C.de vacationibus*, quæ vulgo ad personalia restringuntur. Patrimonialia similiter tripartita sunt tantum. Concernunt enim illa sine administratione corporali illa, tanquam mixta, municipes & Incolas tantum, non autem forenses, hæc † vero omnibus tanquam Patrimonialia mera vel maxime patrimonialia omnes ex æquo grauãt. Imponuntur enim & contribuuntur patrimoniis per æs & libram vel solidum indifferenter sine vlla exemptionis priuilegiique prærogatiua, ab omnibus tam Incolis quam forensibus *per text. in leg. 1. §. 2. C.de munerib. patrimon. per gl. ibid. & in l. fin. C. de munerib.* quatenus scilicet bonum publicum & securitatem totius territorii principaliter vniceque concernit merito ab omnibus pro rata patrimonii ibidem siti proportione Geometrica subeũtur. *l. 1. & 2. C. de agric. & Censitis. l. 2. & 4. C. de veteranis. l. 7. de vacationi. cũ similib. l. 1. C. de Apochis li. 10. tit. 22. l. forma. ff. de munerib.* Postremo munerum † alia ordinaria alia extraordinaria sunt. Ordinaria † q̃ vel lege, vel Senat. Consul. Constitutionibus principum, vel ẽt ex more & consuetudine iniunguntur. Extraordinaria contrario † modo se habent, quod scilicet non lege, non Senat. Cons. &c. sed extra ordinem ex improuiso ad tempus per magistratus indicuntur. *l. vlt. C. de munerib. patrimonior. lib. 10. l. 1. C. de vacatione muneris publici. lib. 10. tit. 45. l. 2. l. 31. §. pen. C. de Episc. & Cler. l. cui muneris. ff. de munerib. & honorib. l. 68. §. 2. ff. de vacatione munerum.* Ordinariorũ munerum duæ rursus possunt constitui species. Primo enim omnibus modis ordinarium erit, quod & in re & in tempore certam † & definitam præstationem habet, quæ scilicet quotannis, vnis, binis, ternis, &c. præstationibus inferuntur in certa summa & quantitate pecuniæ vel specie Frumenti, Vini, &c. quali in Iure sunt tributa, annonæ & additiones, Beetbuch Cammergerichts Ordnung vnd Erhaltung.

Secundo, quod necessitatis tempore, vel publicæ vtilitatis causa non certo & definito modo, sed ad tẽpus modo longe, modo breui, in maiori minoreue summa pro re nata periculi magnitudine & aliis circumstantiis indicitur & soluitur, quales in Iure primum oblationes fuerunt super indictiones viarum, aggerum, murorum, hospitum receptiones in Germania, Bawgelt/ Turckenhülff/ qualis illa de Anno 1512. Posteriorẽ hanc speciem plerique Extraordinariis accensere malunt, sed cum definitio etiam his competat, competit etiam definitum, & notissimum sit, Collectas Imperiales † non ex plenitudine potestatis, sed præcedente deliberato Consilio, & communi consensu omnium Statuum impetrari magis quam indici, & tum demum, quomodo inferendæ soluẽdæque sint, sanciri, ordinari, statui, secundum laudabilem morem & congruentẽ

Iacobus de Agello in tract. de iure colle. Lipsens. in consil. 37. *& VVesenbec. d. consil.* 45. Non video causam, cur à regula & definitione recedendum sit, adest lex, Constitutio vel recessus Imperii, adest certa forma & taxa, quid ab vnoquoq; ad communem necessitatem sit conferendum, remo-
21 tis vel suspensis omnibus priuilegiis, non † video, inquam, quid magis ordinarium dici fingiue possit, quam hoc ipsum, quod ab omnibus supra dicto modo necessitate exigente & lege iubente pro salute communi agnoscitur & subitur pro rata. *l.* 1. *C. de indictionib. lib.* 10. *l. final. C. de munerib. patrimon. l. omnes omnino. Cod. de annonis & tributis. l.* 2. *C. de immunit. nemin. conced. facit optime ad propositum l.* 1 *ff. ad l. Rhodiam de iactu. & Ciceronis locus à Gail. allegatus obs.* 52. *in princ.* & hi effectus & respectus plus operantur, quod Ordinaria dicenda sit magis, quam Extraordinaria, eo prætextu quod non sint (quod Deus auertat) perpetua neque vniformia, sed mutabilia augmentum & decrementum recipientia. *Antibalus part.* 2. *in tractat. de munerib. capit. de modo munerum, num.* 11. *&* 12. *d l.* 1. *C. de iurisdictionib. Cacheran. decis.* 95. *nu.* 43. 44. *Gail. d. obs.* 52. *in fine, in nouis. Thomatus & Festasius sæpius in allegatis locis.* Veniamus
22 ad collectas pensitationum † publicarum quarum tria potissimum genera sunt Canon, Oblatio, Indictio, de quibus Budæus, *ad tit. de officio quæstoris, pag.* 3000. *Carolus Sigonius de antiquo iure omnium Romanorum cap.* 13. 14. *&* 16. *indictionem* antiqui *Collationem*, Cicero etiam, *Collectam* dixit, vulgo *Taliam*, nos Steuer / Anlag / Schatzung vocamus, vulgaris definitio videtur velle collectam esse munus patrimoniale extraordinarium impositum personæ pro rebus, habita scilicet contemplatione patrimonii, *glos. in l. rescripto. fin. ff. de muneribus. Barto. in l.* 1. *C. de munerib. num.* 23. Vtrum personalibus vel realibus mune-
23 ribus magis † adnumeranda sit, non conuenit inter interpretes: mixtas esse collectas fatentur omnes, quæ nudæ simplicis & vniformis capitationis modum excedunt, personam principaliter considerandam, non rem, ideoque forenses immunes esse debere contendunt contra expressos textus, quos allegant ad hoc, contra propriam ipsorum definitionem. Mu-
24 nus † scilicet patrimoniale proprie dici: Vbi vertitur sumptus *secundum l. fin. §. patrimoniorum. ff. de munerib. & honorib. Bart. dicta l. de muneribus. num.* 22. Angustior etiam hæc est definitio definito. Vnica enim specie mixtarum scilicet contenta est, neglecta mere personali, qualis est capitatio proprie sumpta pro tributo capitis, quæ ἁπλῶν ἐπικεφάλιον dicitur, & in loco domicilii soluebatur viritim incerta & taxata summa. *Exod.* 30. *& Matthæi* 17 *de hac etiam tractatur in l. penult. C. de munerib. & honorib. l.* 3. *C. de Censibus. l.* 1. *C. de Capitatione Ciuium censib. eximenda.* dicitur etiam capitatio humana *in corpore Theodosiano*, pecuniam capitis Doctores *taxam* vocant, *Bartolus & Baldus* Collectam vocare non dubitant, *in dicta l. placent.* Meminit etiam eius recessus Imperii de Anno 1500. his verbis: Ob jemandts geachtet wäre / daß er nichts hätte / der soll dannoch ein Schilling geben. Præstationem per capita fatentur quidem Doctores, nulla habita ratione patrimonii, personæ tantum imponi, quare dubietatem habere videtur, quod etiam nihilominus patrimoniorum muneribus adnumerant. *Bartol. & Bald. dicta l. placent. Socin. consil.* 243. Collectam † onus esse reale contra Iasonem 25
ex professo multis probat Thomatus *in princip.* 8. & quidem etiam secundum antiquos & Bald. qui dicit, quod naturaliter Collecta sit onus rerum, formaliter personarum. Item causam finalem esse ipsam rem. Certæ si verba glossæ & Doctorum (Personæ scilicet pro rebus) secundum subiectam materiam & leges, quas allegant, intelligenda sunt, non alium sensum habere poterunt. Indicuntur enim & subeuntur per æs & libram, secundum patrimonii vires, & quæ non possidemus, non agnoscimus in causa moderationum. *d. l. forma. cum similibus. C. de censibus.* De mente Baldi dubium non est, cum ex eiusdem doctrina communiter recepte statuum valeat, quo forenses ad collectas adstringuntur, licet verba statuti in forensem dirigantur. Ratio est, quod causa finalis sit ipsa res, quæ principaliter adstringitur, non persona. *Festasius in §.* 2. *&* 7. *pag.* 27. Omittunt etiam eam in definitione, quæ patrimonio, agris, domibus, familiis principaliter & directo nulla habita contemplatione personæ imponuntur, do quibus tamen proprie intelligenda definitio munerum patrimonialium, quæ *intributiones*, propterea dicuntur. *d. §. sciendum. & §. patrimoniorum. l. definitio. de qua supra.* tales enim vt plurimum sunt collectæ, quæ pro necessitate principis alicuius vel ciuitatis inducuntur. *d. l.* 8. *ff. de vacat. muner.* Talis est hæc nostra contributio. Manifestum enim est, quod secundum Beedbitch rebus fuerint impositæ. Nihil igitur ad nos Doctorum definitio, cum non in collectarum ipsorum materia, sed munere vere & mere patrimoniali versemur, & quidem ante prouiso ab Imperio Statibusque homo legato, ordinariisque propter vtilitatem & necessitatem publicam exæquato. *d. l.* 1. *Cod. de indiction. Cacheran. d. loco Pinell. & Gail. dd. locis.* Vbi communem dicit Bursatus *d. consil.* 16. *Gail. d. obs.* 53. Inter munera, quæ rei proprie cohærent, recenletur collatio prædiorum. *l.* 14. 18. *§.* 1. *&* 2 *ff. de munerib. l.* 11. *ff. de vacatione & excusat. munerum.* Frustra igitur à Doctoribus collecta, quæ non viritim & æqualiter in singula Capita, sed pro modo fortunarum indicitur, intermista † refertur, & 26
quatenus mista dici fingiue possit, personalitatem prætualere contenditur, *per supra dicta.* Cum Iurisconsulti etiam ea munera, quæ corpore ministerium adiunctum habent, qualis est

proto-

protostasia, sacerdotium, decaprotia, magis tamen patrimonii esse dicant, mixtura non obstante. *l.1.l.3.§.vlt.ff.de munerib.& bonorib.* Imo quidem non corporalia, sed patrimonii tantum non ambigi volunt. *l.8.C.de munerib.patrim.*

27 Munera patrimonialia† sustinentur in locis, vbi bona sita sunt, siue possessores eiusdem ciues

28 incolæ sint siue non sint. *l. 6. & l.final.in fine ff.de muneribus.d.l.forma.§.secundo.* Census† & tributa vel personis vel possessionibus indicuntur. *l.3. C.de censib.l.* 11. *Codic.de officio adsessorum.l. 3. de apparitorib. titulo quinquagesimosecundo, libro duodecimo,C.* Tributa & indictiones fundi† siue ordinaria & perpetua siue extraordinaria & temporalia sint, possessori Colono, vsufructuario,

29 &c. incumbunt. *l.quæro.28.l.generali. 32.§.fin.ff.de vsufr.legat.l. vsufructum.52.l.13 §.de actionib.empt.l. 2.C.de annonis & tributis. Bartol.ad l.1. C.de muneribus.numero* 37. Idem Iuris in contributionibus Imperii vti videre est in recessu de An. &c. 48. in materia exemptionum & moderationum. Fiscus enim interea possessores excutit: hinc Intitulaturæ illæ als Innhaber/ꝛc. Hinc communis opinio† collectam ibi subeundam, vbi quis

30 bona possidet, de qua Curtius Iunior, Gail. *d obs. 52.& 53.in nouis.Decian.d. cons.55. numero quarto, & 18.* Vbi ad forenses hoc extendit, & respondet Bartolo & aliis, qui eos exemptos esse volunt. *Bursat. d. consilio* 17. *Festas.parte 2. numero* 35. Ratio exprimitur *in l.* 10. *C.de munerib.patrimon.* Communi opinioni, vel potius Iuri consentanea est generalis consuetudo Italiæ & Galliæ, imo, *vt supra dixi*, totius Europæ. *Festas.d.loco.nu.* 47.& 49. Quoad Germaniam C. in causa Speyer contra Speyr generalem & notoriam, ideoque probatione opus non habere, asserere non dubitauit, nemine tunc contradicente, prout etiam Gail. *in prima Editione d.obseruat.*53. posuit. Pro confirmatione huius etiam consuetudinis generalis ibidem stringit transactionem inter Palatinum & Episcopum. N. quod vterque alterius Leibeigene vnnd andere Hindersassen/in suo territorio habitantes non tantum de bonis in suo districtu, verum etiam in alterius Gemarcken vnd Gerichten siris collectare posset, quod cessante transactione, facere non licuisset sed quilibet eo loco, vbi bona sita sunt, Stewer

31 vnd Schatzung soluisset. Onus collectæ† rem afficere, & rei imponi posse, licet persona subdita non sit, probat Pinell. *d.loco per l.Imperatores. ff.de publica. & Vectigalib. Thomatus & Festasius dd. locis, Hartman.lib.2.pract.obser.tit.de censibus.obser.5.* Vbi ad astruendam dictam Consuetudinem facit, quod ibidem subiũgit, & hoc quotidie fieri videmus. Ratio per eum, quia forenses pro possessionibus, quas habent, coguntur ad Collectas: consuetudinem hanc vigere in Austriaco & Burgundiaco circulis: item in Heluetica ex

32 recessibus Imperii manifestum est, in† tantum, quod etiam Clericos implicet, etiam in casibus particularibus extra Reichsstewr / quod manifeste probat recessus de Anno 1500. in rubrica wer die Stewrung / ibi, wo aber jemandts auff Klöster. De Sabaudia testatur Guido Papa *d.obs.* 757. Quoad Bauariam videantur Acta in causa Ortenburg contra Beyer. Maxime defensionales *articulo* 34.& similibus. Et qui amplius dubitat, interroget vicinas Ciuitates Imperiales Augustam & Ratisbonam. De Saxonia & Marchia idem Iudicium est. In Episcopatu Monasteriensi collectantur forenses † & Clerici in den 33 Aemptern / in quibus bona sita. Quoad Austriacos est recessus de Anno, &c. 30.§. Dieweil sich auch pag. 219. Vbi Ferdinandus promittit pro se & suis, &c. forenses, qui semel Imperio, &c. cum reseruatoria. Iuris exceptio autem firmat regulam, & sequentes recessus arguunt promissionibus non satis diu factum fuisse: Et quod iure suo collectare possint forenses, etiam Imperii Status manifeste exprimunt in recessu de Anno 44.§. Vnd dieweil aber / *pag.*319. Vbi superiore conuentione rursus diuersum statuitur, collectatos scilicet ab Austriacis & Burgundiacis ratione bonorum sub se sitorum in loco domicilii non amplius molestandos, quod est contra expressam prouisionem istius, & similium recessuum von gemeinem Pfenning. Quoad recessus Imperii de forma & modo collectandi, † non vniformes sunt: Collectæ 34 enim deß gemeinen Pfennings de Anno, &c. 95. 1512. 1518. 42. 44. exigebantur ad formam conuentam & expressam, nomine, delegatione & vice Cæsaris, omniumq; Statuum, conferebanturq; singuli seorsim proprio priuatoq; nomine opera & ministeria vel parochorum; vel etiam ipsius Magistratus domicilii, de bonis vbicunq; possessis, cum expressa reseruatione iurium Regalium, &c. ne pro generali perpetuaque forma in posterum forte allegaretur. Probant hæc ipsa verba recessuum directa in personas subditorum. Probat hoc formula Iuramenti der Innemer. Probat hoc ratio legis expressa in recessu de Anno, &c. 42.§. Es sollen auch alle/*pag.*285. Vbi præmisso, quod status habentes subditos, quotam vel ratam de proprio dominio, patrimonio, vel Camera inferre: nullatenus autem subditos eo nomine grauare debeant. Subdit: In Betrachtung daß dieselbe die seyn gar Geistlich od weltlich one das durchauß für sich selbst jre Anlagen gebẽ müssen / Et quod ibidẽ statuitur de exigendo debitore debitoris, pensiones reseruatæ, &c. omisso principali, cõtra nouellã 128. Collectæ de anno, &c. 30. 48.& sequẽtes omnes formatæ fuerũt & directæ auff den Römer Zinß / idq; von mehrer richtigkeit wegen propter matriculam proculdubio, & exactionum commoditatem, sine qua frustra de loco collectandi disponitur. In alieno n. territorio cessat executio, q̃ indicant supra allegata maxime de Heluetiis, & exẽpla Teutschmeister

contra Fugger vnd Oetingen. Status pro viribus dominiorum censiti æstimatique sunt, & postulanti Cæsari certam summam, certis mensibus inferendam paciscuntur, quæ collecta respectu Imperatoris & Statuum pactionalis dici potest, Galli Compositionem vocant, Imperator vicissim Statibus potestatem facit collectandi in subsidium Subditos, indifferenter omnes, siue Clerici, siue Laici, siue exempti sint, vel nō sint, adiecto appendice, wie rechtmässig herkommen vnd recht ist. Differunt igitur toto genere à Superioribus, quod quia omnibus obuium collationem inter vtrasque omitto. Sufficit indicasse, quod præcipuum est in hisce posterioribus agi de priuato Iure & interesse statuum. Accepta enim collectandi potestate sub nomine vigore regalium pro arbitrio exactionem instituere possunt, id est, vel personis, vel rebus, vti communiter fieri solet, imponere. *Gail.d.obseruat.53.* (qui quamuis verba ista in posteriore editione omiserit, constat tamen Reum nostrū viam istam elegisse, vti magis tritam & expeditam, tam in munerib. patrimonialibus: quam in Collectis, si qua forte ex verborum aucupiis inter ista fieri possit differentia, qualem videre est apud Andubal. *d.parte 2. Videatur Pinellus d.loco*) comminata contumacib. pœna duplici, Anno &c. *66 fol.* 8. quæ contra priuatos possessores vix locum habere potest, cum pignoribus captis vel Arrestationibus ad soluendum cogi possint. Verba, jhre Vnderthanen / explicantur per sequentia, geistlich exempt. Extra enim subiectam materiam neutri subiecti dici possunt. Clericos & Forenses etiam de iure communi in materia Collectarum subiectos esse ratione bonorum, quæ hic principaliter in consideratione sunt, pluribus probat Thomatus *pag.* 207. 221. *& pluribus seqq. Festasius dictis locis statim in principio, dictum Consilium Lipsense* 37. *Tomo* 1. *Decian. dict. consilio* 55. *& Bursat. dict. consilio* 16. *Schurpff. consil.* 9 *Cent.* 1. *Gail.d.loco.* Verba, wie rechtmässig herkommen vnd recht ist / nihil certi definiunt, cum ius ipsum, vt supra ostensum, diuersimode interpretentur. Dd. & consuetudines, maxime particulares cum variæ, contrariæque sint, vnde etiam materia litis factæ sunt, quæ consensus esse debebant, secundum iura communia, & non secundum consuetudines tantum controuersias hasce decidēdas. Verba, wie recht ist / & alia in recessu de Anno, &c. 48. in materia exēptionū & moderationū satis exprimūt, imo nō vidētur locū habere debere cōsuetudines, cū illis specialiter derogatū sit, tā in accedēntib. q̄ in sequentib. verbis, nec vlla legitime introduci posse videntur. Immemoriali enim præscriptione opus est, vt expresse cauetur in dicto recessu de Ann. &c. 48. in materia exemptionum, quæ huic annexa & coniuncta est, & singuli status vicem Imperatoris † in suis prouinciis propter regalia ipsis concessa obtinent, & eodem quo ipse Imperator, iure vtuntur. *Schur. d.cons.* 59. *Wesenb.cons.* 45. Ab Anno autem 1530. quo primum hic modus institutus est collectandi, in causis priuilegiatis der Türckenhülff / ne quadragenaria quidem decurrere potuit præscriptio. Actus autem collectandi arbitrarii sunt. Ideoque ad hoc, quod præscribantur pluribus opus est. Inprimis vero F. contradictorium aliquem Actum contra Comitem obtentum, cui acquieuisset, ante supra dictum tempus articulare debuissent. *Wesenbec.d.cons.* Probare etiam debuissent bona F. ibidem libera, cuius contrarium constat ex Morgenbeetbuch / vbi species expressæ Collectæ simplicis ad duplicem conseruat Ius Comitis collectandi in aliis omnibus similibus. *Paris.d. consilio* 25. *numero* 86. *Schurpff. in terminis d. consilio* 59. *numero* 26. *&* 32. *Wesenb.d.loco.* Dato igitur communem opinionem de non collectandis forensibus defendi posse. Item Collectas extraordinaria magis quam Ordinaria munera dicendas, attamen nihil ad rem faceret: Sumus enim in casu excepto & priuilegiato, tam de Iure cōmuni, quam constitutionibus Imperii, & iuribus Imperialibus gaudent singuli Status per supra dicta. Concludo neque Iura communia, neque Ordinationes Imperii pro Actoribus facere in possessorio: ratione consuetudinis vel præscriptionis nil probatum, vel probari potuisse, vel si ita mauultis, quatenus aliquid probatum, id rursus elisum. Pronuncio absoluendum Reum compensatis expensis.

35

VOTVM XXIX.

In causa Herr von S. vnd G. Kläger *contra* Bürgermeister zu M. Beklagte.

De Litis Contestatione.

SVMMARIA.

1 *Oblatio & consignatio pecuniæ plane liberat debitorem.*

2 *Exceptio oblatæ, consignatæ & depositæ pecuniæ impedit litis contestationem.*

3 Soluere se paratum *dicens in iudicio, non cogitur subire iudicium.*

4 *Obedientia vbi controuertitur, tum non subditus, sed ille, qui in possessione, est conueniendus.*

5 *Protestatio siue denunciatio ne soluas domino controuerso fieri potest, eiq; parendum est.*

6 *Depositio pecuniæ, vt impediat litis contestationem non verbalis, sed realis sit necesse est.*

7 *Oblatio verbalis an sufficiat ad hoc, vt Reus Iudicium subire teneatur.*

8 *Depositio pecuniæ an possit Reū iniungi à Iudice.*

9 *Contra Subditos agere quis potest, etiamsi controuersa sit iurisdictio.*

10 *Subditi non possunt se subiicere alterius iurisdictioni sine consensu domini sui & in præiudicium ipsius.*

11 *Protestatio facta sine causa nullius est effectus, nec potest præiudicare alteri.*

12 Pro-

12 *Protestatio facta ex causa, licet iusta, non tamen vera, vel verisimili nulla est.*

13 *Protestatio cum causæ expressione non vera, attamen verisimiliter vera, valet & operatur, eique parendum est.*

14 *Priuata persona, quando denunciat, debet causam exprimere.*

TRibus exceptionibus Rei nituntur, quo minus litem contestari teneantur. Primo, quod obtulerint pecuniam & consignarint, & 1 deposuerint: cum vero per oblationem † & consignationem plane liberentur debitores. *l. acceptam. C. de vsur. & l. obsignationem. ff. de solut.* Ergo non esse obligatos Reos & sic male ageret Actor, cum actio deficeret, quæ † impedit litis 2 contestationem. *l. Eleganter. §. si quis potest. ff. de condi. indebiti.* Idem obtinet in eo, qui dicitur se 3 paratum esse soluere in iudicio. Nam † is non cogitur subire iudicium *l. si Reus paratus. & ibi D D. ff. de iudiciis.* Secundo, ideo se non teneri, quia cum & ipse Actor, & alius quidam Comes de iurisdictione huius villæ contendant, & sic Rei ignorent, cui soluere collectas debeant, Actor non aduersus illos, sed aduersus Comitem agere deberet, iuxta *c. inter quatuor. ext. de maior. & obed.* vbi dicit gl. quando obedientia controuertitur, † tunc non subditum, sed illum, qui in 4 possessione est, conueniendum. Tertio excipiunt, quod illis facta est protestatio prohibitoria à Comite de N. ne Actori soluant, quæ pro- 5 testatio siue † denunciatio fieri potest. *l. hæres. cum debuerat. ff. ad Treb. & c. significasti. extra de censib.* & tali denunciationi parendum est, *l. fin. ff. de l. commiss.* Sed his non obstantibus, puto Reos litis contestationem subterfugere non posse. 6 Ad primam exceptionem respondetur, quod † non verbalis, sed realis depositio requiratur. *tenet Zasius in l. interdum. §. Stichi promissor. ff. de verborum obligationibus.* Sed realis dispositio hic non est facta, vt apparet ex instrumento oblatæ paritionis, ergo non possunt liberari. Quod au- 7 tem † verbalis oblatio sufficiat adhoc, vt Reus iudicium subire non teneatur, non credo, per ea quæ notat *Bartol. & Zasi. in d. l interdum.* His enim in locis expresse dicunt, solam realem oblationem nihil aliud operari, nisi quod mora prorogetur, vsque ad litis contestationem, sed quod totaliter Reus absoluatur ab instantia, non reperiri apud Dd. *Ang. in §. fin. Institut. de perpet. & temp. actio. Bart. in l. si debitor. ff. de solutionib.* 8 An autem Iudex † possit Reis iniungere dispositionem, iuxta *l. si Reus paratus. ff. de procur.* credit quod non, quia ante depositionem necessaria est realis oblatio, & ille textus loquitur de reali oblatione. Deinde etiam dici non potest, quod Rei hoc offerant, quod petitur, quia hoc nunquam debuerunt, sc. duplum, neq; adhuc offerunt, iuxta *d. §. fi. Institu. de perpet. & temporalib. act.* Relinquitur ergo verbalem oblationem solam non sufficere ad hoc, vt iudicium Rei non subeant. Quoad secundam exceptionem, nec illam releuare posse. Nam licet verum sit, quod quis non contra illum, qui possidetur, sed contra eum, qui possidet, experiri debeat: Hoc tamen intelligit, vbi certum est, quis possideat. Sed in nostro casu diuersum est. Incertum enim adhuc est, vter possideat, vt patet ex narratis Reorum. Quod autem quis possit agere contra subditos etiamsi controuersa † sit iurisdictio, expresse te- 9 net Inn. *in c. Auditis. n. 2. de præscr.* Idē videtur sentire *Abb. in c. quoniam frequenter. nu. 23. C. vt lit. non contestat.* Neq; subditi tam facile cuiq; ipsis inhibenti parere debent, nisi ipsorum superior sit; alias enim videntur se subiicere alterius iurisdictioni, quod † sine consensu domini sui, & 10 in præiudicium ipsius facere non possunt, per ea quæ tradit Fel. *in c. dilecti §. hominib. inuitis. Extra. de mai. & obed. & c.* Quoad vltimam exceptionem Reorum, prætendunt sibi factam esse inhibitionem, ne soluant. Respondetur hanc protestationem † esse factam sine causa, quæ 11 nullius est effectus, *l. si quis prohibuit. ff. de public. l. penult. & l. virum. ff. de const. pec.* quia non possunt præiudicare alteri. *l. Stichus. ff. de nou. & deleg.* Idē est † si facta sit ex causa iusta, quæ tamen nō vera 12 vel verisimilis. *l. Hæc autem. ff. si cui plus quam per l. Falci.* Si vero fit cum causæ expressione non vera, attamen verisimiliter vera, † videlicet quan- 13 do denunciatio fit, ne detur vel fiat, quod est debitum ex vltima voluntate, talis denunciatio valet, vt cautio exigatur ab eo, cui soluitur de defendendo. *d. l. Hæc autem.* Ad quam quam cautionem se obtulit Actor in nostro casu. Sed posset opponi, quod in nostro casu superior fecerit talem denunciationem, cui omnino parendum est. *l. fin. ff. de leg. commis. c. significauit 1. de censib.* Respondetur, quod si nobis certo constaret iurisdictionem illi competere, non esset dubium, quin talis denunciatio vel præstatio operaretur, sed cum iurisdictio controuersa sit, ideo hoc, in casu talem denunciationem nihil operari censeo. Videntur enim illi textus loqui in eo casu, vbi constat de iurisdictione, vel authoritate personæ protestantis. Ita intelligit Bar. *d. l. fi. ff. de leg. commiss.* Sed † priuata persona 14 quando denunciat, debet causam exprimere. Ita tenet Bar. *in leg. 1. q. 11. ff. de nou. ope. nun.* Concludit, Quod Rei ad litis contestationem reseruatis tamen exceptionib. post proponendis, compelli possunt. Ita cæteri omnes, compensatis expensis.

VOTVM XXX.

In causa N. contra N.

De impedimento litis contestatæ.

SVMMARIA.

1 *Appellationis puncto omisso, in causa principali procedendum est.*

2 *Consensus vtriusque partis requiritur necessario,*

vt re-

vt remota appellatione, in causa principali procedatur. n. 3.

4 *Præiudicia Cameræ si variant ob casuum diuersitatem, nihil releuant.*

5 *Nemo inuitus agere tenetur.*

6 *Exceptio, causas testamenti ad tribunal ecclesiasticum non pertinere, an releuet.*

7 *Causæ testamenti ad forum ecclesiasticum pertinent.*

8 *Exceptio litis pendentiæ, an impediat litis contestationem.*

9 *Iudex non debet ad definitiuam procedere, nisi causa plene cognita.*

SVbmissum ratione litis contestationis, ad cuius impeditionem Appellatus vnica vti-
1 tur in effectu exceptione, nimirum omisso † puncto appellationis in causa principali procedendum esse. Quam exceptionem ego irreleuantem existimo, vt quæ apud D D. valde controuersa inuenitur. Sic vt magis in contrarium
2 concludere videantur, videlicet vt vtriusque † partis consensus necessario requiratur, iuxta text. *capitu. cordi.* vbi sedes ordinar. *de appell. in 6.* Quod caput expresse vtriusque partis consensum exigit, in verbis, vel de partium voluntate, *Guid. Pap. singulari 634.* ibi *si remota appellatio ex pacto partium Mynsinger. centur. 4. obseruat. 47. & Decius in capit. vt debitus, extra, de appellat. numero 24 in vers. contrarium*, vbi & Molinæus *in addit.* asserens partium consensum requiri non vnius; & hęc obseruari in praxi. *Fulgos. in l. omnem, in in fin. numero quarto, C. quando prouocare non est necesse, iuxta Guid. Pap quæstio. 275. cum additione ibidem.* quo loco dicit, posse quidem omisso puncto appellationis in principali procedi, sed ad
3 hoc requiri, vel consuetudinem, † vel partium consensum; Rota *decis. 71. numero primo, in antiquu. fol. 174.* quæ vult, hanc omissionem per solum Appellantem fieri posse quam opinionem se sequi ibidem dicit Mynt. *centur. 3. obseruat. 79.* primum pronunciandum super appellatione. Huc pertinent quoque, quæ Philippus Franc. notat, *in d. c. cordi, de appell. in 6. §. posthæc.* qui etsi consensum tantum Appellati requirit, ita vt & inuito Appellante in principali causa procedi possit, tamen hoc cum distinctione triplici dicere videtur. Primo, vt personæ litigantes sint spirituales. Secundo, vt sit causa spiritualis. Tertio, vt Appellans prius renunciet grauaminibus. Neque etiam refert, quod Appellatus dicit in Camera obseruari, vt omisso puncto appellationis in principali causa procedatur, quia etsi memini, hoc ita obseruatum fuisse, in causa Herrn A. Graven zu M. Appellanten contra Weylandt E. von A. Erben/ Appellaten/ 4. A-
4 pril. Anno &c. 72. Tamen † huic illa causa occurrunt, quæ in nostro casu non inueniuntur. Primum est, quod Appellatus C. factus sit Actor, exhibendo libellum super causa principali; in nostro autem casu Appellatus vult, vt Appellans efficiatur Actrix, vt constat ex artic. 7. in quo dicit, se sperare confirmationem sententiæ à qua. Quia vero Appellatrix nostra nihil aliud petiit coram Officiali, quam ex edicto Adriani, confirmationem Testamenti sui cum citatione ad videndum confirmari, vel allegandum causas rationabiles, quo minus id fieri debeat, euincitur Appellatricem nostram nihil petiisse, vel adhuc petere ab Appellato. Alterum est, deductionem principalis negotii, omisso puncto appellationis, fieri potuisse in dicta causa N. quia de debito aperto & liquido inter partes agebatur, hic vero, cum nulla nondum in rerum natura sit principalis causa in priori instantia instituta, cum neque Appellatrix quicquam petat ab Appellato, neque hic quicquam petierit, neque etiamnum petatur ab Appellatrice, allegata principalis causa non potest hic retineri, vt quæ nulla est, nec vsquam apparet, vt sic Iudex à quo satis grauarit Appellatricem, cogendo ad id, ad quod de iure non obligatur, cum nemo † inuitus agere teneatur, 5
l. vnica, C. vt nemo inuit. agere, &c. Maxime cum præuentio facta sit per Appellatricem in iurisdictione, vti facta docent, Appellatus non negat, & ipsemet Iudex à quo, non diffitetur in sententia sua à qua, quia in iure cautum est, vt vbi cœptum iudicium, ibi etiam finiatur, & hic etiam idem faciendum est. Neque refert, Appellatum nõ comparuisse, quia sufficit, per citationem iudicium esse inchoatũ, vt hic factum, *l. vbi cœptum ff. de iudiciis, vbi glo. Bar. & a ii.* Quod
6 † autem Appellatus dicit causas testamentarias ad Officialis tribunal non pertinere, in eo toto cœlo errat, cum ipsemet fateatur, eas mixti fori esse. Qua in re quia sibi contrarius est, parum fidei meretur, maxime cum ex iure euincatur,
7 causas † testamẽtarias ad forum ecclesiasticum pertinere, *toto titul. de testamentis.* præsertim *in c. cum esses*, vbi Abbas *numero 33.* dicit, causas vltimarum voluntatum tanquam pias, ad forum ecclesiasticum pertinere. Dato mixti fori esse, (vt Appellatus fatetur.) Cur ergo ad emanatam & executam citationem sibi, coram Officiali non comparuit, maxime cum illum suo testimonio competentem pronuntiet. Quæ cum ita se habeant, friuola sunt, quæ allegat Appellatus art. 8. 9. & 10. Replicarũ, nimirum Rahts Richter Senatus Colonienſis, in possessione esse videlicet, wann sich inter eines Jrrthumb erhebt/ an causa controuersa ad Officialem, vel scabinos pertineat, quod tũc dicti Iudices partibus einen Stillstandt zu gebieten haben/ donec de Iudice liqueat, quia in nostro casu constat de Iudice, ipsius Appellati confessione, qui asserit, causas testamentarias mixti fori esse. Quod si verum est, quis in hac causa Iudex sit inter partes, obscurum esse non potest, & quia per citationem iudicium incœptum est, vt su-

præ

pra dictum, Appellatus in iurisdictione præuentus inuenitur. Porro quoad Appellatricem quia nobis de iis omnibus, quæ in facto narrat, non satis constat, maxime cum acta coram Officiali habita non sint edita, ita vt dubium sit, vera ne sint an falsa, quæ in libello continentur, præsertim cum per Appellatum negentur, (dicit enim non de Testamenti confirmatione, sed de bonis quondam H.R. controuerti, quorum etiam intuitu, coram alio iudicio litem hinc inde incœptam esse) iniungenda est litis contestatio Appellato. Exceptio quidem litis
8 pendentiæ† sola litis contestationem impedire posset, tamen quia illa non satis probata, ita vt valde dubium, an lis pendeat, dum Appellatrix contendat, coram Officiali ratione confirmationis testamenti iudicium incœptum esse, quod Appellatus negat, asserens litem inter partes coram Scabinis incœptam esse non ratione testamenti, sed bonorum, &c. Ex quo cum incertum sit, quid actum, quomodo & coram quibus Iudicibus processum, hæc omnia per litis contestationis iniunctionem clariora futura sunt.

9 Et quia Iudex † non debet ad definitiuam procedere, nisi causa plene cognita, *l. 1. C. de lit. contest. & ibi Castr.* Et hic remissio fieri nondum potest, cum instructionis defectus vtrinque satis magnus appareat. Adhæc quia, quæ hinc inde respectiue affirmantur & negantur, altioris sunt indaginis, nec in continenti probari possunt, ea post litis contestationem reseruati solete, quotidiano vsu receptum.

Concludit, litis contestationem iniungendam, saluis quibuscunque exceptionibus postmodum proponendis cum expensis, &c.

VOTVM XXXI.

In causa N.N. contra N.

An arctior inhibitio decernenda.

SVMMARIA.

1 *Inhibere vlterius vel procedere, articulo iurisdictionis & deuolutionis non discusso periculosum videtur.*
2 *Cognitio, an Iudex sit is, qui aditur præcedere debet omnem actum iurisdictionalem.*
3 *Attentata an & quando reuocanda?*
4 *Iudex superior vel appellationis per solam citationem dicitur cognoscere de causa.*
5 *Inhibitio si constat qualitercunque de causa decerni solet, & merito manu tenetur.*
6 *Priuilegia mutuo concurrentia se magis elidere videntur.*
7 *Priuilegium contra superiorem potestatem non valet.*
8 *Dominium supremum superioritatis ab Imperatore separari non potest.*
9 *Sanctio aduersans vtilitati publicæ de iure non subsistit.*
10 *Imperator non potest sibi facere parem in Imperio nec contra libertatem imperii aliquid præscribere.*
11 *Priuilegium consensu omnium Statuum ab Imperatore concessum multum momenti & ponderis habet.*
12 *Ne priuilegio praiudicetur, sequantur vestigia maiorum.*
13 *Exceptiones, si procurator nihil egerit, prout iuris & styli, admittendæ.*

SVbmissum tam pro T. interueniente, quam pro Landman vnd Vrtheilsprecher zu N. super separatis & distinctis exceptionib. eynkom-men / nec non pro arctiorib. compulsorialib. & inhibitione: Tertio super imploratione nobilis officii pro reuocatione attentatorum. Appellatum est à denegata remissione, ad auocationem senatus A. vigore ipsorum priuilegii de ipsorum subditis per subditorum subditos, non nisi coram ipsis conueniendis. Sed certum est, hanc sententiam à qua, siue denegationem pure definitiuam non esse, vt dictum in causa Grichitigen contra Nassaw / & constat, præsertim à tempore exceptionum de contentiosa iurisdictione: quodq; iam olim differentib. votis priuilegium T. disputatum esset, præsertim in causa der Truchsses contra N. N. vbi Articuli super priuilegio admissi. Statt N. cõtra N. simplicis querelæ, die Abforderung belangend / vbi in puncto attentatorum, priuilegio non attento, causa N. contra Iudices prouinciales in Schwaben / exceptionib. non obstantib. arctior inhibitio decreta, vtcunq; possessio iurisdictionis Cameræ, pro & contra allegata, & quodammodo, quatenus causę qualitates requirebant, probata esset. Ideoq; vlterius † inhibere vel procedere, articu- 1
lo iurisdictionis & deuolutionis, non discusso, periculosum videtur, *c. non solum, ca. Romana, §. si vero, de appell. in 6. vbi Fran. Guid. Pap. q. 24. Affl. decis.* 297. Cognitio † autem an sit Iudex is, qui aditur, 2
præcedere debet omnem actum iurisdictionalem, *super literis, de resc. Mynsi. cent. 3. obs. 87.* Quare cum hic iurisdictio Cameræ penitus negetur, adeoq; priuilegium T. in specie in exceptionib. deducatur, ꝙ nõdum ex professo in Camera reiectum, aut vnq̃ ita interpretatum est, vt Marchionatus N. priuilegio N. exceptus sit. Ideo iurisdictio principaliter facta est dubia, & nunc in cõtrouersia posita est, multo minus ad pœnam cõmissam ꝓpter nõ paritionẽ aut reuocationẽ attentatorũ, sine plena & exacta cognitione; nã alias vlteriores ꝓcessus essent ipso iure nulli, ꝓut, quoad inhibitionem, est doctrina Speculatoris *tit. de appellat. §. de offic. vers. sed quæritur. Felin. in dict. cap. dilectus, nu. 2. de præscript.* Quoad † reuo- 3
cationem attentatorum. Couar. *cap. 23. practicar.*

quæ-

quæstione numero septimo, vt in fortioribus terminis vult, etiamsi de deuolutione constet, tamen attentata non aliter reuocari, quam si de iustitia appellationis aliqualiter constet, quia appellatio suspensionem iurisdictionis prioris Iudicis non inducit in interlocutoriis, nisi sit inhibitum.

Sed huic forsan obstat, quod Camera exceptiones illas prœuenit Decreto simplicium, ideoque simus in terminis Notatorum per Marantam *de appell. Disputat. 6. & disputat. 6. numero* 125. Cum constat ex deductis & in exceptionibus & producto scripto iudicii prouincialis, sibi ab Archiduce prohibitum, ne mandatis Cameræ pareat, cuius contrarium ipsi in compulsorialibus mandatum in Camera & sic maiori Curia, ideoque iurisdictio nostra tuenda, ne frustra inhibitio nostra simplex decreta, quo tempore exceptiones nondum fuerunt productæ.

4 Et pro hoc facit, quod † per solam citationem dicitur Iudex superior, vel appellationis cognoscere de causa. *capit. gratum. de offic. deleg.* & id de stylo dicit *Mynsinger. centur. 3. obseruat.* 78. quod quando qualitercunque constat de iurisdictione, inhibitionem decerni solere, † ergo si decernitur, merito manutenetur, *dict. capitu non solum. de appell. in* 6. Facit etiam, quia concurrunt 6 priuilegiati, T. & A. vt mutuo † se magis elidere videantur, *per l. verum §. final. cum l. sequent. ff. de* 7 *minoribus, l.* 2. *Codic. de priuil. Fisci.* Et † priuilegium contra superiorem potestatem non valet. *Fran. Marc. dec.* 233. Sed tamen, quia huius Iudicem esse oportet, deque illa elisione cum plena causæ cognitione discutiendum, cuius priuilegium prævaleat, præsertim vero, an interim prouinciales Iudices procedere potuerint, *per l. Sed & milites. & ibi notat. ff. de excusat. tut. l. de iure. ff. Ad municip. & Panormitan. & Felin. in capit. super literis. de rescript.* Mallem rem reducere ad terminos processus in causa N. scilicet auff exceptiones vnderschiedlich vorbracht N. in specie Handelung auffiegen/ sub comminatione confessatorum & petitos processus noch zur Zeit abschlagen/ si tum N. positionales peremptoriales, elisiuos siue defensionales produxerit, eos volo ad probandum admittere, & sic tacite exceptiones T. præterire, & reiicere, quod nunc aperto Marte facere, esset periculosum. Atqui nondum plane mihi constat, an & quatenus Camera in possessione vel quasi sit decernendi tales processus, & an vnquam priuilegium Austriacum effectum suum realiter sortitum sit.

D. N. vult in allen diesen Puncten N. sein begern noch zur Zeit abschlagen/ & Handelung in specie auffiegen / sub comminatione, daß die Sach vor beschlossen angenommen seyn soll / si postea in specie nil ageret, vellet pro priuilegio pronunciare, vult tamen hac de re vlterius cogitare.

D. N. similiter ego, si tamen N. non ageret, altius rem deliberarem.

D. N. opus esse, vt priuilegium T. examinetur, quod putat esse notorium, tanquam Cameræ insinuatum, & videtur illud priuilegium non obstare, quia priuilegium de iure non subsistit, nam † supremum dominium superioritatis ab Imperatore separari non potest, *l. pen. ff. de offi. præsid.* Item quia hæc † sanctio videtur aduersari vtilitati publicæ *l. vnica. Cod. de his qui vocationem à Principe. lib.* 10. Tertio quia † Imperator 10 non potest sibi facere partem in imperio, nec contra libertatem imperii aliquid præscribi potest in tali casu. *l. omnes. C. de præsc.* 30. *annor.* Sed hoc loco nihil decidit, & eget potius decisione statuum. Inter cæteras tamen exceptiones vnam inuenit releuantem, scilicet priuilegium † 11 hoc esse concessum consensu omnium Statuum, quod si verum esset, & probaretur (licet Status contradicant & negent) illud priuilegium multum haberet momenti & ponderis. Itaque † ne priuilegio, vel Austriacis præiudicetur, & quia nos pauci sumus numero, sequendum puto vestigia maiorum, iniungendo procuratori ex aduerso in specie Handelung sine vlla commination; concernit enim maxime eius præiudicium, vel si Domini putarent, sub commination conclusionis. Quod si † nihil e- 13 gerit, tum exceptiones ad probandum prout Iuris & Styli admittendas putarem. Reliqua puncta transit silentio; in illis enim non fundata iurisdictione, pronunciari non potest, &c.

Tandem 21. Ianuarii maioribus votis dominis placuit, vt verba (noch zur Zeit) omitterentur, cum antehac arctior inhibitio aliquando sit decreta; ideo ad euitandam contrarietatem putarunt dd. verba omittenda, sed expectandum quid N. in specie agat, vt demum vel pure denegentur, vel pure decernantur petiti processus.

Sententia.

In Sachen Pfleger Bürgermeister vnnd Rath N. Appellanten wider N. Appellaten vnd pro interesse, ist der Bescheidt/ daß D. N. was sich auff exceptiones nono Iunii anno 70. eyn kommen / in specie zu handeln gebühret / Zeit dreyer Monat so von Ampts wegen angesetzt ihme handeln soll/ mit dem Anhang/ wo er dem also nicht nachkommen wirdt / daß alsdann die Sach diß Puncten halben / vor beschlossen hiemit angenommen seyn soll.

VOTVM XXXII.

In causa N. N. von N. contra N. von N.

Bannitus an in petita reuisione audiri debeat.

SVMMARIA.

1 *Bannitus neq; appellando neq; supplicando pro reuisione audiendus est.*

2 *Am-*

2 *Ampliatur procedere in bannito Imperij.*
3 *Officium Iudicis latissime patet.*
4 *Iura variari vel vsus Reipublicæ vel personarum, rerumq; varietas postulant.*
5 *Innocentem condemnare nulli potestati licet. Reus nisi de crimine victus sit, condemnari non potest.*
6 *Confessio Rei qualificata non solum factum, sed & culpam infert, nisi per qualitatis probationem remoueatur.*
7 *Factum etiam sine qualitate examinatur, ac pœna pecuniaria, vel alia pro varietate circumstantiarum, à Iudice coercetur, licet etiam aliqua culpæ remotio fiat.*
8 *Confessio libera facta in Iudicio extra carcerem, vt extra facta plenam facit fidem, etiam in criminalibus.*
9 *Fatens delictum siue factum, habet præsumptionem contra se, quod dolose fecerit.*
10 *Confessio quando pro parte accipiatur, pro parte non.*
11 *Qualitas confessioni adiecta per contrarias præsumptiones euanescit & infringitur.*
12 *Confitens homicidium præsumitur fecisse dolose & non ad sui defensionem.*
13 *Iniuriæ, inimicitiæ, nocturna vigilia, occultatio, armorum disparitas, fuga sociorum, equi & bombardæ ablatio an homicidium præsumant.*
14 *Confessio sola socij criminis, coniuncta cum confessione Rei, qualitatem coniunctam compellit & eleuat.*
15 *Confessio facta in articulo mortis probat tam contra confitentem, quam contra alium.*
16 *Probatio per coniecturas admittitur in factis, quæ per alios, quam complices delicti probari non possunt.*
17 *Fama publica an probet crimen.*
18 *Fuga adeo suspiciosa & in iure reprobata est, vt vel ea sola probata, crimen habeatur probatum.*
19 *Dissidationes quid probent?*
20 *Dolus suus patrocinari nemini debet.*
21 *Solemnitates in notoriis iuris non curantur.*
22 *Defensionem allegans eam intra annum probare debet, alias intentati criminis Reus arguitur.*
23 *Crudelis est, qui famam negligit.*
24 *Vitæ & honoris causa à pari procedunt.*
25 *Confessio in tormentis extorta, non per se, sed perseuerantia vel fama, vel verisimilitudine facti, vel aliis adminiculis, indubitanter veritatem probat.*
26 *Ad probandum id, quod probari nequit, nemo admittitur.*
27 *Socij criminis nullam qualitatem probant, & sunt testes inhabiles.*
28 *Repelli quis potest in euidenti calumnia, ferrique sententia etiam parte non petente.*
29 *Defensio nisi probetur necessaria fuisse, & cum moderamine tutelæ inculpatæ facta, à pœna homicidij non excusat.*
30 *Iudex perspectis circumstantiis ex iure æquitatis iudicare debet.*
31 *Accusatore mortuo perit instantia quoad pœnam corporalem.*
32 *Iudex potest Reum ob homicidium pœna pecuniaria afficere, si alia non sit petita.*
33 *Condemnando ex præsumptionibus non pœna capitalis, sed pecuniaria mitior imponenda est.*
34 *Probationes in causis criminalibus debent esse luce meridiana clariores, intellige quoad pœnam corporalem, non autem pecuniariam.*
35 *Probatio per coniecturas in criminalibus admittitur in causis, quæ sunt difficilis probationis.*
36 *Bannum delicti & bannum contumaciæ quid differant.*
37 *Lex vbi non distinguit, nec nos distinguere debemus.*
38 *Consistorium Principis, prætermisso iuris ordine, sola facti inspecta veritate procedit.*
39 *Camera non tantum Imperatoris sed totius Imperij consistorium est.*
40 *Nullitates processuum quantumuis magnæ, dummodo de meritis causæ constet, in Camera non attenduntur.*

NVnd N. Gebrüder von N. stehē in Irrung mit N. von N. da begibt sich daß die Partheyen einander im Feldt auffstossen/vñ wird N. erschossen / darauff nimpt N. von N. am Cammergericht für den N. vnd klagt auff den Landtfrieden. Der beklagt verbleibt vngehorsamblich/ vnd wird erklärt in bannum contumaciæ. Von diesem begert er absolutionem durch sein Gevollmächtigten / wird endlich erkandt/ daß er wegen erwiesener fürsetzlicher That soll gebeñ dem N. von N. zehen tausendt Gülden/vnnd sich mit dem Fiscal vertragen. Darauff begert der Beklagt reuisionem actorum, vnd impetrirt dieselbe / vnd ist diß die Relatio Dominorum, qui de facto cognouerit, wie folgt.

Priusquam ad causam viri clarissimi perueniamus, vestro arbitrio committendum duximus: *An bannitus in petita reuisione audiri debeat?* per ea quæ tradit *glossa in l. final. C. vt lit. pend. & ibi Cyn. Cast. Ias. Alexan. in termin. l. ad properandum, §. sin autem Reus, C. de iud.* Quibus locis communi calculo, bannitum, † neque appellando, neque supplicando pro reuisione audiendum esse concluditur. Idque † magis hoc loco procedere debet in bannito Imperii, cuius bona & vita ex formula denunciationis præscribuntur, dann er auß dem Frieden in den Vnfrieden gesetzt / *ad constitut.* gezogen *facit textus in leg. actione. §. publicatione. ff. pro soc. l. postliminium. §. filius ff. de capt. & postl. reu.* Sed vt diximus hoc arbitrio vestro committimus. Quod ad ipsam causam. Inprimis vobis constare debet, cum † Iudicis officium latissim. pateat, *leg. 1. de iurisdict.* quam

1

2

3

viam ingressi simus, à qua supplicans in infirmanda sententia nostra aberrauit. Deinde cum † iura variantur, quemadmodum Rei publ. vel personarum rerumque varietas postulat. *l.* 3. 10. 16. *ff. de leg.* non tam iuris cuiuscunque ratio habenda est, quam vt consideretur, an progressus noster solidus sit, an finem, qui nobis propositus est, consecuti simus, hoc est, an iustitiam fecimus, an non supplicanti plus profuimus, quam nocuimus, an non salutis imperii rationem habuimus?

Sed ad factū ipsum: Iudicium ipsum & principale super fracta pace motum est: Hoc iudicium eo tempore exitum non habuit, quoad naturam sui. Nam non super maleficio, sed super contumacia pronunciatū est, hoc est, bannitur Reus non propter parricidium, sed propter contumaciam. Porro huius respectu petita est absolutio: deinde victori iniungitur, vt ad eam petitionem respondeat. Dat ille Antwort / sed talem, quæ non simplex est, siue quæ solam respiciat absolutionem à banno contumaciæ, sed multo magis ad pœnam facti principalis. Nam vt ipse declarat, non aliter consentit in illam absolutionem, quam si ratio quoque pœnæ fractæ pacis habeatur, & in eum finem acta probatoria quoque exhibet. Hic nos remisso, quod nobis incumbebat ratione processus, Officio mercenario, nobile officium arripuimus, non solum ex æquitate, sed etiam ex summa nostra potestate, habita ratione ad ipsius facti qualitatem in gratiam vtriusq; partis, ad innocentium subditorum, deinde ad iustitiæ & imperii conseruationem. Videndum ergo primum, an factum probatum sit. Frustra enim officium nostrum vindicamus, nisi Reus de crimine conuictus sit, cum nulla 5 potestas tanta sit, cui † innocentem condemnare liceat. *l. absentem. ff. de pœn.* Deinde an licuerit in processū moderationis iuxta petitionem victoris principale negocium cum absolutione coniunctum definire. Quod ad primū attinet, hæc quæstio partim facti est, partim iuris, non per se, sed ex accidenti. Nam si Reus defensionem in continenti mota pœnæ persecutione obtulisset, aut si Iudex hoc illi imposuisset, tota quæstio facti fuisset. Nunc vero secatur & diuiditur, prout diximus. Pro prima parte non magnopere est laborandum. Nam ex actis liquido constat extra controuersiam in 6 petitione absolutionis de † cōfessione Rei qualificata, cuius ea vis est, vt non solum factum, sed & culpam inferat, nisi hæc per qualitatis probationem remoueatur. Ac licet aliqua cul- 7 pæ remotio fiat, tamen † factum ipsum, etiam sine qualitate examinatur ac pœna pecuniaria à Iudice coercetur, vt alias pro varietate circūstantiarum, *l. aut facta. ff. de pœn. Mar. par. 6. tit. de confess. nu.* 9. Hæc patent, & in se sunt verissima, 8 maxime si † confessio libera sit extra carcerem in iudicio, vt extra facta, hoc casu plenam probationem facit etiam in criminalibus. *l. si confessus. ff. de cust. Reor.* Nam eo ipso, quod † quis fa- 9 tetur factum siue delictum, habet præsumptionem iuris contra se, quod dolose fecerit. Ideoque diuiditur cōfessio per talē præsumptionem iuris, & pro parte † accipitur, pro parte nō. 10 *Mar. Ant. Blan. in pract. crim. §. tertia pars. numer.* 39. Altera pars, quæ in iure consistit continetur hac quæstione; *an non auditis defensionib. condemnari potuerit.* Et dicimus, consideratis iis, quæ sequuntur, quod audiri non debuerit. Inprimis † qualitas ista confessioni adiecta per contrarias 11 præsumptiones elangueſcit & infringitur, *l. licet Imperator. ff. de leg.* 1. *l.* 3. *ff. De his qui sunt sui vel alie. &c.* Nam contra † confitentem est iuris præ- 12 sumptio quod dolo occiderit, & non ad sui defensionem, *l.* 1. *ff. ad L. Cor. de sicar. Boer. dec.* 164. *numer.* 10. Quare de istis præsumptionib. dicendum est. Nam quædam ante, aliæ circa factum, quædam vero post factum acciderunt. Sed vt prætereantur illæ, quæ factum præcesserunt † iniuriæ & inimicitiæ, prout in actis 13 *Bald. in c. ad literas. de præsumpt. Iaſ. in l.* 1. *C. de seru. fug.* Tum etiam eæ, quæ in facto acciderunt, qualis nocturna vigilia, occultatio, armorum disparitas, fuga sociorum, equi & bombardæ ablatio. Etsi hæ prætereantur sola, † confessio 14 socii criminis, quæ post euenit, adeo cum suis circumstantiis eminet, & tam firmis fulcitur rationib. vt sola coniuncta cum confessione qualitatem coniunctam compellat & eleuet. *l. fin. C. de accu. Boe. dec.* 34. *Paul. Paris. cons.* 10 *nu.* 134. *vol.* 2. vbi dicit, quod confessio facta in articulo † mortis satis attendatur quo ad veritatem ha- 15 bendam, tam contra confitentem, quam contra alium. Idem tenet Gram. *cons.* 70. *n.* 2. Eoque magis, quod factū hoc per alios, quam complices delicti probari non possit, quia † in his etiā 16 probatio per coniecturas admittitur. *Bald. in l. quoniam. C. de testib. Hipp. Sing.* 646. Huic coniuncta est † fama publica, tertio fuga, quæ adeo 17 suspiciosa † & in iure reprobata est, vt ali- 18 quando ea sola probata, crimen habeatur probatum. Quarto horrendæ † illæ diffidationes, 19 quæ etiam solę hanc probationem conficiunt. Nec obstat, quod recognitæ non sint tum, quia contumacia & dolo eius factum est, quo minus sint recognitæ, qui † dolus ei patrocinari 20 non debet. *l. ita. ff. de recept. arbit.* tum quod in notoriis iuris † solennitates non curantur, *Clem.* 21 *pastoralis. de re iud.* Postremo suspicionem auget, quod non modo intra annū, sed & nec multos annos post de commisso crimine se purgauerit, & culpam, prout debebat, remouere conatus sit. Nam qui allegat † defensionem, eam 22 intra annum probare debet, *l.* 1. *l. fin. de reg. iur.* alias intentati criminis Reus arguitur, *Mara. par. 6. de cont. nu.* 33. Certe ille, si spem aliquam habuisset criminis diluendi tam longo interuallo

tallo, cum tanta omnium rerum iactura vitæque discrimine versatus non fuisset, cum crudelis sit, qui † per tot annos famam negligit, *c. Nolo. 12. q. 1.* causaque vitæ † & honoris à pari procedunt. In Summa, vna harum præsumptionum ad qualitatis probationem impediendam sufficiens est, quid non facient tot ac tantæ simul coniunctæ? *Bald. in l. fin. numer. 2. Cod. de prob.* Exemplum ponit de confessione † in tormentis extorta, quæ non per se, sed perseuerantia, vel fama, vel verisimilitudine facti, vel aliis adminiculis indubitabiliter indicat veritatem, *l. Sancimus. C. de pœn. Papa in arrestis iudiciorum Franciæ lib. 24. tit. 8. art. 1.* vbi refert, duos homicidas, neque testibus conuictos, neque confessos, ad mortem ex solis indiciis & vehementibus præsumptionibus in parlam. Burdegal. alterum 3. Febru. Anno 1519. alterum in Decembr. Anno 1529. condemnatos. Secundum argumentum est. Cur audiri non debuerit: quia non admittitur ad probationem, quod probare † nequeat. *Innocent. in cap. Quia verosimile. De præsumpt.* At Reus noster nullo modo probare potuisset, nec adhuc potest, quia nulli interfuerunt, nisi socii criminis, † per quos nulla qualitas probatur; suntque testes inhabiles, *Bald. in leg. Quoniam. numer. 3. Cod. de test.* Et euidenti calumnia potest quis repelli, & ferri sententia † etiam parte non petente, *Cast. in leg. properandum. Cod. de iud. Rom. Sing. 28.* vbi scribit, si accusatus de homicidio facit articulum, quod hominem occidit, sed fecit ad defensionem suam, idque probauit, quod in articulo continetur, quod non absoluendus, sed puniendus sit. Ratio, quia † defendendo non licet occidere, nisi cum moderamine inculpatæ Tutelæ: Sed debet adiicere & probare, quod fecerit ad defensionem narratam *per iura ibid. alleg. Nou. in tract. def. fol. 826. numer. 30.* Quod ad secundum membrum attinet. Etsi processus nostri ratio stricto iure alicui videri possit aliud postulare: recte tamen sentientibus nihil verius est, quin ex parte nostra, quæ nobis data est, in officio nostro, & legibus applicandis, perspectis circumstantiis, ex iure æquitatis † iudicare potuerimus. *d. leg. Neq; cum seq. l. scire. ff. de LL. l. placuit. C. de iud. Con. lib. 1. cap. 11.*

Restat tandem, vt ostendamus, quæ sint illæ causæ æquitatis, quibus principale coniunctum absolutione contumaciæ vna definiuimus. Inprimis commouit nos immanitas tanti facinoris, quod publice est notorium tam verbis quam scriptis. Secundo publicum omnium statuum de hoc facto iudicium in Comitiis Augustanis Anno 1559. publicatum, & ita ante latam sententiam moderationis in Camera, quod factum Rei appellarunt Eine böse mörderische That/ quod non fecissent, nec facere potuissent, nisi pro notorio maleficio, aut saltem probato accepissent, cum etiam Imperator eo tempore mandauit Bannitum capi, ac debito supplicio tradi, quasi iam conuictum. Tertio contumacia tot annorum. Quarto, mendacia & fraudes Rei, quæ in commissione ad Landgrauium patent, deinde in nomine N. negando & ludendo. Quin summæ æquitatis esse duximus, postquam, instantia iam perierat morte † Accusatoris, per istam contumaciam: quoad pœnam corporalem. *l. fin. C. si reus vel Accus. leg. Diui. ff. de Accus. l. vnic. c. si pend. app. &c.* ne omnem pœnam simili dilatione & sustentatione ad suum arbitrium libidinemque falleret, vt petendi nobile officium impartiremur. Sexto, quia non nisi pœna pecuniaria petita fuit, in quam † Iudex prædicto modo Reum, ob supra dictas præsumptiones & probationes condemnare potuit. *Innoc. in c. Verosimile. de præsumpt. Spec. de præsump. §. species.* Quibus locis concludunt, quod quotiescunque ex præsumptionibus † vel confessione, quis condemnatur, non pœna capitalis, sed pecuniaria mitior imponenda sit. Quare non obstat, nec huc pertinet. *l. fin. C. de probat.* quæ in criminalibus causis luce meridiana † clariores probationes requirit, quia procedit in pœna corporali, non autem pecuniaria. Item non procedit in his, quæ sunt † difficilis probationis, quia tunc etiam admittitur probatio per coniecturas. *Hipp. in pract. crim. in pr. numero decimotertio. Item sing. 698.*

Anno 50. fit litis contestatio vtrinque. Defensionales eodem anno dedit N. 1. Quod quatuor pag. in deß Reichspfleg N. gehörig. Credit. 2. Quod die Pfleger mit aller Herrligkeit Dörffern vnnd Vnderthanen Reis zugestellt worden von Keysern vnd Königen. Non credit. 3. Item quod Reis ab Actoribus conuocatis die Pflicht genommen credit. 4. Item so haben der Pfleger Vnderthanē samt diesen 4. Dörffern einē leiblichen Eyd erstattet alle gebührliche gehorsame zuleysten. Credit 5. Item cum anno 42. contra Turcam a statibus imperii ein gemeine Anlag auff alle deß Reichs Vnderthanē bewilligt/ quod solches a Reis den Pflegsverwandten/ vnd diesen 4. Dörffern vorgehalten / vnd jre Gebührnuß von jhnen ersordert. 6. Item daß darauff die 4. Dörffer sampt andern der Pflegsverwandten jhre gebührende Anlag Reis erlegt / sine aliqua protestatione, & cōtradictione. *Nota Actis contrariū.* 7. quod Rei quasi possessionem iuris exigendi collectas erlangt / & naturaliter & ciuiliter apprehenderint. 8. Item cum anno 44. Sie die Anlag bewilligt vñ von den Pflegsverwandten ordenen lassen / quod Actores contra Huldigungen & Abschied recusauerunt die bewilligte Anlage. Non credit. Scriptura semper loquitur, & licet, &c. Ergo actor non sit expresse litem contestatus, &c. 9. Actores ad curiam senatoriam conuocati pro conseruatione iuris sui ad soluendam contributionem deß Reichs Gehorsamb vnnd Stewer. Credit requisitionem. 10. Quod Actores referendo se ad priuilegia recusarunt dare collectas. 11. Item die Vngehorsamen in custodiam legen lassen. Nō credit. 12. Mane obtulerunt jhre Gebührnuß zuerlegen. Quia in carcere læsi, & ob timorem carceris. 13. Frühe erledigt ex carcere, vnd erlegt post aliquot dies. 14. Nullus læsus, sed immensum frigus fuit: vt ad priorem. 15. Supplicauerunt Cæsari Actores, &c. allegando prætensum priuilegium, darauff Rei responderont, quod Anlage non dicitur, quam in Krafft vbergebener Pflege. Non credit. 16. Ohne quod Imperator Reis secunda cessione mandarit den Supplicanten statt zu geben / sondern Reos von wegen deß Gerichts bey der quasi Possession vnd Gerechtigkeit exigendi collectas auff gethanen begrundten Bericht bleiben lassen. Credit. 17. Item cum anno 48. ein gemeine Anlag zu Erhaltung Cameræ, &c. bewilligt/ vnd von Klägern ersordert/ quod rursus allegarunt priuilegium, nō credit. 18. Posito quod Actores sint priuilegiati, verum tamen daß sie solche vermeindte Freyheit wider die Anlag Anno 44. & 48. nicht schüldig. Non credit. 19. Item quod huiusmodi Abschied omnes Imperii subditos etiam priuilegiatos & exemtos begriffen / nisi quatenus in Abschieden. 20. Ohne quod Rei eynige Anlag auffer legt haben/ quam vt supra, Infert & petit, quod Rei von außgangenen Processen in Recht zuerledigen / & quod Actoribus non licuerit sich zuwider setzen/ wider beyde deß Heyligen Reichs Anlagen/ vnd von andern Imperii subditis abzusondern/ vnd die Reos in habender ergriffener quasi Possession deß Stewrens dadurch zuverhindern/ & quod in pœnam contumaciæ inciderint, auch schuldig die vorgehaltene Anlag de Anno 48. Reis zuerlegen.

Attestationes actorum: 1. N. iuratus 40. Jahr vnder der Pfleg nicht gesessen ad tertium verum. 2. 80. Jahr Nouit sechs Pfleger. Ad interrog. quinti ante 9. annos soluerunt Actores die Türckenstewer Reis als jhren Pflegern / ad 9. verum die Füß ersrört. 3. N. &c. 50. Jahr ad 11. verum 4. ad 9. verum ad 13. verum N. 45. Jahr ipsemet soluit die Türckenstewer / &c. ad 12. verum de auditu exparentibus. 6. N. N. &c. 7. N. &c. ad vndecimum de auditu. 8. Datum Anno 51. Nota, Rei dicunt se esse contentos responsionibus Actorum, & nullos habere testes. N. nomine Reorum dedit Probationschrifft. Petit Reos absolui, & pronunciari, quod Actores tanquam subditi der Pfleger alle noch außständig deß Reichsstewer Reis. die sie allbereit vbertretten/ wie andere Vnderthanen der Pfleger vor sich bezahlt/ zuerlegen schuldig. Concluditur vtrinque, &c. 7. Nouembris.

VOTVM REFERENTIS.

NEGATORIA actum pro libertate conseruanda text. *in l. 2. ff. si seru. vind.* quæ competit pro iuribus etiam incorporalibus. *Iaſ. in §. æque. Inſtit. de act. per conſequentiam condictio indebiti intentata.* An probata. Licet de priuilegiis non constet, tamen habent nomine libertatis fundatam intentionem. Testes apud 12. artic. quod nihil vnquam dederint. Præsumptio iuris liberat agentem negatoria ab onere probandi. *Alexand. 136. in vlt. colu.* Quæritur: *an Rei ab Actoribus iuſte*

bus iuſte exegerint collectas in expeditione Turcica. 1. Bawgelt/Vorraht/Türckenhülff / *iuxta articulum 17. defenſionalem* Præmittit ex Bart. *in l. vnica. C. de muleribus in quo loco, &c. Iaſon in l. placet. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* quod quandoque ſumptus imponitur perſonæ propter res, ob aliquam imminentem neceſſitatem. Et dicitur collecta per æs & libram. Præmittit quod collecta eſt munus ordinarium & extraordinarium. Quando enim procedit lex vel prouiſio generalis, tunc quia habet certum & ſucceſſiuum tractum, tunc eſt munus ordinarium. Sed quando impoſitio collectæ hoc modo non fit ſed tantum præſens tempus reſpicit, vt in noſtro caſu, tunc eſt extraordinarium. Concludo Reis licuiſſe exigere collectas ab Actoribus, puta Türcken hülff. *Sal. in l. ſin. C. ſine cenſ. Bar. in l. hi qui. ff. de iure dot.* Licet n. ſit de regalibus imperii *l. 1. C. de ſuperindict.* & ſolum ad Imperatorem pertineat, niſi quis habeat titulum : tamen Reis eſt conceſſa durch die Abſchied de anno 1500. ſubdit das ein jeder / ꝛc. & de Ann. 1530 auff dem groſſen Reichstage/& de an. 42. hie zu Speyer gehalten/ Item de Anno 48. quo ad Vorraht vnd Bawgelt *ſol. 19.* propter hoſtiles incurſiones Turcæ. Fundamentum cauſæ ſtehet auff dem Abſchied Sed quod ad Cameram. Item conſtat, quod ea impoſitio, die einmal aufferlegte Schatzung in perſonas propter res facta eſt. Talis impoſitio non poteſt cadere in aliam ſpeciem muneris, quam collectæ. Collecta eſt munus quoddam patrimoniale vel mixtum, quod perſonis pro rebus habita contemplatione patrimonii ſecundum æs & libram ob aliquam occurrentem cauſam & non ſucceſſiuam imponitur, & variandum eſt pro temporum qualitate. Nec iuuaret Actores, etiamſi alias eſſent exempti, quia ordinatio omnes obligat pro bono publico. Quod Rei ſunt ſtatus imperii, certum eſt quia N. eſt Ciuitas libera. Nota Ständte vnd Städt. Iuramentum fidelitatis oſtendit ſubiectionem. *Aluar. c. 1. qualiter vaſallus iurare deb. Alex. conſ. 68. vol. 2. & 78. in 6. vol.* Per obedientiam enim acquiritur ius ſubiectionis, *gl. in c. olim. clem. 3. de reſtit. ſpoliat.* Accedit, quod Actores in ſignum recognitionis ſubiectionis ſunt obligati in certis ſummis pecuniariis ipſis Reis, pro vt fatentur ipſimet in ſuis articulis. *Alex. cõſ. 27. vol. 1.* Priuilegiatus ne ſoluat collectas, ſi ſemel ſoluit, ꝓiudicat ſibi in futurũ, niſi fuerit ꝓteſtatus. *Bart. in l. 1. C. de his qui ſponte munera, &c. Canoniſta in ca. cum acceſſiſſent. de conſtit. Schurpff. conſ. 14. in 1. centur.* Sed Actores ſoluerunt, prout fatentur. Ergo. &c. *l. 2. C. de iure dom. impetr. Alex. conſ. 116. lib. 2. Guido deciſ. 387.* loquitur in actu requirente reiterationem. Concludo quod Actores teneantur iuxta ordinationẽ ad Türckenſtewr / Vorraht/ Bawgelt/ Ergo intentio Reorum fundata, & Actores non ſunt immunes. *Bal. in l. iubemus. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Sed quo ad Vnderhaltung Cameræ iudicii nõ video quo titulo exegerint Rei ab Actoribus, ſi modo exegerunt iuxta 17. defenſionalem. Concluſio finalis : Quoad Cameræ Vnderhaltung Reos non eſſe fundatos cõtra Actores, quia nõ habent ordinationẽ nec præſcriptionem. *Platea in l. 1. C. de ſuperindict. li. 10.* Pronunciat iuxta petitionem Reorũ pro maiori parte, *Bar. in l. 1. C. de excuſ. mun. lib. 10.* Abſoluit eos, vnd weiter/quod Actores iniuſte denegarunt Vorraht vñ Bawgelt /ſuper Cameræ Vnderhaltung nõ expreſſe pronunciat *Expol. caut. 348.* Expenſas compenſat, quia partim vincunt, partim ſuccumbunt. *Alber. in verb. dominus. in ſuo dictionario.* Quoad intereſſe condemnat Actores, quatenus Rei probauerint : Si minus, tunc non nocebit illis iſta condemnatio N. N. Quoad iniquitatem, actum quaſi negatoria. *Iaſon in §. æque. Inſt. de act. Loſr. in tit de neg.* An eliſa. gl. *in l. 1. C. de munerib. DD. in l. placet. de ſacroſ. Eccleſ. Petr. de Vbald. in tract. de duobus fratrib. ſub rub. de collect. fol. 262.* Preſupponit, quod Rei ſint in quaſi poſſeſſione iuris collectandi. Ratione receſſuum poſſunt imponere collectã. *Bar. in l. 1. C. de mulierib. lib. 10.* Concludo Reos poſſe imponere collectam, quãdiu durat illorũ præfectura. Priuilegiatus per actum contrariũ renunciat ſuo priuilegio. *DD. in l. iubemus. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Concluſio ſecunda. Quod Actores ſe non poſſunt tueri ratione priuilegii, pronunciat vt Referens. Tacite præterit die Vnderhaltung Cameræ, &c. Expenſas compenſat N. Hãc reputat pro collecta ordinaria, quia certã habet formam *per Bart. in l. 1. C. de mulierib. lib. 10. & in hoc diſſentit à Referentib. Alc. in. l. munus. ff. de verb. ſignif.* Dubitat, was es vor Anſchläge ſeyn / an exigantur iure ſuperioritatis, vel als Pfleger nomine Imperii. Receſſus Comitiorum ſunt clari. Reorum intentionem eſſe fundatam quo ad die beyde Anlage / Cameræ Vnderhaltung præterit. Condemnat Actores in expenſas, quia in iure errarunt. N. Proprie eſt ſuperindictum. Huiuſmodi collecta eſt munus extraordinariũ. Actum vtili negatoria. Canoniſtæ *in c. cum dilecti. de conſtit. vtili vel inutil.* Rei habent permiſſionem auß den Abſchieden / Abſoluit plane Reos ab impetitione Actorum, Cameram præterit, expenſas compenſat : quia habuerunt Actores iuſtam cauſam litigandi. Quo ad formam ſententiæ nihil vult ſpecificare. D. N. Concludit cum Referentib. Hanc collectam eſſe extraordinariam, iuxta Bertachinum *in prælud. in tract. de gabel.* Actores cõfitentur ſie ſeyen Vnderthanen Ergo Reorum intentio fundata. Præſumptio eſt pro magiſtratu. Mallet Actores in expenſas condemnare. Intereſſe omittit, pronũciat, vt Referentes. O. N. Eliſam eſſe actionẽ per cõfeſſionẽ Actorũ ad defenſionales. Quo ad Camerã putat aliud vigore receſſuũ. Pronunciat vt Referẽtes, cõpenſat expẽſas. D. N. Nõ curat vtrũ ſit munus. Quia fuit licitũ vigore receſſuũ. Actio eſt eliſa, abſoluit Reos, expenſas compenſat quia ruſtici.

VOTVM

VOTVM XXXIX.

In causa fractæ pacis N. N. contra N.

SVMMARIA.

1 *Bannitus an facta restitutione damnorum à Camera absolui possit.*
2 *Mulieres bannito coniunctæ quibus remediis dotem, donationem propter nuptias & portionem hereditariam tueri aut recuperare possint.*
3 *Actionis vi vbi agitur, debet dari libellus, lis contestari, processus ordinarius obseruari, secus vbi officium Iudicis imploratur.*
4 *Immissus in possessionem decreto Iudicis iuste possidet.*
5 *Mulier, contra quem possit agere pro dote sua marito bannito & bonis eius publicatis.*
6 *Iudex, si non constet ipsi, vtrum rite executio facta sit nec ne, debet exceptionem malæ factæ immissionis ordinario iudicio reseruare, ne illusoria fiat sententia.*
7 *Exceptio ante executionem, tanquam in summario iudicio opposita, nõ præiudicat mulierib. quo minus possint ordinario iudicio experiri.*
8 *Bona in dubio præsumuntur esse mariti, non vxoris.*

PRIMO quæritur in puncto N. belangendt/ An Actor sit † compellendus, vt damnis & expensis sibi restitutis bannitum N. ad absolutionem admittat. Et conclusum fuit per omnes DD. eum non posse compelli, ex ea ratione, quod in eadem causa in pleno senatu prius conclusum, socium criminis N. N. propter crudelitatem facinoris non absoluendum: Item rem ad comitia referendam, & Statuum resolutionem exspectandam, an sit in arbitrio Iudicis absoluere, vel non absoluere bannitos iuxta qualitatem & grauitatem delictorum. Secundo quæritur; an † procurator matris, vxoris, & sororum N. N. recte egerit, ad repetendam dotem, donationem propter nuptias, & proportionem hereditariam earundem? Qua in re processus causæ paulo altius est examinandus. Et quidem constat dictas mulieres comparuisse primum ad impediendam executionem sententiæ, qua victor N. in bona N. est immissus, & coram Duce Megapolitano, eiusque delegatis idē obiecisse, quod hic in Camera post factam executionem articularunt: verum hisce exceptionibus non attentis, Cameram executoribus mandasse executionem, à qua quidem executione, eiusque excessu rite quidem appellarunt, sed appellationem non sunt prosecutæ, nec eam nunc amplius prosequi possunt, ex causa, quod ea deserta sit per semestre tempus introducendæ causæ, quod effluxum fuit, antequam processus reproducerentur, imo nunquam citatio super appellatione fuit extracta. Quin potius mulieres post executionem, ordinarium processum initio voluisse instituere apparet, quia intentarunt partim possessorium recuperandæ, partim actionem Hypothecariam: Quoties enim vi † actionis agitur, debet dari libellus, lis contestari, & processus ordinarius obseruari per ea quæ habentur & notantur *in l. 1. ff. de edend. l. edita. C. eod. Bart. in l. intra dies, & ibi alij. ff. de re iud.* secus vero vbi officiū Iudicis imploratur, *Barto. & DD. ibid.* Quod tamen fallit, quando Iudicis officium imploratur, loco actionis contra certam personam: quia tunc non requiritur litis contestatio, & dicitur merum Iudicis officium. *Spec. in tit. de off. om. iud. §. 1. n. 2 & 12.* Verum cum hic mulieres actiones suas contra Ducē, ipsiusque subdelegatos & N. tanquam spoliatores instituerint, inepte eas egisse constat. Nam vt de articulis taceam, in quibus requisita multa desiderantur, ipsa petitio, ex qua libellus iudicatur, est inepta, tum petunt Ducem ipsiusque subdelegatos & N. condemnari, tanquam spoliatores ad restitutionem. Verū hos omnes excusatos esse constat, nempe Dux & subdelegati necesse habuerunt sententiæ Cam. sibi executionem mandādæ parere: N. vero quia decreto † Iudicis est immissus, ideoque iuste possidet, *l. iuste possidet. ff. de acquir. poss.* Quare etiamsi ordinario processu obseruato diu hic in Camera litigarent, & ius suum probarent, tamen Rei venirent absoluendi, vel super nullitate processus ob libelli ineptitudinem esset pronunciandum. Concludo igitur, libellos reiiciendos. Sed quæritur: an aliqua ratione hic mulieribus ad consequendum id, quod illis optimo iure debetur, possit subueniri? Et † puto, quod non hic in Camera. Nam actiones suas habent contra N. tanquam bonorum possessorem tantum, non autem contra N. quem hic in Camera conuenire non possunt, propterea quod is sit subiectus Duci Megapolitano, nec vlla sit hic continentia causæ quæ Cameræ iurisdictionem fundat, siquidem, vt supra dixi, executione facta, coguntur per modum actionis coram competenti Iudice possessorem bonorum conuenire. Non obest quod Bald. *in l. 2. in pr. C. ne vx. pro marit.* dicit, Iudicem immissionem male factam in res vxoris debere summatim reuocare. Nam hoc intelligitur, quando Iudici constat, male factam immissionem, verū † vbi non constat Iudici, vtrum rite executio facta nec ne, tunc debet illam exceptionem tanquam altiorem indaginem requirentem, ordinario iudicio reseruare, ne illusoria fiat sententia, *per legem 3. §. ibidem. ff. ad exhib. l. si is à quo, in pr. ff. vt in possess. leg. Iason in lege 4. §. condemnatum. nu. 22. ff. de re iud.* Et exceptio ante executionem † tanquam in summario iudicio opposita, non præiudicat mulieribus quo minus possint ordinario iudicio experiri. *per l. à Diuo Pio. §. si super reb. & ibi Bart. & DD. ff. de re iud.*

Et sane Iudici Cameræ per summariam cognitionem constare non potuit, quæ bona immobilia essent vxoribus obligata, cum in dubio præsumptio fuerit, quod essent bona † mariti, non vxoris. *Bal. in d. l. 2. nu. 3. C. ne vx pro mar.* Ad hæc, quia maritus N. N. ea possedit, præsumptio militauit contra mulieres, sicut etiam difficilis bonorum ipsorum separatio fieri potuit. Debuissent sane mulieres appellationi semel factæ insistere: Nam per hanc viam potuisset illis subueniri, quod cum non fecerint, est, quod sibi imputent, &c.

8

VOTVM XL.

In causa Hanauw / Müntzenberg / *contra* Schultheiß vnd Schöpffen zu Ober Vrsel.

Appellari an possit à taxatione expensarum.

SVMMARIA.

1 *Appellari à taxatione expensarum potest, tanquam ab excessu.*

2 *Appellans ab expensarum taxatione debet exprimere summam excessus pro causa grauaminis, alias dicitur incerta.*

3 *A delegato ad delegantem appellandum est.*

4 *Ab eodem ad eundem non licet appellare.*

5 *Ab officialibus ad superiorem non appellatur. Quod extende ad omnes officiales, præfectos, & præsides principum.*

6 *Præiudicia appellationis, omisso Iudice medio ad superiorem, an releuent.*

7 *Appellatione à denegatione taxationis interposita debitor soluere tenetur ipse iure.*

8 *Accusatores ipso iure taxationem expensarum soluere tenentur.*

9 *Sententiæ diffinitiuæ non requirunt causæ expressionem.*

10 *Actus iudiciarius omnis nullus est, si non citatur is, cuius interest.*

11 *Iudex suspectus potest recusari.*

12 *Iudex nimium fauens potest recusari.*

13 *Iudex nimium fauere dicitur, quando nimium animose procedit.*

SVBMISSVM ratione deuolutionis, & in puncto supplicationis pro arctioribus compulsorialibus: causam esse † appellabilem à taxatione expensarum. *Hip. de Marsi. in leg. patre vel marito. nu. 83. ff. de quæstionib. Bart. in l. ab executore. num. 13. ff. de appellat. ibi additio in litera L.* quod ab omni taxatione appelletur Bal. dicit esse grauamen, à quo possit appellari tanquam ab excessu, *in l. terminato. num 6. C. de fruct. & litium expens. &c. Asinius de mod. proced. §. 32. ca. 21. Rom. consil. 357. per totum.* quod maxime hic dicendum cum ordinatio pœnalium causarum *numer.* 206. expresse habeat, vt moderati fiant sumptus, in Kosten vnd Zehrung. Verum hoc casu DD. requirunt quod Appellans exprimat summam excessus pro causa grauaminis; alias enim † dicitur appellatio incerta, per Phil. Franc. *in c. sepe. de appel. & c. q.* 12. quem sequitur Marant. *p. 6. § fin. nu. 22.* Octau. Vestrius *nu. 36. de appell. in fin.* & Wurmbs. *in c. 17. lib. 1.* & alios quos allegat Asinius *d. loc.* qui etiã *c. 17. §. 30.* ostendit, secundum communiorem dici interlocutoriam, maxime secundum Angel. quando seorsim à definitiua fertur, vbi allegat Ang. *in l. 1. §. socius. in fin. C. de vsur. Guid. cons. 154. in fin. nu. 1.* sed & in specie, causam grauaminis explicandam. *Panor. c. ad consultationem. de re iud.* Quod hic magis requirendum, vt appareat an summa ordinationi sit conformis. *Mar. par. 6. act. 2. num.* 41. etiam in extraiudiciali causam exprimendam, quod cum hic factum non sit, videtur appellatio nulla & deformis, ideo non deuoluta. Quo ad exceptionem, qua dicunt, à delegato † ad delegantem esse appellandum, habent pro se *l. 1. C. quis & à quo. Mar. p. 6. act. 2. numer.* 335. neq; id negatur. Sed contra replicatur, quod delegans se participem fecerit, ideoque quasi ipse cognouerit, habendus sit. Vnde certum, quod ab eodem ad eundem † non liceat appellare. *Maran. d. p. 6. n. 368. vbi allegat Bar. in l. 1. C. de appel.* Probant ex eo, quod coram Notario & testib. Comitis, ipsi professi sunt, se ex sententia officialis & consiliariorum taxasse expensas, quod iidem consiliarii protestatione declaratur, daß sie das Geldt nit anders angenommen haben wöllen / dann hinderlegt Gelt. Quod autem † ab officialibus ad superiorẽ non appelletur, dicit Franc. & Archid. *in c. Roma. de appel. in 6.* qui extendunt ad omnes officiales præfectos & præsides principũ, *Schur. & Franc. ib. & text. in cap. 2. de const. in 6.* Ratio, quia idem consistorium dicatur, &c. Sed è contra, non obstare videtur, quod hic delegatus consuluerit superiorem, quo minus ad eundem appellari possit, quia forte alios potest deputare Iudices, vel si iidem deputentur vel suspecti sint, semper recusari possunt, aut appellari potest. Et ita videtur notare in terminis Hartmannus *tit. de appel. lib. 2. c. 5.* Quamuis præiudicia intelligã exstare in contrarium, quibus ex ducatu Iuliacensi & aliis locis inferiorss Germaniæ appellatio hic recepta, etiã omisso Iudice † medio, cui ex consuetudine prius remissa fuerint acta *c. vlt.* der Halßgerichts Ordnung *ibid.* daß solche Vnterrichter die Oberrichter consulieren sollen. Si ergo Domini malint hæc præiudicia sequi, puto defẽdi posse, quod constat ex confessione Appellatorum, ordinarium esse Oberrichter / deinde quod coacti fuerint sequi illius consilium. Quo ad expressionem causæ illam quidem requiri scilicet vt excessus summæ exprimatur. Verum hic forte secus dicendum, quia nõ tam à designatione aut taxatione, quam à denegatione † taxationis appellatum est, vnde non obstat, quod dicitur requiri expressionen excessus, maxime

1 2 3 4 5 6 7

quod

quod hæc taxatio non videatur per omnia similis ei, de qua loquuntur DD. quæ fit super expensis litis inter partes, vbi condemnatio præcedit, & taxatio dicitur tantum declaratio prioris sententiæ, ideoque mera interlocutoria. Hic vero de condemnatione, aut quod debeantur, nulla quæstio, cum Accusatores vltro
8 soluere parati sint, sicut † & tenentur ipso iure. *Boer. decisio. 303. & in consuetud. Bituricens. §. 29. de iurisdiction.* Sed ratione moderationis principaliter controuersia est: & ratione talium expensarum, quæ non in pœnam aut ob temeritatem per consequentiam ab Actore debentur, sed principaliter ob sumptus factos, ab ipso Iudice, tamen ex lege ipsos taxare & moderare tenetur, adeo vt diffinitiua dici possit, quæ principaliter hanc quæstionem decidit, aut saltem habens vim diffinitiuæ, quia nulla alia
9 speratur diffinitiua. At in talibus † sententiis causæ expressio non requiritur. *Franc. in capit. vt debitus, de appellat.* Et quamuis aliter sentiat Guid. Pap. *consilio 69 & conclus. 89.* tamen de ordinatione *cap. 29. libr. 2.* æquiparantur diffinitiuis. Tertio videtur dicta expressio causæ ideo non tam stricte requirenda, quia ex arbitrio iudicantis, item ex facto Iudicis, quantum expensum sit, sed cum omnino denegata sit taxatio, & ideo in specie non potuerint opponere, cum auditi non fuerint, & dubium adhuc, an sit specifica taxatio, & apparet alia causa, ob quam priores Iudices, tamquam in causa propria suspecti sint, & facilius admitti debeat appellatio, quia ad taxationem illas non citarunt,
10 quod tamen de iure requiritur. Omnis † enim actus iudiciarius nullus est, si non citatur is, cuius interest. *Guid. in consil. 119. num. 2. Hippolyt. in d. l. patre vel marito, n. 28. ff. de quæstion. Marant. p. 6. actio. 3. nu. 22.* & cõmuniorem dicit hanc Baldi sententiam. *in d. l. terminato. C. de fruct. & lit. expens. Asinius in cap. 8. d. §. 32. num. 3.* Item & allegatur, quod sit facta taxatio contra Halßgerichts Ordnung/ quæ si probetur, iusta quoque videtur, etsi de summa non constet, maxime cum vnus ex Scabinis attestatur, se nihil scire de taxatione facta, cum carnifici assignentur vltra centum floren. cum tamen ipsi de Iure nõ plus nisi quinque aurei debeantur. *Marant. d. loco. part. 6. Act. 3. num. 22.*

Quo ad compulsoriales:

Emanarunt quidem priores, vt omnia acta edant, in specie etiam, quæ ad expensas pertinent, neque tantum id factum, prout fatentur Appellati, sed excusant se, quia non putarint id necesse, & quædam acta sint edita, atque offerant se reliqua quoque edituros. Ideoque putarem arctiores non decernendas, sed vlteriores, & hoc magis, vt Rusticitati parcatur, &c.

Concludit: Pronunciandum, sein Begehren der arctiorn halben abgeschlagen/ vnd ex officio fernere Compulsoriales erkandt / & in puncto deuolutionis, nach Gestalt dieser Sachen litis contestationem iniungerem, compensatis expensis.

D. V. V. licet gradatim sit appellandum, tamen si Iudex † sit suspectus, potest recusari, 11
Marant. 557. ob causas suspicionis, vel si † nimium fauens alteri partium, nimium † fauere 12 13
dicitur, quando nimium animose contra partem procedit, quia dixerunt, se non aliter velle pecuniam acceptare, dann ein hinderlegt Geld. *Hartmannus fol. 182. decis. 10. li. 2.* patet ex duplicis, quod se Iudices intromiserint, in causa expensarum; et hic non comites, sed subditi se intromittunt, &c. Concludit cum Referente, in puncto compulsorialium vellet eas decernere sub priori comminatione.

Sententia:

IN Sachen der H. M. Vormünder contra, &c. ist erkandt / daß D. N. nach Gestalt dieser Sachen fürgewandter Eynred vnuerhindert auff libellum 16. Januarii Anno, &c. 70. einkommen / den Krieg Rechtens ad proximam zur befestigen schuldig/cum comminatione daß als dañ derselbig für befestigt angenommẽ seyn soll / fernerin puncto supplicationis, ist gedachtem D. N. sein Begehren / der arctiorn halben abgeschlagẽ/sondern von Ampts wegen der Bescheid/ daß gedachte Appellaten nachmals vnnd in Zeit zweyer Monat/so jhnẽ darzu angesetzt/bey den gedachten Supplicantẽ angezogene Designation/ vollkomẽne Acta die Expens belangendt / editen/sub comminatione, daß als dann in puncto deuolutionis der Krieg für befestiget / vnnd in puncto supplicationis, auff Gegentheils ferner anruffẽ/der arctiorn halbẽ ergehen soll/was recht ist/ die Gerichtskosten auß bewegenden Vrsachẽ gegen einander compensierend vnd vergleichend.

VOTVM XLI.

In causa N. N. Kinder Vormünder *contra* N. vnd N die N.

Appellari an possit à delatione Iuramenti.

SVMMARIA.

1 *A delatione iuramenti an appellari possit.*
2 *Libelli incerti obiectio non est attendenda.*
3 *Iuramentum non nisi parte petente deferendum, neque id officio Iudicis fieri potest.*
4 *Iudex nisi petatur officiũ suum impertiri nõ debet.*
5 *Partes concludendo videtur paciſci quodammodo, vt ita iudicetur, prout probatum.*
6 *Iuramentum suppletorium vt sibi deferatur, pars petere non potest.*
7 *Iudex post conclusionem in causa testes repetere potest.*
8 *Iuramentum suppletorium potest à Iudice deferri, & ex proprio officio suppleri.*

9 *Iuramenti delatio parti præsenti vere vel ficte fieri debet.*
10 *Iudici asserenti delatum iuramentum suppletorium causa cognita, non creditur.*
11 *Iuramentum suppletorium vbi defertur, oportet partes esse præsentes.*
12 *Iuramenti delatio vbi non tenet causa iterato exercetur.*
13 *Iuramenti delatio consistit in arbitrio Iudicis, adhibita tamen causæ cognitione.*
14 *Partes ad audiendam sententiam diffinitiuam oportet citari.*
15 *Contumacia quæ precedit actum, non præiudicat, nisi in actu quis contumax sit.*
16 *Sententia absente parte pronunciata, authoritatem rei iudicatæ non habet.*
17 *Acta debent probari per scripturam.*
18 *Nullitates omnes super iis, quæ sunt iuris positiui, saluari possunt.*
19 *Citatio ad audiendam sententiam concluso processu omitti potest.*
20 *Testis singularis nil probat.*
21 *Testes consanguinei, affines vel amici nil probant.*
22 *Testis vnicus non probat.*
23 *Testis coniunctus nil probat.*
24 *Testis vnus deponens de veritate, si integer sit, semiplene probat.*
25 *Iuramentum suppletorium heredi non deferendum.*
26 *Scire per demonstrationes & rationes est vere scire.*
27 *Testis deponere debet super eo, de quo habet notitiam.*
28 *Iudicis arbitrio relinquitur an iuramentum deferre velit.*
29 *Consuetudo est attendenda.*
30 *Iudex iuramentum deferre potest in omnibus causis, si causa non est magna, quæ æstimatur secundum qualitatem personarum & causarum.*
31 *Exceptio consanguinitatis in teste opposita post publicationem sententiæ non attenditur.*
32 *Nullitates super iis, quæ sunt iuris positiui, saluari possunt.*
33 *Iudex nullitatis debet confirmare tenutam nulliter datam, quando sibi constat, quod de nouo, iustitia exigente danda erit.*
34 *Sententia nulla, si de meritis constat saluari potest.*
35 *Merita causæ magis attenditur, quam nullitas.*
36 *Iudex etiam supremus iudicare debet secundum conscientiam.*
37 *Iuramentum veritatis non debet amplius quam semel præstari.*
38 *Iuramentum decisorium per procuratorem speciale mandatum habentem præstari potest.*
39 *Executionis terminus de iure communi est quadrimestris: potest tamen abbreuiari & prolongari.*
40 *Expensæ quando compensandæ sunt, parti defertur iuramentum suppletorium.*
41 *Veritas magis inspicienda est, quam nullitas.*

REf. nullum grauamen inuenit, quod in actis prioribus non sit deductum: concludit grauamina non esse admittenda. An appellari possit à delatione vel præstatione iuramenti. *DD. in l. generaliter. & l. in bonæ fidei. C. de Reb. creditis. Barto. in l. in actionibus. numer. 26. ff. de in litem iurand. & in l. Nam & postea. 8. §. fin. num. 1. vers. præterea. & in l. sed & si possessori. §. fin. ff. de iureiurand.* tenet, quod non possit appellari, cum ex iuramento necessario nõ oriatur actio; Alii tenent, quod licet † illa sententia delationis videatur [1] esse conditionalis, scilicet si iurauerit, tamen per eam, sententiam non suspendi, sed tantum eius effectum atque executionem, ita vt fatalia currant à tempore latæ sententiæ, & non à tempore præstiti vel accepti iuramenti. *gloss. & DD. in l. 1. §. biduum. ff. quando appellandum.* Nam ex ipsa delatione grauatur pars. *l. non erit. §. diuus. versi. dato. ff. de iureiurand.* Recepta tamen & communior est sententia, vt tam à delationis quam præstationis, sententia decisoria vel suppletiua appellari possit. *Innocent. capit. fin. verb. taxatio. numero 4. versic. quidem. de his quæ vi metusve causa. Idem Abb. in capit. iuramentum. numer. 11. de iureiurand.* Et hanc in Camera approbatam asserit Mynsing. *obserua. 14. cent. 1.* Minus dubii est in nostro casu, cum à die scientiæ appellatum sit, & noster Appellator non fuerit citatus ad audiendam sententiam diffinitiuam, vnde cum & contra appellationem nihil opponant Appellati, Concludit appellationem esse deuolutam.

De nullitatibus: Putat obiectionem † incerti [2] libelli non esse attendendam, *Alexan. consil. 67. num. 5. volum. 2. Fel. cap. cum super. nume. 11. de offic. deleg. DD. in §. omnino. de actionib. 2.* Obiicitur, iuramentum † non nisi parte petente deferendum [3] esse. *Dd. in d. leg. admonendi. ff. de iureiur.* neque officio Iudicis id fieri posse. *Ias. in d. l. nume. 154.* cum illud nisi petatur, impertiri † non debeat. Et [4] hanc communem dicit Ias. *in d. §. omnium.* confirmat Henning. *consil. 52. numer. 10. de iureiur. per allegata ibi Soc. Reg. 252. fall. 39.* Nec valebit ita delatum. *Bart. d. l. admonendi num. 60. & ibi additio litera. C.* Contrarium tenet Abbas *in c. fin. §. sane. num. 15. de iureiur. sequitur Alex. cons. 53. num. 5. vol. 1. Franciscus Maurus quæst. 698. num. 4. p. 2.* Et ita in foro seruari tenet Hartmannus *Pract. forens. tit. de iuramento calumniæ, notab. 15. lib. 1.* Tertio opponi posset, post conclusionem in causa delatum Iuramentũ: Conclusio autem in causa tantum operatur, quantum sententia. Nam partes [5] † concludendo videntur paciscí quodammodo, vt ita iudicetur, prout probatum, *Felin. c. fin. num. 2. versic. sed est cæcus. de restit. in integr.* nec potest † pars tantum petere sibi deferri iuramen- [6] tum suppletorium. *Fel. in cap. si dilectus, in pr. de fid. instrum. Hippo. in l. Maritus. num. 21. ff. de quæstionib. Bart. in d. l. admonendi. nu. 61. Iason in repetitione ibid. n. 266. Roman. cons. 255. n. 5. Bald. cons. 345. vol. 4. n. 2.*

Socin.

Socin. Regul. 252. *Fallentia.* 40. Sed cum Iudex
7 † post conclusionem in causa testes repetere possit, siue à parte petatur siue ipsi visum fuerit, *late Alex. cons.* 76. *nu.* 2. *vol.* 6. *& cons.* 122. *n.* 6. *& cons.* 149. *nu.* 19. *vol.* 2. Imo etiam ex officio recipere. *Iason in l. vbi pacta. nu.* 14. *C. de transact. Roma. cons.* 479. *nu.* 4. Quomodo dubium erit, an iu-
8 ramentum † deferre possit? *Alex. cons.* 53. *nnm.* 5. *vol.* 1. quia Iudici nunquam concluditur, & semper vniformiter ipsius officium durat. *l. postea quam. ff. de re iudicata. c. cum dilectus. De fid. instr. & & ibi Abb. c. cum clamor. de testib.* & vbi Iudicem æquitas mouerit, potest ex proprio officio supplere; *argũ. l. vbicunque. ff. de interrog. act. in terminis. Vit alis in tract: clausularum, claus. An possit renunciari probationib. nu.* 12. Et præcedentem Abbatis opinionem, sequuta est Camera in causa N. Moueor etiam, quia antequam concludatur in causa, Iudici liquido constare non potest, (ita vt contrarium doceri nõ possit) num plene vel semiplene sit probatum, *c. significauerunt. & ibi glos. verb. liquere, de testib. Henning. p.* 3. *processus iuditarii. Rub.* 42. *de processu in causa declarationis. n.* 5. *litera. VV. fol.* 804. Accedit, quod hæc petitio ab initio per clausulam salutarem facta censetur, & sufficere videatur. *Additio ad Bart. in d. l. admonendi. nu.* 60. *litera C.* Quarto fortius vrget, quod iuramentum suppletorium, parte non citata, & sic ea absente fuerit delatum. Ex actis enim partis aduersæ citatio deprehendi non potest. Omnium autem Doctorum communis
9 opinio est, quod iuramenti † delatio parte præsente, vere vel ficte fieri debeat, *in d. l. generaliter. §. his de præsentib. & §. fin. vbi Salicet. post nume.* 11. *ff. de reb. cred. Bald. cons.* 285. *n.* 6. *vol.* 1. Quod si aliter fiat iuramentum non tenet, neque iuranti prodest, *Bald. d. §. his de præsentib. in prin. num.* 2. *& Salic. nu.* 24. *Alex. cons.* 122. *nu.* 13. *vol.* 2. Imo est nullum, *Ias. in d. l. admonendi. nu.* 21. *& nu.* 272. *per d. l. in bonæ fidei. & c. Romana. de appel.* Nec statur hoc
10 † casu assertioni Iudicis, licet dicat causa cognita iuramentum fuisse delatum, *Ias. in d. l. admo-*
11 *nendi. nu.* 22. *& 23. cum seqq.* Interest enim † partium, esse præsentes, & quilibet dicere potest, sibi deferendum, vel vna pars alteri referre. *Rota dec.* 2. *in fin. De his quæ vi metusue causa, in nouis, fol.* 45. *Item tenet Soc. d. reg.* 252. *Fallent.* 38. Ar
12 vbi delatio iuramenti non tenet † causa iterato exercetur. *l. si ad excludendum, & ibi Salic. in princ. C. de reb. cred.* Ego vix inuenio, quomodo huic obiectioni solide responderi possit, nisi forte præsumere velimus, acta esse manca & defectuosa hoc loco, sicuti etiam in aliis, constitutiones procuratoriæ, & quædam interlocutoriæ, quarum mentio fit in actis, desiderentur. Vnicam tantum limitationem ad Iasonem inuenio, quo casu citatione non est opus, veluti si Iudex ex proprio officio procederet, & non ad instantiam partis, vel si citata persona pro singulis horis & diebus adesse deberet. *Iason d. l. admonendi. nu.* 272. Cum autem
13 delatio † iuramenti in arbitrio Iudicis consistat, adhibita tamen causæ cognitione; *d. l. in bonæ fidei. & c. cum olim. vbi Abb. de re iud.* neque ab Aduersario reluctante impediri possit, & in nostro casu, parte non petente, & post conclusionem in causa Iudex detulerit, & sic ex proprio officio motus æquitate causæ potius, quam ad instantiam partis, vel de rigore iuris processerit, aliquo modo defendi posse videtur. Nisi & hoc forte releuet, quod Iudex parti Actrici ad proximam ad iurandum præfixerit, atque eo ipso aduersam partem, vt assisteret iuramento, admonuerit, *per tradita à Baldo in d. §. his de præsentibus. in prin. nu.* 2. *& Salic. in d. §. fin. nu.* 11. Quinta nullitas, partes † ad audiendam
14 sententiam diffinitiuam non esse citatas. *l. ea quæ. C. quomodo & quando Iudex & c. vbi gl. verb. aduersus. Vant. de nullit. ex defect. citationis. num.* 56.
15 Ac licet † quis fuerit contumax antea, non præiudicat nisi in actu, quo contumax est. *Vantius d. loco. num.* 98. *Portius consil.* 155. *num.* 11. Vnde sen-
16 tentia quæ absente † parte pronunciata est, authoritatem rei iudicatæ non habet. *Port. consil.* 172. *num.* 28. *Alex. consil.* 123. *num.* 2. *vol.* 2. Quod autem Rei nostri, vel Procurator ipsorum, si forte litem contestatus est, citati non fuerunt, probatur per acta ipsius causæ, quoniam quod ibi non apparet, factum non dicitur. Acta e-
17 nim † debent probari per scripturam. *Alex. consil.* 74. *nu.* 9. *lib.* 1. *Vantius. vbi sup nu.* 14. *& nu.* 82. Et prædicta omnia vera sunt de rigore iuris. Nul-
18 litates † autem omnes super iis, quæ sunt iuris positiui saluari possunt. *Vant. quib. modis defectus nullitatis possit reparari. num.* 125. *fol.* 803. *allegat Decium & alios.* Quod autem concluso processu
19 citatio ad audiendam sententiam sit iuris † positiui, neque defensionem partibus tollat, & ideo omitti possit, tradit Math. de Afflict. *decis.* 283. *nu.* 6. Quod & sequitur Camera. Accedit ordinatio, quæ statuit nullitates, vbi de meritis causæ plene constat, non esse attendendas, cum principes sola veritate causæ inspecta procedere debeat.

De actione: Instituta videtur petitio hereditatis. Petuntur enim libellatæ summæ & vestes sericæ, als Vätterlich vnd Mütterlich Erbe. De requisitis Rofred. sed quia nec se heredes declarari petunt, & forte alia actio, commodiorque dari possit, existimo condictionem certi generalem competere. *l. certi condictio. ff. si cert. pet. & ibi DD.* Requisita tradit Rofred. *rubr. de cert. condit. generaliss. part.* 4. *num.* 1 & 2. Nam etsi quis dicat, *peto bona talia, quæ ad me pertinere dico, quia successi, patri meo, vel ad me pertinent iure paterno.* (vt in nostro casu) nunquam tamen dicendum, quod hereditatis petitio sit instituta, nisi hoc specificetur, & in hoc quotidie dicit errare Iudices Rofred. *dict. Rubr. numer.* 14. *& 15. &c.*

An probata intentio : Agnatio probatur per omnes testes. Item hereditatem auitam aditam esse à Reorum patre. Deberi autem libellatas summas & vestem sericam, per vnicum tantum testem probatum, nempe per primum. Item probatur interpellatio facta à matre. Item oblatio amicabilis transactionis. Transactio autem præsupponit causam aliquam: testes esse fide dignos, Vnde non facile præsumuntur peierare. Concludit videre probatam saltem semiplene.

An Elisa : Vtuntur potissimum sequentibus argumentis Rei ad elidendum, &c. Primo, intentionem semiplene non probatam : Vnicum enim esse testem consanguineum, inimicum, & sic non omni exceptione maiorem. Secundo, heredibus tanquam factum defunctorum ignorantibus iuramentum deferri non posse : Tertio, etsi actio plene probata; obstaret, tamen præscriptio non solum longissimi temporis 30. scilicet, sed & 40. annorum. Quo
20 ad primum, verum quod † testis singularis nil
21 probet. *Alex. consil. 21. nu. 1. vol. 4.* Neque † consanguinei, affines vel amici omni exceptione maiores habeantur, qualis est hic noster. *Salycet. in dict. l generaliter. §. fin. nu. 36. Alex. consil. 45. vol. 2.*

Vnde si in aliquo debilitatur eius fides, non
22 sufficit † vnicus testis ad iuramentum deferendum. *Alex. consil. 32. num. 1. & 2. vol. 1. DD. in d. l. ad-*
23 *monendi, Iason ibi num. 93.* Sed † hic noster testis vtrique parti pariter est coniunctus, & sic pariter affectio præsumitur. Præterea, si vnus
24 testis deponat † de veritate, si integer sit, semiplene probat. *Afflict. decis. 12.* Sin minus & alius testis deponat de confessione extra iudicium parte absente, licet non faciat plenam probationem; quia tamen vna probatio non repugnat alteri, remanebit semiplene probatum & poterit referre iuramentum. *Alex. consil. 21. nu. 4. vol. 4.* Quæ confessio ex oblata transactione elici posse videtur. Secundum elisionis argumentum : Iurans in supplementum, habetur loco testis, & fere in propria causa.
25 Vnde † heredi regulariter non defertur. *Alex.*
26 *consil. 29. nu. 9. vol 5.* Nam † testis deponere debet super eo, de quo habet notitiam. *Henning. d. consil. 52. nu. 6. 7. & 8. Alex. consil. 71. nu. 13. vol. 3.* Sed vt Bart. inquit *in d. l. admonendi. nu. 17. & 18.* Scire
27 † per demonstrationes & rationes, est vere scire, & scientiam habere dicitur, quando id fere per sensum mouetur. Vnde potest heres iurare, si verisimiliter de veritate est informatus. *Ias. in d. l. admonendi. nu. 119. Bald. in Margar. verb. iurare.* Imo in causis ciuilibus, quando quis habet bonam & vehementem præsumptionem,
28 relinquitur arbitrio Iudicis, num † iuramenta deferre velit. *Ias. in d. loc. nu. 118. & n. 175. & in rep. nu. 183. Decius consil. 94. nu. 1. & ibi addit.* Accedit, quod delatio sit valde vsitata in partibus Sa-
29 xoniæ, consuetudo † autem est attendenda. *Bart. d. l. nu. 29.* Quantum ad tertium caput, scilicet præscriptiones, sed communitas esse videtur, & æquitati magis consentanea, quod *cap. malæ fidei de reg. iur. in 6.* iis etiam locum sibi vendicat, prout latissime disputat in vtramque partem *in c. quamuis. de pact. in 6. 2. parte relictionis. §. 11. nu. 2. & 3. Franc. Marc. quæst. 436. nu. 3. pag. 1. firmat Alex. consil. 99. nu. 1. vol. 4.* quod præscriptio in personalibus actionibus etiam procedat sine bona fide, licet ibi Molinæus litera A. distinguat, quod solum scienti debiti non iudicat malam fidem, nec impediat præscriptionem, sed positiua mala fides debitoris, vt quia celat debitum, vel cõtinuata gratia creditoris expressam vel tacitam recognitionem implicans. Et hanc opinionem obseruari dicit Mynsing. *Obser. 6. cent. 4. allegans in præiudicia.* Cum itaque gratia nostræ creditricis fuerit continuata, ob præsumpam Reuerentiam patris & amorem erga fratres, tacite quoque ab ipsis recognitio facta sit (vt ex actis) præscriptione se iuuare Rei non poterunt, &c.

Quid pronunciandum : In omnibus causis, siue bonæ fidei, siue stricti iuris, Iudex iuramentum † deferre potest, ex inopia probationum. 30
Salyc. in d. l. in bonæ fidei. C. de reb. cred. Si causa nõ est magna. *Bald. consil. 401. nu. 3. vol. 3.* quæ æstimatur secundum qualitatem personarum & causarum. *Bart. d. l. admonendi. nu. 54. & Ias. ibid. nu. 222.* Et dato, quod ille vnicus testis non sit omni exceptione maior, quia consanguineus, inimicus, vt semiplenam probationem inducat, tamen quia Rei nostri ante publicationem non fuerunt protestati contra personas, nisi excipere volentes iurent, quod ad hoc ex malitia non procedant, vel ostendant, quod post publicationem demum didicerint, quod nunc obiiciant, & sic primo venerit ad ipsorum notitiam, *Henning. Goden processus iudiciarij pag. 1. Rub. 20. de termino ad publicandum. nu. 6. c. in præsentium. & ibi Innoc. de testib.* Vnde cum contra hunc testem nihil fuit appositum, illa exceptio iam non venit † attendenda. *Alexand. consil. 122. nu. 12. vol. 2.* 31
Et sic recte à Iudice primæ instantiæ, accedentibus aliis præsumptionibus & adminiculis, implicita scilicet N. confessione iuramentum delatum puto. Sed si quis forte nullitates obstare dicat, respondetur, quod super iis, quæ sunt iuris positiui, possint † nullitates 32
saluari. *Vant. quibus mod. nullit. defect poss. reparari fol. 803.* & addit, quod Iudex † nullitatis debet 33
confirmare tenutam nulliter datam, quando sibi constat, quod de nouo iustitia exigente, danda erit. *Vantius d. loco. nu. 30. Angel. in §. quadruplicatio. de act.* Communis enim est opinio, quod sententia † etiam nulla, si de meritis constat, sal- 34
uari possit. *Vantius ibid nu. 129.* Optime faciunt, quæ habet Affli. *dec. 372. per tot.* Coram † Prin- 35
cipe enim magis locum habet veritas, quam ritus Iudiciorum. *Marc. quæst. 13. numer. 5. p. 11. &*

in eo

in eo non attenditur nullitas. Et ſupremus et-
36 iam Iudex poteſt iudicare ſecundum † conſci entiam. *Franc. Marc. quæſt. 316. num. 12. p. 1. & in d. quæſt. 13. num. 8.* vbi refert exempla. Iuramentum
37 † etiam veritatis non debet amplius, quam ſemel præſtari. *Amanell. ſingul. 126. fol. 806. per allegat. ibi.*

Concludit Referens his omnibus priorem ſententiam confirmandam, tum quia probatum, tum quia iuratum. Et iuramentum quo-
38 que deciſorium per † Procuratorem ſpeciale mandatum habentem præſtari poteſt. *Franc. Marc. q. 260. n. 2. p. 1.* Dubia aliquo modo eſt ſententia, num pro rata tantum 100. ſolidorum & veſtis ſericæ, vel in ſolidum teneantur? Sed id inter partes ipſas liquido conſtare poterit, vel contra in executione opponi. De diuiſione quidem ſummæ, neque in Camera neq; in prima inſtantia, cum iam vnus ex Reis liti ceſſerit,
39 quicquam dictum. Executionis † terminus de iure communi eſt quadrimeſtris, ſed ille ex cauſa abbreuiari & prælongari poteſt, *text. in c. quærenti. & ibi gl. verb. quadrimeſtre, de off. delegati.* vbi hic factum. Damna & intereſſe, ſicuti prior Iudex, ſilentio prætereo: debentur quidem in hac actione, quæ eſt ſtricti iuris à tempore litis conteſtatæ, at quia in petendo admodum in Camera fuerunt negligentes, & Tutor teneatur pupillum defendere, iuſtasque cauſas habuerit litigandi, & propter expenſas vel ſumptus liquidationis Expenſæ prioris inſtantiæ ſunt compenſatæ: & quamuis Alex. *d. conſ. 122. nu. 18.*
40 cenſeat, quod quando † parti defertur iuramentum ſuppletorium ex defectu probationum, tum expenſas tam in prima, quam appellationis inſtantia compenſandas, ego tamen vix video, quomodo noſtrum Appellantem à condemnatione earum releuare poſſimus, *l. properandum, §. ſin autem, C. de iudicijs*, niſi forte propter prætenſas nullitates, & quod Tutor appellare cogitur, expenſas compenſandas eſſe puto. Et quod, ſi aliquis contendat de puncto iuris, communiter teneatur, non facile eſſe condemnandum in expenſas. *Ioan. Fab. in §. hæc autem, n. 3. Inſt. de pœna temere litig.* Pro maiori euidentia, ſi dominis videbitur, hæc pauca addemus ſcilicet daß durch Richter voriger Inſtantz in allen geklagten Puncten / zu jhren der Appellantẽ Antheil wol gevrtheilt / vbel davon appellirt.

Votum Domini Correferentis.

D. N. De formalibus appellationis, nil dicendum. Nullitates non eſſe attendendas, cum de meritis cauſæ conſtet, ideo ſola veritate in-
41 ſpecta † procedendum. *Marc. p. 4. diſt. 9. nu. 32.*

De actione: Inſpecto libello apparet, actum petitione hereditatis vel ſi domini maluerint condictione *ex l. omnimodo. vel auth. Nouiſſima. C. de inoffi. teſtam. & Petr. Iacobi in praxi.* Quoad veſtẽ ſericam nihil probatum eſſe, eliſam non eſſe actionem, & tandem concludit cum D. Refer. D. S. citationem partis eſſe neceſſariam: *Port. lib. 1. opin. concluſ. 43. ampliat. 62. lib. 1.*

Sententia: Jn Sachen weyland N. N. nach gelaſſener Kinder Vormünder Appellanten eins / wider N. vnd N. die N. Appellaten ander Theils / ſeynd die den fünfften Decembris, Anno 71. eynkommene gnuamina als vnerheblich / nicht / ſonder die Sach von Ampts wegen für beſchloſſẽ angenommen / darauff vnd allem Vorbringen nach zu Recht erkant / daß durch Richter voriger Jnſtantz in allen geklagten Puncte / zu jhrer der Appellantẽ Antheil wol gevrtheilt / vbel davon appellirt. Expenſis compenſatis.

VOTVM XLII.

In cauſa iniuriarum N. N. & Conſorten contra N. N.

Svmmaria.

1 *Libellus ex concluſione iudicandus.*
2 *Actio iniuriarum quando ciuiliter inſtituta eſſe dicatur.*
3 *Iniuriam taxare licet.*
4 *Legis Aquiliæ iudicio quid conſequamur.*
5 *Actio iniuriarum & legis Aquiliæ an cumulari poſſint.*
6 *Cumulatio actionum regulariter permiſſa eſt, ſi iure non inueniatur prohibita.*
7 *Iuribus pluribus vt quis vtatur, nemini negandum.*
8 *Emens rem, quam ex legato obtinuit, ignorans, duplici actione experiri poteſt, ex teſtamento & ex empto.*
9 *Animus talis præſumitur, qualem verba oſtendunt.*
10 *Animus iniuriantis ex verbis colligitur.*
11 *Verba ſunt notæ paſſionum earum, quæ in animo fiunt.*
12 *Præſumptio, quod proferens verbum iniurioſum, cenſeatur id animo iniuriandi feciſſe, transfert onus probandi in aduerſarium.*
13 *Paria ſunt* non eſſe & non apparere, *ſeu* probatum non eſſe.
14 *Iure ſuo vtens nemini facit iniuriam.*
15 *Iuiuriam iniuria propulſare legibus non licet: hæ enim concedunt iniuriato actionem ad vindicandam iniuriam in iudicio.*
16 *Vſiſi* nemini ſe licet propria auctoritate.
17 *Crimina non relatione, ſed innocentia purgantur.*
18 *Actio iniuriarum an in heredes tranſeat.*
19 *Sententia in defunctum ferri non poteſt.*
20 *Inſtantia litis non finitæ an in heredem tranſferatur, vno ex litigantibus defuncto.*
21 *Sententia vno ex litigantibus defuncto in procuratorem ferenda.*

22 Nota-

22 *Notatus infamia à nemine, nisi à Principe restitui potest.*

23 *Procurator in quantum in actione iniuriarum condemnandus sit.*

24 *Iudex potest taxare, minuere, augere, vel prorsus tollere iniurias.*

25 *Iniuria quibus modis augeatur minuaturve.*

26 *Iniuria scriptio illata multo grauior est verbali.*

27 *Iniuria senatoris aliter æstimanda, quam humilis & extranei.*

28 *Taxa Iudicis debet iuramentum agentis subsequi, quando prætoria actione agitur.*

29 *Iuramentum iniuriarum taxandarum an possit deferri heredi.*

30 *Potestas declarandi ac interpretandi mentem defuncti non conceditur heredi.*

31 *Iniuriatus iurare non tenetur.*

QVÆDAM N. N. veluti affecta iniuria reali & damnificata Anno 1542. litem habuit in Camera imperiali, contra nobilem & validum N. von N. in qua ipsa sententiam obtinuit. Cum autem eadem designationem expensarum litis iudicialiter exhibuisset, Reus exceptiones obtulit contra præfatam designationem, in quibus inter cætera hæc verba continebãtur daß sie die Klägerin vnehrlich geborn/ sich auch allezeit leichtfertig gehalten habe. Item/ daß sie sich auch allezeit als ein verdächtig böß Weib / die sich der Zauberey gebraucht / ꝛc. Hęc verba veluti iniuriosa dicta N. ad animũ renouans, contra eundem N. denuo citationem in Camera obtinuit Anno 43. Et primo pro iniuriarum æstimatione 500. flor. sibi adiudicari petiit. Deinde quia Reus in causa fuisset, & occasionem præbuisset, quod ipsa omnibus bonis suis mobilibus & immobilibus exuta, redactaque fuerit ad summam inopiam petiit pronunciari, daß er jhr der Klägerin solle zugefügte Schmach sampt Kosten vnd Interesse zu erstatten schuldig seyn.

Reus litem contestatur negatiue. Actrix in vim probandi iniurias sibi illatas, produeit supra dictas excepriones in originali iudicialiter exhibitas à Reo in alia causa, 11. Octob. Anno, &c. 42. in quibus illa verba expresse habebantur, quæ supra sunt descripta, videlicet quod ipsa esset leuis mulier, illegitime nata, venefica. Interim institutum consistorii incidit, quo durante, præfata Actrix diem suum obiit. Restaurato Cameræ iudicio, liberi & heredes præfatæ Actricis citationem impetrant aduersus dictum Reum ad reassumendum causam, & persequuntur litem, & dant suas probationes. Inter cætera producunt etiam quoddam documentum literarum à communitate in E. scriptarum, in quibus continetur, quod d. N. & maritus eius N. domicilium habuerint, ibique honeste vixerint, alimenta ex vaccis, ouibus & aliis armentis & proprio opificio quærentes. Datæ die Veneris post assumptionem Mariæ Anno, &c. 44. Contra prædictas probationes Reus inter cætera asserit, quicquid scripserit in allegatis, & reproductis exceptionibus contra expensarum designationem, id non iniuriandi animo, sed sui defendendi causa esse factum, quod defuncta Actrix impensas petierit immensas & indecentes, atque pro maiori parte mentitas, quo commotus fuerit ad scribendum & significandum veritatem. Vtrinque tandem multa sunt agitata, prout in actis ad nauseam videre licet: facta conclusione in causa hac quæritur, quæ sint partes Iudicis in pronunciando. Huius causæ diiudicatio videtur mihi in sex punctis consistere.

1. *Qualis actio sit ab Actrice intentata.*

2. *An actiones ab Actrice intentatæ potuerint cumulari.*

3. *An vtraque actio probata.*

4. *Dato quod vtraque, vel alterutra probata sit, an per defensionem Rei elisa sit.*

5. *An causa transierit ad heredes, tam Actricis quam Rei conuenti.*

6 *Ex quibus tandem sextum punctum deducemus, quomodo scil. pronunciari debeat.*

I. Quod ad primum attinet, duæ actiones intentatæ videntur, & simul in libello cumulatæ, actio scilicet iniuriarum, & actio legis Aquiliæ. Idque satis apparet ex duplici conclusione libelli, ex † qua vtique libellus princi- 1
paliter est iudicandus, *iuxta Panormitan. in capit. ex parte, de foro competent. & capit. ex parte, de rescript. Alexand. consil. 116. libro 2. Frid. de Sen. consilio 25. Castr. consilio 6. in antiq. impr.* Actio † quidem 2
iniuriarum ciuiliter est instituta, quia Actrix in libello æstimauit iniuriam, salua taxatione Iudicis ad certam pecuniæ summam, nempe 500. floren. quod ei permittentibus legibus † licu- 3
it facere, *iuxta § pœnæ autem, § in summa, Instit. de iniur.* Huic actioni coniuncta est actio legis Aquiliæ, quæ pariter Actrici aduersus Reum competit saltem vtiliter. Reus enim si non damnificauit Actricem, saltem causam damni dedit, pro reponendo ergo damno eiusve æstimatione resarcienda merito tenetur vtili legis Aquiliæ iudicio. Consequimur † enim 4
hoc iudicio non tantum damnum, id est, quod amisimus, sed etiam æstimationem damni dati, tam in perdendo, quam in non acquirendo, *l. qui occidit, §. in hac actione; ff. ad l. Aquil. § illud, Instit. eod. tit.* nisi velimus dicere, actionem in factum prætoriam accumulatam esse, quæ pariter aduersus eum, qui damni occasionem præstitit, datur, *iuxta l. qua actione, §. sed & si quis, ff. ad l. Aquil.*

Secundo quæritur; An istæ † actiones cu- 5
mulari potuerint? Respondeo quod sic, quia regulariter cumulationem permissam esse constat,

6 constat, quando iure non† inuenitur prohibita *argument. l. nec non. 28. §. quod eis. ff. Ex quibus cauſis maior.* Vbi quæ ſpecialiter lege non prohibentur, permiſſa intelliguntur.

Et in noſtro caſu nulla regula impeditiua cumulationis obſtitit, quas recenſent DD. *in leg. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquirent. poſſeſſ. l. Edita. Codic. de Edendo. §. ſi minus. Inſtitut. de act. capitu. paſtoralis. extra de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Cinus in capit. nullus pluribus. de regulis iuris,*
7 *in 6.* Et nemini denegandum vt pluribus† iuribus vtatur *l. nullus videtur. de regulis iuris.* Imo illis duabus actionibus contra eundem agitur ex diuerſa cauſa, & ad diuerſam rem. Ergo cumulatio admiſſa. Et idem ſi ad eandem rem ex diuerſa cauſa ageretur.

8 Vnde eſt, quod qui† ignorans rem, quam ex legato obtinuit, forte fortuna emit, duplici actione experiri poteſt, ſcilicet ex teſtamento & ex empto. Nam altera actione rem ipſam, altera precium conſequitur, vt probatur. *l. ſi idem cum eodem. ff. de iuriſd. om. iud.*

III. Ad tertium reſpondeo, primam actionem, iniuriarum ſcilicet, ſatis probatam per exceptionem contra deſignationem expenſarum iudicialiter productam, in qua primum Actrici tanquam malæ & mendaci mulieri non eſſe fidem concedendam ſcribit: Deinde illam illegitime natam ac leuem & infamem (Leichtfertig) aſſerit, eamque pro tali reputatam eſſe. Et hæc verba iniurioſa non ſemel repetuntur. Hęc verba ex ſua natura ſunt iniurioſa & famoſa, ex quibus ſtatim contra proferentem ſeu ſcribentem præſumptio Iuris enaſcitur, eum animum iniuriandi habuiſſe, etiamſi ille dicat, ſe animo con-
9 temnendi non dixiſſe, talis † enim præſumitur animus, qualem verba oſtendunt. *l. quod Labeo. de ſuppel. leg. l. 1. §. Diuus ff. de Sicar.* Et ex verbis ani-
10 mus iniuriantis † colligitur, qui eſt fundamentum & ſubſtantiale iniuriæ. *leg. 3. ff. de iniur.* Vnde
11 & Ariſtoteles dixit, quod verba ſint † notæ paſſionum earum, quæ in animo fiunt. Et huiuſ-
12 modi præſumptio, † nempe quod proferens, verbum iniurioſum, cenſeatur id animo iniuriandi feciſſe, transfert onus probandi in aduerſarium, quod ſcilicet non fecerit iniurioſo animo, & tantiſper perdurat, donec contrarium probetur. *leg. ſi non conuicii. Ibi Cin. Bal. Sal. & alii. C. de iniur. Et Doctores communiter in c. cum de re iud. Ang. in tract. de malef. §. verba contumelioſa,* & ſic etiam opponens aliquam exceptionem turpem in iudicio, tenetur iniuriarum. Secũdum actionem non reperio probatam. Ad huius enim probationem, nihil aliud protulit Actrix, quam teſtimonium quoddam à Sculteto & communitate deß Marcks zu M. emanatum, in quo fatentur, maritum Actricis cum Actrice, ſua coniuge in dicto loco domicilium, item boues & oues, & alia quædam habuiſſe, & quod honeſte ſe ibi geſſerit & aluerit, tanquam honeſtum operarium decet, ſed interim non docet, quod ſua bona culpa dicti Rei amiſerit, aut quod ipſe Reus occaſionem amittendorum bonorum præſtiterit, quod probare erat neceſſe. Cum ergo hoc non fuerit probatum, perinde ſcilicet eſt ac ſi non eſſet poſitum & deductum, cum ſit
13 idem quantum ad iuris executionem non † eſſe & apparere, ſeu probatum non eſſe. *l. duo ſunt, 30. ff. de teſtament. tut. c. plerique. 2. quæſt. 2. gloſſ. in c. at circa. §. alioqui. verb. ſuperuenerit. & cap. nulli. de elect. in 6.*

IV. Venio ad quartum punctum: An Actio intentata per Reum ſit eliſa? Loquimur autem de Actione priore, iniuriarum ſcilicet: Nam poſterior per ſe corruit, vt iam dictum eſt, cum probata non exiſtat, & reor eam non eſſe Eliſam. Neque enim aliam defenſionem Reus affert, quam quod dicit, ſe pronunciatum eſſe per Actricem, quod indecentes, immodicas & pro maiore parte ementitas expenſas iudicialiter petierit, itaque ſui Iuris conſeruandi gratia in huiuſmodi verba proſilierit: Quod autem Iure
† ſuo vtens nemini faciat iniuriam, *iuxta regu-* 14
lam iuris. Sed hæc defenſio nihil penitus releuat. Dato enim quod Actrix immenſos ſumptus indebite petierit, dato etiam quod nonnulla verba indecentia & ignominiam denotantia protulerit, tamen propterea non fuit licitum † Reo iniuriam iniuria propulſare, cum 15
hoc legibus fieri prohibeatur, quæ propterea concedunt iniuriato actionem ad vindicandam iniuriam in iudicio. *§. in ſumma. ff. de iniur. l. ſi non conuitii. Codic. eodem, Specul. de accuſ. verſicul. Quid ſi te vocaui latronem. Ang. in l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. Bartol. in l. 1. Codic. vnde vi.* Quare nemini† 16
licet ſe propria authoritate vlciſci. *l. nulli. Codic. de iudic.* Nec relatione † crimina ſed innocentia 17
purgantur. *leg. ſi qui ff. de publ. Iud. capit. vlt. in fin. & ibi glo. de teſtib.* Item hæc relatio criminis non eſt in continenti facta ſed ex interuallo, itaque nihil releuat.

Præterea verba illa, quæ Reus protuliſſe ſe fatetur, ſunt pura, & ſui natura iniurioſa, ex quibus contra ſcribentem præſumptio Iuris enata eſt, eum iniuriandi animum habuiſſe vt ſupra dixi, ad quæ breuitatis cauſſa me refero. Ex quib. concludo, actionem iniuriarum prætoriam ab Actrice inſtitutam, per defenſiones Rei non eſſe eliſam.

V. Quoad quintum punctum, cum pendente lite contigerit, vtramque partem & Actricem, & Reum è viuis exceſſiſſe, quæritur, *an* † 18
actio iſta in heredem tranſierit? Quod non videtur, quia hæc actio non heredibus eius, qui iniuriã paſſus eſt, neq; in heredes facientis datur. *l. iniuriarũ actio. ff. de iniur.* Præterea hæc actio pœnalis eſt, quia non rem, ſed pœnam continet. Siue n. agatur iniuriarum ciuiliter, ſiue criminaliter, vtroq; modo dicitur agi ad vindictã, *l. 2. §. emancipatus ff. de collat. bon.* Ergo in heredes non tranſit.

l. vnic.

l.vnic.C ex delic.def. Respondetur hæc procedere, si lis à partibus non fuerit contestata. Quia vero lis cum iniuriatore adhuc viuente est contestata, actio fuit perpetuata, & post mortem iniuriantis facta transitoria etiam in heredes, vtcunque pœnalis existat, *iuxta leg.si cum eo.§.qui iniuriarum.& ibi DD.ff.si quis caut.l.omnes. 26.ff. de obl.& act.* Vbi ait Vlpianus: *Omnes pœnales actiones post litem contestatam, etiam ad heredes transeunt.*

VI. Quod ad vltimum punctum attinet: *quomodo concipienda sit sententia; an ipsius defuncti Rei procuratorem, aut eius heredem ferenda sit?* Nam in† 19
defunctum ferri non potest, quia esset nulla. *l. pen.ff.quæ sententia sine app.resc.l.in sententiis.ibi Dd. ff.de re iudicata.* Quid igitur faciendum? Paulus de Castro *in d.l.in sententiis.* notabiliter docet, isto casu, quando quis pendente lite moritur, instantiam litis non finitæ in heredem transferri, † ita quod heredes in lite succedere possint 20
& debeant, *l.si eum hominem.ff. de fideiuss.* vbi instantia dicitur in heredem transferri. Debet autem heres de nouo citari ad reassumendam caussam, nempe vt omnia acta & actitata præhabiti Iudicii repetat, ita quod non instituatur nouus processus cum herede. Est practica *Bart. in l.Lucius.ff.ad SC.Trebell.* Nec obest. *l. nulla dubitatio.Cod.de procurat.* vbi Imperator aperte dicit, quod si Actor vel Reus per procuratorem litiget, & lite contestata vnus ex litigantib. vita defungatur, nihilominus litigatorem posse & debere causam finire, cum procurator post litis contestationem dominus litis factus sit. *c.quamuis.de procu.l.procuratoribus.C.eodem.* Quia respondeo hoc verum esse, quando iudicium per procuratorem est agitatum, quia per eum finiri debet, vt ibi dicit textus citato tamen herede, illud suppletur, vtpote in quem iudicium transfertur, nec nouo mandato ab heredibus indiget nisi fortassis heres iustam reuocandi caussam habeat. *argum.l.quæ omnia.ff.de procur. Zasius d.leg. in sententiis.ff.de re iud.*

21 Concludo igitur † in nostro casu, cum heredes sint citati & approbarint etiam procuratorem, & sese intermiscuerint per ipsum, omniaque acta & actitata vno contextu repetierint, sententiam in procuratorem tanquam dominum litis ferendam esse. Accedit quod alias quando ciuiliter iniuriarũ agitur, & interuenit procurator, sententia sit ferenda in procuratorem & non in principalem. *l.furti. 6.§.si quis alieno.ff.de his qui not.infam.* Est enim magnum discrimen, vtrum in hac actione pronuncietur sententia in principalem, vel procuratorem,
22 quia priori casu principalis notatur infamia, † & à nemine nisi à principe restitui potest, *l.athletas.§.furtis.ff. de his qui not infam.* Altero casu
23 neuter eorum notatur infamia. In † quantum autem condemnandus sit procurator, consistit in arbitrio Iudicis. Is enim quando ciuiliter agitur iniuriarũ, etsi ab Actore æstimata sit iniuria (sicut in nostro casu actrix æstimauit ad 500. flo.) potest vel in tantum Reum condemnare, quanti iniuriam passus æstimauerit, vel minoris, prout ei visum fuerit ex facto, loco, persona, *§.pœna autem.& §.atrox.Inst.de iniur.* Iudex n. habet authoritatem† taxandi, minuendi, augendi 24
vel prsus tollendi. *l. videamus.§.fin.ff. de in lit.iur.* Augetur † autem iniuria in nostro casu, tam ex 25
facto, q̃ ex loco. Ex facto quidẽ, quia in scriptis facta est, & omnis † iniuria scripto illata multo 26
grauior est verbali, *l.1. C.de famos.lib.l.lex Cornelia.§.si quis librum ff.de iuiur.vbi DD.* Ex loco, quia facta in supremo iudicio, Iudice tribunali sedẽte, cuius authoritatem Reus reuereri debebat. Ex persona vero eius, cui iniuria illata est, minuitur, quia humilis persona fuit, quæ iniuriata est, & iura docent aliter† Senatoris & aliter ex- 27
tranei & humilis personæ iniuriam æstimandã esse *d.§.atrox.Inst.de iniur.vbi DD.* Concludendo igitur censeo iniuriã æstimandã esse ad 20. tantũ aureos Actrici (medio eius iuramento persoluendos. Debet n. taxa† Iudicis iuramentum 28
agentis subsequi, quãdo prætoria iniuriarum actione agitur, *vt per DD. in d.§ pœna autẽ.C.de iniur.quã Pan.sequitur in d.c.cum te n.23.de re iud.* vbi dixit; ęstimabitur iniuria p iuramentũ iniuriati, secuta tamẽ taxatione Iudicis, ne in infinitũ iuret. Sed hic noua quæstio oritur; an tale† iura- 29
mentũ possit ẽt deferri heredi ipsius iniuriatæ? Et breuiter, licet in cõtrariũ multa possent allegari. Respondeo in casu nostro q̃ sic. sic n. ẽt est in iuramento in litẽ, q̃uis contra heredẽ dolosi non iuretur in litem, *l.fin. C.de in lit.iur.* In contrarium facit, q̃ ait Bal. *in l.ait prætor.in pr.ff.de iureiur.* dicens, stãte statuto, quod de damno dato credatur sacramento accusatoris, & accusator porrecta accusatione decesserit, heredem eius non posse iurare. *arg. eorum quæ notat gl. in l.idem Pomponius scribit si frumentum.§.si.vers. nec apparet. ff.de rei vindic.* Vnde apparet, q̃ † potestas decla- 30
randi ac interpretandi mentẽ defuncti nõ conceditur heredi. *Lud.Rom.in dict.§ hoc iudicium*, distinguit. Aut facultas iurãdi cõceditur ãlege aut cõceditur ab homine, vt si p̃missi stare iuramẽto tuo, & tũc nõ transit ad heredẽ tuũ. Idẽ tenet Romanus *in l.qui bona, §.qui damni ff. de dãno inf. in addit.nou.& in fin.suis fol.6 cons 290.* vbi *n.5.* ita dicit; An facultas probandi per iuramentum transeat ad heredẽ, sic distingue: Aut loquimur in iuramẽto, q̃ defertur p̃ Iudicẽ legis authoritate sibi necessitatẽ imponentis, & tunc illa iurandi facultas transit ad heredem, ratio est quia lex loquitur & consequenter ipsa semper ita respicit personam heredis, vt eius, cui succeditur. *l.Arriani. C. de heret.* Aut loquimur in iuramento, † q̃ iod defertur ex sola partis voluntate, & 31
tunc ad heredes non transfertur. Porro cogitandum est, quod hic actum est de tali iniuria, quæ etiam afficit heredes iniuriati, quia Reus

vocauit

vocauit Actricem spuriam, veneficam, &c. Videtur etiam, quod cum Actrix ad 500. floren. taxauerit iniuriã, si Iudices velint, iuxta meam consultationem illam ad minimam summã 20. floren. scilicet taxare, nihil opus sit iuramento, quia non debet ambigi, quod defuncta Actrix tanti æstimasset iniuriam. Et ita in præsenti casu ego iudicandum censeo. Aduerte tamen, quod post maturam deliberationem Dominis tandem placuerit, non opus esse nostro casu, quod heredes iurent; licet enim ita consueuerit fieri quod iuret iniuriatus: tamen hoc non est necessitatis, nec iure cautum reperitur, quod iurare debeat, *iuxta d.l. si non conuicij. quæst. 15. & in decis. Tholos. decis. 145. in apost.*

Sententia:

In Sachen N. N. vnd N. N. Geschwistern/ weyland N. N. nachgelassener Töchter vnd Erben Klägerinnen an einem/ wider L. N. N. als Anwaldt vñ Herrn deß Kriegs weyland N. N. von N. Beklagten anders Theils/ ist allem Vorbringen nach zu recht erkant / Erstlich so viel die angezogen iniurien belanget / daß gemeltem N. von N. gedachte Klägerin gedachter massen anzuziehen vnd zu schmähen nit gebürt/ sondern daran vnrecht gethan hab / vnd daß darumb gemelter Licentiat/ als Anwald / zu Abtrag solches 18. fl. Rheynisch außzurichten schuldig sey. So viel aber geklagte Schäden vnd verursachen zu solchem antrifft / ist gedachter L. Als Anwalt/ von gedachter Klag absoluiert vnd ledig erkant/ auch die Gerichtskosten auß bewegenden Vrsachen compensiert vnd verglichen/ &c.

VOTVM XLIII.

In causa Mandati pœnalis propter denegatã securitatem in puncto supplicationis

N. contra N.

SVMMARIA.

1 *Ab executione regulariter non incipendum.*
2 *Timens se offendi ab aliquo magnate, potest implorare officium Iudicis, propter quod ille potens cogitur præstare securitatem de non offendendo illum.*
3 *Securitas vt præstetur, peti potest, & præstanda est à persona personæ causa cognita.*
4 *Itinera esse salua, & negotiationes liberas, Reipubl. interest.*

DVx Illustris N. denegauit N. ad nundinas Francofurdianas præstare saluum conductum contra ordinationem imperii, &c. Et cum N. ex nundinis per Ducatum transueherent emptas merces, coacti sunt illas in Ducatu sub dio & pluuia relinquere, quia Dux prohibuit, ne vlterius veherent. Quare N. supplicarunt ad Cameram pro iudicio pœnali, pro restituendo ipsis retentas merces, & non denegando imposterum saluum conductum, daß er sie forthin zur Messe/ wie im Reich gebrenchlich/ wolte geleyten lassen. Dubitatum autem fuit à quibusdam, an consistorium hoc haberet decernere: Quia ab executione regulariter †non est incipiendum. *l. 1. C. de rei iudic. exec ut.* 1 Et quia consistorium in tali casu non haberet iurisdictionem in Ducem, quoniam certi sunt in ordinatione Camerę prescripti modi, quando Duces in prima instantia sint conueniendi. Ego consulo, pœnale mandatum decernendum esse sine clausula iustificatoria. Mouebat inter cætera me doctrina Bart. *in l. illicitas, §. potentiores. ff. de offic. præsid.* vbi scribit, quod si aliquis † timeat se offendi ab aliquo Magnate, 2 possit officium Iudicis implorare, propter quod potens ille cogitur præstare securitatem de nõ offendendo illum, *d. §. ne potentiores.* Allegat etiam *l. denunciamus. C. de his qui ad Eccles. confug. & ibi per DD. & Cyn.* Si timeo vim fieri in possessione mea, possum implorare officio Iudicis, ne vis mihi fiat, *l. super possessore. & ibi Bald. C. de transact. Bartol. in l. qui bona. §. quidam. ff. de damn. infect.* Sic etiam † potest peti, vt præstetur secu- 3 ritas à persona personæ, & præstanda est officio Iudicis causa cognita, an sit causa iusta, vel non *vt per Dd. in d. l. denunciamus. & per Alex. consil. 25. colu. 6. fol. 5.* adde de hoc pulcherrimam decisionem Capellæ Tholos. 489. Et *ibi in apostilla multa allegantur.* Est autem in nostro casu iustissima causa, quare sit præstanda, quia Reip. interest, quod itinera † passim sint salua, & negotiatio- 4 nes sint liberæ, nemine impedienre. Nec nostro casu aliqua persona priuata supplicat pro securitate, sed tota communitas & Respubl. ciuitatis N. & hoc quidem iustum votum prætendit. Quia licet idem Dux in translapsis nundinis qudragesimalibus Anni 48. vertentis mandatum simplex acceperit ab Imperatore Carolo V. vt à sua denegatione desisteret, & merces illas, quas tum ẽt arrestauerat N. restitueret, & vigore prætacti mandati tum desiterit à sua violentia, & merces reddiderit, tamẽ nunc ad subsecutas nundinas vindemiarum idem, quod prius tentauit, denegando securitatem, & impediendo transuectionem mercium per suum Ducatum. Cum ergo denuò Dux nõ attento priore mandato Cæsareo egerit, iustè timent N. ne Dux quid grauius imposterum sit tentaturus, iuxta Cyn. *in d. l. denunciamus. & Iacob. de Rauen. ibidem.* Et propter hunc metum decernendum illis censerem mandatum, vt securitatem & saluum conductum prefatus Dux iis non denegaret, sed impertiret sub pœna pecuniaria 20. Marcarũ auri puri., quam ipso facto contraueniens solueret. Huc adde, quod ordinatione noua Cameræ mandatum sine clausula permittatur, & quod possit à mandato incipi, quando causa contra Rempub. N. & moram ferre nequit: quia si causa protra-

heretur, possent interim reiterari nundinæ, & N. prohiberentur exercere suas negotiationes in maximum suæ ciuitatis præiudicium & damnum. Quare in hac specie merito relicto ordinario remedio ad illud subsidiarium seu extraordinarium, & in hoc casu necessarium recurri potest.

VOTVM XLIV.

In causa N. contra N. in puncto primæ citationis.

An Commissarius inchoato examine testium, testes, quorum linguam non intelligit, per interpretem examinare possit?

SVMMARIA.

1 *Homines diuersarum linguarum possunt stipulari mediante interprete.*
2 *Matrimonium potest contrahi inter diuersi idiomatis personas per interpretem.*
3 *Iudex potest ferre sententiam inter diuersi idiomatis personas per interpretem.*
4 *Testator potest testari coram Iudice, teste non intelligente eius sermonem, dummodo satis testis sensus percipiat, quid agatur.*
5 *Examen testium an per interpretem fieri possit.*
6 *Interpretis vnius dictum an sufficiat pro plena probatione.*

IN causa fractæ pacis & iudicij de restituendo vertente inter syndicum, scabinum & iuratos communitatis in N. contra gubernatorem in N. in Lotharingia, eiusque consortes, prout nunc incidit ista quæstio seu disputatio, super qua & submissio facta est; *an scilicet danda sit facultas commissario, qui incepit examinare testes, & subsistit, qui nullam nisi Gallicam linguam callent, cuius linguæ Commissarius prior datus, prorsus est ignarus; an, inquam, permittendum sit dicto commissario recipere interpretem, qui sibi testimonia testium interpretetur atque exponat, vt sic inchoatum examen ad finem perduci possit.* Sed aduersariorum procurator contradicit, volens prædictum Commissarium veluti inexpertem Gallicæ linguæ remouendum esse, imponendum q; Actoribus vt alium nominent in locum ipsius, qui sit callens linguæ Gallicæ. Iudicatio ergo totius causæ consistit in hoc nostro casu in eo, an ob id, quod examinandi sunt testes Gallici, & Commissarius est ignarus eius linguæ, debeat habere interpretem, & per eundem Commissarium mediante interprete examen incœptum implere? Ex præcisis superfluxis breuiter dico quod hæc quæstio dissolui posse videatur *ex l. 1. ff. de verb. obl.* vbi dicitur. Quod inter homines
1 † diuersarum linguarum se inuicem non intelligentium possit contrahi stipulatio mediante interprete. Hæc doctrina variis modis ampliatur per DD. Primo quod etiam contra-
2 ctus † matrimonij inter diuersi idiomatis personas iniri possit per interpretem. *Canon. in c. ex*
3 *literis. de sponsalib.* Secundo potest † Iudex ferre sententiam inter homines diuersi idiomatis, adhibito interprete, qui partibus idioma Iudicis exprimat. *Ita Bald. in l. iudiciis. C. de sent. & interloc.* Tertio potest testator testari corã † Iu- 4
dice, teste non intelligente eius sermonem, dummodo talis testis sensum percipiat, quid agatur, *l. qui testamento. 20. §. vlt. ff. qui testamenta facere possunt*, quem textum ibi intelligunt Castrens. & Alex. scilicet per interpretem adhibitum per testatorem, *Ita tenet Bald. & Salicet. in l. 1. §. illud. & §. fin. C. de testi.* Quarto producitur hoc ad examen testium, *vt per Bar. in l. 1. §. vlt. n. 1. de verb. oblig.* vbi quæritur, quid fiat in iudicio cum Teutonicus illiteratus † producitur in te- 5
stem inter latinos? Et respondet Iudex interrogabit eum per interpretẽ, & dicit se ita de facto vidisse, cum assideret Pisis. Sed tunc procedit dubium (inquit ibi Bart.) quomodo stabitur dicto vnius testis? Et siquidem Notarius esset interpres, sufficeret, sicut & ei soli creditur. *vt l. si quis decurio. ff. ad. l. Corn. de fals.* Idem in Iudice. Sed si Iudex vel Notarius nescirent interpretari, & tunc consilium est, vt adhibeãt duos interpretes, si possint plures haberi. *&c. quam contra, de probat.* alias vnum tantum sufficit habere, si non sit plurium copia. *§. quod autem. Nou. de non alien. facit l. comparationis. C. de fideiussor.* Et hanc sententiam Bart. communiter receptam esse Iason *in d. l. 1. §. fin. n. 10.* testatur. Require Alex. *cons.* 179. *lib.* 22. late tractantem, an, dictum † vnius 6
interpretis sufficiat pro plena probatione. Et dicit communiorem esse conclusionem, vti iam dixi, scilicet quod si plures possint haberi interpretes, loco plurium adhibeantur duo, alias vnus sufficit, vel etsi possint haberi duo, si vnus tantum adhiberetur de vtriusque partis consensu, is sufficeret. *Bar. vbi supra & dicit Ang. in nou. vt præpon. nom. Imp. coll.* 9. Quod licet dicto vnius non sit standum: tamen quando tractatur de significatione literarum, statur dicto vnius, qui scit eas legere. Vide ad prædicta Lud. Roman. *cons.* 20. *viso Baldo in l Iuris ignorantia. C. qui admitt. ad bon. poss. Aret. Felin. in c. proposuisti. de probat. Zasiũ in d. l. prima. §. fin. vbi dicit.* ideo credi interpreti, qui vnus est, quia interpres non adhibetur vt testis, sed vt artifex linguæ interpretandæ. Addit, si partes concordari non possunt super interprete, consultum esse, vt Iudex adhibeat duos interpretes, vt ita fiat fides gestis coram eo. Concludo ex prædictis, quod cũ Commissarius datus iudicialiter iam cœpit examen testium, possit & aliquot testes, quorum idiomatis est ignarus, per interpretem examinare.

Sententia: In Sachen N. contra N. in puncto primæ citationis ist D. N. sein Begeren in der Supplication den 17. Sept. jüngst eynkommen/ daß der Cõmissarius einen vnpartheyischen Dolmetscher zu der Verhör/ vñ Zeugẽ/ so kein teutsch könnẽ/ auffnehmẽ möge/ hiemit zugelassen/ doch daß er denselbigẽ zuvor/ wie recht/ beeydigẽ soll/ &c.

VOTVM

VOTVM XLV.

In causa N. von N. Kinder Vormünder & Fiscalis Imp. pro interesse, contra illustres quosdam eorumq; consortes.

Modus referendi in causis restitutionis in integrum.

SVMMARIA.

1 *Restitutio in integrum etiam per procuratorem peti potest.*
2 *Mandatum generale an sufficiat pro imploranda restitutione in integrum.*
3 *In Mandato speciali ad petendam restitutionem in integrum non opus est inseri causam, ob quam ea petatur, sed sufficit in genere narare, quod sit constitutus procurator ad implorandum restitutionem.*
4 *Minor restitui potest aduersus sententiam non solum præsidis prouinciæ, sed etiam contra sententiam præfecti prætorio & Imperatoris.*
5 *Restitutionem minoris in integrum præcedere debent læsio & læsionis cognitio.*
6 *Libellus, in quo petitur restitutio, debet expessim continere, quod minor fuerit læsus propria facilitate vel dolo aduersarij.*
7 *Læsio quæuis non causat restitutionem, sed ea tantum, quæ prouenit ex facilitate minoris vel dolo aduersarij.*
8 *Minor si dicatur læsus, nec addatur, sua facilitate, vel dolo aduersarii, libellus velut ineptus reijcitur.*
9 *Minor vt impetret restitutionem, quæ probare teneatur.*
10 *Læsio qualiter probetur.*
11 *Minor læsus culpa suorum tutorum, aduersus eos regressum habet pro indemnitate consequenda, si soluendo sint, & nu. 13.*
12 *Remedium ordinarium vbi quis habet, cessat extraordinarium.*
13 *Minor Læsus optionem habet, vel petere restitutionem in integrum, vel in tutorem vel curatorem pro sua indemnitate agere, nec necesse habet expectare, donec effluat tempus quadriennij, quoad petendam restitutionem datur.*
14 *Auxilium ordinarium non excludit extraordinarium, quando contra diuersos competunt.*
15 *Pupillus ex culpa tutoris læsus restitui debet potius si velit quam contra tutorem experiri.*
16 *Actio tutelæ ante finitam tutelam non datur.*
17 *Dolus videri potest ex coniecturis, quandoq; singulæ ad eum probandum sufficiant: multo magis coniunctæ.*
18 *Procurator, tutor vel curator contumax punitur vt dominus vel pupillus.*
Quod ita verum esse intelligo in contumacia grauiori, secus in simplici & leuiori.
19 *Obtemperare ius dicenti quis non videatur.*
20 *Contumax quis verè dicatur.*
21 *Pœna personam delinquentium non egredi debet.*
22 *Reip. interest, ne crimina maneant impunita.*
23 *Minor non habet personam standi in iudicio.*
24 *Gesta ab adultis curatorem non habentibus extra iudicium valent, & iure subsistunt.*
25 *Sententia contra minorem non defensum lata, est ipso iure nulla, nec opus habet rescissione.*
26 *Minori rerum suarum defensio permitti solet. Quod intellige cum grano salis.*
27 *Sententia lata aduersus minorem defensum vsq; ad litis contestationem vel vsq; ad probationes, postea verò derelictum, ipso iure nulla est, nec opus ei est restitutione in integrum.*
28 *Minores pubertati proximi non restituuntur contra delictum, si in eo dolosè versati sint, sed debent puniri.*
29 *Minor, qui se maiorem asseruit, sic in dolum incidit, vt restitui non debeat, quod restringitur & limitatur. ibid.*

IN causa turbatæ possessionis, quæ agitata est inter tutores pupillorum nobilium von N. ex vna, & generosos Comites D. N. N. & N. W. vnd R. Grauen pro se ipsis nec non contra D. N. & D. N. de N. & curatores D. N. iuniotis W. vnd B. Grauen/ex altera parte, submissio facta est in hac imperiali Camera super restitutione facienda contra sententiam pœnæ declaratoriam, quæ fuit decimoquinto Octobris, Anno quinquagesimo in eadem Imperiali Camera lata. Priusquam autem disputem; an concedenda sit hic restitutio, videndum est; an procurator petens restitutionem sit etiam satis legitimatus, aliàs nullitas totius processus & causæ enasceretur. Et sine controuersia est, etiam per procuratorem restitutionem † in integrum peti posse, *vt per Rubric. Cod. etiam per procur. caus. in integrum rest. t. agi poss.* Sed 1
an generale mandatũ † sufficiat pro restitutione imploranda? generale hic N. produxit, in 2
quo ne verbulo quidem fit mentio de petenda restitutione. Et omissis ambagibus dicendum est speciale mandatum requiri, nec generale sufficere, vt est communis Doctorum sententia, idemque satis probatur *in lege illud, vigesimaquinta, §. si talis, ff. de minor.* vbi dicitur, si talis interueniat iuuenis, cui decernenda sit restitutio, ipso postulante præstari debet aut procuratori eius, cui id ipsum nominatim sit mandatum, qui verò generale mandatum de gerendis vniuersis negotiis allegat, non debet audiri. Idemque habetur *in capit. per tuas, & capit. coram, de restitutione in integrum.* Et huius rei Baldus triplicem rationem adfert, *in lege prima, Codic. etiam per procurat.* Huncque casum etiam recenset *gloss. in c. quæ ad agendum, de procurat. in sexto.* inter casus, in quibus speciale mandatum exigitur. Addit tunc hoc verum esse, si restitutio articulariter petatur, secus si

incidenter, idemque glossa tenet *in cap. suscitata. in verb. postulauit. extra, de in integrum restitutione* Illud tamen verum est, quod non sit opus in ta-
3 li speciali mandato restitutionis † nominatim inserere causam, ob quam petitur institutio, sed sufficit in genere narrare, quod sit constitutus procutator ad implorandam restitutionem *vt Bart. probat in lege filius. ff. de donat. quem cæteri communiter seqq.* Ex præ dictis concludendum contra videtur, quod mandatum N. productum ad petendam restitutionem non sit sufficiens, cum in eo restitutionis nulla fiat mentio, per supradicta. Et hæc committo Dominis. Dato autem procuratorem Reorum satis legitimatũ esse ad implorandam restitutionem, videndum tamen consequenter; an petita restitutio sit concedenda. Sane illud extra controuersiam † est, minorem restitui posse contra
4 sententiam *lege, cum. 4. & lege fin. C. si aduers. rem iud.* Nec solum illi datur restitutio contra sententiam præsidis prouinciæ, vt ibidem: sed etiam contra sententiam præfecti prætorio & Imperatoris. *leg. præfecti etiam. 17. ff. de minor.* Pri-
5 usquam tamen contra sententiam † minor restituatur, omnino necessarium est cognitionem læsionis præcedere, & de eo apparere, vtrũ læsus sit. Et siquidem particulariter aduersus sententiam imploretur institutio plenissima, opus cognitione est vt è iudice actus & processus, & alia videnda & perscrutanda, quo is potuit cognoscere, an iusta occasione minor conqueratur, & vtrum iusta ratione se iniuste condemnatum à Iudice proponat, idque D D. communiter tenent, moti ad hoc per *legem fin. Cod. si minor se maior.* sub illis verbis: *ea quæ in preces contulisti, examinare præsidem prouinciæ conuenit, qui si ex luce probationum te deceptum cognouerit, fidem veri sequitur* quam legem ad hoc ponderat *Salic. in d. lege prima. Cod. si aduers. rem iud.* Quod si non particulariter & directo, sed incidenter minor se contra sententiam petat restitui, tunc sufficit leuis quædam & summaria cognitio seu indagatio, *vt per D D. ibi & Ioan. Maurit. in tr. de restit. in integrum cap.* 193. In nostro autem casu videtur particulariter peti restitutio, ideoque plenissima cognitione opus est. Denique considerandum, an libellus, in quo petitur restitutio sit formalis, & iuste conceptus, quod mihi non videtur, quia D D. volunt, & maxime Bald. *in lege non videtur Cod. de in in-*
6 *tegrum restit.* quod libellus, † in quo petitur restitutio debet expressim continere, quod minor fuerit læsus propria facilitate, vel dolo ad-
7 uersarij. Non † enim quæuis læsio causat restitutionem sed ea tantum, quæ prouenit ex facilitate minoris vel dolo aduersarij. *l. 1. in pr. & §. fin. ff. de minor. Salic. in d. lege non videtur.* Et non sufficit sic solum allegare læsionem, prout Reorum procurator in suo libello petitæ restitutionis fecit. Et subdit ibi Baldus, quod si solum diceretur minorem læsum, † nec ad- 8
deretur sua facilitate, vel dolo aduersarij, libellus tanquã ineptus, esset reiiciendus, quod etiam Bart. voluit *in leg. verum. §. sciendum. ff. de minor. & Matth. de Afflict. in constit. regn. Sicil. libro 2. num. 28. incipit: Minor iurauit. Idem tenet Salic. in d. l. non videtur.* Imo ad hoc, vt concedatur minori restitutio † per Iudicem quatuor sunt 9
probanda. I. se esse minorem. II. se esse læsum enormiter & immodice. III. Quod læsio processerit sua facilitate vel dolo aduersarij. IV. Allegare debet, quod sit intra tempora restitutionis petendæ. Qualiter autem † pro- 10
betur læsio, vide Alex. *in l. nam & postea. §. si minor ff. de minor.* Petitur autem in nostro casu restitutio primo nomine & ratione Comitis N. qui Curatores habuit in litẽ, & est minor. Deinde Comitis N. N. qui est maior, & tamen petit se restitui, tum quia absens fuit, tum quia eius procurator notabiliter eo tempore laborauerit seu ægrotauerit.

Primum videamus de N. Et quamuis facie prima videri potuit, quod ei non sit concedenda restitutio, cum ex † culpa suorum tuto- 11
rum sit læsus, contra quos regressum habet pro indemnitate consequenda, nimirum si soluendo sint, vt in nostro casu (idem & in procuratore minoris obseruatur) quia si per factum procuratoris læsus minor, non restituitur, nisi procurator non sit soluendo, *per leg. cum mandatum. vigesimatertia. de minor.* Ergo idem videtur in tutore vel curatore dicendum, si ex facto ipsorum sit læsus minor. Item vbi quis ordinarium † remedium habet, cessat extraordinarium. 12
lege in causa. secunda. ff. de minor. vbi Bart. in l. in prouinciali. ff. de noui oper. nunc. Nempe, quod tali casu † minor optionem habeat, vel petere institu- 13
tionem in integrum, vel tutorem, vel contra curatorem pro sua indemnitate agere. *per textum leg. 3. C. si tut. vel curat. interu.* Et sic est in electione minoris, vtrum velit restitutionem in integrum petere, vel tutorem vel curatorem conuenire. Potest enim vtramlibet viam eligere, nec expectare tenetur minor, donec effluat tempus quadriennij, quod ad petendam restitutionem datur, quod multis docet Ioan. Maur. *in tract. de restit. in integr. cap. 48. vbi declarat leg. 1. Cod. eodem. vide & Panorm. in c. cum venissent. extra de in integrum restit.* Non obstat quod superius dictum est, cessare beneficium iuris specialis, vbi auxilium ordinarium siue iuris communis habetur; cui respondetur, quod auxilium † or- 14
dinarium non excludit extraordinarium, quando competunt contra diuersos. *Salic. in dict. lege prima.* Et non obstat, quod secus est in Procuratore, quia is voluntarius est, tutoris vero vel curatoris officium necessarium. *vt per Salic. in l. 1. Cod. si tut. vel curat. interu.* Ex prædictis ergo concluſiue dicendum est, pupillum N. (quia per talem sententiam pœnæ declaratoriam

est

est læsus, si pœna ex rebus pupillaribus debeat solui) restituendum esse contra prolatam sententiam, aliàs toleremus ei optionis beneficium, quod ex dictis legibus habet. Verum hîc cogitandum censeo & indagandum; an hæc pœna tutoribus pupilli sui nomine inflicta, possit transferri statim in ipsos tutores? Quod non
15 videtur, quia *vt supra dixi*, etiamsi † pupillus ex culpa tutoris læsus sit, tamen restitui debet,
16 si velit potius, quam contra tutorem experiri *d.l.etiam.* Adde quod actio † tutelę ante finitam tutelam competere non possit. Absurdum enim est à tutore administrationis rationem negociorum pupilli exposcere, in quo adhuc perseuerat, inquit Vlp. *in l. si tutor. §. si testamento, & l. nisi finita. in princi. ff. de tut. & rat. distra.* Sed his non obstantibus, crediderim defendi posse, quod statim tutores ad solutionem pœnæ condemnentur. Primum quia DD. communiter *d.leg.etiam.* intelligunt, quando minor læsus est facto vel negligentia, vel etiam culpa tutoris vel curatoris. In nostro autem casu non solum culpa tutorum deprehenditur, sed etiam euidens dolus & calumnia manifesta, nec non summus iudicii contemptus, quo casu non videtur locum habere *d. lex, etiam.* Dolus autem ex nudis † coniecturis videri potest,
17 quas late Bartolus examinat *in l. post contractum. ff. de donat.* Et licet quandoque singulæ coniecturę sufficiant ad dolum probandum, si tamen coniunctim & plures conglutinentur, tunc apertè conuincitur dolus, *vt per Bartol in l. cum posteaquam. & Decium in l. pactum quod dotale. Codic. de pact.* Sed ita est in nostro casu: Nam præfati tutores facile scire potuerunt, sub qua forma concipienda etiam recognitio præsentationis Capellæ S. Magdalenæ zum N. nempe iuxta oblationem prius factam ab ipsis Reis, ad quam relatio facta est in sententia Anno &c. 44. lata.

Quod si respondeas, tutores necdum fuisse in lite. Respondeo, id tamen eos ex actis cognoscere potuisse: Et dato, quod in hoc negligentes exstiterint, tamen ab ipsis Iudicibus per sententiam commoniti sunt de danda recognitione iuxta oblationem prius factã, quæ lata est 8. Nouemb. Anno 49. item paulò post 31. Ianuar. Anno 50. rursus commoniti sunt & relatio facta auff das beschehen erbieten: ita plane quoq; nullam ignorantiam prętexere potuerunt, So seind die verba deß Erbietẽs gantz lauter vnd klar/sed tamẽ rursus non parnerunt, sed obtulerunt ein Vrkundt dem Erbieten gantz vngemäß. Quis ergo hinc non colligeret calumniosè id ab ipsis esse factum? Porro cum hanc calumniam Iudices animaduertissent, & iustam habuissent causam Reos condemnandi in pœnas executorialium, id tamẽ prætermissum est. Imo ad contraueniẽdam eorum malitiam rursus sententiam tulerunt 15. Octobr. Anno 50. Et ne quid prætexere possent, in eadem inseruerunt formam, secundum quam exigi deberet die Vrkundt cum declaratione pœnæ: in euentum præfixæ 3. hebdomadæ ad parendum sententiæ. Quid factum? Obtulerunt Rei ein ander Vrkundt/sed tum demum, cum iam euentualis sententia illa purificata esset, post 3. hebdomadas effluxas. Et quamuis hæc mora purgari potuisset ob intemperiem aeris & lutulentam viam, quam tunc fuisse Rei prætendunt: attamen oblata recognitio rursus difformis præscriptæ formæ. Nam cum in narratione der Vrkundt inseruissent ad verbum sententiam prædictam, tamen postea in dispositione data opera omiserunt alterum membrum, Nemlich wie die R. Graffen zweymal præsentiert haben/ daß sie Actoribus die zween Rechsten Man auch gestatten wolten/ quæ est manifesta & notoria calumnia, & euidentissimus totius iudicii contemptus. Nec video, quod hæc tam manifesta & intolerabilis contumacia vlla ratione vel quæsito colore excusari possit. Nam quod prætenditur, Reos non potuisse parere, hoc omnino nihil releuat, quia si potuerunt dare Vrkundt/ potuissent etiam sub ista forma, quam iudex præscripsit, parere. Cum ergo ex prædictis omnib. colligatur manifestè, quod dolosè & calumniosè præfati tutores in offerendo der Vrkundt tot sententiis toties repetitis non paruerint, neque ius dicenti obtemperauerint, & sic fuerint in grauissima & notoria contumacia. Ergo sequitur, quod ipsi, & non pupillus debeant puniri. Tradunt enim *DD in leg. 1. ff. si quis ius dic. non obtemp.* quod ipse † procurator, vel tutor vel curator 18
puniatur, vt dominus vel pupillus, quia non censetur procuratori mandasse, vt faceret aliquid illicite, vel vt contumaciã admitteret grauiorem, licet in leuiori contumacia, quam simplicem appellant, procurator constitutus ad litem præiudicet domino. *d.l. 1. §. si procurator. ff. eo.* Is autem videtur † ius dicenti non obtemperare, qui, quod extremum est, in iurisdictione nõ 19
facit, id est, qui sententiæ diffinitiuæ non paret. Et eleganter hoc declarat Zasius *in dict. leg. §. is videretur.* Et talis contumacia longe grauior est & atrocior, quam contumacia eius, qui in ius vocatus non ierit: propriè enim nihil præceptum est, quod contempsit, ideo iurisdictionem magistratus non impedit, quo minus procedat in causa ad reddendam iustitiam. Et de hac leui contumacia loquitur titulus *ff. si quis in ius vocatus non ierit.* vbi leuioris contumacię species tractantur, sed qui decreto & præcepto Iudicis non obtemperat, is grauiter † delinquit 20
& non exequitur iussum magistratus, *vt per Oldend. Class. 1. col. 2.* Item per obliquum consequitur pupillus N. quod aliàs directò per concessionem restitutionis in integrum nanciscere-

tur, nempe vt indemnis seruetur; Deinde pœna suos auctores tenebit, quod ius & æquitas
21 omninò exigit, neque † personas delinquentium transgredietur. *leg. sancimus. Cod. de pœn.*

Tertiò si hîc restitueretur pupillus, impuniti euaderent tutores contra ius publicum,
22 quia Reipublic. interest, ne † crimina maneant impunita. *l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. l. longis. §. 1. ff. de iudic. leg. bona fides ff. depositi. Volunt idem D D. in l. in causæ cognitione. 13. ff. de minor.* In ea autem lege inter cætera tractatur, ne aliis personis præter minorem subueniatur, quod tamen hic fieret, si pupillus restitueretur. Concludo igitur non posse inflictam pœnam in tutores delinquentes transferri. Venio nunc ad personam N. iunioris per restitutionem, tametsi postea in vltimis conclusionibus Septembr. Anno 51. asserantur omnia, quæ acta, contra N. sicut ipso iure nulla, quia contra minorem indefensum. Sane iuris est expe-
23 diti, quod minor † non habeat personam standi in iudicio. *l. acta. Cod. de iudic. Et leg. in vniuersis. C. qui dare tut. vel curat. possint. l. cl. Codic. de auctor. præs. Angel. in leg. momentaneæ. Codic. qui legit. pers. stand. in iud. hab.* tametsi † gesta ab adultis curatorem non habentibus extra iudicium valeant, & iure subsistant. *leg. si curatorem. Cod. de in integr. restitu. leg. necessariis. ff. de acquir. he-*
25 *red.* Ideoq; sententia contra minorem non † defensum lata, est ipso iure nulla, *l. 1. §. cum & minor Cod. si ad uersus rem iud.* Et per consequens rescissione non habet opus. *leg. decen. de verb. oblig.* Habet enim lex *cum & vos minores esse affirmatis, & indefensos mansisse nullum præiudiciũ vobis fieri præses prouinciæ pro sua grauitate curabit. Quod si iusta tutorum & curatorum defensio accesserit, intelligatis in integrum restitutionis auxilium vobis necessarium.*

26 Non obstat, quod solet † minori rerum suarum defensio permitti, *vt est in l. hoc autem §. fin. ff. Ex quibus causis maior.* Nam defensio minori concessa sic est intelligenda, modo apertè, & vt decet, eam subeat, quod legitime & efficaciter præstabit, si sui curatoris auctoritate actui accesserit, quam lex iubet interuenire ob fragile & debile minoris iudicium. Alias si simpliciter defensionem minori permissam diceremus, ita vt curatore non opus esset, confunderetur dispositio multarum legum per quas est introductum, minorem † non posse efficaciter sine curatore iudicium suscipere modo supra allegato. Volunt etiam D D. quod etiamsi minor fuerit defensus vsque ad litis contestationem, vel vsq; ad probationes,
27 & postea desierit defendi, & contra eum † feratur sententia, illam ipso iure nullam esse, nec minori opus esse restitutione. *Ita Salic. in d. l. cum & minores. numer. 6. Ioan. Maur. de in integr. restitut. cap. 1. num 99. Canon. in cap. causam quæ. de re iud. & ibi Barbat. argum. l. fin. ff. quæ person. leg.* Sed considerandum est, quod in nostro casu N. non fuerit indefensus, quia mater vidua & nutrix suorum liberorum semper fuit in lite vsque ad finem sententiæ diffinitiuæ probationumque inclusiue: Imo etiam tempore emissorum executorialium dicta mater defensatrix fuit, eiq; vt tutori facta est executio executorialium 1. Iulii Anno 44. Videtur ergo N. non posse allegare se indefensum extitisse in hac lite, quia fuit defensus per matrem, nisi velimus dare eum non fuisse defensum in causa executionis, & sic tempore, quo lata est sententia pœnæ declaratoriæ. Et ideo quoad ipsum videtur sententia nulla, quia contra indefensum lata, quanquam iudicium executionis sit etiam inchoatum cum matre, quia eidem executoriales insinuatæ.

Videamus an ex hoc capite ei subueniri possit, quod mihi non videtur. Nam ex actis liquescit, quod se in hac causa executionis pro maiore gesserit. Primum enim in missiua, quam N. scripsit & sese obtulit ad solutionem expensarum Actori adiudicatarum &c. quæ res etiam efficit, vt deinceps Iudex in singulis subsequentibus actis pro maiore habuerit, & in ipsius persona tanquam maiorem sententiam pronunciauerit. Idem N. in allen vbergebenen Vrkunden loquitur, vt principalis, & singulis etiam suum sigillum appẽdit, vt vel ex eo conueniri possit, ipsum dolose & calumniose se ingessisse huic executionis causæ tanquam maiorem. Imò postquã videt sibi pœnã inflictam, affert sese ad probandam minoritatem in finem consequendæ restitutionis in integrum, vel elidendæ sententiæ ratione nullitatis velut in minorem indefensum latæ. Sed per regulam traditur, quod † minores pubertati pro 28
ximi non restituantur contra delictum, cum in eo dolose versati sint, sed debeant puniri, *leg. auxilium. §. in delictis. ff. de minor. l. 1. C. si aduer. delict. & ibidem passim DD.* tametsi eo casu in Iudicis manu sit, pensata delicti qualitate pœnã moderari: secus esset, si simplicitate ducti, & citra aliquem dolum deliquissent, quia tunc per restitutionem à tota pœna eximuntur. *Bart. in d. l. 1. §. multum potest hac in re discreti iudicis iudicium.* Sane Ioan. Maur. *in c. 163.* pulchre docet, in hoc articulo toto Iudicem debere apud se iuxta casuum contingentiam excutere, & hoc vnũ expẽdere an dolose minor fuerit versatus. Eo n. constituto ipsi nõ subuenietur: sin autẽ dolum abesse, & minorem iusta occasione motũ nõ paruisse apparuerit, dabitur restitutio. Prędictis ad de, & minor † qui se maiorem asseruit, sic in do- 29
lũ incidit, vt restitui non debeat, *per text. in. l. 2. ff. si min. se maior. dix.* Hoc tamen distinctionẽ recipit, quia si minor maiorẽ se dixerit, dolo aduersarii restituitur, sed si dolo suo, neganda est restitutio. Si vero aduersarii dolus non accesserit, vt quia minor se maiorẽ esse existimat, &

ita

ita pars esse opinetur, locus erit restitutioui; Cæterum si minor sua facilitate læsus sit, & citra omnem aduersæ partis dolum restitutio danda est, secundū D D. *in d. leg. 1. & d. l. auxilium, & late Ioan. Maur. tr. de in integr. restit. cap. 171. 172. 173. examinat.* Vide D D. *in l. verum, §. sciendum ff. de minor. & l. minor. C. de in integr. rest.* Sane in hoc nostro casu si quis totum processum huius causæ executionis diligēter perlustret, multas coniecturas deprehendet, ex quibus verbis potuit dolus ipsius N. conuinci. Ideoque concludendum videtur dicto N. ad hanc sententiam non esse succurrendum, neque eum admittendum ad probandum minoritatem. Venio ad personam Herrn N N. quam constat esse maiorem, & duplicem causam prætendit. 1. Quia absens fuerit. 2. Quia suus procurator tempore latæ sententiæ fuerit grauatus lethali morbo. Sed neutra talis momenti est, vt propterea veniat restituendus. Nam prima nihil releuat, quia si potuerint Rei dare recognitionem omnium, & à singulis munitam, potuissent etiam formā in eadē seruare, quæ ipsis præscripta fuit in sententia, &c. Et hic absentia, quæ prætenditur, nihil releuat. Porro secunda causa est friuola, quia licet fuerit mortaliter ægrotus Procurator, tamen nihil neglexit, nec ei vlla mora imputari potest: semper enim scripsit Reis, vt ex Prothocollo apparet. Quare etiam quoad N. N. denegandam esse censeo restitutionem.

Sententia: Jn Sachen N. von N. genañt von N. nachgelassener Kinder Vormund/vnnd deß Keyserlichen Fiscals für sein interesse vñ Herrn N. N. vnd N. W. vnd N. Grauen zu N. vñ S. vñ Herrn N. von N. Herrn zu N. als Vormundern anders Theils/ ist gebettene Restitution als vnerheblich/ insonderheit auch den W. vnnd N. Grauen N. belangend vnnottürfftig abgeschlagen vnnd erkennt / so fern berührtes Herrn N. Grauen N. N. vnd N. auch Herrn N. von N. Herrn zu N. vnd Herrn N. Grauen zu N. vnd S. nachmals in zeit drey Monaten/ den nechsten nicht glaubliche Anzeig thun werden/ daß den reproducirten Key. Executorialn/ alles jhres Jnhalts / auch mit Erlegung der Peen gehorsamlich gelebt sey / daß als dann auff jhres Gegentheils fernere Anruffen der gebettenen Declaration der Acht halben wider sie endlich ergehen soll/ was recht ist. &c.

VOTVM XLVI.

In causa N. N. contra N. N. & consortes.

SVMMARIA.

1 *Rescissoria imitatur naturam directæ actionis.*
2 *Libellus restitutionis an vitietur ex eo, quod actor vtrumque iudicium, rescindens & rescissorium coniunxerit.*
3 *Rescindens & rescissorium iudicium in vno eodemque libello coniungi possunt aduersus sententiam.*
4 *Restitutio vt rite petita dicatur, quæ requirantur.*
5 *Restitutio aduersus sententiam potest peti ab eodem Iudice, qui eam tulit.*
6 *Pactum de futura hereditate non valet.*
7 *De hereditate iam obtenta quilibet transigere potest, etiam si super ea nulla lis sit mota.*
8 *Restitutio in integrum aduersus sententiam, non iniquitatis sententiæ querelam, sed erroris proprij veniæ petitionem, vel aduersarij circumuentionis allegationem continet.*
9 *Restitutionem petens dicitur sententiam ratam habere.*
10 *Restitutio in integrum contra sententiam præsertim definitiuam non conceditur propter nouas emergentes causas, nouasque probationes, ne executio temere suspendatur.*
11 *Restitutionem in integrum petenti incumbit onus probandi se esse læsum, & quidem enormiter. num. 14.*
12 *In bonis nostris ea dicuntur esse, quæ alieno ære deducto supersunt.*
13 *Bona non dicuntur, quæ plus habent incommodi, quam commodi.*
15 *Læsio enormis quid sit.*
16 *Modica prætor non curat.*
17 *Damnum modicum non præstat colono pensionis remissionem.*
18 *Restitutio in integrum non competit amplius elapso quadriennio, quod ad eam petendam præfixum est.*
19 *Alienationes minorum sine decreto Iudicis factæ, decurso post ætatem tempore quadriennij, firmæ ac ratæ permanere debent.*
20 *Restitutio an habeat locum in transactione, etiam si quis vltra quadruplum sit læsus.*
21 *Negatur.*
22 *Sententia & transactio æquiparantur.*
23 *Iuramentum & transactio æquiparantur.*
24 *Iuramentum non retractatur, etiam si quis totaliter læsus sit.*
25 *Læsio enormissima in se dolum continet. & nu. 28.*
26 *Transactio dolo inita rescindenda.*
27 *Dolus nunquam præsumitur, nisi probetur, cum in animo consistat.*

I. DE remedio rescindente & rescissorio, eiusque cumulatione.
II. De restitutione in integrum contra sententiam definitiuam, quibus ex causis concedatur.
III. De læsione enormi eiusque probatione.
IV. De præscriptione in integrum restitutionis minorum, etiam in læsione vltra dimidium iusti pretij.
V. De remedio l. 2. C. de rescind. vend. *quod non obtineat in transactione, contra Bartol. & ratio ibidem.*
VI. De vi & effectu transactionis.

VII. Præiudicium denegatæ restitutionis cum expensis.

Quoniam per Actricem petitur, vt sententia definitiua in Camera Anno 56. lata rescindatur, eaq; rescissa in integrum restituatur ex clausula generali: *si qua mihi iusta causa esse videbitur, l. 1. in fi. ff. ex quibus causis maior.* Duplex remedium coniunctim intentatum existimo. Iudicis nempe officiū rescindens, & vtilem actionem rescissoriam petitionis hereditatis. Nam ex quo in causa principali directa actione petitæ hereditatis actum est, vti ex narratione libelli primæ instantiæ constat, consequens est, vt modo vtilis dicatur instituta, *iuxta notata gloss. & DD. in §. rursus, Inst. de act. l. ab hostibus. l. ait prætor, ff. de capt. & postlim. reuers. Innocent. in c. cum ex lite-*
1 *ris. de in integr. rest.* Rescissoria enim † imitatur naturam directæ actionis, nec per se propterea propriam aut principalem constituit, sed est velut adiectitia quædam qualitas quarumlibet actionum. *gloss. in d. §. rursus, vbi Iason.* An vero ob
2 id libellus † restitutionis vitiari debeat, quod Actrix in eo vtrumque iudicium rescindens & rescissorium coniunxerit. Petit enim sententiam rescindi atque ea rescissa, se ad hereditatem parentum pro rata admitti. Concludo ex com-
3 muni DD. sententia, quod non simul † in vno eodemque libello cumulari possint. *Ias. in d. § rursus. Specul. tit. de in integr. rest. §. 1. Guid. decis. 143.* Quoniam vero ista restitutio post decennium petita fuit, sequitur principaliter petitum, non incidenter, vnde litis contestatione opus fuit, *cap. 2. de off. iud. Abbas in d. c. cum ex literis, de in integrum rest. Bart. in lege ab hostibus, §. sed quod simpliciter. quib. ex causis maior.* An autem † rite restitutio petita sit, videamus? Et pro resolutione eius præmitto.

5 I. Quod restitutio in integrum † aduersus sententiam definitiuam possit ab eodem Iudice, qui eam tulit, peti, *c. suscitata, vbi Abbas, de in integr. rest. c. ex literis, eodem, l. in causæ cognitione, vbi gloss. ff. de minor.* Sed minor magistratus contra sententiam maioris non restituit.

II. Præmitto, hanc actionem inter ipsam Actricem & N. N. super hereditate, quæ in controuersiam vocatur, iuxta instrumentum desuper factum celebratum fuisse. Nam ratione transactionis petitur restitutio, quæ est contra læsionem, &c.

III. Præmitto, quemlibet posse de hereditate iam obtenta. (Nam† de futura pactum aut
6 stipulatio non valet, *l. fin. C. de pact. vbi late Bart. l. stipulatio hoc modo. vbi Alex. & Zas. de verb. oblig.*) transigere, † etiam si nulla lis sit mota super he-
7 reditate, sed vtrum timor sit futuræ litis, *lege 2. cum ibi notat. C. de transact.*

IV. Præmitto, restitutionem in integrum
8 † non iniquitatis sententiæ querelam, sed erroris proprii veniæ petitionem vel aduersarii circumuentionis allegationem continere, *lege præfecti. ff. de minor.* Et petens † restitutionem, di- 9
citur sententiam ratam habere, *l. cum minor, vbi gl. ff. rem ratam haberi.* Quia si nulla est restitutio, non est opus, *tot. titul. C. in quibus causis necess. non est in integr. rest. &c.* Quibus in iure & facto præmissis, videndum: An Actricis petitione locum dare possimus? Et mea quidem sententia breuiter concludo, restitutionem aduersus sententiam denegandam esse. Nam primo omnium constat, noui nihil hic adductum, quod non sit antea quoque in prioribus instantiis in iudicium deductum, nisi quod in libello restat: de nouo adijcitur, de læsione transactionis vltra dimidium iusti pretij, quod tamen in causa principali ex bonorum designatione etiam allegatum videri potest. Atque iuris est manifesti: restitutionem in integrum, præsertim contra sententiam † definitiuam non concedi propter 10
nouas emergentes causas, nouasque probationes, *Ord. p. tertia. titu. 32. Rota decisione vndecima. l. prima ff. ex quibus causis maior.* Idque singulariter receptum est, ne executio sententiæ temere suspendatur, quæ alias ea concessa suspenderetur, *c. suscitata, de restit. in integ. l. vnica, C. in integr. restit. postul. ne quid. Bald. in lege quæ supplicatio, C. de precib. Imperat. offer.* Secundo ad hæc † petenti restitu- 11
tionē incumbit onus probandi se læsum esse, *l. nam. ff. si minor. c. sicut, de minor.* Quæ sane probatio pleniſſima esse debet, *c. 1. extra, de in integ. restit. Abbas in d. c. cum ex literis.* Sed de Actricis læsione tantum abest, vt sufficienter probatum sit, vt etiam contra se præsumptionem habeat, vti colligere est ex responsione testium. Quare bonorum æstimatio iuxta designationē ab Actrice factam & productam, ferri nec debet nec
potest, cum ea demum † dicantur in bonis no- 12
stris esse, quæ ære alieno deducto supersunt, *lege non possunt. ff. de iure fisci. l. fin. ff. de vsu & vsufruct. legat.* Et proprie bona † non dicantur, quæ plus 13
habent incommodi, quam commodi, *l. proprie bona. ff. de verb. signif.* Læsionis igitur æstimatio deducto ære alieno fieri debet. Et dato, quod aliquo modo Actrix læsa sit, tamen hoc non sufficit ad obtinendam restitutionem contra sententiam: quia † de enormi læsione constare o- 14
portet, *c. 1. & d. c. cum ex literis, vbi Panorm. de in integr. restit.* Quid vero sit enormis læsio, docet † 15
Panorm. *in d. c. 1.*

Quare probata etiam læsione modica, non debet tamen restitui, quia † modica non curat 16
prætor, *l. scio. ff. de in integrum restit. Spec. tit. de in integrum restit. §. quis autem.* Si modicum damnum † non præstat Colono pensionis remissionem, 17
sed ipse illud ferre debet, *l. si merces, §. vis maior. ff. locati.*

Præterea quia tempus quadriennii, ad petendam † restitutionem præfixum, elabi A- 18
ctrix passa fuit, cessat etiam restitutio, *l. fin. C. de temp. in integr. rest.* Officium enim Iudicis rescindens prædicto tempore circumscribitur &

exspi-

exspirat, nisi ob necessariam dilationem fiat ipsius termini prorogatio, *l. petenda, vbi Bald. Cod. d. tit.* Constat enim ex actis, non tantum quadriennium post maiorem ætatem, sed duodecim & plures annos post cœptum iudicium super petitione hereditatis effluxisse. Atqui iu-
19 ris, quod alienationes in † minoribus sine decreto Iudicis factæ, decurso post ætatem tempore quadriennii firmæ ac ratæ permanere debeant, *l. si quando*, C. *si maior fac. alie. rat. hab.* Ratio est, quia taciturnitas tanti temporis supplet defectum decreti, idemque operatur prædictum tempus, quod Iudicis decretum *d. leg. si quando, vbi DD.* Nec patrocinatur Actrici prædictum tempus quadriennii locum non habere, casu quo quis deceptus sit vltra dimidium iusti pretii, eo quod talis restitutio ab aliis, quoad tempus restitutionis longe differat, & non quadriennio, sed 30. annis demum extinguat, ad instar actionis personalis, in cuius locum succedat, *l. sicut. l. omnes*, C. *de præscript. 30. ann Pan. c. cum causam, de empt & vend.* Nam ad eam obiectionem respondetur, quod procederet, si non esset super hereditate iam delata transactum. Quoniam verò hîc de transactione constat, non habet locum allegatio læsionis vltra dimidium iusti pretii. Nam ex communi DD. sententia, *leg. 2. Co. de rescind. vend.* non
20 habet locum † in transactione, *Bald. in d. l. 2. contra distinct. Bar. Bal. in l. ordo, ff. de except. rei iudicat. Bald sequitur Salycet. in d. l. 2. Iaſ. in l. fratres, Cod. de transact. Alex. cons. 42. volu. 1. Innocent. in c. cum causam, de emp. & vend. Iaſ. in l. si quis non aliter. de verb. oblig.* qui omnium optime hanc quæstionem in vtramq; partem examinat, concludendo pro opinione Baldi. Ita etiam concludit Aret. *in d. l. si quis non aliter. Afflict. decis. 230. Spec. ti. de emp. & vend. §. nunc dicendum. Zaſ. gl. 18. vol. 1.* Pro opinione Bald. est text. *in l. Lucius, §. fin. ff. ad Trebel.* vbi heres rogatus vniuersam hereditatem quibusdam restituere, minimam quantitatem restituit comperto post ex instrumentis, quod quadruplo plus erat in hereditate instituere superfluum non tenetur, si transactum sit. Ergo contra transactionem non restituitur quis, etiamsi vl-
21 tra † quadruplum læsus sit. Ad idem *fac. text. l. 1. C. de plus petit.* Vbi etiamsi dolosè plus petitū & super eo transactum sit, seruanda est transactio. Huius opinionis rationes potissimæ quatuor sunt.

I. Quia hoc in transactione specialiter receptum est, vt litium sit aliquis finis.

22 II. Quia sententia † & transactio æquiparantur, *l. post rationem, ff. de re iud.* sed sententia non retractatur prætextu cuiusuis læsionis *in l. peremptiones, C. sent. rescind. non pos. l. sub specie 4. C. de re iud.* Ergo nec transactio.

III. Quia transactio est actus liberatorius, quo non habet locum, *d. l. 2. remedium, l. sub prætextu, C. de transact.*

IV. Quia † iuramentum & transactio æ- 23
quiparantur, *l. 2. ff. de iureiur.* Sed † iuramentum 24
non retractatur, licet quis sit totaliter læsus, *l. non erit, §. dato. ff. de iureiur. Cagnol. in repetit. d. l. 2.* vbi 8. rationes huius opinionis ponit. Ego in hanc quoq; opinionem descendo, præsertim, si requisita transactionis interuenerint, nempe si facta sit super dubia lite eaq; præsente, vel quæ probabiliter timetur futura. Idem dato hinc inde aliquo vel retento inter partes, *l. 1. ff. de transact. l. 2. l. transact. C. eodem.* Item quod nec verè, nec præsumptiuè dolus aut calumnia interuenerit, sed duntaxat dolus re ipsa, hoc est, enormis læsio inciderit, *d. l. si quis non aliter, in fine, de verborum obliga.* Istis tribus requisitis concernentibus puto Baldi opinionem esse verissimam. Quod si aliquod horum trium desit, putarem *d. l. 2. de rescind. vend.* locum habere etiam in transactione. Hanc distinctionem tradit Zaſ. *cons. 28. volu. 1.* Pro Bart. tamen opinione *fac. l. si superstita, Cod. de dolo, quem sequitur Angel. in dict. leg. Lucius, § fin. ad Trebell. vbi Imola, circa fin. Rom. in d. l. si quis non aliter. Dec. cons. 60. cons. 597. Socin. cons. 95 vol. 1.* Ergo concurrentibus tribus requisitis sequitur opin. Bald Quomodo enim dubius litis euentus æstimari posset, cum ea quæ sunt dubia æstimari non possint, vt certa: & iste dubius litis euentus non possit bene probari in practica per testes. *Iaſo. in dict. l. si quis non aliter.* Quoniam vero in præsenti casu prædicta requisita concurrunt, & dolus nec vere, nec præsumptiue ex proposito interuenerit, concludo transactionem læsionis vltra dimidium iusti pretii rescindi non oportere, sed firmam ratamq; consistere. Nec patrocinatur Actrici ad impugnandam dictam transactionem, allegans dolum partis aduersæ. Et quod enormissima † læsio dolum in se contineat, *iuxt. notat. l.* 25
si venia, & l. seq. ff. pro socio. Zaſ. cons. 28. vol. 1. Et ideo transactionem velut † dolo initam rescindi o- 26
portere, *iuxta l. reos fratres, ff. de pact. l. cum hi. §. si cum hi, ff. de transact.* Nam regulariter, dolus 27
nunquam præsumitur, nisi probetur, cum in animo consistat, *l. dolum. vbi Bar. C. de dolo l. quoties, §. qui dolo, de probat.* Idq; maxime hoc in casu obtinet, propter præsentiam amicorum & agnatorum, qui transactioni interfuerunt, *per not. in l. transactio, ff. de transact. vbi Bald. & Caſtr. l. non est verisimile. ff. quod met cauſ.* Quod autem enormissima læsio † dolum contineat, procede- 28
re puto, quoties de huiusmodi læsione plenè edoctum sit, *d. c. cum ex literis, vbi Panorm. de in integ. restit.* Sed hoc nostro casu nusquam apparet: Imò ex designationis bonorum schedula contrarium potius euincitur, quod bona ibidem designata potissimum sint feuda masculina, quorum Actrix alias non fuit capax. Ad postremum his omnibus accedit præscriptio intentatæ actionis. Nam triginta septem annis ab inita transactione elapsi sunt. Omnes autem

actio-

actiones, tam in rem quam in personam 30. annorum spatio præscribuntur. *l. sicut. l. omnes. C. de præscript. 30. vel 40. annorum.* Concludo itaq; ex prædictis, Actricem obstante transactione aliisq; adductis rationibus beneficium restitutionis intentare nõ posse; Iuramentũ vero serius postulatum, & ob id non fore restituendum, sed priorem sententiam executioni mandandam. Expensas, si fieri posset, mallem compensare, tum quia miserabilis persona, tum quia iuramentum paupertatis præstitit. Denique quia per sententiam, (quam potissimum considero) libellus restitutionis admissus fuit, sed vereor ne defendi possit, &c.

Sententia: In der Restitution Sachen N. von N. N. Wittib eins/ wider weylandt N. von N. nachgelassener Kinder Vormünder in actis benent/ anderstheils/ ist allem Fürbringen nach die gebettene Restitution hiemit abgeschlagen/ sondern läst man es bey dem Vrtheil den 6. Octobris verschienens 50. Jars ergangen bleiben/ vñ erkennt/ daß gedachte Wittib jnen den Vormündern die Gerichtskosten derhalben auffgelauffen nach Rechtlicher Ermessung zuentrichten vñ zu bezahlen schuldig sey.

VOTVM XLVII.

In causa N.N. contra N. N.

SVMMARIA.

1 *Punctus desertionis ante omnia debet discuti, ne sententia post desertionem concepta, tanquam a Iudice non suo lata, nullius fiat momenti.*
2 Non appellare & appellationem non prosequi, *paria sunt.*
3 *Appellatione deserta fingitur, ac si non appellatum esset.*
4 *Fatalia pauperi non currunt, præsertim quæ sunt introducendæ appellationis.*
5 *Pauper non appellans propter Paupertatem, non intelligitur negligere fatalia, aut interpositam appellationem non prosequi.*
6 *Negligens qui non fuit, ex cursu temporis non laditur.*
7 *Contestatio litis est de substantia ordinis iudiciarii.*
8 *Contestatio litis, neque Iudicis, neque partium consensu tolli aut omitti potest.*
9 *Quin si omittatur, sententia lata non valet, totusq; vitiatur processus.*
10 *Iudex causæ expetitioni fauere, & litibus finem imponere debet.*
11 *Possessor de qualitate possessionis suæ interrogatus, respondere tenetur.*
12 *Positioni vel interrogationi non tenetur quis respondere.*
13 *Agenti rei vindicatione, quæ remedia prodita sint.*
14 *Interrogatio, an Reus possideat ante litis contestationem, & in processu causæ ante definitiuam fieri potest.*
15 *Agens rei vindicatione si omisso remedio, an reus possideat, prosequatur contra eum, qui non possidet, non ab alio, sed à se ipso decipitur.*
16 *Petitio hereditatis non datur contra titulo possidentem.*
17 *Titulum prætendens possessionis, negat aduersario suo dominium.*
18 *In petitione hereditatis non sufficit, vt quis dicat, se heredem esse defuncti, sed oportet etiam probare aduersarium possidere pro herede, aut pro possessore.*
19 *Vindicatio rei vt competat, quæ necessario probabari oporteat.*
20 *Vindicationis rei duo substantialia seu extrema requisita.*
21 *Petitio hereditatis dominij probationem non requirit, sed sufficit defunctum tenuisse & possedisse tempore mortis.*
22 *Testes deponentes de sola possessione non probant dominium.*
23 *Dominium quando ex possessione probetur.*
24 *Vindicans rem debet probare, illum cui successit, dominum fuisse.*
25 *Donatio morte confirmata de iure valet, & vim relicti habet.*
26 *Maritus vxori legatum relinquere potest.*
27 *Confessio iudicialis pro veritate habetur.*
28 *Iudex non iudicans super expensis, si petantur, litem facit suam.*
29 *Succumbens in causa appellationis si ex prioribus actis succumbat, indistinctè condemnandus est in expensas.*

I. *DEsertionis punctus ante omnia examinandus.*

II. *Fatalia interponendæ appellationis computantur à die interpositæ appellationis.*

III. *Fatalia pauperi non currunt.*

IV. *Litis contestationis omissio in prima instantia non curatur in Camera. Et de nullitatibus non attentis.*

V. *Specialia in hereditatis petitione, & rei vindicatione & de vtriusque actionis requisitis.*

VI. *De expensis quod Iudex parte petente super expensis pronunciare debet.*

VII. *Succumbens ex primis actis, in secunda instantia semper in expensas condemnatur.*

Ante negocii decisionẽ duo in primis considerandasunt. I. circa formalia appellationis; Vtrum appellatio sit deserta. II. An allegata processus nullitas, quæ in grauaminibus Appellantis propter omissam in prima instantia litis contestationem incidenter opponitur, attendenda sit.

Quoad primum certum est, quod punctus † desertionis ante omnia debeat discuti, ne 1
sententia concepta post desertionem, tanquam à non suo Iudice lata, nullius foret momenti, *Clem. si appellationem. de appellat. Castr. in l. omnes. C. de appell. gl. in d. Clem. Alexan. consil. 82.* 2

vol.3. Constat autem ex actis, citationem serius reproductam, nempe non intra tempus semestre facta supputatione temporis, à die interpositæ appellationis, vt fieri debet, *d. clem. vbi Panor.* Quare cum debito tẽpore secundum scriptum ordinationis citatio non sit reproducta, sequitur necessario, appellationem esse
2 desertam. Paria enim sunt *non † appellare, &*
3 *appellationem non prosequi.* Et † appellatione deserta fingitur non appellatum, *c. licet. de sent. excom. in 6.*

Puto tamen hanc desertionem hoc casu non esse attendendam. 1. Propter Appellantis in prima instantia iuratam paupertatem. Iuris
4 enim est pauperi † fatalia non currere, præsertim introducendæ appellationis, vt est semestre. *in Ordina. Felyn. in cap si quis testium, de test. Panorm. in c. ex ratione de appellat. Bald. in l. 2. §. si quis ff. Si quis caut. Guid. decis. 436.* Et ratio est, quia non
5 intelligitur † negligere, quod propter paupertatem non appellat, aut interpositam appellationem non prosequitur. *l. idemque. §. si ignoranter. ff. Mandat.* Et qui †
6 negligens non fuit, non læditur ex cursu temporis. *l. cum heres. in pr. l. seruius. §. puto. ff. de heredi. instit. Bald. cons. 5. lib. 1. cons. 449. lib. 5.* Quamuis certissimi Iuris sit, contestationem †
7 esse de substantia ordinis iudiciarii. *l. 1. & l. offeratur. vbi DD. ff. de lit. contest. c. de causis. vbi gl. de officio delegati.* adeoque necessariam, vt
8 neque Iudicis, neque partium † consensu tolli aut omitti possit. *gl. in d. c. de causis. de lit. contest.*
9 *Rota decis. 4.* Et si omittatur, † sententia lata non valet, totusq; vitiatur processus. *c. 1. c. accedens. vt lit. non contest.* Hisce non obstantibus concludo, eam quoque nullitatem in hoc summi Principis consistorio non attendendam. *Ordin. p. 3. tit. 34.* tum etiam, quia Iudex, si ex aliis animi sui modum informare possit, causæ expedi-
10 tioni faueret † & litibus finem imponere debet, *argumẽto Clem. 1. de sent. & re iud. Van. tit. Quid sit nullitas. gl. in clem. sæpe, de verb. singnif. fac. l. quidã existimarunt. ff. si cert. pet.* Quare cũ hic talis non sit nullitas, quæ defensionem partis, vel causæ cognitionem respiciat, merito attendi non debet, sed cognoscendum & pronunciandum. Videbo igitur de actione. Inspecta libelli narratione & petitione, actum videri posset petitione
11 hereditatis, in qua illud † est speciale, vt possessor de qualitate possessionis suæ possit interrogari, & respondere cogatur, *l. cogi. C. de petit. heredit. DD. in d. l. qui interrogatus. eodem. Ferr. in form. interrog.* Secus est in rei vendicatione, vbi non tenetur cõuentus de iure suæ possessionis
12 respondere. Ratio, quia † positioni vel interrogationi non tenetur quis respondere. *Ferrar. vbi supra.* Rogari autem, an possideat nec ne, quia p eam interrogationem Actor certioratur in dirigenda actione, an scilicet sibi competat rei vendicatio contra cõuentum, nec ne. Frustra enim contra non possidentem ageret rei vendicatione. Vnde certa † remedia prodita sunt 13
agere volenti rei vendicatione, vt ante omnia, ne frustra experiatur, inquirat, & implorato officio Iudicis interroget, an Reus possideat, nec ne, *leg. qui petitorio. ff. de rei vendic. l. de ætate. §. quia interrogatus. l. qui seruum. §. si vno ff. de interrog. act.* Quæ interrogatio † non solum ante litis 14
contestationem, sed etiam postea in processu causæ ante definitiuam tantum fieri potest. *gl. in d. l. qui petitorio, vbi Bartol. in l. 1. ff. de interrog. ct.* Nam si hoc remedium † omittat Actor 15
prosequendo contra eum qui non possidet, tunc non ab alio, sed à se ipso decipitur. *l. Nam si actor. ff. de rei vendic. Butrio in c. cum causam. de Iuram. calum.*

Porro † quoniam petitio hereditatis non 16
datur contra titulo possidentem *l. regulariter. ff. de pet. heredit. l. hereditas. C. eod.* Et in præsenti titulus non solum allegatus, sed etiam probatus sit, sequitur eam locum non habere. Quare existimarem actum rei vindicatione, attento, quod Auctor domum litigiosam iure successionis ad se pertinere dicat, & sic super dominio contendat cum aduersario, qui dominium illi neget, allegando † titulum suæ possessionis. 17
iuxta notata in l. heredes. §. quod pro emptore. ff. famil. ercis. Bart. in d. l. hereditas. Natura enim adiudicationis versatur in contentione dominii, & iis qui titulum prætendit, negat aduersario dominium. Igitur recte competit eo casu rei vendicatio, *dict. §. quod pro emptore. fac. §. omnium. Institut. de act.* Quacunque actione actum sit, illud plene ex actis liquet. Primo in petitione
hereditatis non sufficit † vt quis dicat, se heredẽ 18
esse defuncti, sed oportet etiam probare aduersarium possidere pro herede, aut pro possessore: quod si alio titulo possideat, puta emptionis aut donationis, iam locum non habebit petitio hereditatis. Quia contra titulo possidentem non competit: Nam quod titulum allegat, is consentit plane, vel saltem non contradicit aduersario asserenti se heredem. Item requiritur, quod res, quæ petitur, sit hereditaria: sed horum nullũ Actor probauit aut probare potest. Deinde, vt rei vendicatio competat, † duo necessario probari debent. 1. Reum 19
possidere & detinere bona litigiosa. *l. officium. l. is qui destinauit. leg. qui petitorio, ff. de rei vendicat. 2.* Quod ipse agens sit dominus vel quasi. *l. in rem. ff. de rei vendic. l. actionum. de obli. & act. §. omnium. Institut. de act.* Et sic † rei vendicationis duo sunt 20
substantialia seu extrema, dominium vel quasi ex parte agentis, & possessio vel detentio ex parte Rei. *Ferrar. in summ. reali act. verb. tenet. vel possidet.*

Primum requisitum propria confessione Reorum probatum est. Videndum igitur de altero, de dominio scilicet domus litigiosæ, quo non probato, Reus propter possessionis commodum rem alienam possidens, absol-

absoluendus est, *l. qui accusare. C. de Edendo, l. fin. C. de rei vind. §. Commodum. Inst. de interdict.* Et breuiter concludo, illud requisitum probatum non esse. Nusquam enim ex actis constat, domum N. parentis sui mit Grund vnnd Boden fuisse. Et sic de dominio nihil, quod tamen præcipuum est huius actionis, *probatum est d. l. in rem.* Neque enim sufficit, quoad hanc actionem, vt probet, se heredem parentis aut etiam ipsum parẽtem domus litigiosæ habitum fuisse dominum, *l. siue possidetis, vbi DD. C. de probat. Bal. consil. 486. vol. 1. Boer. decis. 42. p. 1.* Licet secus sit in
21 petitione hereditatis, in † qua dominii probatio non requiritur, sed sufficit defunctum tenuisse et possedisse tempore mortis. *Boer. decis. 42.* Et quamuis testes deponant, domum ab auo & Actoris parente possessam fuisse, tamen quo ad Grund vnd Boden / & sic de dominio nihil deponunt. Iuris autem est, quod testes de-
22 ponentes † de sola possessione non probent dominium, siquidem nihil cõmune dominium cum possessione habeat, *l. naturaliter. ff. de acquiren. poss.* Et maxime hoc casu, quo, dominium non incidenter, sed principaliter deductum est in Iudicium, hoc est, Iure actionis.
23 Quia † tunc nunquam ex possessione probatur dominium. *Bart. in l. quidem in fuo ff. de condit instit. Socin. cons. 112. vol. 4. Bart in l. cum Reus. C. de probat.* Igitur vindicans debet probare illum, cui suc-
24 cessit, dominum fuisse, quod adeo † verum est, vt non sufficeret, si Actor probaret patrem suum dum vixit habitum fuisse pro domino. *Rota decis. 15. tit. de re iud Bella. in decis. 740. Boer. decis. 42.* Ex quibus concluditur, Actorem dominium ex parte sua non probasse, Reamque absoluendam, etiam si rem alienam possideret. *d. l. 1. l. qui accusare. C. de eden.* Quoniam alterum requisitum, scilicet dominium à parte Actoris probatum non est, nulla opus fuisset elisione Reæ. Rea tamen de iure suo dupliciter docet, & titulum suæ possessionis edit, & in primis dicit, litigiosam domum ad maritum G. titulo emptionis peruenisse, idque per instrumentum venditionis actis insertum ostendit. Deinde, satis probauit se domum N. possidere vigore mu-
25 tuæ & † reciprocę donationis, quę donatio mor confirmata de iure valet, & vim relicti habet. *l. cum sic status. §. proinde. ff. de donat. int. vir. & vxor. l.*
26 *donationes quas. C. eodem.* Maritum † enim vxori legatum posse relinquere indubitatum est. *l. 1. §. sciendum. C. de rei vx. act. l. præterea. C. vnde vir & vxor. l. si mulier dotis. ff. de pact. Dec. cons. 202. p. 1. Rom. consilio 417. Alex. consil. 152. volu. 6.* Accedit Actoris iudicialis confessio coram senatu. Constat
27 autem † talem confessionem pro veritate haberi. *l. qui interrogatur. ff. de interrog. act.* Et vim sẽtentiæ obtinere. *l. 1. vbi gl. & Dd. C. de confess.* Ad extremũ præsuppositio, quod Rea nihil horum probasset, obstaret tamen Actori principalis exceptio, scilicet Ream vna cum defuncto marito prædictam domum bona fide & bono titulo per 22. annos continuos, Actore medio tempore præsente nec contradicente, possedisse tranquille & pacifice præscripsisse, tam de iure comuni, quam secundum ordinationem B. Quæ exceptio tam ex instrumento emptionis, quam Iudicis definitiua sententia fundatur. Pronunciandum itaque, bene iudicatum, male appellatum. Quod ad expensas, quamuis iuris sit Iudicem debere pronunciare † super expensis, quando petitę sint: adeo vt 28
si eas silentio prætereat, litem suam faciat. *leg. probandum §. si autem alterutrum. vbi Bart. Bald. Salicet. C. de iudic.* Et constat in prioribus instantiis expensas esse petitas, & Iudicem desuper non pronunciasse. Mallem tamen generaliter Appellantem in expensas condemnare. Succumbens † in caussa appellationis, si ex prioribus 29
actis succumbat, indistincte cõdemnandus est in ex pensas. *Bar. in d. l. probandum. §. fin autem alterutrum. vbi Alexand. Solicet. late in l. generale. §. fin. C. de reb. credit. &c.*

VOTVM XLVIII.

In causa N. N. & consort. appellant. contra Episcopum N. N. appellat.

De citatione, inhibitione & appellatione extraiudiciali.

SVMMARIA.

1 *Exceptio desertionis vel non deuolutionis omnium est difficillima & præiudicialis, deq; ea ante omnia cognoscendum, discutiendumq; est.*
2 *Non omnis Iudicum, habet rei iudicatæ auctoritatem.*
3 *Appellari potest à grauamine extraiudiciali iure tam ciuili, quam Canonico.*
4 *Pronuncatio locum habet in omni casu, quo Iudex adiri poterit, eiusque officium pro illatis grauaminibus implorari potest.*
5 *Appellari potest etiam à futuris, quando quis verisimiliter timet molestari, seu turbari in iure suo.*
6 *Appellatio extraiudicialis generalis rata est, si modo reducatur ad speciem per factum subsequens.*
7 *Apellatio extraiudicialis à quo fiat.*
8 *Appellatio extraiudicialis illa dicitur, quæ est interposita ab actu gesto à Iudice ante citationem.*
9 *Appellatio extraiudcialis easdem requirit solennitates, quas iudicialis.*
10 *Appellatio extraiudicialis æque deseritur intra decendium.*
11 *Quod obtinet non tantum in decendio, sed etiam in prosecutione, siue sit terminus hominis, siue iuris.*
12 *Appellatio extraiudicialis debet interponi in præ-*

sentia

sentia eius, qui grauamen intulit, si haberi potest, vel saltem intimari, alias redditur nulla.

13 *Appellans, à sententia nulla, non obtinet in causa appellationis, nisi iustificet ipsam appellationem probando legitime interpositam, quoad omnia solemnia appellationis.*

14 *Regula, Quod non liceat post decem dies appellare, locum habet etiam in sententiis, quæ nõ transeunt in rem iudicatam.*

15 *Nullitatem appellationis simpliciter probare non sufficit, sed dicitur viam, quam elegisti, sequere.*

16 *Modus agendi attendendus, tam in iudiciali, quam extraiudiciali appellatione.*

17 *Appellationes extraiudiciales nõ recipiuntur contra eos, aduersus quos Camera non habet immediatam iurisdictionem.*

18 *Exceptiones contra appellationem extraiudicialem enumerantur. & nu. 19.*

20 *Appellatione deserta procedi potest ad executionem, etiam sine citatione.*

21 *Appellandum est intra decendium & citanda pars aduersa principalis.*

22 *Pars aduersa quando in appellatiõibus citanda sit, vel non.*

23 *Delegati ab ordinario, nisi sint ad vniuersitatem causarum dati, sententias suas non exequuntur.*

24 *A delegato an & quando appellari possit.*

25 *A comminatione an appellari possit.*

26 *Ab executione appellari non potest; contrarium num. 27.*

28 *Appellari ab executione non potest, quando præcessit sententia diffinitiua, vel non inferatur nouum grauamen, vel non excedatur modus in exequendo.*

29 *In appellatione ab executione exprimi debet, in quo executor modum excesserit.*

30 *Modus in executione quot modis excedi dicatur.*

31 *Ad collectas quis cogi non potest præcise, sed causatiue.*

32 *Collectas non soluens non ponitur in carcere sed auferetur sibi res, siue rei fructus. & num. 33.*

34 *Appellatio extraiudicialis nõ suspendit facultatem competentem parti in aliis.*

35 *Attentata quando reuocentur.*

36 *Attentata non reuocanda, appellatione nondum iustificata, maxime cum sententia de exequendo sit interlocutoria.*

37 *Idem dicendum, quando appellatur à grauamine, quod Iudex in executione excessisse dicitur modum in excedendo.*

38 *Grauaminis causa in appellatione ab executione specifice est exprimenda.*

39 *Ab excusatore mero appellari non potest.*

40 *Iudex quando possit via facti & manuum iniectione procedere.*

41 *Appellationem deuolutam in dubio pronunciare debet.*

42 *Superior interloquens potest etiam per viam simplicis querelæ aut officio Iudicis aditus interlocutoriam inferioris non modo ex ijsdem, sed etiam ex nouis actis reuocare.*

43 *Appellationes extraiudiciales deuoluuntur ad Cameram. & num. 44.*

45 *Qui expresse non constituerunt, iniquum est, vt non possint renunciare liti, aut desistere.*

46 *Appellare vt quis possit nomine alterius, non sufficit mandatum ad lites & causas.*

MVltæ sunt submissiõnes, *Nũ scilicet citatio ad videndum cassari attentata, nec non inhibitio decernenda, item arctiores compulsoriales, vel saltẽ vlterior editio Actorum, puta coniurationis, transactionis, commissionis & taxationis sit iniungenda.* Denique *an Appellati exceptionibus non obstantibus, ad litis contestationem iuris remedijs sint compellendi*: Vel; *an iuxta petitionem Episcopi & consortum appellatio non deuoluta pronuncianda, emanati processus reuocandi, cassandi, annullandi, & citati ab instantia iudicij absoluendi cum expensis.* Vel; *an saltem Exceptiones correctionales in puncto deuolutionis, ad probandum admittendi, & interea in puncto attentatorum & inhibitionis subsistendum, donec Camera cum causæ cognitione sese competentem pronunciarit.* Item; *num appellantes, nomina Consortium satis factione pretensa non obstante, qui hanc litem prosequi volunt, in specie denominare teneantur.* Demum; *an Quæstor N. qui se nunquam in hac lite fuisse, vel quicquam negotij cum hac causa habuisse dicit, ex lite sit dimittendus.* Exceptio desertionis † vel non deuolutionis omnium difficillima & præiudicialis: Itaque de ea, ante omnia cognoscendum & discutiendum, *Franc. in capit. ex ratione, numero septuagesimo, & seq. de appellat.* Præmitto † quod non omnis vox iudicum habeat authoritatem rei iudicatæ, *l. ex stipulatione, C. de sent. & interloc. c. auerte. de præsump.* Tamen tam de † iure Ciuili, quam Canonico ab extraiudiciali grauamine appellari potest. *Bart. in l. fin. n. 7. ff. de appel. rec. c. concertationi, & c. cordi. de appellat. in 6. Franc. in c. bonæ. nu. 23. de appel. Bal. cons. 512. vol. 5. Abb. c. peruenit. n. 4. eod. tit.* sed nõ tam vera est appellatio, quam prouocatio ad Cameram. *Guid. Pap. consil. 138. numer. 2. Berous in c. 1. cap. 22. de appel.* Et sic omni casu, quo, Iudex adiri poterit, eiusque officium pro illatis grauaminibus implorari, locum habet hæc † prouocatio. *Bart. d. l. final. numer. 7.* Imo etiam à futuris, quando quis verisimiliter timet molestari seu turbari in iure suo, potest † appellare. *Franc. in c. vt circa, nu. 2. & c. qui contra. n. 21. de elect. in 6.* Nam subsecuto grauamine præsumitur iustam habuisse causam appellandi. Nec obstat, si sit omnino generalis, † modo reducatur ad speciem per factum subsequens, *lege vter ex fratribus, ff. de hered. instit. Franc. in d. c. bonæ, nu. 4. & 16. de appellat.* Fit autem † hæc appellatio aut à parte, aut à Iudice extraiudicialiter proceden te, *c. 1. c. cum sit, de appellat.* & nulla est differentia quoad effectus appellationis, siue appelletur

1 2 3 4 5 6 7

iudice extraiudicialiter procedente, tanquam à Iudice, vel tanquam à parte, vel alia persona priuata, *Franc.d.c.bonæ,num.* 17. *& nu.* 43. Et dicitur extraiudicialis † appellatio illa, quæ est interposita ab actu gesto à Iudice ante citationem. *Franc.in c.cordi,n.* 1. *de appellat.in* 6. Eademque forma, quoad solemnitates, requiritur in † extraiudiciali appellatione, quæ in iudiciali, à quocunque etiam Iudice fiat. *Franc. in dicto cap. cordi, numero* 1. *&* 10. Requiritur causæ expressio, si ab interlocutoria, &c. in genere saltem & scriptura, licet non sit publica. *Imol. in c. constitutus, de appel. Franc.d.c.bonæ,nu.* 17. & appellari debet intra decem dies, *c.concertationi.eo.tit.num.*6. Nam æque † deseritur, vt iudicialis, *cap.cum sit Romana, extra, eo. tit.* Et obtinet hæc † desertio non tantum in decendio, sed etiam prosecutione, siue sit terminus hominis, siue iuris. *Franc.d.c.cum sit Romana,nu.* 1. *&* 6. *& d.c.concertationi.* ac debet † interponi in præsentia eius, qui grauamen intulit, si haberi potest, vel saltem intimari, alias redditur nulla, *cap. dilectus, de appellat.in* 6. *Francus d.c.cum sit Romana.num.* 4. 6 *&* 7. Vnde † appellans à sententia nulla non obtinet in causa appellationis, nisi iustificet ipsam appellationem, probando legitime interpositam, quoad omnia solemnia Appellationis. *Franc.dict.cap.dilecto, numero* 3. *&* 4. *de appellat.* Nam omnia eius formalia & extrema habere debet. *Franc. d.cap.dilecto,num.* 18. *& Abb. in c.exhibita, de iud.* Vnde & in sententijs, quæ non transeunt in rem iudicatam, locum habet regula, † quod non liceat post decem dies appellare. *Franc.in c.sua nobis, nu.*11. *eod.tit.fol.* 76. *Rot.decis.*48 *fuit dubitatum, de appellat. in nou. nu. mero* 3. Nec sufficit, probare † nullitatem simpliciter, sed dicitur, viam, quam elegisti, sequere, *l.si mulier, in fin.ff. Quod metus causa*, quia modus † agendi attendendus, siue sit in iudiciali, siue in extraiudiciali appellatione. *Franc.in capit. dilecto, numero quarto, de appellat.* Et hæc de iure cummuni vera sunt, aliud vero est de ordinatione. Nam † extraiudiciales appellationes non recipiuntur contra eos aduersus quos Camera non habet immediatam iurisdictionem, sicut enim nõ possunt citari, ita nec possunt appellare. *Mynsinger obseruat.* 43. *circa medium, centuria quarta.* Contra hanc appellationem multæ exceptiones opponuntur non deuolutionis. Prima † quod Episcopus sit Princeps Imperij, qui gaudet beneficio Imperij der Außträge/vt alibi nequeant conueniri quam coram N. Et hæc exceptio releuans videtur, si Episcopus Appellantes grauauit vt pars, nõ vero sicut Iudex. Nam eo casu recte ab eo appellari potuit. Constat autem ex actis, quod ipsemet Episcopus asserat, se taxationem per suos Commissarios, item officiales, ac deputatos sex ministros in N. initam approbasse. Tum quoque ipse aditus per grauatos, tanquam superior, reuocationem indictę taxæ ac mulctæ denegauit, quæ omnia spectant ad officium Iudicis, maxime cum Appellantes de inęqualitate tam ratione bonorum, quam commissi delicti conquesti sint, & pro rata se soluturos, semper & vbique obtulerint. Putarem itaque, Episcopum magis vt Iudicem, quam vt partem processisse, quoad summam taxatam respectu personarum, quæ singulæ mulctatæ, sunt, & prouocarũt, vult nos monitos, quod pleraque grauamina, quæ libello inserta sunt, à quo vsque ad decimumquintum articulum incluſiue ad Cameræ cognitionem, & hanc Appellationis causam minime pertinerent. Nam quod Episcopus indebitas illis imposuerit collectas contra constitutiones patriæ, tabulas iuramenti, & citra assensum ordinum, ac duplici onere eos grauarit, spectat ad Außträge/ vel per viam mandati contra ipsum procedendum: perpendendum hoc aliquando erit, dato, quod alias simus competentes, quando de litis contestatione incidet quæstio.

Secunda exceptio est, Quod † decretum, capitatio vel censitio transierit in rem iudicatã, nulla appellatione suspensa, & huic vix potest responderi; licet enim ab Appellantibus negetur, tamẽ negationis additur causa, qua conantur appellationẽ suam iustificare. Et supra dixi, quod nisi intra decendiũ appelletur, æque deseratur extraiudicialis, vt iudicialis, & quod omnia formalia obseruari debeant, nec obstare prætensam nullitatem, cũ viam appellationis, quæ ipsis & non alia patet, elegerint, & ex hoc fundamento concludi posse videtur, recte & iuste contra ipsos ad summam taxatũ procedi potuisse: Appellatione† enim deserta, procedi potest ad executionem, etiam sine citatione. *Franc.in c.personas. nu.* 24. *de appel. & ibi glo.* Pleręque alię sunt exceptiones, puta ab executione tantum appellatum, vt in exceptionibus correctionalibus: Sed has nunc non vult examinare; reseruat igitur in aliud tempus. Appellantes nostri à decreto Commissariorum Scabinorum noui & veteris consilij, inter decendium † appellare debuissent, & citari fecisse partem aduersam principalem, *gloss. in capit. sæpe, verb. appellauerit, de appellat.* sed ipsi aliam viam susceperunt, scilicet Episcopum ius collectandi nullum habere, cum & alias in hoc puncto dubium esse possit, num Episcopus fuerit citandus. Verum quidem, si Iudex procedit sine omni processu iuris, tum potest & debet admitti ad suam sententiam defendendam, sed † si ad instantiam partis processit, necessario citandus non est. *Francus in capit. cum sæpe, §. porro, numer.* 17. *& ibi gloss. verb. coram superiore, de appel.* Accommodando igitur hæc ad nostrum casum, constat apud acta, quod consu-

les, ne-

les, nouum ac vetus consilium, cum multis aliis ciuibus 8. Octob. Anno 69. pro executione institerint. Vnde Episcopus magis ad instantiam partium, quam ex officio processisse dicitur, eiusque tanquam superioris erat exequi.
23 Nec obstat delegatio; delegati enim † ab ordinario, nisi sint ad vniuersitatem causarum, sententias suas non exequuntur. *Franc. in c. cum causa. nu. 22. & 24. de Appellat.* An † & quando à delegato ad delegãtem appellari possit. *Couar. pract. quæst. capit. 4. numero 8. versicul. 5.* Si recte sibi consulere voluissent Appellantes, intra debitum tempus erat appellandum, ac aduersa pars principalis, cum qua sibi potissimum lis erat, de inæquali censitione vel capitatione citanda, & iudicium prosequendum. Et quamuis hæc omnia ita se habeant, tamen appellationem putat aliqua ex parte iustificari posse, quo ad deuolutionem, idque ex subsequentibus rationibus. Nam Reuerendiss. pronunciauit, decretum seu sententiam super taxa vel mulcta appellationis promulgatam, executioni esse mandandam, comminatus quoque grauissimas pœnas, puta, quod nisi intra octiduum soluerent, deberet procedi in personas & bona deficientium, cum priuatione beneficii & gratiæ iam antea concessæ. Quod autem à
25 † citatione appellari possit, habet Francus *in cap. cum cessante. numero sexto, de appell. & Abb. ibid.* Videtur itaque, quod à tali citatione rectè appellari potuerit, & etiam appellatum sit intra legitimum tempus, vt ex actis apparet. Accedit, quod ab † executione non
26 appelletur. *cap. nouit. & ibi Abb. de Appellat. cap. Quod ad consultationem. de re iudicat. l. ab executione. Cod. quorum appell. non recip.* Multi † tamen
27 sunt, qui putant, quod ab exequendo possit appellari. *Marius quæst. 314. in princ. part. 2.* Mihi videtur contraria verior, quod † imo non pos-
28 sit appellari, quando præcessit sententia diffinitiua, vel non inferatur nouum grauamen, vel non excedatur modus in exequendo. *d. l. ab executore.* quibus casibus recte appellatur in scriptis, cum insertione causæ & exprimi debet, in
29 quo executor † excesserit modum. *Phil. Franc. in c. ad nostrum. de appellat. Rot decis. 45. si appelletur. numer. 2. de appell. in nou. Marc. quæst. 376. per totam. part. 1.* Nec appellatio ex aliis, quam specificatis causis iustificari potest. Multipliciter autem dicitur † excedi modus, quos ponit gloss.
30 magistra *in d. c. Quod ad consultationem. vbi Specul. de execut. sent. §. 8. nunc dicendum. vers. sed nunquid. num. 8. Bald. in l. ab executione. num. 9. in princip. C. Quorum app. non recip. Franc. in cap. vt debitus. numero 25. vers. 2. post medium de appellat.* in tempore etiam exceditur modus, nimis arctando condemnatum. *Speculat. d. loco. §. videndum. numero. 1.* Potest tempus quadrimestre abbreuiari in actione personali causa cognita. *l. nos quos. vbi Bartol. num. 3. C. de execut. rei iudic. Bartol. in l. 1. numer. 2. ff. nil innouari. appel. pend.* Item si ordo non seruetur, potest appellari. *l. à Diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iud. & Bartol. ibid.* Alias enim si ante tempus vel in re, in qua non debet, fiat executio, appellari potest. *Bart. in l. ab executore. ff. de appellat. idem Bart. in quæst. 6. incip. Lapus verb. solutio. in fin. principii. Bald. in leg. si vt proponis. nu. 2. C. de execut. rei iudic.* Item si non capiantur res, sed personæ, appellari potest. *Abb. in d. cap. quod ad consultationem. numer. 27. post medium. vers. quid medium. Bart. in l. fin. num. 2. quod met. causa.* In terminis nostris, quod quis non præcise, sed causatiue ad † collectas cogi possit, tradit Baldi. *in*
31 *l. etiam. num. 15. circa finem. & ibi additio lite. G. Co. de execut. rei iudicata.* puta † si non soluit, non
32 ponetur in carcerem, sed auferetur sibi res, siue rei fructus, per text. *in l. apud Iulianum. §. heres. de lega. Bartol. in d. l. 2. numer. 3. & 6. Cod. de exactoribus tributorum. lib. 10.* His ita præmissis, nemo non videt, modum in exequendo excessum, qui satis probatur ex actis prout eum probare necesse est. *Rota decis. 45. si appelletur. nu. 2. de appell. in nouis.* Et sic iuste & merito appellatum. Dati enim sunt tantummodo dies octo ad satisfaciendum. Demandata executio tam in personas, quam bona deficientium, sine vllo discrimine, adiecta communicatione priuationis beneficii, gratiæ concessæ, ex quo notandum videtur quod modus excessus, & plane nouum grauamen illatum sit.

Quid pronunciandum in hoc puncto? Certe res videtur esse dubia, cum supradictis, pro parte videremur esse Iudices competentes, ex parte non; licet enim præceptum seu decretum super summa taxata transierit in rem iudicatam, nec à sententia de exequendo appellari potuerit; tamen ob modum in exequendo excessum & nouum grauamen illatum, hæc causa ad nos, tamquam omnium superiores, deuoluta videtur, præsuppositio, quod Episcopus non tam ex officio, quam ad instantiam partis aduersæ processerit, sicuti id ex actis probatum existit. Cum itaque hæc causa sit grauis, & agatur fere de vita & omnibus bonis Appellantium: Item ne per illusionem primæ instantiæ der Außträg euanescat authoritas magistratus. Denique vt nobis de omnibus eo clarius & perfectius constare possit, qualiter scilicet commissio emanata, executio facta, de tractatu quoque concordiæ & censione pro delicti & personarum qualitate, de Episcopi etiam persona, num vt pars, vel vt Iudex interuenerit, putarem, maxime, cum hoc petatur, correctionales ad probandum admittendos, vbi partes ad longum de executione, num iuxta formam iuris, vel consuetudinis patriæ progressum disputabunt, & hoc modo nemini præiudicabitur. Nec admitto ad probandum quod probatum non releuaret. Si enim Episcopus probauerit, ab executione tantum facti ap-

cti appellatum, & executionem demandatam secundum statuta vel consuetudinem Curiæ LL. satis tum nobis liquidum erit, quid pro-
33 nunciandum. Potest enim induci, quod † personæ pro debito tali vel simili possint capi. *Bartol. in d. quæst. 6. Lapus post finem principii. Barto. in d. l. 2. numero* 8. & 34. C. *de exactorib. tribut. & ibi Bald. numero 2. & in l. missi. numer. 6. & 14. eod. tit.* Sin minus, non iustificata appellatione, de excessu tantum iudicabimus. Sin vero Domini putauerint, Appellantibus & Appellatis iniungendum, vt super excessu tantum procedant, relinquo hoc ipsorum arbitrio; Ius tamen querelandi, vel de nullitate dicendi saluum apud Appellantes esse existimo. Quoad citationem ratione attentatorum sciendum, quod extra-
34 iudicialis † appellatio non suspendit facultatem competentem parti in aliis, vt in nostro casu forte exigendi collectas satis est, quod defendat Appellātem contra id, propter quod appellatum: si enim aliud diceretur, esset opprimere partem appellatam, ne posset vti iure suo. *Franc. in dict. cap. Bonæ. numer. 29. 31. circa medium. & num 44. vers. 1. idem in cap. dilecti. in princ. num. 4. de appellat.* Hæc tamen omnia dependent à veritate, si iusta fuerit causa. *Præpos. ibid. Guid. Papa consilio 138. Couar. pract. quæstio. cap. 24. nu. 5.* modo intimatio parti & Iudici fiat,
35 quo ad reuocationem † attentatorum. *cap. cum nobis. de appellat.* Si vero inhibitum, tunc statim reuocantur attenta. *Franc. d. c. Bonæ. num. 40. & 42.* Ad reuocationem attentatorum nos adhuc
36 † venire non posse extra dubium est appellatio ne nondum iustificata, maxime cum sententia de exequendo sit interlocutoria. *Franc. d. c. cum cassante, nu. 47. Bald. in d. l. ab executione. n. 9. vers. & scias. C. quorum appellat. non recipi.* Idem videtur
37 dicendum quando appellatur † à grauamine, quod Iudex in executione intulisse dicitur per modum in excedendo. Putarem quoq;, nec ci-
[illegible] iam decerni posse ob dubium, an fun
tationem
data sit nostra iurisdictio, & satius foret hanc
submissionem silentio præterire, sicut in ratio
ne petitæ inhibitionis faciendum existimo. *Couar. d. c. 24. numer. 5. pract. quæst.* ne causæ principali præiudicetur, multo minus in nostro casu, vbi iurisdictio in dubium vocatur. Nollē tamen expresse inhibitionem denegare, sed tacite præterire. Si enim Episcopus in enormi illo excessu executionis, contra interpositam appellationem procedendo contra personas, eosq; exilio mulctando pergeret, ac Iudici de eo constaret, forte quoad excessum non iniuste inhibitio decerni posset. Si vero via iuris, & præscripto modo procederet, mandando ex-
38 ecutoni sententiam ratione cēsitionis latam, nullo modo inhiberi posset: nam in eo solo suspenditur executio, in quo modus excedit-tur. Et ideo † causa grauaminis in appellatione ab executione specifice est exprimenda. *Speculator. tit. de sent. executione. lib. 2. §. dicendum. num.* 8. Nec iuuaret prætensa nullitas, cum ea in casu nostro altiorem idaginem requirat, & proba tio non sit in promptu.

Dom. D. N. triplici modo hanc causam intelligit in facto. Si enim præsupponamus, non modo decretum Scabinorum & commissariorum Episcopi in rem iudicatam transiisse, sed etiam confirmationem Episcopi post supplicationem Episcopo porrectam ante decretum, & hoc tanto interuallo, vt decendium etiam lapsum sit, præcessisse, atque ita etiam in rem iudicatam transiisse, ac tandem iure partibus vndiquaq; quæsito mādatum à quo, &c. emanasse, & in eum finem tantum, vt quod ante iudicatum, executioni mandaretur, hic status causæ talis est, quod nullo modo deuoluta sit appellatio, cum Episcopus merus executor fuerit, & quatenus non fuit, tamen appellatio hæc deuolui non potuit, ex infra dicendis, nimirum, nec à decreto de exequendo secundum communem appellari posse. Secundus status talis est, vt etiamsi priorum iudicum decretum transiuerit in rem iudicatam, & propter grauamen extraiudicialiter illatum Episcopus secundum qualitatem causæ per viam supplicationis aditus, vt grauamen tolleret, tanquam omnium superior & committens, quod non tantum non ipse fecerit, sed etiam mandatum nouum cum graui comminatione, & termino nimis breui decreuerit, in quo expressis verbis decretum prædictum confirmat, nec ex actis de alia confirmatione, præsertim tali, quæ decendium præcesserit constet, quod nec à nobis in casu tam periculoso præsumendum est, hic certe aliter sentiret. Tertius status est Referentis, vt simus in dubio, ac speremus per Episcopum ipsum in probatione correctionalium factum clarius probatum iri, & hoc casu cocluderet cum Referente.

Stante igitur primo statu causæ, putaret, appellationem minime deuolutam, quod eo casu, vt merus † executor processerit, ideoque 39
ab eo appellari non potuerit, secundum magis communem. *Franc. Viu. ob. 19. libr. 2. Marant. part. 6. de appel. numer. 349. Vestrius lib. 7. c. 3. & ibi Cravet. numer. 43.* præsertim si ad executionem facti processum sit. *n. 44.* Est & text. *in l. ab executione. ff. de appell.* Nec obstaret modi excessus, quia non ipsam condemnationem respicit, sed inobedientiam, quæ seuera illa comminatione, coercita dici potest; grauamen autem illatum iam ante inflictum dicitur, & ex eo vni parti ius quæsitum. Et potuit † ibi iudex etiam 40
via facti & manuū iniectione procedere. *leg. qui restituere, ff. de rei vendic.* Secundo statu posito, pronunciaret deuolutam, † vti in dubio pro- 41
nunciari debet. *Castr. leg. 1. ff. si quis cautionibus Alexandr. consilio 106. lib. 3. in fine.* Nam † superior 42
inter-

interloquens etiam per viam simplicis querelæ, aut officio Iudicis auditus potest interlocutoriam inferioris, non modo ex iisdem, sed etiam ex nouis actis reuocare. *Rota decis. in fin. in Nou.* Ideo iuxta præsentis causæ qualitatem tanquam in processu mere extraiudiciali recte aditus, quia tamen non reuocauit grauamen, non potest non videri grauasse. *Vestri. quæst. nona. cap. 8. lib. 1. Crauett. decis. 104.* maxime propter nimis arctum terminum, & comminationem non seruata proportione delicti. Non obstat, quod in extraiudiciali grauamine versamur, quia putat ab omni grauamine irreparabili appellari posse ad Cameram, posito nos esse in casu, vbi appellatur, quia Außträge non excipiunt causas appellationum. Et recte putauit, ap-
43 pellationes † extraiudiciales deuolui ad Cameram. *VVormser. decision. decima. de appel. Abb. in cap. peruenit. numero quarto. de appel. Bald. consilio 512. part. 5.* Quod ad tertium concludit cum Dn. Referente. Ad reliquas submissiones quod attinet, stante primo statu, omnes submissiones corruunt. Secundo casu de attentatis contra appellationem, nondum ipsi constat præterquam in mandato à quo, &c. *Rota decision. 569. in antiq.* & nondum inhibitum, quo casu etiam
44 in extraiudiciali grauamine attentata † probata, non possunt per viam attentatorum reuocari. *Rota decis. prima. & 346. in nouis. Franc. in capit. non solum. de appellat. in sexto.* Ideo vult denegare citationem & inhibitionem decernere. *per Mynsing. obseru. 87. centur. 3.* Arctiores compulsoriales denegat contra Episcopum, sed decernit simplices contra Villicum. Item petitionem specificationis consortum vult abschlagen/iniquum esse vt illi, qui
45 † expresse non constituerunt, non possint renunciare liti aut desistere. *leg. postquam liti. Cod. de transact.* licet si prosequi vellent, expresso mandato opus esset.

D.N. Ex relatione & votis patet, nos esse in maximo dubio, & quia Episcopus offert & petit dictorum articulorum probationem, itaque illos, saluo iure impertinentium, & non admittendorum, ad probandum vellem admittere, quo certior fiat, quid sit pronunciandum. Quo ad specificationem, concludo cum Domino Referen. Nam vt quis possit appellare no-
46 mine † alterius non sufficit mandatum ad lites & causas, *Rol. à Vall. cons. 43. lib. 1.*

VOTVM XLIX.

In causa N. N. vnd N. N. von wegen jhrer Haußfrawen Appellanten *contra* N. zum N. Appellaten.

De restitutione, compulsorialibus, executorialibus, absolutione, & alienatione.

SVMMARIA.

1 *Nullitas ex defectu mandati etiam post sententiam opponi potest.*
2 *Maritus agens sine mandato, vt procurator vxoris, facit iudicium nullum, quando nullum habet mandatum, licet vt legitimus administrator agere possit.*
3 *Voluntas semper præsumitur durare ad extremum vsque vitæ spiritum.*
4 *Voluntatis mutatio cum sit facti, non præsumitur.*
5 *Mandato & potestati comparentis tam diu standum erit, quousque de contrario dictum fuerit.*
6 *Actus requirens impensas præsumitur factus, mandato eius cuius interest, cum nemo velit iactare suum.*
7 *Actum faciens, sciente & patiente Domino in iudicio, videtur Dominus consentire, imo mandatum dedisse.*
8 *Mandatum probatur ex coniecturis.*
9 *Reuocatio mandati parti & Iudici notificanda est, quod si non fiat, Iudex procedit.*
10 *Mandatum morte mandantis exspirat. Quod intellige, si res adhuc integra.*
11 *Res integra dicitur ante litis contestationem.*
12 *Sententia præsumitur rite & legitime lata.*
13 *Sententia in mortuum lata nihil præiudicat, quando ex capite ignorantiæ lata.*
14 *Sententia, vtrum in procuratorem, an Dominum concipiatur, nihil refert.*
15 *Restitutio concedi non solet, nisi quis probet se læsum in causa, qnam si defendisset, foueret bonam*
16 *Mulier & minor restitui non possunt aduersus pronunciationem positionum in eius vel procuratoris contumaciam factam, nisi constet de læsione, & de suo iure probent.*
17 *Minor non restituitur aduersus eius confessionem, tanquam læsus, nisi edoceat saltem semiplene veritatem esse in contrarium.*
18 *Læsio in petenda restitutione bis probanda est.*
19 *Læsionis probationes debent esse euidentissimæ.*
20 *Iuramentū nunquā defertur in vim probationis.*
21 *Ignorantia constitutionis prætendi non potest ab eo die, quo publicata est.*
22 *Constitutio solemniter in locis eminentioribus & consuetis publicanda, nec est necesse percurrere per singulos vicos.*
23 *Constitutio dicitur publicata, si modo fuerit edita in publico consilio, & desuper scriptura facta.*
24 *Constitutiones nouæ ligant saltem post duos demum menses in prouinciis, ex quo palam sunt factæ, nec illis vllus tenetur, antequam innotescant.*
25 *Ignorantiam constitutionis publicatæ post duos menses nemini licet allegare. Idem obtinet in constitutione papali.*
26 *Lex edita à Principe, si non fuerit recepta & moribus vtentium approbata, non ligat: nec pro lege habetur, licet corpori iuris fuerit inserta*

27 *Statutum, si ex communi obseruantia nō fuerit receptum, vires nullas habet.*
28 *Statutum reformatum more vtentium non approbatum, non valet.*
29 *Legi vel statuto per decennium derogatur.*
30 *Constitutionis publicandæ modus in iure quis.*
31 *Constitutio in consilio sapientum edita & postea in scripturam redacta, an habeatur pro publicata.*
32 *Iudex officium suum non implorat um impert ri non potest.*
33 *Iudex an suppleat, quæ partibus desunt, Iudex non supplet ea, quæ priuatum commodum partis respiciunt.*
34 *Verba enunciatiua non probant, si de ipso enunciato seorsum disputatur, & maxime quando ab eius sententia appellatum fuerit.*
35 *Nullitas & restitutio aduersus sententiam possunt cumulari.*
36 *In confessione vera & ficta potest contrarium probari.*
37 *Sententia lata per falsas allegationes licet transierit in rem iudicatam, tamen potest rescindi.*
38 *Iudicem decepisse nemini debet prodesse.*
39 *Error vel falsa allegatio aut probatio non confirmantur per appellationem.*
40 *Sententia vbi notorie est iniusta, parti subuenitur per restitutionem in integrum.*
41 *Sententia contra absentem lata, præsumitur magis ratione contumaciæ, quam ex eo quod iniustam causam habuerit ille contra quem est lata.*
42 *Sententia lata à Principe non visis actis prioris instantiæ, est nulla: Secus in sententiis inferiorum Iudicum, quia ab illis licet appellare.*
43 *Sententia ex causa notorie falsa lata, est nulla.*
44 *Sententia lata contra legem, est nulla.*
45 *Error sententiæ primæ censetur inesse sententiæ confirmanti.*
46 *Sententia appellationis de necessitate se refert ad primam sententiam.*
47 *Sententia confirmatoria non tenet, si error expressus sit in prima.*
48 *Confirmatio sententiæ nihil operatur, etiam à principe facta, vbi vitium non est purgabile.*
49 *Executio an impediatur per restitutionem in integrum. & numero 58.*
50 *Possidere dolo desinens lite pendente pro possessore nihilominus habetur.*
51 *Exsecutio sententiæ latæ contra principalem, potest fieri contra eum, in quem dolo translata est possessio.*
52 *Exsecutio potest fieri contra possessorem, quando res est litigiosa.*
53 *Litigiosa res, quando fiat & actio.*
54 *Contumax non, nisi refectis expensis, auditur.*
55 *Contumax non auditur, nisi purgata contumacia.*
56 *Restitutio in integrum ex qualitate causæ & personæ impedit exsecutionem.*
57 *Ex Iudicio nullo non potest resultare effectus iuris validus.*
59 *Contumax in aliqua parte litis sumptus non repetit, licet postea obtineat.*

SVnt plures submissiones. Petita primo ex parte Appellantium citatio ad videndum se restitui contra sententiam Cameræ 2. Iunij Anno 61. latam. Secundo compulsoriales procedendis actis secundæ instantiæ contra Iudicem & scabinos in N. Tertio ex parte N. Schmidts Haußfraw absolutio à citatione, cum non citata, nec in lite fuerit. Denique ante discussionem puncti restitutionis in executione vlterius progredi non posse. 1. Ex aduerso restitutionem denegari, cum expensis dilatæ litis. 2. De cōdemnatione simplicium executorialium sibi satis fieri, & quo ad emanatas actiones se manuteneri, quantum ille N. N. & eius vxorem N. concernit. 3. Sententiam vero contra N. latam, casu quo opus, in eius relictam viduam, cuius nomine egit, transferri sibique executoriales vel primum rescriptum contra ipsam decerni. Petitur quoque expensarum taxatio, & admissio articulorum liquidatoriorum. Quoad punctum restitutionis, in eo veniunt consideranda, *An N. & N. legitimam standi in iudicio personam habuerint nomine vxorum?* Et sic, *vtrum processus à nullitate defendi possit propter defectum mandati?* Secundo; *num ambæ vxores N. & N. per sententiam Cameræ mediante ignauia, negligentia & paupertate maritorum, vel alias tam enormiter sint læsæ, vt restitutionem in integrum mereantur?* Defectum † mandati post sententiam [1] opponi posse. *Alexand. consilio 146. numero quarto, volumine sexto.* Maritus † agens sine mandato [2] vt procurator vxoris, facit iudicium nullum, quando nullum habet mandatum, licet vt legitimus administrator agere potuit. *Marant. part. quarta. distinct. decima sexta. numero decimo septimo*, Cum igitur in nostro casu de facultate agendi ex expressa voluntate vxoris non constet, videtur, quod processus habitus omnino debeat corruere, idque eo magis, quia non apparet, qualia bona litigiosa fuerint, dotalia, vel paraphernalia. Atque constat ex tenore sententiæ in secunda instantia latæ (quod & ipsimet Appellantes non inficiantur) maritos N. & N. defendendi vxores, appellandique mandatum habuisse, sicuti & causam ad finem vsque perduxerunt, & sententia contra ipsos nomine vxorum lata est, & nisi hoc statuamus, sententia prior non transiit in rem iudicatam. *Alex. consilio 35. numero sexto, vol. 2.* Ratihabitione actus opus esse ante decendium, sed de ratihabitione factæ appellationis nunquam apparet, Itaque defectum mandati non ita fortiter vrgent, nisi quod dicant, mortuo N. ante litis contestationem, vxorem eius ad causam citandam fuisse.

Præsupposito deinde, maritos fuisse legitimos procuratores vxorū, in proxima præcedenti instantia, qa volūtas semper præsumitur † durare. [3]

l. si

l. si vero remunerandi, §. si mandauero, ff. mandati, l. si pater. ff. de manumiss. vindicta. ad extremum vsque vitæ spiritum. *Alex. consil. 189, num. 10. volum. 7. l. cum hic status, §. 1. in fi. ff. de donation. inter vir. & vxor.* Quia mutatio, † cum sit facti, non præsumitur. *Vant. de null. ex defectu mandati, nu. 156.* Id circo quia semel constitit de mandato & po- 5 testate † comparentis, illi standum erit quousque de contrario dictum fuerit. *Alex. consil. 81. numer. 4. volum. 5.* Actus † requirens impensas, præsumitur factus mandato eius, cuius interest, com nemo velit iactare suum. *Rota decision. 39. vbi addit. de procur. in nouis.* Item si quis fa- 7 ciat † actum sciente & patiente Domino in iudicio, videtur Dominus consentire, *cap. cum olim, in 6. de offic. delegat. Alexand. consil. 80. numero 9. cum trib. sequentib. volumin. 4.* Imo mandatum dedisse. *Cassiod. decis. 3. num. 4. & 5. de procur.* Sic Bald. *in l. 1. Cod. de reb. alien. non alien.* vult man- 8 datum ex coniecturis † probari. Faciunt notata Innoc. *in c. nonnulli, verbo*, mandato, *de rescript.* Idque obtinet tam agendo, qua defendendo. *Iason in lege 1. in fin. Cod. de procurat.* Causa quoque & principalis est eadem, *c. veniens de restitut. in integ.* & tenetur procurator primæ instantiæ appellare, eamque potest, si vult, prosequi *Rota decis. 2 nu. 1. & 2. de procurat. in nouis.* Atqui de reuocatione mandati apud Acta nil ex- 9 presse constat, quæ & parti † & Iudici certificari debuit. *Rota dict. decision. 2. numer. 1. & 2. Alexan. consil. 83. numer. 2. volum 3.* & quousque Iudex reuocationem ignorauerit, procedere potuit. *Cassiod. decision. 2. num. 9. de appellat. Bald. in l. mandatum. numer. 16. & 17. C. mandati.* Non obstat, 10 quod mandatum † morte mandantis dicitur expirare: Quia verum, si res adhuc integra, *l. si* 11 *quis, §. cui, ff. mandati.* Res † autem dicitur integra ante litis contestationem. *Bald. in dicta leg. mandatum, numer. 15.* At hic procurator litem contestatus, & sic Dominus litis effectus est. Nec aliquid facit prætensa mors N. ante litis contestationem ad annullandum processum, quia tacite illa reuocatio à lege inducta, nihil tale operari potest, sibi imputet pars, quod de illo Iudicem certiorarit. *Cassiod. d. decision. 2. nu-* 12 *mer. 10. cum seq. de appellat.* Denique † sententia præsumitur rite & legitime lata, *c. bonæ, de e-* 13 *lect.* Quod sententia † in mortuum lata, nihil præiudicat, quando ex capite ignorantiæ factum, *l. in sententia, §. fin. vbi DD. ff. de re iud.* Quod sententia non in procuratorem tanquam in dominum litis, sed in N. & N. concepta, ex recepto vsu & stylo nullam operatur nullitatem, 14 tum etiam secundum canones nihil † refert, in cuius personam sententiæ concipiantur, *c. querelam, de elect. Rota decision. 2. vbi additio. numer. 4. circa finem, de procurator. in nouis.* Concludit, prætensum defectum mandati, cum de reuocatione prioris non constet, & per actus gestos & celebratos tacitum saltem mandatum fuerit inductum ad annullandum processum, non esse sufficientem, *per supra allegata & notata per Bal. in l. licet, n. 15. C. de procurat.*

Quoad punctum restitutionis: Iuris est quod nisi quis probet se læsum in causa quam si defendisset, foueret bonam, restitutio † concedi 15 non solet, *text. & ibi Bart. in l. nam postea quam §. si minor, ff. de iureiu. Innoc. in cap coram. Felin. numer. 1. versic. oportet. de restit. in integ. Boer. decis. 79. num. 6.* debet de læsione constare, *Rota decis. 1. n. 1. & addit. ad decis. 5. n 1. de restit. in integ. in no.* siue actus sit iudicialis, siue extraiudicialis. *l. minoribus, C. si tutor vel curator interuenerit. Tholos. quæstion. 54. & ibi additio, idem quæst. 99. & ibi additiones.* Mulier † quoque, licet demus eam cum mi- 16 nore, eodem priuilegio gaudere, præsertim si sit vidua, *Alexand. consil. 55. numer. 17. in fin. vol. 5.* & certet de damno vitando, tamen non restituitur aduersus pronunciationem positionum in eius vel procuratoris contumaciam factam, *ita ad longum decis. Pedemon. 87. numero. 10.* Cum nec † minor restituatur, aduer- 17 sus eius confessionem tanquam læsus, nisi edoceat saltem semiplene veritatem esse in contrarium, *decis. Ped. & c. num. 10. Alexand consi. 55. n. 18. vol. 5. vers. sed non sequitur, & n. 19. vbi quoq; additio litera C.* Vnde dicunt DD. quod quando petitur restitutio contra sententiam, bis de læsione probandum esse. Primo ad † obtinen- 18 dam restitutionem, & ventilationem causæ, & hæc est facilis, & sufficit summatim probari, *argum. l. thesaurus. ff. ad exhibend. Bart. in dicta leg. nam postea quam § si minor, num. 7. & ibi Bald. post princip.* Secundo ad obtinendam victoriam principaliter. *Bald. in l. 1. num. 5. C. si aduers. libert.* & eo casu probationes debēt esse † luce meridiana cla- 19 riores, ideoque nunquam defertur iuramentum in † defectum probationis. *Bald. in l. 4 n. 1.* 20 *C. si minor se maior. dix. &c.* Restat igitur videre summarie saltem de læsione & veritate causæ. Principale fundamentum asseritur, quod articuli liquidatorii per negligentiam maritorum non agentium pro confessatis in contumaciam acceptati, & desuper sententia lata, cum tamen in facto omnino sint falsi. Quæstionem enim non fuisse tantum de bonis materteræ, prout falso ibi positum est & ex cuius fundamento causa ita decisa & determinata, sed etiam de bonis auitis. Idque certe probari vel probabiliter saltem ex tenore sententiæ ab ipsomet Appellato productæ. Item fragmentis Actorum ꝛtt M. longe clarius. Enormissima autem læsio apparet ex eo, quod hac ratione Appellantes Auita hereditate omnino de fraudarentur, vel maiori saltem ex parte. Veritas & Iustitia causæ ex constitutione Maximiliani in Comitiis Augustæ Anno, &c. 1500. facta plus quam notoria. Ex actis autem constat, N. & N. Auum & Auiam longe post editam Maximiliani constitu-

tionem, deceſſiſſe. Vnde dicendum videtur, petitam citationem ad videndum ſe reſtitui decernendam. Item compulſoriales contra Iudices in N. ad edendum Acta originalia. Accedit, quod, ex quo publicata eſt conſtitutio,
21 ignorantia † prætendi non poteſt. *Can. Quod dictum, diſtinction. 16. cap. 1. de poſtulat. Prælatorum.* Satis eſt, quod publicetur ſolenniter, in locis
22 † eminentioribus & conſuetis, nec eſt neceſſe diſcurrere per ſingulos vicos. *Abb. in capite ſecundo, numero vndecimo, de conſtitut.* Imo Angel.
23 *in §. final. nu. 22. Authent. de non eligendo. dicit*, Sufficere † loco publicationis, quod res ipſa fuerit edita in publico conſilio, & deſuper facta ſcriptura, ſicut in præſenti caſu. His tamen non obſtantibus forte contrarium dicendum.
24 Nam † conſtitutiones nouæ, poſt duos demum menſes in prouinciis, ex quo directæ ſunt & palam factæ in vnaquaque ciuitate, ita quod nullus poſſet, de cætero aſſumere occaſionem alicuius, ligant, & illis antequam innoteſcant, nemo tenetur. *Textus vbi Bart. in Authentic. vt factæ nouæ conſtitut. in princip.* Non ſufficit in vrbe Conſtantinopolitana conditas & inſinuatas, niſi & in prouinciis publicentur. Facta vero publicatione, poſt duos menſes
25 nemini † licet ignorantiam allegare. *Textus in Authentic. vt factæ nouæ conſtitut.* Idem obtinet in Conſtitutione Papali. *Alex. conſilio quinquageſimo ſecundo, numero primo, volumine ſeptimo. Abbas in dicto capit. ſecundo. numero octauo, de conſtitutione.* Quod autem hæc fuerit conſtitutio publicata in imperio, & quando, non conſtat. Imo contrarium ex Carolina conſtitutione Wormatiæ Anno, &c. vigeſimo primo facta, quæ eſt reiteratiua Maximiliani de Anno 1500. perſpicuè apparet. Vbi quoque notandum, quod tam in Maximiliani, quam Caroli conſtitutione clauſula annullatiua & caſſatiua; *ſi omne id, quod contra conſtitutionem factum, caſſum ac irritum eſſe debeat*, non reperiatur. Hinc tacite innuitur, illa omnia ex defectu factæ publicationis & ſcientiæ, firma ac rata eſſe debere. *Alex. conſilio centeſimo trigeſimo ſecundo. numero* 1.
26 *& 2. volumine primo.* Facit quòd † lex edita à Principe ſiue reformatio, ſi non fuerit recepta, & moribus vtentium approbata, non ligat. *Alex. conſil. 39. num. 1. volum. 3.* nec pro lege habetur, licet corpori iuris fuerit inſerta. *Bartol.*
27 *conſil. 144. num. 1. volum. 1.* Sic † & ſtatutum, ſi ex communi obſeruantia non fuerit receptum, vires nullas habet, *gloſſ. DD. & Felin. in capit. 1. de*
28 *treuga & pace.* Item ſi fuerit † reformatum, ſed more vtentium non approbatum, non valebit, ſed prius quam dicitur interruptum, ſemper vigeat. *Alex. conſilio ſexto, numero ſecundo. & dicto conſilio 132. numero primo, cum duobus ſequentibus, vol. primo.* Legit quoque vel ſtatuto, (mo
29 dò caſus euenerit) per † decennium derogatur. *Alexander. conſilio 18. numero 5. volum. 2. DD. in d. cap. 1. Bald. in Authent. omnes peregrini, numero ſeptimo, verſ. pone caſum, C communia. de ſucceſſ.* Quòd autem hæc conſtitutio non fuerit recepta more vtentium, atteſtantur verba (licet enunciatiua) ſententiæ Iuliacenſi inſerta, &c. Deinde ambæ conſtitutiones Maximiliani & Caroli, Reformationi Iuliacenſi de verbo ad verbum ſunt inſertæ. Ex quo arguitur, niſi conſuetudo in contrarium fuiſſet, Reformatione opus non fuiſſet. Lex ligat in futurum: In noſtro autem conſtitutione, neque de præteritis, neque de pendentibus dicitur, vt hic caſus longe ante reformationem Iuliacenſem euenerit. De conſuetudine loci, quod filiæ in ſucceſſione Aui vel Auiæ Nepotes excludant, habetur in fragmentis. Deinde hæc conſtitutio modo quod conſtet aliter non publicata, niſi quod fuit poſita & regiſtrata inter Receſſus imperii, quia longe alius publicandi modus in Iure traditur. † *Angel. in §. Hæc igitur, per totum,* 30
Authentic. de mandat. Princ. & in auth. vt factæ nouæ conſtit. in principio, numero primo. Nec obſtat, quod ſupra dictum, loco publicationis haberi, ſi in † conſilio ſapientum fuerit edita, & 31
poſtea in ſcripturam redacta, quia id procedit, niſi conſuetudo aliter ferret: tunc enim non ſufficeret editio per talem ſcripturam & nullum haberet effectum. *Alex dicto conſ. 39. numero quarto & quinto*, quia modus & forma in publicatione ſeruari debet, *Angel. in d. §. fin. nu. 22. in fine Authent. de non elig.* Quod autem illa editio per ſcripturam in conſilio ſapientum non fuerit ſufficens, teſtatur ipſa Caroli conſtitutio, qui denuo per imperium in prouinciis illam promulgare iubet, ne ignorantia in poſterum prætendatur. Ponderandum & hic venit, quod à conſtitutione Maximiliani, ad Carolinam vſque plus quam viginti anni elapſi ſint & non appareat, vnquam contra conſuetudinem in contradictorio pronunciatum, & ſic per tam longum tempus dictæ conſtitutioni quaſi derogatum. Ex his omnibus quis forte diceret, cum dicta conſtitutio in prouinciis non fuerit publicata, neque recepta, ſed contrarium potius de conſuetudine obtentum, quod ideo prouinciales non tenebantur. Neque Iudices ſecundum dictam conſtitutionem pronunciare tenebantur. Hoc pro certo ac vero præſuppoſito, quoad veritatem & iuſtitiam cauſæ principalis nullo modo Appellantes vel ſupplicantes noſtri de læſione vel iniuſtitia conqueri poſſent. Imo conceſſa citatione pro reſtitutione, idem quod antea, iudicandum veniret. Et hæc quidem poſſent eſſe vera, ſi in hiſce noſtris actis dictus N. ſe fundaret ſuper illa conſtitutione, eamque probaret, vel notoria eſſet, & prætenderet, Conſtitutionem Maximiliani in prouincia non publicatam, neque vſu receptam, vel per longum tempus ei derogatum. At quia hoc factum

32 ctum non est, Iudex † in illo officium suum non imploratum impartiri non poterit. *l. 4. §. Hoc autem. ff. de damno infecto.* Et cum hoc respi-
33 ciat priuatum † commodum partis. *Felin. in c. ex tenore. n. 20. de rescript.* Iudex non potest supplere. *l. si pater. C. quando prouocare non est necesse. Alex. consil. 225. numero 18. & 19. vol. 6. & pulchre distinguit Bartol. l. si vnius. §. pactus ne peteret. nu. 18. & 20. ff. de pact.* nisi ex confessione de calumnia appareat, vel alius Iudex videret calumniari partem: *gl. in l. 2. §. quod si. C. de iuram. cal. Iason. in d. §. Pactus ne peteret. numero 39. & 40. cum tribus seqq. & Zasius d. §. n. 39. Bald. in l. vnica. n. 10. vt quæ desunt Aduocatis. &c.* Nec alias illa consuetudo notoria est, etsi esset, tamen non releuaret ab onere probandi. *gl. in Clem. Appellanti. de Appellat. Iason d. §. pactus. numero 42.* Concludit, quod illa tanquam non allegata, minus probata attendere non possint, sed forte in discussione & liquidatione puncti Restitutionis, & causæ principalis ad soluendam sententiam, earum probatio ex officio iniungi possit. Parum faciunt verba sententiæ: Dieweil bey vns der Zeit nicht recht was. Quia sunt verba tantum enun-
34 ciatiua, & † quæ non probant, sed de ipso enunciato seorsum disputatur, & maxime quando ab eius sententia appellatum fuerit. *Alex. consil. 21. numero 4. vol. 1. & consil. 136. numero 11. eod. vol. & consil. 184. num. 3. vol. 6.* Ex his constat, consuetudinem per simplicem narrationem Iudicis non probari. Accedit, quod etsi prætensa consuetudo notoria & vera esset, & publicatio intermissa, tamen si narratis sententiæ priorum Iudicum credere velimus, statim de læsione & iniquitate eluceseet, & nihil obstabunt intermissa publicatio vel consuetudo. Præmit-
35 tit nullitatem † & Restitutionem aduersus sententiam posse cumulari. *Innocent. in cap. constitutus. numero tertio. de restitut. in integrum.* Secundo,
36 Quod † in vera & ficta confessione potest contrarium probari. *Iason in l. si quando. numer. 27. C. vnde vi. Tiraq. de vtroque retract. §. 4. gloss. 1. verb. il. sera recent. num. 12. in fin. numero 30.* Tertio, Sen-
37 tentia † lata per falsas allegationes licet transierit in rem iudicatam, illam tamen posse rescindi. *l. Diuus, vbi Bartol. & omnes. ff. de re iudicat. Bald. in l. 1. Bartol. in l. 2. C. si ex fals. Instrumentis, n. 2. ibi. glo. in verb. manifeste, & Bald. in l. 1. numero 1. C. Si Tutor vel Curat. ex fals. alleg. Felin. in cap. lator. num.*
38 *16. De Iudiciis.* quia † nemini debet prodesse decepisse Iudicem, *Textus in d. l. 2. & ibi gloss. verbo, audiuntur. Tiraq. in d. l. 2. & ibi gloss. verbo, audiuntur. Tiraq. in d. verb. il. sera recen. numer. 38.* Nec ille
39 † error vel falsa allegatio aut probatio confirmantur per appellationem. *Bart. per l si expressim.*
40 *ff. De appellat.* Quarto † quando notorie constat de iniustitia sententiæ, potest parti subueniri per restitutionem in integrum, Contumacia purgatur ex clausula generali, idq; potest solus princeps. *Feli. Abb. & Hostiens. in c. 2. de purgatione vulgari. Text. in l. Diui. ff. de pœnis.* Cum igitur Cameræ sententia fundata sit super articulis tantum declaratiuis, qui ex confessione ficta ob contumaciam non respondentium pro veris habiti, nunc vero eos falsos arguant, & ad contrarij probationem sese offerant Appellantes, idque ex inspectione actorum, quæ coram Iudice & Scabinis in N. statim clarum & perspicuum fore, & sic probatio in continenti sit parata, eoque nomine sibi compulsoriales ad edendum originalia (quorum fragmenta iam produxerunt, & si iis credimus, intentio fundata erit) decerni postulant. Hæc non iniusta decernendi petitio videtur, cum & sententia contra † absentem lata, præsumatur magis ra- 41
tione contumaciæ, quam ex eo, quod iniustam habuerit causam ille, contra quem lata est sententia. *Felin. in cap. cum Bartol. nu. vigesimo. De iudiciis.* Dicitur quoque Mandatarium N. non esse soluendo. Aliæ etiam sunt causæ restitutionis, vel nullitatis, quod Iudex Cameræ non visis actis prioris Instantiæ, quæ fuerunt deperdita, sententiam tulerit. Sententia namque per principem hoc † modo lata, est 42
nulla. *Felin. capit. sancta Maria. nume. 13. de constitut.* licet secus sit in sententiis inferiorum Iudicum, quia ab iis licet appellare. *Felin. in d. c. Sancta Maria. numero 12. versic. 12. vers. sexto. in fine.* Secundo, quando Sententia † ex causa notorie falsa fer- 43
tur, est nulla. *Felin. in c. inter cæteros. n. 5. supra. De sententia & re iudicata*, vt hic, cum Iudex putauit quæstionem fuisse tantum de bonis matertera, non etiam Auitis. Tertio, Sententia lata † 44
contra legem est nulla. *Felin. in c. 1. numero 52. de constitutione.* Addo: Error † sententiæ primæ, 45
censetur esse inesse sententiæ confirmanti. *l. 1. §. Sed etsi. ff. Quæ sententiæ sine appella.* Nam sententia † appellationis, de necessitate se refert ad 46
primam sententiam, *leg. in sententia. ff. de re iudicata.*

Vnde si error expressus sit in prima, confirmatoria † sententia non tenet. *Bald. in l. 1. nume.* 47
2. vers. ex sententia. C. de errore calculi, & talis confirmatio † nihil operatur. *Paris. consil. 24. numero* 48
158. pag. 2. etiam à principe facta, vbi vitium non est purgabile. *Felin. in cap. Ea quæ. num. 3. de re iud.* Ex his perspicuum esse puto, vix sententiam Cameræ à vitio nullitatis defendi posse, super qua tamen, cum nec petitum, sed vna cum causa restitutionis obiter deductum, nihil desuper iudicandum censeo, ratione scilicet nullitatis. Ac nec nunc quidem petitã citationem ad videndum restitui decernendam puto, sed compulsoriales ad Iudices in N. cum fragmenta exhibita fidem non faciant, si ante purgatam contumaciam fieri posset, decernendas. Quibus visis & perpensis, nobis de iustitia & veritate causæ: Item læsione partis certius constare poterit, vt Cameræ suus honor seruetur, cum & in deductione puncti restitutionis, consue-

consuetudinis, & non factæ publicationis, probatio ad reformandam sententiam ex officio possit iniungi. Sed quid dicemus in puncto executionis. Ex qualitate causæ & personæ,
49 & petita † restitutione impeditur executio. & *Bal. in l. vnica. C. de in integrum restitut.* At non in sententia principis, quia pro principe præsumitur, cuius vicem gerit Camera, & concurrentem cum eo iurisdictionem habet. *d.l. vnica. vbi Bartol. Innocent. in ca. suscitata. num. 1. Circa finem, & ibi Abb. num. 8. de Restitut. in integ. Thol. quæst. 54. vbi additio. Auth. quæ supplicatio. C. de precibus imperat. offer. Bald. in l. si causa cognita. numero 3. C. de transact. Capic. Decis. 53. numero 3.* Sic nec opposita nullitatis exceptio, licet sit euidens & notoria ex Actis, imo ipso iure nulla. *Guido Papa quæst. 50. Couarr. practicar. quæstio. cap. 25. numer. 7. & numero 2. in fin. princip.* præstita saltem cautione si petatur, vel si præsumptio est dilapidationis, alias si est soluendo, & non petita, non tenetur, *Rota decisione sexta. Fuit dubitatum. alias 435. numero primo & secundo. de restit. in integrum, in Nouis.* Et huic sententiæ inhærendum breuiter putarem, paritioni N. zum N. non esse locum in eo, quod petit sententiam Cameræ pro rata in N. quondam N. vxorem transferri. Nã sententia ex supra dictis recte in maritum tanquam Mandatariũ lata. Nec refert de Iure Canonico, in quem sententia concipiatur. Executio autem in bonis vxoris tanquam principialis fieri debet, sicut & quotidie sententiæ feruntur in procuratores, Executiones autem in bonis Minorum fieri. *gloss. in cap. suscitata. verb. Ministerium. Guido quæstion. 431.* Decernerem nouas executoriales, non autem Rescriptum. Quo ad N. vxorem N. nec ipsa quidem, vel in simplicibus, vel in arctioribus Executorialibus nominata, sed Maritus, qui dicitur non esse soluendo, & certe nimis festinanter, & ante terminum præstitutum, ad docendum de paritione fuit N. in pœnas simplicium declaratus, & arctiores processus decreti. A dolo etiam & contumacia vxor N. per transactionem initam excusari posse videtur, cum ea proculdubio, ab initio bona fide facta, sed postea consilio alicuius causidici vel Aduocati, sub spe restitutionis in integrum contra sententiam, cuius causæ (*vt supra deduxi*) apud me sunt satis releuantes, ab ea recessum: Neque arctiores processus contra mulieres, sibi vendicat, cum sub pœna Banni, non priuationis, sint emanatæ. Vt itaque (cum in ambabus vxoribus idem factum versetur, vnius rei sint debitores,) idem ius statuitur *lege illud. ad legem. Aquil.* reiecta petitione procedendi super arctioribus simplices etiam contra ipsam vt contra N. decernerem, cum nec parti respectu illius, cuius neque in sententia, neque in Executorialibus nulla fit mentio, quoad pœnam ius nullum sit quæsitum.

Nec obstat, quod dictæ sorores amplius non possideant bona, sed filiabus in dotem dederint, quia pro possidentibus habendæ, cum † 50
dolo desierint possidere lite pendente. *Decius in l. qui dolo. num. 1. & in l. parem. de reg. iur. gloss. & Dinus in cap. pro possessore. eod. tit. in 6.* Notandum quoque contra † eum, in quem dolo translata 51
est possessio, posse fieri executionem sententiæ latæ contra principalem, *ita Bartol. in l. 1. §. Necessario. num. 4. ff. Si mulier ven. nomine, & in l. si quis missum. § fin. numero 5. ff. de damno infect.* Nam quando res est litigiosa, certum † est executio- 52
nem fieri posse contra possessorem. *Bald. in lege vnica. C. de alienat. Iudicii. mut. causa facta.* Litigiosa † res quando fiat & actio. *Bartol. in Authent. de* 53
litigiosis. num. 5. Collat. 8. Sedes ordinaria vbi gloss. 3. in verbo inchoaretur, de petit. hered. Bart. in l. 2. vers. si vero agitur. C. de litigios. & in l. 1. C. Communi diuidundo. num. 5. &c. Sed & contra emptorem rei vitiosæ. *Bart. in l. fin. numero 1. C. de litig. Bald in l. 1. numero 6. vers. sed ista ratio. C. communi diuid.* Sed hic alienatio facta est lite pendente post sententiam latam.

Quid pronunciandum? Si partes essent præsentes, primo petitionem ex parte N. pro absolutione, ob tacitum & præsumptum nec reuocatum Mandatum Mariti, sicuti etiam noch zur Zeit citationem ad videdum se restitui denegarem sed compulsoriales petitas decernerem, quibus reproductis & Actis editis, statim liquebit, quid in puncto restitutionis vlterius agendum. Sed cum iam non diffinitiue veniat pronunciandum, & contumax † non nisi re- 54
fectis expensis audiatur. *l. sancimus. C. de iudiciis Mathes. in Auth. Qui semel. C. quomodo & quando Iudex. Mynsing. obs. 67. cent. 4.* Silentio has submissiones prætereundas censeo. Quia vero legitima alias videatur earum petitio, purgata contumacia, illas omnino † audiendas arbi- 55
tror. *Hipol. consil. 16. num. 33. Chas. de Iustic & droict. Rub. 1. §. 7. verb. lamende. num. 10.* Et licet alias ex qualitate causæ & personæ petita † Restitutio 56
in integrum, impediat executionem. *Bald. in l. vnica. C. de in integr. restitut. postulata.* Item Iudicio † existente nullo, non posset resultare ali- 57
quis validus Iuris effectus, *Chas. d. loco, verb. Lamande. num. 11.* Tamen cum à principe vel præfecto prætorio, cuius vicem † Camera gerit, 58
lata sit sententia, petitio restitutionis, vel nullitas processus aut sententiæ eam non impedit, vt probat in terminis, quoad causam principalem, eiusque expensas. *Franci. Marcus. quæst. 15. numero 3. & 4. parte 1. & quæst. 475. per totum. p. 2.* præstita tamen cautione, si præsumptio sit contra ipsum. *Boer. decis. 67. numero 7. 8. & 9.* Progrediendum itaque in puncto Executionis, Executorialis decernendæ, & expensæ Cameræ taxandæ, quia prioris instantiæ expensæ sunt compensatæ. De articulis liquidatoris, quia non suo tempore & loco exhibiti, nullam facio

mentio-

mentionem, sed de nouo poterit repetere, quo casu ad probandum admittam, nec poterunt meo iudicio in contumaciam pro contestatis acceptari, cum ad emanatam citationem hic videatur quasi nouus processus, *vt traditur per DD. in l. contumacia. ff. de re iud.* Saluo, &c. Super expensis huius contumaciæ nihil vult pronunciare, nec in expensas causæ principalis ob contumaciam, sed ob victoriam causæ condemnat & taxat, easque si restitueretur, repetere posset,
59 alias autem contumax in aliqua parte litis † sumptus non repetit, licet postea obtineat, *Amanullus singulari 611. per textum in l. si pignore. §. 1. de pignor. act. Hypol. de Marsiliis in l. de vnoquoque. nu. 132. de iudiciis.*

D. N. cum Referente, nisi quod vellet executoriales dirigere etiam ad liberos N. vnd N. tanquam possessores, &c.

D. N. simpliciter subscribit voto Referentis in omnibus, citationem pro restitutione in euentum de quo Dn. Referens decernendam putat.

VOTVM L.

In causa N. contra Herrn Apt vnd Conuent zu Sanct N. bey N.

An cumulatio plurium causarum post litem contestatam fieri possit.

SVMMARIA.

1 *Cumulatio plurium causarum an fieri possit post litem contestatam.*
2 *Ius pascendi non debet diuerso iure censeri.*
3 *Causis ex eodem fonte manantibus vnus sufficit libellus.*
4 *Casuum diuersitas non est consideranda, vbi in omnibus causis eadem militat ratio. Ratio dicitur lex communis ad omnes casus.*
5 *Causæ complicatæ, duæ habentur pro vna, maxime si respiciant vnum effectum.*
6 *Appellatus non debet audiri, nisi grauetur vel eius interest.*
7 *Ius oritur ex facto.*
8 *Libellos corrigere, multa addere, latius deducere, post litis contestationem nemo potest.*

SVbmissum ratione vnionis quatuor protocollorum; Item admissionis nouorum articulorum. Notandum hic, quatuor causas distinctas & diuersas instantias habitas, diuersa facta, quæ tamen ex eodem iure pascendi ortum habent. Horum omnium † vnionem lite iam contestata in vnaquaque causa appellare petit. Hic agi de vno eodemque indiuiduo iure
2 pascendi. Ergo † non debet diuerso iure censeri. *Bald. in l. si cum vno. Cod si ex noxali causa agatur.* Præterea pluribus & diuersis causis sufficit vnus libellus, *Tiraq. de retract. Conuent. §. 2. gl. vnica. num. 67.* Et vnus quoque processus sufficit, *Crauetta consil. 182.* Cum igitur † nostræ 3
causę ex eodem fonte emanarint, videtur etiam hoc locum habere in hoc nostro casu. Tertio quia harum omnium causarum est vna eademque decidendi ratio. *Bald. in l. de quibus. de legibus.* Sed hic in omnibus causis militat eadem ratio. Ergo casuum diuersitatem † non esse consider- 4
andam, sed ratio ipsa, quæ dicitur lex communis ad omnes casus, *Crauet consilio 187. numer. 2.* Quarto duæ causæ complicatæ habentur pro † vna causa, maxime cum respiciant vnum ef- 5
fectum. *Cæsar Contard. limit. 24. Ratione complicationis. num. 16. & 17. fol. 240.* Cum † Appella- 6
tus, ni grauetur nec eius interest, non debeat audiri. *Crauett. consil. 182. num. 2.* His tamen non obstantibus, contrarium statuit, quia ex facto † ius oritur. *Bellon. cons. 5. nu. 1.* & ex modica mu- 7
tatione facti ius mutatur secundum diuersitatem factorum. Quatuor autem sunt distincta facta diuerso tempore in iudicium deducta, separatim decisa, segregatim ad Cameram appellatum, distincti processus instituti, in his omnibus, lis contestata separatim, articulata grauamina & defensionales, renunciationes & acceptationes hinc inde exhibitæ. His autem non attentis, appellans libellos articulatos, super quibus lis separatim est contestata, causam cumulare & vnire prætendit, hoc est libellos suos correxit, multa addidit, latius deduxit, quod non potuit † post litis 8
contestationem. *Iason in §. si minus. num. 23. Instit. de act. Bart. in l. editam. Cod de edend. num. 1 & seq. Panor. in c. significantibus. de libelli oblatione. nu. 24. Zas. in d. §. Si minus. nu. 5.* In nostris autem casibus, quia Appellans omnes libellos non solum circa qualitates aduentitias, sed etiam circa principales mutauit, dum nouos articulos produxit, auxit, &c. ergo non potest admitti, &c. Videatur Petrus Iacob. *de cumulat. actionum. n. 2. in practica l. Non videtur. de iudiciis.* Igitur cum res amplius non sit integra, licet in vnaquaque causa iam contestata, nec in omnibus eadem sit ratio, cum diuersa sint facta, diuersæ instantiæ, &c. Igitur concludit, dictos quatuor processus distinctos, nequaquam vniendos, sed D. N. petitionem suam denegandam, cum expensis huius puncti seu retardati processus.

D. N. gibt zu bedencken / an qualitas facti sit mutata, cum Referente concludit in omnibus.

D. N. plane diuersa esse facta, & diuersos processus. *Mandosius ad allegat. Lapi ad allegat. 8. §. vltim.* quia est appellatum à competentia, & factis diuersis, *leg. scire debemus. ff. de verb. obligat.* eoque magis de malitia Appellantis constat, litem protrahere volentis: & ideo in expensis retardatæ litis condemnari debet, quas

ipse

ipse ad duas Marchas argenti Appellato persoluendas æstimare vellet. Ego cum Dominis, nisi quoad expensas, quas vellem compensare, vel Appellantem saltem in expensas huius puncti tantum condemnare.

Sententia: In Sachen N. contra Apt zu S. N. ꝛc. ist D. N. sein in der Anzeig den 10. Sept. Anno 71. beschehen begeren abgeschlagen.

VOTVM LI.

In causa Weylandt N. N. Wittib Klägerin *contra* Herrn N. Herrn zu N.

De actione mutui & interesse

SVMMARIA.

1 *Hypothecariæ actionis natura.*
2 *Mens magis quam verba in considerationem venit, quando de ea constat.*
3 *Certum æque illud est, quod demonstratur, quam quod proprio nomine appellatur.*
4 *Hypothecariæ actionis requisita, quæ & quot sint.*
5 *Actio hypothecaria potest concipi etiam ad debiti solutionem, sed alternatiue, ita vt possit soluere, vel cedere possessor.*
6 *Actio hypothecaria datur contra quemcunq; possessorem, etiam si heres non sit.*
Imo etsi heres sit, datur contra eum, non tanquam contra heredem, sed tanquam contra possessorẽ.
7 *Actio realis datur cum ex certo fundo census solutio constituta est.*
8 *Hypothecaria ad debiti solutionem non competit.*
9 *Instrumentũ productum non impugnans pro confessato illud acceptare videtur.*
10 *Tacens in iudicio pro consentiente habetur. (bat.*
11 *Scriptura priuata, si cõtra eã nihil opponatur, pro-*
12 *Facti quæ sunt probari debent.*
13 *Hæres præsumitur, qui possidet bona etiam in personali actione.*
14 *Possidere se fatens iure successionis præsumitur adiisse hereditatem.*
15 *Possidens rem hereditariam, censetur hereditatem adiisse.*
16 *Repudiatio hereditatis præsumitur in fraudem facta.*
17 *Origo contractus inspicienda, etiamsi in alium fuerit mutatus vel nouatus.*
18 *Vsuræ in contractu venditionis ex mora debentur, etsi non stipulatæ sint.*
19 *Dies nõ interpellat quando debitor est alieni fori, propter probabilem ignorantiam.*

ACtum puto actione hypothecaria, de cuius requisitis postea, si petitio & tenor libelli inspiciatur; prima quidem fronte appareat, hypothecaria non actum esse, cum non
1 petatur iuxta † eius naturam pronunciari, vt videlicet creditori vel id soluatur, quod in obligationem venit, vel eius nomine constituta hypotheca relaxetur. *iuxta ea quæ tradit Ferr. in form. act. hypoth. fol. 375. mihi in fine, cui addit Rosr. super ea mater. parte. 1. fol. mihi 12. & Spec. 4. de pignoribus.* Quia vero Actrix nostra expresse in petitione sui libelli pronunciari petit, Reum cõdemnari alles vermöge auffgerichtiger Obligation/ crediderim hypothecariam dandam esse maxime, cum obligatio ipsa in originali eodem momento cum libello iudicialiter exhibita sit, vt non alio quam libelli loco, habenda videatur. Accedit in Camera vsu & obseruatione receptum esse, vt illa detur actio quæ magis conueniat & vtilior sit. Dato etiam, non satis apte libelli petitionem formatam: Tamen quia Actricis mens constat ex verbis, vermöge auffgerichter Obligation/ in his magis † mens, quam verba 2
in considerationem venit. *Iason de actio. §. omnem n. 170.* Et quia pronunciari petit iuxta obligationem, putat, demonstrationẽ istam satis declarare, quo actionis genere Actrix experiri voluerit. Cum in iure receptum sit, non minus † certum esse, quod demonstratur, quam quod 3
proprio appellatur nomine. *leg. certum. ff. si cert. pet.* Et hoc casu existimat, quod petitio facta iuxta obligationem, in hypothecariam actionem resoluatur. Præterea notum & tritum esse, per clausulam salutarem libellis adiectam eosdem saluari, ab iis tantum vitiis, quæ modum non excedant, concludit hypothecaria actum esse, per verba obligationis.

Requisita:

Ferrar. *in form. actionis* † *hypothecariæ* quinq; 4
requisita ponit. Rofred. *in supra dict. loco.* Bartolus *l. si inter. & ibi Bald. Cod. de pericul. tutor.* ait, quod violenta præsumptio habeatur pro plena probatione. Præsumptio in contrarium, quod scilicet ædes sint liberæ potius, quam feudales quia actione probata sufficienter, neque elisa, merito condemnandus venit Reus, vt vel principalem sortem exoluat, vel hypothecam creditrici relaxet, iuxta tenorem obligationis cum expensis & interesse, quod tamen computandum esse putat à tempore moræ vel dilatæ solutionis: Petuntur hic annuæ pensiones vel redditus quasi empti; quia vero hic nulla appareat emptio & vẽditio, quoad debitum 400. thalerorum, quia nulla interuenit pecunia numerata, non putat, aliquid emptum vel venditum fuisse, ita vt in materia contractus emptionis & venditionis non simus. Ergo supersedendum putat iis, quæ in cognitionem nostram non veniant, neque etiam putat in materia mutui nos versari propter rationem der 300 Goldtgülden/ tum quia non est gratuitum, tum quia non idem monetæ genus redditur, cum 400. Thaler oder 300. Goldtgülden/ 5
non

non faciunt 400. ſſ. Quare cum obligatio facta ſit ad 700. ſſ. neceſſe eſt, aliud genus monetæ eſſe, & etiam in alia materia, puta argentea. Ideoque non putat, neceſſe eſſe vt de Carolina conſtitutione ratione empti redditus vel vſuris in cauſa mutui, hic aliquid tractemus; cum neque venditio, neque etiam mutuum, ſed purum creditum ſit.

Votum Dom. Correferentis.

Putat hypothecariam inſtitutam tamquam vtiliorem. *iuxta leg. plus cautionis. ff. de reg. iur.* quia † illa actio poteſt concipi etiam ad debiti ſolutionem alternatiue. *Couarr. reſolut. 8. libr. 1.* ita vt poſſit ſoluere, vel cedere poſſeſſor *Neguſant. 2. memb. 8. part. numero 2. de pignoribus. Panorm. & Imol. in cap. de literis. de pignorib.* & datur contra † quemcunque poſſeſſorem, etiamſi heres non ſit: Imo etſi heres ſit, datur contra eum, non tanquam contra heredem, ſed vt contra poſſeſſorem. *Old. Claſ. 3. act. 10. numer. 4. in prin.* Poſſe † etiam realem dari, cum ex certo fundo cenſus ſolutio conſtituta ſit. *Couar. reſolut. 7. lib. 3. nu. 6. ver. quæritur deinde.* Putat tamen hic, neceſſarium non eſſe aliam actionem dari. Nec putat obſtare, quod non ad reſtituendam hypothecam expreſſe agat, ſed ipſius debiti ſolutionem, quo tamen caſu expreſſe alii negant † hypothecariam dari. *Aym. in conſuet. Auerniæ. titul. 24. in gl. art. 2.* reſpondet cum Refer. quod paritio ſefe referat ad obligationem, & inſtrumentum obligationis eſſe partem libelli. Concludit hypothecaria actum.

An probata:

De primo requiſito vide Fab. *in §. item ſeruiana. Inſt. de action.* putat de facto etiam actionem probatam, quia inſtrumentum ſigillatum productum: item quia illud † inſtrumentum pro confeſſato acceptatum. *Couarr. lib. 2. reſol. 11. n. 4. verſ. quid aut dicendum. ex Corne. Rebuff. de literarum obligatione. num. 97.* quia tacens † in iudicio pro conſentiente habetur, & ſcriptura etiam priuata, ſi † nihil opponatur, dicitur probare. *Alex. conſ. 185. lib. 6. in fin. c. fi. de cõſeſ. in 6. Cremenſis ſing. 109.* Item quod in bonis fuerit cõſtituentis, quia non negatur poſſeſſio, ſed cum qualitate tanquam feudum (quæ tamen non probatur) Quod autem ſufficiat, vt quis poſſideat tanquam ſuum. *dicit Neguſan. d. loco. num. 23. Old. d. loco. num. ſeu poſitio. 4.* Nec obſtare trans actionem, quia illa perſonalis in commodum N. & non N. qui ſi partem habuiſſet, merito etiam ipſius facienda fuiſſet mentio.

An Eliſa?

Putat eliſam non eſſe: obiiciuntur duo. Primo quod Reus non ſit heres. Secundo quod bona hypothecata non fuerint allodialia. Et poſito heredem non eſſe, tamen aduerſus poſſeſſorem rei ſingularis daretur *Dec. in d. reg. plus cautionis.* At ſecundum obiectum Reus probare debebat, ſcilicet bona eſſe feudalia, maxime quia facti eſt, † et de pertinentiis, quę debent probari. *c. cum accedam. de reſt. ſpol. Crauett. conſi. pro genere. nu. 426.* & tranſactio videtur contrarium oſtendere Et hac ratione, quia † heres præſumitur, qui poſſidet bona, etiam in perſonali actione, & cum iure † ſucceſſionis ſe poſſidere fateatur, præſumitur adiiſſe hereditatem. *Gramm. dec. 103. numer. 20.* vbi quod & † poſſidens rem hereditariam, cenſetur hereditatem adiiſſe *Maran. in l. is poteſt. n. 57. ff. de acq. hered. alleg. Bald. in l. 1. C. de. repud. hered. Alex. conſil. 32. vol. 3. Bart. l. ſi cum decem. §. tranſgrediamur. ff. ſolut. matr.* maxime cum non conſtet de repudiatione, quæ ſi facta eſſet, tamen præſumeretur facta † in fraudem, *Alex. conſ. 185. nu. 1. vol. 6.* Concludit actionem non eſſe eliſam. In prohibitis antea retrotrahuntur conſtitutiões nouæ DD. *in c. fin. de conſtitut.* & contractus vſurarii prohibiti ſunt, anno 500. & anno 30. tamen conſtitutionem non eſſe extendendam, quum conſuetudine contrarium ſit obſeruatum, & illæ etiam in cauſa mutui permittantur ratione intereſſe. Deinde quia hoc debitum originem habuit pro maiori parte ex contractu bonæ fidei, ita intereſſe ob moram concedendum, & veriſimile ſit quoque quod reliqui 300. fl. debiti etiam fuerint ex eadem cauſa, inſpiciendam autem originem † contractus. (*Bal. in ru. C. depoſiti*) etiamſi in alium fuerit mutatus vel nouatus. *l. ſingularia. C. ſi cer. pet. & ibi DD.* Pronunciandum ſecundum petitionem actoris. Sed quo ad cenſus, quinque putat adiudicari poſſe ex æquitate, maxime, cum conſtet etiam de generali conſuetudine, & veriſimile ſit, conſideratis circumſtantiis, cum agens negociatrix ſit, vt ex venditione mercium conſtat, quod tantum lucrari potuiſſet, ideoque durum videtur, ſi difficilem probationem intereſſe iniungeremus, cum de certa & probabili ſumma nomine intereſſe ſoluenda pactum factum ſit; idque ob moram debitoris non ſoluentis pretium, qui cum ab eo onere ſoluendi vſuras ſe facile liberare potuerit, neque id fecerit, præſumendum eſt, in fraudem promiſiſſe, cum ſe potuerit facile liberare, vt ſecurus pecuniæ vſum haberet, & creditorem implicaret difficultate probandi ratione intereſſe. Idque magis, cum in terminis puri mutui non verſemur, ſed vt dict. ſoluendæ pecuniæ, quæ pretii nomine ob venditionem factam, in quo contractu regulariter † vſuræ ex mora debentur, etſi non ſtipulatæ ſint. *l. curabit. C. de act. empt. l. Iulianus. §. idem Papinianus. vbi gl. ff. eod.* cum quaſi intereſſe petatur. *Dec. conſ. 119. nume. 3.* ſi de iure hoc debetur, licite potuit in factum deduci. *Molinæ. in l. eas enim. 61. & num. 654. Cod. de vſuris*, quando pretium relinquitur emptori, vel dilatio ſolutionis pecuniæ debitæ

ex quacunque causa debiti, adeo vt etiam non videatur locum habere posse, quæ alias dicunt in vsura pretii cõpensatum, veluti, quando fundus venditus est, neque pretium soluitur, ibi, quia Emptor fructus habet in compensationem, vsuræ pretii venditori conceduntur. Quod non ita dici potest in re, quæ fructum non habet. Ideoque succedit conclusio Molinæi in hæc verba, ad hoc liceat stipulari aliquid vltra sortem vna causa est, verum & iustum interesse Creditoris, dummodo interesse non sit prætextus vsuræ, sed verum ex damno incurso vel lucro cessante. Id vero probandum esse, etiamsi certa summa eius nomini stipulata sit, nisi id in qualitate personarum & verisimilibus personis sustineri possit, tanquam quædam transactio de futuro interesse certum in se, sed incertum in quantitate. Quare si domini tutius putant ex iam dictis, vt interesse tantum adiudicetur, quatenus de eo liquidauerit, non refragabor. Videntur n. Actores in culpa fuisse, quod tanto temporis interuallo, ab anno 48. vsque ad 67. sortem demum petere cœperint, et iudicialiter petierint. Interpellatus fuit etiam defunctus & hæres, & locum habet, quod in simili dicit Molinæ. *num.* 540. difficilius esse ad iudicandas vsuras non interpellanti, de æquitate posse adiudicari, secundum ius strictum, liquidationem faciendam, moram defuncti non nocere heredi, *lig. qui in alterius. de regul. iuris.* tempus moræ exprimendum non esse, quia ex die apposita, intelligitur in eo qui contraxit. In herede vero in executione simul cum liquidatione moræ tan-
19 quam causa probanda erit. Dies † non interpellat, quando debitor est alieni fori propter probabilem ignorantiam. *Aym. in specie. d. tit.* 24. *in consuet. Auerniæ ex Bart. per l. quod si cert pet. Molin. in tit.* 1. §. 4. *in consuet. Paris.* Si pactum illicitum esse ponamus: tunc enim dicitur actio nullum effectum habere, quia ex diuerso tempore diuersi modi interesse possunt.

D. N. putat interesse à tempore moræ decernendum, moram autem à die dilatæ solutionis constituendam esse.

D. N. Sæpius factum esse, vt quicunque loco interesse fuerint adiudicati, etiam in causa mutui. Pronunciandum putat 5. vom hundert *Guid. cons.* 181. Et hoc ex tempore moræ, non distinguendo inter stricti iuris & bonæ fidei iudicia, *Rebuff. in 3. part. de fructibus & eorum rest. num.* 15. 16. propter extraiudicialem interpellationem.

D. N. actionem hypothecariam cum personali cumulari diuersis libellis *Capit. decis.* 80. *n.* 1. *Marant. disp. 6. nu.* 30. ad exceptiones præsumit, heredem esse Reum, quia possessor, & dato feudum esse, tamen hereditarium esse feudum probari ex transactione, agnatum nunquam admitti ad feudum hereditarium, nisi sit heres. *And. de Iser. an agnat. vel filius. gl. in l. item videndum. §. nunc videamus. ff. de petit. hered.* Sicuti etiam in petitione hereditatis venit feudum. *Alex. consil.* 19. *vol.* 5. Quoad interesse putat illud deberi à tempore moræ. Nec obstare, quæ in contrarium sunt adducta, à tempore litis contestatæ deberi, quia iam alia sit forma iudiciorum, quam olim, *vt ex l. properandum. C. de iudiciis.* videre licet. Sed tempus moræ constituit à tempore cessationis solutionis, quæ statim atque commissa est, transiit in heredem actiue & passiue. Concludo Reum condemnandum ad interesse à tempore moræ, & damna liquidanda cum expensis.

Sententia: Ist erkannt daß gedachter Beklagter/sie die Klägerin/vermöge vorbrachter Obligation/sampt dem interesse, so viel sie desen/wie Recht liquidieren / darthun vnd beweisen wirdt. zuuergnügen / darzu den gerichtskosten derwegen auffgelauffen / nach rechtlicher Ermässigung zuentrichten/vnd zu bezahlen schuldig seye/ als wir jhn auch zu solchem allem hiemit condemniern vnd verdammen.

SEQVVNTVR NVNC QVÆDAM QVÆSTIONES dubiæ Cam. Imperial. vna cum earum decisionibus, relationibus, resolutionibus ac consultationibus Anno xc. motæ, & hac in 2. parte Tom. 2. collectæ atque propositæ.

Non replicatur.

1. In puncto responsionum. §. So auch/ *tit.* 15 *part.* 3. *Recess. visitat. de Anno &c.* 75. § in der Ordnung. vbi ad exceptiones contra responsiones concludi mandatur, & ne quidem ad proximam excipienti, concludente articulante concedi.

2. In puncto expensarum, vt quidam domini existimant, *argumento tit.* 50. *par.* 3. *ord.*

3. In puncto contumaciæ non agentis. *tit.* 10. §. 4. 5. 8. 9.

Non duplicatur.

1. In puncto super admissione anticulorum, *tit.* 15. *part* 3. vnd so.

2. In puncto sub & obreptionis. *recess. visitat.* ad motas & resolutas collegii quæstiones dubias. §. den andern.

3. In puncto commissariorum. §. dargegen. *tit.* 15. *part.* 3.

4. In puncto executorialium, §. vnd wann. *tit.* 48. *p.* 3. nisi ex causa pmittat Iudex duplicari.

5. In puncto sufficientis & insufficientis paritionis. *argum. d.* §. vñ wañ. *& d.* §. den andern.

Non

Non triplicatur.

1. In puncto declinatoriarum & dilatoriarum, *tit.* 26. §. wo aber/ *part.* 3.

2. In puncto deuolutionis aut desertionis, *tit.* 32. *in princ. part.* 3.

3. In puncto attentatorum, *argumento tit.* 26. & 32.

4. In puncto supplicationum, *argumento dd. titulorum.*

Non quadruplicatur.

1. In puncto peremptorialium, *part.* 3. *tit.* 29. §. *fin.*

2. In puncto attestationum, *Recess. Imperij de Anno* 70. §. 56.

QVÆSTIONES QVÆDAM dubiæ S. I. definitiuarum Anno XC. motæ vna cum suis Resolutionibus.

SVMMARIA.

1 *Præda venationis, piscationis vel aucupij, si ita fera in meam potestatem venerit, vt amplius euadere non possit, an pro re ipsa vel tertia habenda sit?*

2 *Præda an sit fructus venationis.*

3 *Ratio diuersitatis inter fructus fortuitos & naturales quæ.*

4 *Constitutio pignorationis an in re tertia locum habeat.*

5 *An differentia quædam inter fructus naturales & fortuitos sit statuenda.*

6 *An mandatum decernendum sit, si res in occupantis dominium iam peruenerit.*

7 *Quidam Dd. prædam aucupij, piscationis, & venationis pro re ipsa & litigiosa habent. num.* 8.

9 *Capiens leporem in horto suo, an eo ipso actum iuris venandi exerceat.*

10 *Res sua nemini seruit.*

11 *Alterius fundum, lege, consuetudine vel etiam Iudice prohibente, ingrediens, id quod capit, suum non facit.*

12 *Ius collectandi, mulctandi, vectigalis aut similia si litigiosa sint, & pignorans pignorato ideo non plus auferat, quam collectæ, mulctæ aut vectigalis ratione sibi deberi prætendit, an constitutio pignorationis tum locum habeat vel non.*

13 *Si non constat, pecuniam ablatam destinatam fuisse ad solutionem huius collectæ, ea tunc nunquam pro re litigiosa haberi debet.*

14 *Constitutio pignorationis hoc in casu non habet locum, & res ipsa semper subest. num.* 16.

15 *Si nihil aliud, quam quod debetur, extorqueatur, nuda tunc turbatio est, & non pignoratio.*

17 *Superficies aliqua, vel res solo infixa quando destruitur, & de destructis nihil aufertur, an pro turbatione vel pignoratione habeatur.*

18 *Qui signum tolerat, præsumitur quoque tacite patientiam quoad signatum præstare.*

19 *Legi fraus non fit, nisi vbi prius in legis intentionem sit peccatum.*

20 *Forma inædificatorum per destructionem si mutatur, constitutioni pignorationis est locus: si vero forma rei maneat, sed res integra euellatur, mera tunc est perturbatio.*

21 *Constitutio pignorationis locum habet, si quid solo inædificetur, ita vt res soli fiat & immobilis: si vero transferri possit, tunc mera dicitur turbatio.*

22 *Retia auiaria si propter ius aucupij controuersum conscindantur; vel propter ius venandi litigiosum canes venatorij occidantur, &c. an constitutioni pignorationis locus sit.*

23 *Paria sunt, rem meam mihi auferre, vel eam inutilem redditam mihi relinquere.*

24 *Constitutioni pignorationis facile fraus fit in mobilibus & solo non affixis.*

25 *Vino vendibili si hædera suspendatur, & propter ius vendendi vini controuersum hædera deiiciatur, non tamen corrumpatur, an istud factum ad constitutionem pignorationis pertineat?*

26 *Controuersia inter duos stante super proprietate, vel aliquo iure superioritatis in quodam castro, si alter alteri insignia affixa deiiciat, an istud factum ad pignorationis constitutionem pertineat, & rei leuissimæ corruptæ resarcitio iniungenda sit.*

27 *Abrasio vel deletio picturæ puram & meram turbationem sapit.*

28 *Læso succurrit debet, si signatū potius, quam ipsum signum respiciamus.*

29 *Restitutio rei vilissimæ propter signatum seu ius controuersum fieri debet.*

30 *Duo si litigent super iure imperij, & vnus malefactorem in loco controuerso capiat, & inter ducendum alter litigantium ipsum è manibus ducentis eripiat, an ei, cui criminosus fuit ereptus, contra eripientem mandatum sine clausula ex constitutione pignorationis decernatur.*

31 *Res innocens dicitur ea, quæ nihil cum iure controuerso commune habet.*

32 *Cautio de repræsentando ex vi mandati si exigatur, restituto pignore in casu, quo pignoratus in puncto citationis succumberet, an ea necessario præstetur.*

33 *Tertius pignoratus non solum, sed etiam principaliter impetrans mandatum, cauere tenetur non tantum de pignore, verum etiam de persona ad mulctam sistenda.*

34 *Cautio quando & à quibus exigi non debeat.*

35 *Constitutio pignorationis nullam cautionem requirit ab iis, qui pro prædiis prædia possident.*

36 *Res pignorata si pereat vel deterioretur, eius vero pretium vel æstimatio 20. flor. non excedat, an iuramentum æstimationis pignorato deferatur.*

37 *Pretia rerum ablatarum si incerta & Iudici ignota sint, nec punctus partitionis priuilegiatus, an longa super æstimationem disputatione vel probatione differri debeat.*

38 *Taxationes nunciorum modum suum ex ordinatione Cameræ habent.*

39 *Damna, iniuria captiuis vel pignoratis data, aut per occasionem pignorationis eiusdem euenientia interdum æstimari solent, & quomodo.*

40 *Qui occasionem damni dat, is damnum dedisse videtur.*

41 *Propter controuersum ius* der Förstlicher Ober vnd Herrligkeit/ *&c. quando pyra, poma syluestria aut alia eiusmodi auferuntur, an mandata ex constitutione pignorationis decernantur.*

42 *Duobus de iure meri imperij contendentibus, alter eorum in signum exercitij iurisdictionis vulnera occisi cadaueris inspici curat, nihil de vestibus tamen aut membris occisi corporis secum sumit,* sondern hat bloß die Wunden oder Stich zu sich genommen / *an huius patrati actus nomine mandatum ex dict. constitutione pignorationis decernatur.*

43 *Innocens aliquis, quando ob litigiosum ius aliquod capitur, & ante mandati impetrationem rursus relaxatur, præstito tamen prius iuramento de illo iure vlterius non exercendo, an pro relaxatione iuramenti mandatum ex dict. constitutione pignorationis similiter decernatur vel non.*

44 *Constitutio pignorationis in relaxandis captiuis quoad præstitum iuramentum & cautionem de sistendo datam quando locum habeat.*

45 *Status imperij si in arrestatum nec ratione contractus, nec ratione domicilij, nec ratione rei arrestatæ iurisdictionem habeat, atque hic solum transeundo in territorio arrestantis reperiatur, an ex constitutione arrestorum arrestans mandato sine clausula ad relaxationem arresti adigi queat.*

46 *Arresta ad instantiam tertij iure magistratus facta, ad constitutionem arrestorum pertinent.*

47 *In constitutione arrestorum an quis immediatus censeatur ad impetratos processus tam ex immedietate rei, quam personarum.*

48 *Generalis hypotheca omnium bonorum an sit cautio sufficiens.*

49 *Subditus alicuius status, si in alterius status territorio bona immobilia possideat, & illuc è loco domicilij aut aliunde aliquas res mobiles transferat, quas is, in cuius territorium inuectæ sunt, arrestet, an magistratui domicilij pro subdito mandatum ex constitutione arrestorum concedatur.*

50 *Quilibet in suo foro conueniri debet, nec cogitur quis per viam arresti coram alieno Iudice litigare.*

51 *Quando contra plures & singulos emanauit citatio & in contumaciam non comparentium proclama factum est, an pedellis eo nomine vnus tantum florenus, vel plures & quot soluendi sint.*

52 *Quot personæ, tot floreni sunt soluendi.*

53 *Vniuersitas quando citatur, tunc vt plurimum 15. flor. vel ad minimum 3. flor. soluendi sunt.*

54 *Quod proclamata, tot floreni soluendi.*

55 *Quot executiones & proclamata, tot contumaciæ æstimantur.*

56 *AEstimatio vltra 3. florenos fieri non debet.*

57 *Stat in libera actoris optione ad actionem quandam persequendam, eligere forum rei sub quo res sita est.*

58 *Actor qui propter pluralitatem rerum sub diuersis territoriis sitarum, & diuersitatem fori inde resultantem in causa processus petit, an obstringendus sit, vt actionem instituat, vbi maior bonorum pars iacet.*

59 *Actor in executione vincens, in plures diuersos executores distrahi non debet.*

60 *Captiuus relaxandus an capienti repromittere teneatur de se iterum sistendo, quando ipse inposterum vincat in causa principali.*

61 *Causa semel prohibita, ea postea nunquam iusta videri potest.*

62 *Incarcerationum species sunt diuersæ, & quæ.*

63 *Carcer interdum dicitur ipsa pœna, interdum est saltem custodia.*

64 *Cautio pro diuersitate causarum iniungi potest.*

65 *Cautio in supplicationum narratis pro relaxandis captiuis non raro quoque offertur.*

66 *Relaxatio an ex tit. 23. ordin. sine* Endgelt & *cum omni causa captiui fieri debeat.*

67 *Relaxatio carceris est restitutio captiui in pristinam libertatem : item de refusione expensarum quo ad* Atzung / Thurnhüter *vel* Büttel Gelt/ *& eiusmodi, quid statuendum, numer. 68.*

69 *Commissiones ad perpetuam rei memoriam an hodie sint annales, vel perpetuæ.*

70 *Commissio ad perpetuam rei memoriam, iam natam actionem habenti, eam tamen proponere nolenti ante commissionis petitionem, concedi non debet.*

71 *Beneficium commissionis Actori & Reo in suis casibus competit.*

72 *Clausula,* briefflicheVrkunden zu transsumiren/ *an omnibus commissionibus competat.*

73 *Prorogationes 1. 2. & 3. dilationis in Ordinat. Camer. approbatæ, an remoueri debeant.*

74 *Si quis, impetrata 1. vel 2. dilatione, postmodum tantum temporis, quod cæteris dilationibus restabat, tacite præterlabi sinat, dilatio ei vlterior concedi non potest.*

75 *Commissio quando in contumaciam decernitur, an adiunctio notarij contumaci seruari debeat.*

76 *Iudex partes absentis etiam contumacis, quoad iustitiam causæ supplere debet: & contumax an ad hunc actum citari possit, numer. 77. item adiunctio notarij an contumaci sit tribuenda, numero 78.*

79 *Contumaciæ reum à defensione excludit, Actorem vero non, & cur.*

80 *Producens adiunctionem notarij recusans, præsumptionem suspicionis non leuem contra personam*

sonam commissarij, in quem ex aduerso non consensum causaret.

81 *Contumax prius non, nisi refusis expensis audiri debet.*

CVM omnium maxime reprehensibilis, ac nouerca pene sit iustitiæ, illa diuersitas intellectus ac præiudiciorum, quæ circa nonnullas imperii constitutiones quotidie ante oculos versantur, quæ vt ad vniformem concordiam redigantur, & authoritas huius iudicii & æqualitas iustitiæ distributiuæ, sicque publica vtilitas summopere suadent.

D. 1. S. 1. Ac primo quidem occurrunt diuersi casus circa constitutionem pignorationis: in quibus alii Doctor. negatiuam, alii affirmatiuam in decernendis processibus mordicus sectantur: quorum iste non infimus est. An præ-
1 da venationis, † piscationis vel aucupii, si ita fera in meam potestatem venerit, vt amplius euadere nequeat, pro re ipsa vel tertia habenda sit? Plurimi rem tertiam esse existimant ex differentia Thomæ Grammatici, *decisio.* 71. *numer.* 4. dicentis: Si lepus ingreditur hortum tuum, & clauditur illi via redeundi in naturalem libertatem, statim dicitur tibi quæsita possessio, & per consequens dominium leporis. Si igitur pleno iure tum meus sit, consequens est rem meam & minime litigiosam mihi auferri, atque ideo verba constitutionis merito locum sibi vendica-
2 re. Alii autem censent contrarium: † Cum præda fructus venationis sit: Itaque de eiusmodi fructu idem esse dicitur iudicium, quod de fructibus naturalibus; quod tamen argumentum priorem sententiam non videtur concludenter inferre. Cum enim aues in aere, feræ in syluis, pisces in flumine, longe lateque vagari soleant, omnino fortuitum est, quod hi in illo ipso loco, vbi ius venationis, aucupii vel piscationis, controuersum est, capti sint: fieri siquidem potuisset, nisi tum ibi capti fuissent, quod inde subito discessissent. Vnde manifeste apparet,
3 † inter hosce fortuitos & naturales fructus, diuersam esse rationem. Nam hi non fortuito obueniunt, sed certi ac quasi perpetui sunt, tum respectu causæ, tum respectu annuæ & quidem certæ prouentionis. Cum pro affirmatiua plura sint præiudicia, & illa distinctio inter fructus fortuitos & naturales præcipua sit, quæ rationem diuersitatis habeant, DD. eam amplectuntur.

R. D. 1. S. 2. Sequimur affirmatiuam, vt ob
4 rem tertiam † constitutioni sit locus, quasi sententiam magis probabiliorem ac æquam, nam & huiusmodi præda seu res capta, vel ita occlusa & in potestatem meam redacta, nulli alii quouis modo recte dicatur obligata & iure debita, vt quæ ante capturam seu occlusionem in nullius bonis vere extiterit, siue dominio siue possessione tenus, ac nunc quidem in alio est statu ac conditione, quam vt fructus iuris litigiosi vel venationis, vel aucupii censeri possit. R. D. 1. S. 3. Omnes præter vnum (qui inter fructus eiusmodi † non statuendam differentiam circa hæc pu-
5 tat) censent, quia res in dominium † occupan-
6 tis iam peruenit, mandatum eo nomine, etiamsi nec vlla res alia concurrat, quæ simul oblata sit, decernendum.

R. D. 1. S. 4. DD. huius S. omnes prædam † venationis, aucupii, piscationis pro re ipsa &
7 litigiosa habent, ex concluso pleni Senatus, de anno &c. 76. cum sit fructus prædictorum iurium, *l. item si fundi. §. aucupiorum. & l. vsufructuarium. ff. de vsufruct.* Rem autem tertiam † seu in-
8 nocentem allegatam, vt concluſum, eam facit & constituit, quæ sine controuersia, confessione etiam ipsius pignorantis alterius est, vel saltem esse non negatur, quæ nihil commune habet cum iure controuerso, & in qua nec ius controuersum, nec eiusdem iuris fructus, vel vsus consistit. Leporem igitur, piscem, auem, qui fructus sunt memoratorum iurium, pro re tertia in controuersa eorum possessione non esse habenda concludunt. Et pro hac sententia frequentiora etiam esse præiudicia existimant. Grammatici decisio in contrarium allegata huc non videtur quadrare, quia qui leporem † in horto suo repertum
9 capit, eo ipso non exercet actum iuris venandi: res enim sua † nemini seruit, & si quis
10 eundem tibi eripiat, vix dici potest animo acquirendi sibi ius venandi in horto tuo leporem rapuisse. Nec indistincte vera videtur d. Grammatici decisio, vt capientis fiat venatio, simulatque in eius peruenerit manus & potestatem, maxime hodierno iure: quo generali consuetudine, & quidem scripta. §. *nemo etiam de pace tenen. in vsibus feudor. & communiter Doctor.* non solum ingressus in fundum alienum venandi gratia, qui alias de iure communi, nisi à domino prohiberetur, permissus erat, sed etiam ipsa venatio sit prohibita. † Atque qui fundum alteri
11 us lege, consuetudine, vel etiam Iudice prohibente ingreditur, quod capit, suum non facit, *Fab. in §. feræ. Institut. de rerum diuisio. Angelus ibid. in d. §. feræ.* Malunt igitur omnes Doctor. receptiori stylo, & concluso allegato inhærere, & eiusmodi controuersi iuris fructus pro re ipsa litigiosa haberi, pro qua etiam faciat recessus deputationis Wormatiensis, qui licet publicatus nondum sit, ideoque nec ius, vel legem faciat, circa hæc tamen mentem statuum ibidem conuocatorum super hac Q. D. sufficienter declarat.

D. 2. S. 1. Secundo etiam in eo variant DD. Si ius collectandi, † mulctandi, vel ius vecti-
12 galis aut similia litigiosa sint, & pignorans pignorato eo nomine non plus auferat vel extorqueat, quam collectæ, mulctæ aut vectigalis ratione sibi prætendit deberi. *Frid. Mind. lib. 1.*

num.10.fol.225.R.21.Ratisb.An.94.exhibit. An constitutio pignorationis tum locum habeat vel non. R. D. 2. S. 1. Non paucis affirmatiua arridet ex illo, quod nummi illorum controuersorum iurium nomine ablati vel extorti, nõ magis sint in obligatione, quam reliqua omnis pecunia, quæ in patrimonio pignorati manet. Quocirca res sua ac innocens eidem vere obligata fuisse dici poterit. Vnde ei ex d. constitutione succurrendum esse censent; Domini huius S. concludunt, si non constet pecuniam † ablatam, destinatam fuisse ad solutionem huius collectæ, tunc nunquam habendam pro re litigiosa. R. D. 2. S. 2. Concludimus contrarium vnanimiter, hoc casu semper † rem ipsam subesse, & constitutioni locum non dari.

13

14

R. D. 2. S. 3. Si nihil amplius aut aliud, quam † quod deberi prætenditur, extorqueatur, pignorationem non esse, sed nudam turbationem existimant, idque sine destinationis distinctione, q æ difficilima est, neque aliter in possessione si quis tueri posset.

15

R. D. 2. S. 4. Placet sex Doctor. idque exemplo iuris decimandi, in quo distinctio S. 1. iam stylo quasi recepta est: duo vero aliud sentiunt; quorum vnus vsum iuris collectandi, mulctandi scilicet in nummis illorum iurium nomine extortis consistere, nec vnquam pecuniam illam alicui inuito extortam per eundem ad solutionem collectæ, mulctæ vel vectigalis destinatam dici posse. Adeoque tali casu constitutionem pignorationis † locum non habere, tanquam super spolio & simplici turbatione, existimat. Alter distinguendum censet, vt si constaret deberi vectigal, & non plus auferatur, quam solitum vectigal, tum siue volens, siue inuitus soluat, constitutioni locum non esse, quia hic non innocenti seu tertio pecunia ablata sit, sed ipsi debitori, & sic deficere quartum requisitum d. constitutionis. Eadem ratione, si constet mulctam commissam, & mulctetur, tunc esset persona mulctata nocens, & constitutioni locus non esset, quo faciat der Vorschlag inter 4. D. Collegii. Vbi si quis von Freuels wegen capitur, constitutio ad relaxationem eius locum non habet: Ergo multo minus ad repetendam mulctam. Si vero alius magistratus deinde ab eodem tantundem vectigalis vel mulctæ nomine exigeret, tum constitutionem locum habere.

16

D. 3. S. 1. Tertio etiam hic casus plurima diuersa decreta generat quotidie, nimirum quando aliqua superficies †, vel res solo infixa, puta patibulum, oder ein Vogelhütte / oder ein Zaun / oder ein Zollhäußlein / vel aliud simile quid destruitur, & de destructis nihil aufertur. Nam aliqui tale factum pro mera turbatione habent, cum alias destruens ius suum tueri, ac possessionem ex sua parte continuare commodo non possit. Qui enim tolerat † signum, præsumitur etiam tacite præstare patientiam quoad signatum. Quapropter eidem de iure quoque licet, de facto remouere omne id, quod est impeditiuum vel priuatiuum iuris vel possessionis suæ. Econtra pignoratus sibi imputare debet, quod solo litigioso aliquid inædificauerit vel affixerit. Quanquam nonnulli arbitrentur, eiusmodi casus tendere in fraudem constitutionis, ideoque ex eadem merito vindicandos esse. Doctor. tamen huius senatus vnanimiter tenuerunt, non fieri fraudem legi, † nisi vbi peccatur in intentionem legis, quæ præuaricatio intentionis non potest considerari, vbi quis facit actum ad conseruationem sui iuris necessario requisitum, vt est destructio ædificatorum in fundo alieno: quod tamen fallere putant, si trabes deiectæ, aut ligna sepis eruta, vel alias euulsa, aut lapides ædificio exempti incidantur, corrumpantur vel confringantur, tunc enim forte habebit locum ratio in sequenti resolutione posita.

17

18

19

R. 2. S. Vterque in relato casu non subesse pignorationem sed turbationem tantum.

R. 3. S. Arbitrio Iudicis relinquendum putant, qui cognoscat, an fraus constitutioni facta sit. Neque fere omnibus integris manentibus submoueri innouata possunt, vt non pignorato, quid exinde absit aut rumpatur. Itaque facti qualitates & circumstantiæ sunt attendendæ. R. 4. S. Sex Doctor. votis Iudicis arbitrio & discretioni hæc res committenda est, qui ex circumstantiis facti in supplicatione narratis æstimare debet, an in fraudem legis seu constitutionis aliquid commissum sit, sitque mens legis potius, quam verba violata, prout etiam Anno 76. in pleno, eiusmodi & similes casus, Iudicis discretioni his verbis sint commissi: Andere Puncten belangendt / so bey etlichen für zweiffelhafftig gesetzt / hat man sich ohn sonderliche Disputation vergliechen / vnnd ist in dem allem das arbitrium Iudicis also vorbehalten / daß man sich gestallt vorfallender Sachen / da eyniger Vortheil in fraudem constitutionis gesucht / der Gebühr jeder Zeit nach zu richten: Reliqui tamen duo Doctor. distinguunt; prior, si mutetur per destructionem † inædificatorum forma, constitutioni locum esse, quasi aliquid absit ei, cui destructa res est: Si vero forma rei non mutetur, sed res integra & illæsa euellatur, vt si patibulum integrum effodiatur, non pignorationem, sed meram turbationem esse, nisi appareat in fraudem legis factam amotionem, quam Iudicis arbitrio relinquit; posterior, si ita quid solo † inædificetur, vt res soli fiat, & immobilis, tum constitutioni locum non esse, quæ tamen autore Gailio ad res mobiles pertinet. Alias si solo ita infigatur, vt transferri possit. sicque res soli seu immobilis non fiat, tum priorem amplectitur distinctionem, vt si forma inædificatæ rei destruatur, locus sit constitutioni, alias si non destrua-

20

21

destruatur forma rei, meram sapiat turbationem tanquam si nihil pignorato absit, & possessionem suam tantum alter tutatus sit.

D. 4. S. 1. Quarto plurimi casus sunt, in quibus constitutioni pignorationis locus est, vt si
22 propter controuersum † ius aucupii, retia auiaria conscindantur: vel propter ius litigiosum venandi, canes venatorii occidantur: vel propter dubium ius pascendi, pecora in flumen aut limosam aliquam paludem fugentur, ita vt inde pereant, vel fruges in agro conculcentur, aut fœnum in flumen coniiciatur, an constitutioni pignorationis locus sit, quæritur? Quibus casibus licet in verba constitutionis non peccetur, tamen mens eiusdem fraudulenta intentione offenditur. Cum etiam eo modo res indubitate mea, mihi auferatur, vel inutilis red-
23 datur. Paria autem sunt, †rem meam mihi auferre, vel eam inutilem redditam mihi relinquere. Quare cum vtrumq; factum æqualiter pernitiosum sit, processus vtroq; casu videntur esse decernendi.

R. 2. S. Hæc sententia placet, præsertim quia
24 in mobilibus † & non affixis solo, facile fraus constitutioni fieri potest.

R. 3. S. Iam ante ita decisum, cum constet in fraudem constitutionis factum.

R. 4. S. Placet.

25 D. 5. S. 1. Quinto, si †vino vendibili suspensa sit hedera, & propter controuersum ius vendendi vini hedera deiiciatur, non tamen cor-
26 rumpatur: vel stante inter duos † controuersia super proptietate, vel aliquo iure superioritatis in quodam castro, alter alteri insignia affixa de-
27 iiciat (quæ adpictorum †abrasio, vel deletio citra dubiũ videtur puram sapere turbationem) crebro quæsitum fuit, an istud factum ad constitutionem pignorationis pertineat? si quidem diuersa, quoad hoc extant præiudicia, multis sentientibus, cum hac in re supplicanti nihil sit ablatum aut corruptum, & sic eidem de suo nihil desit, facultatemque is habeat reaffigendi deiecta, de mera turbatione quæstionem esse: si tamen hedera aut propter aliud ius controuersum similis alia res leuissima, cuius pene nulla est vera æstimatio, non solum deiiciatur, sed etiam corrumpatur maior insurgit dubitatio, an ex constitutione pignorationis talis modi flocci rei corruptæ resarcitio iniungenda sit? Si si-
28 gnatum potius, †quam signum respiciamus, æquum videtur omnibus DD. læso succurrendum esse.

R. 2. S. In vtroque casu non displicet hæc sententia.

R. 3. S. Arbitrio Iudicis permittunt, qui diiudicet, an mera turbatio sui iuris vertatur, & an reuera pignorato quid abesse dici possit, vt hoc casu mandatum procedat, secus vero si id quod abesse dicitur, nullo quasi sumptu & negocio recuperari possit.

R. 4. S. Duo hoc dubium continet capita. Vnum si hedera vel insignia, integra & illæsa: alterum si destructa, corrupta vel consissa deiiciantur: priori casu meram turbationem esse, quod pignorato nihil absit, posteriorem ad cõstitutionem hanc pertinere, ideoq; etiam vilissimæ rei propter signatum† seu controuersum 29
ius restitutionem faciendam esse omnes domini existimant: modo tamen non super petitorio sed super possessorio principaliter sit controuersia. Petitorii enim quæstio vigore constitutionis huc non pertinet, sed solum possessorium, vt si super proprietate lis moueatur, Iudex der Außträg adeundus sit, ideoq; verba illa vel super proprietate vel iure superioritatis, hic nõ quadrare, vnanimiter concludunt. D. 6. S. 1. Sexto, si duo litigent † super iure Imperii, & vnus 30
capiat malefactorem in loco controuerso, & inter ducẽdum eundem alter litigantium ipsum eripiat è manibus ducentis, quæritur, an ei, cui criminosus fuit ereptus, contra eripientem mandatum sine clausula ex constitutione pignorationis decerni queat? cum is non minus exceptionem maleficii super constitutione pignorationis fundatam ex prætenso iure meri imperii sibi competentis, quam is, cui ereptus est, opponere posset? si propter capturam delinquentis cõtra eundem mandatum sine clausula ex d. constitutione pignorationis eripiens impetrasset, concussum, processus hoc casu denegandos esse.

R. 4. S. Placet, quia hic nulla res innocens vel tertia capta est, sed criminosa est persona ipsa, in quã ius meri imperii controuersum exercẽtur. Rem autem † innocentem plenus senatus 31
olim censuit illam, quæ nihil commune cum iure controuerso habet: vtpote in qua non litigiosum ius nec eiusdem iuris vsus vel fructus consistit. Cum igitur criminosa sit res affecta, circa quam vsus seu exercitium meri imperii versatur, merito eiusmodi casus pro turbatione mera, non vero pro pignoratione habentur.

D. 7. S. 1. Si cautio exigatur† de repræsentan- 32
do ex vi mandati, restituto pignore in casu, quo pignoratus, in puncto citationis succumberet, dubitatur; an ea necessario præstanda sit? maxime si res pignorata sit, vt plerunque fit, quod extra omnem suspicionem pignoratus idonee locuples ac frugi sit: ita vt prorsus superuacanea, vel potius iniuriosa videri ac censeri debeat eiusmodi cautionis exactio, quia tamen per eiusmodi cautionem potius factum præcise permittitur, quam periculum damni asseueranter iuri non admodum fuerit dissentaneum, si ad exactionem eius præstandam pignorato imponatur necessitas, præsertim cum id naturæ possessorii retinendæ sit congruum, quamuis nemo diffiteatur, id non facile elici posse ex verbis memoratæ constitutionis.

R.2.S.Placet.

33 R.3.S.Placet, quia & tertius pignoratus† nō modo principaliter impetrans mandatum cauere tenetur, non tantum de pignore, sed etiam de persona ad mulctam sistenda.

R.4. S. DD. hoc Iudicis arbitrio relinquunt.

34 Regulariter enim cautionem† non esse exigendam existimant, maxime ab iis, qui immobilia vt plurimum possident in imperio, cum quod constitutio nullam requirat, tum etiam quod

35 iure communi† suæ committantur promissioni, qui pro prædiis prędia possident, esseq; modus eludendi, aut saltem protrahendi paritionem, super insufficientia cautionis lōgam mouere disputationem: si tamen casus eueniret, quo expresse partes cautionem tanquam necessariam vrgerent, eam, vt dictum est, Iudicis discretioni committunt.

D. 8. S. 1. Octauo in eo quoque dissentiunt

36 DD. si res pignorata † pereat, vel deterioretur, eius autem pretium vel æstimatio, non excedat 20. florenos, an iuramentum æstimationis pignorato deferendum sit? Aliis negatiuam, aliis affirmatiuam probantibus, alios quidem mouet periculum animæ, quod proh dolor, facilitas, seu potius inconsiderata temeritas iuramentorum hac vltima ætate secum adfert: & similitudo argumenti, à iuramento expensarum desumpti, quod olim ad prædictam summam ex sola præallegata ratione in iudicio prudentissime fuit limitatum: cum igitur eadem videatur ratio, quæ in expensis, idem etiam & hoc casu, quod de illis statuendum esse, iudicauimus.

R.2.S. Contrarium congruentius visum est, cum alia hic versetur ratio, & hactenus aliter obseruatum fuerit, nec hæc productio de expensis ad valorem rerum ablatarum vel deterioratarum facile sit admittenda.

R.3. S. Placet. Licet aliqua differentia esse videatur, cum hic in litem iuretur quod de illo altero casu expensarum non potest dici. Vnus autem Dd. rem ad Visitatores deferendam & eorum authoritate id statui debere putat. Plures autem summæ (plurium puta pignoratorum) coniungendæ videntur, vt maiorem summam faciant, & subditus quisque de sua, licet minori summa, hoc casu, vna cum domino iuret.

R.4.S. Antiquo stylo circa hæc omnes Dd. inhærent, quod precia ablatarum rerum in-

37 certa † & Iudici vt plurimum ignota sint, nec paritionis punctus priuilegiatus, longa super æstimationem disputatione, vel probatione differri debeat, quæ in expensis nulla est, vel esse potest, quod Iudici eæ tanquam iudicialiter notæ sint, & extraiudicialiter taxari nō soleant: vel quæ taxari debent, vt Bottenlohn. Ea

38 modum † suum quodammodo ex ipsa ordinatione habeant, vt in his certior esse Iudex possit circa moderationem & taxationem, quam in æstimandis rerū ablatarum preciis, quæ plerunque pro diuersitate locorum & temporum variantur.

D.9.S.1. Nono, solent interdum damna †iniuria captiuis vel pignoratis data, aut per occasionē pignorationis eiusdem euenientia æstimari, puta si captiuus squalore carceris, vel frigore ita emaceretur, vt integram sanitatem amittat, eiusque recuperandæ gratia in medicos, apothecam vel thermas aliquid expendat: alii vero eadem damna tanquam extrinseca potius singulari actione iniuriarum vel simili vindicanda penitus putant: Priorum sententia ideo videtur sanior, quod captiuus cum omni sua causa ac pristina qualitate relaxandus sit, & qui occasionem † damni dat, damnum dedisse videatur. Quapropter quoties captiuo occasione pignorationis de suo aliquid deest: vel adhuc testimonio bonorum virorum expendendum est, id plane ipsi refundi debet; secus si atrocibus verberibus exceptus sit, eo tamen nomine in medicos vel alias nihil cogatur soluere aut expendere: tūc n. peculiari remedio actionis iniuriarum vti poterit: Idem si ex metu à pignorante illato, prægnans abortum faciat, vel infans lactans vel alia persona ob perpessum terrorem moriatur. Verum si non quidem captus, sed alius homo pignorati in actu pignorationis vulneretur, aut damnum aliquod accipiat, ratione cuius de suo aliquid ipsi expendendum sit, iustum arbitramur, vt & eiusce refusio non minus, quam alterius captiui relaxatio pignoranti iniungatur. 39 40

R. 2. S. Placet in omnibus, & antehac sæpe ita obseruatum.

R. 3. S. Placet, si quid abest vel abfuturum est, quod æstimationem recipit, vt id restituatur, plurimum autem hac in parte arbitrium Iudicis velere putatur.

R.4.S.Placet.

D. 10.S. 1. Decimo crebro etiam occurrit illud, quando propter controuersum ius † der 41 Förstlichen Ober waldt vnd Herrlichkeit oder deß Ecker geniessens von einem Aichelnwaldt wann Wildbirn/ Epffel/ oder ander wild Obß abgenommen werden. An ideo ex constitutione pignorationis mandata decernenda sint? & tamen ne id fiat, suadet argumentum sumptum à fœno, lignis, frugibus, & similibus fructibus naturalibus, qui habentur pro re ipsa (quanquam ea aliquando decreta sint, vbi extant præiudicia in causa Fuggers contra Augspurg/ & multa alia) cōclusum, in posterum illorum fructuum syluestrium nomine mandata non esse decernenda. R.2.S. Quoad ius glandis legendæ sententia negatiua probata est, secus autem der Förstlichen Obrigkeit halber.

R.3. S. Placet.

R.4. S. Placet, si fructus sunt controuersi iu-

ris,

ris, vt tum nulla decernantur mandata: secus vero, si fructus illi cum iure controuerso nihil commune habeant (vt si propter controuersum ius lignandi auferantur glandes vel alii fructus syluestres: tunc enim tanquam re tertia & innocente ablata, ex constitutione pignorationis mandatum decernendum putant.) Nam fructus naturales, puta, fœnum, fruges, sic semper pro re litigiosa habentur, nisi super ipsius fundi possessione controuersia moueatur: Alias si ratione iuris alicuius, quod pignorans in fundo pignorati prætendit, naturales auferantur fructus, puta si propter ius decimandi auferantur fruges, non expositæ, nec destinatæ in solutionem decimarum, quin pignoratio sit, & ex hac constitutione mandatũ decerni possit ac debeat, nemo hactenus dubitauit: sic si propter ius collectandi, à quo agros suos immunes contendit pignoratus, fruges agrorum auferantur pignorationem esse omnes existimant: fructus igitur naturales pro re ipsa habentur, si super ipsius agri possessione controuersia sit: secus vero, si fructus indubitato sint pignorati, auferantur autem respectu iuris alterius controuersi.

D. 11. S. 1. Memini etiam hanc quæstionem circa dictam constitutionem fuisse controuersam
42 scilicet quando duo contendunt, † de iure meri imperii, & alter eorũ, in signum exercitii iurisdictionis curet inspici vulnera occisi cadaueris, nihil de vestibus tamen, aut membris occisi corporis secum sumat, sondern hat bloß die Wunden oder Stich abmessen lassen / auch solche Stich vnd Wunder Maß zu sich genommen: an huius patrati actus nomine mandatum ex dict. constitutione decerni quæat? in causa W. H. contra W. B. denegatum scio (eo quod supplicanti de suo nihil absit, vel pignoris loco ablatum sit, sicque verba constitutionis hoc casu non verificentur, quæ ablati pignoris restitutionem fieri iubent,) vnde eiusmodi factum meram turbationem sapit: attamen non ignoro, aliquos DD. illius fuisse sententiæ ex eodem facto, quoad restitutionem deß Stich Maß / mandatum recte potuisse decerni.

R. 2. S. Hoc dubium parum dubitationis habere duximus: itaq; transimus.

R. 3. S. Cur pignoratio illa dicenda sit DD. non vident.

R. 4. S. Meram hunc casum turbationem sapere DD. non dubitant: nihil enim suum pignorato deest, & alter non nisi actum possessionis continuandæ exercuisse videtur: quare si se turbari in possessione sua supplicans existimat, eam legitima via defendere potest ac debet. Vnus tamen ex DD. mallet etiam hoc casu mandatum decernere.

D. 12. S. 1. Illud quoque dubium non vide-
43 tur negligendum, quando ob litigiosum † ius aliquod, puta venationis, innocens aliquis, domesticus videlicet, vel subditus pignorati capitur, ante impetrationem tamen mandati iterum relaxetur, præstito autem prius iuramento vel data fide, de vlterius non exercendo illo iure, an pro relaxatione eiusmodi iuramenti similiter mandatum ex d. constitutione decerni debeat, vel non? ratio dubitandi ex eo sumitur, quod propter tale iuramentum non æque quasi captiuus haberi posset, quemadmodum talis censetur, qui iuramentum, de se iterum sistendo carceri, oder sich zur Abträg auff erfordern deß pignorantis widerumb einzustellen præstitit, vigore cuius iuramenti relaxatus pro libitu eiusdem pignorantis carceribus denuo mancipari potest qui ob potentiam incarcerandi eidem virtute iuramenti concessam, non videtur libere relaxatus, sed illius vinculi ratione adhuc quasi captiuus merito reputatur, ideoque huic mandato locum esse, cõclusum fuit quod in priori casu secus esset, in quo reuocatio pignoranti non fuit reseruata, sed captiuo interdictum exercitium iuris cõtrouersi, quod DD. pro simplici turbatione habent, nõ minus quã illud factum, quo stante controuersia læsæ iurisdictionis inter Dominos, alter subditos litigiosos, sibi homagio vel iuramento fidelitatis, atque hac vna promissione obstringit, quod aduersario subiectionis amplius fidem dare nolint. Nam cum tali casu RS. cõtra P. N. B. Mandatum ex constitutione pignorationis, impetrasset, illud ann. 84. eam ob causam seu rationem fuit cassatum, quod in causæ cognitione DD. visum fuerit, talismodi factum nihil aliud esse, quam simplicem turbationem.

R. 2. S. Eiusmodi opinionis fuimus, vt turbationem sapiat propositus casus.

R. 3. S. Placet, relaxandum iuramentum de non exercendo amplius. Cum & metas simplicis turbationis res illa excedat: secus autem esse in homagio præstito, cui id vltro semper inest, ne quis & alteri iuret: & ita in terminis meræ turbationis hic versamur.

R. 4. S. Tria hic cumulantur facta: primum si innocens aliquis, pignorati domesticus vel subditus, propter controuersum ius venationis captus sub hoc iuramento relaxetur, quod nũquam in loco controuerso, pignorati nomine ius litigiosum exercere velit. Alterum cum relaxatur sub iuramento de se iterum sistendo zum Abtrag auff erfordern. Tertium si controuersa iurisdictione inter duos, alter eorum subditos litigiosos homagio, seu iuramento de se iterum sistendo fidelitatis, & hac promissione obstringat, quod amplius alteri fidem subiectionis præstare nolint. Ac primum & tertium casum DD. S. 1. pro mera turbatione habent: Secundum vero ad hanc constitutionem pignorationis pertinere existimant, DD. huius S. 4. de secundo casu non dubitant, & mandatum ex hac constitutione, decernendum, cum S. 1. conclu-

concludunt, sic tertium meram perturbationem continere, similiter sentiunt: quia nulla res innocens hic capta, sed iidem subditi, qui controuersi sunt; debito iuramento obstringuntur, vt actus ille recipiendi iuramentum fidelitatis à litigiosis mere possessorius sit; & cum pignoratione, quæ rem tertiam innocentem & non litigiosam requirit, nihil commune habeat. Et hoc si subditus litigiosus iuramento tantum obstrictus sit. Quod si vero incarceratus sit subditus, licet litigiosus, tamen mandatum pro relaxatione captiui, decernendum ex pleni senatus concluso de Anno 76. sentiunt, ne scilicet innocens subditus in squalore carceris pereat, interim dum domini de iurisdictione litigant.

Primo vero casu cum alterius subditus indubitatus vel domesticus eiusmodi iuramento
44 obstringatur, putant Dd. constitutioni † locum esse, quia suæ captiuus libertati pristinæ restituendus est, ne hac via possessio pignorato pereat, qui sine eiusmodi subditis & domesticis, (qui paulatim omnes, ad tale iuramentum cogerentur) ius controuersum exercere non possit, & satis pignorato absit, dum non liberos sed obstrictos habeat: Nec hunc primum casum tertio similem esse putant, quod in primo innocens & indubitatus pignorati subditus vel domesticus, iuramento obstrictus allegatur: In tertio vero subditus litigiosus, de cuius subiectione ipsi domini contendunt, sicq; res tertia & innocens deficiat, vt merito hic mandatum denegetur, quod in primo decernendum esse prius dictum est.

D.13.S.1. De constitutione Arrestorum, duæ hic se offerunt quæstiones, quæ diuerso sensu iudicari solent: primum, si status imperii in ar-
45 restatum nec ratione contractus, † nec ratione domicilii, nec ratione rei arrestatæ iurisdictionem habeat, atq; hic solum transeundo reperiatur in territorio arrestantis, & ille ad instantiam aduersarii manus in illum iniiciat; An ex constitutione arrestorum arrestans mandato sine clausula ad relaxationem arresti adigi possit: vel potius arrestatus remedio appellationis necessario vti debeat, quasi arrestans iure magistratus tertio implorandi suum officium impertitus fuerit: quia tamen eiusmodi casus plus in factum, quam legitimam administrationem iustitiæ sonant, eo quod magistratus arrestans quasi extra territorium ius dicat, vltra quod experientia rerum magistra edoceat, passim arresta sine vlla causæ cognitione & sic de mero facto indulgeri: Nonnulli arbitrantur arrestatis ex constitutione succurrendum esse, quamuis nec præiudicia, nec aliquorum Dominorum opinio desint, qui ex præsumpta causæ cognitione fingunt, tale factum iure magistratus expeditum fuisse, ideoq; non nisi legitima iuris via scilicet appellationis conuelli debere. Conclusum itaque hunc casum non includi sub litera constitutionis, ideoque inhærendum iuri communi, nec extendendam constitutionem, quæ tantum loquitur, vbi quis pro suo interesse sibi ipsi ius dicit, & via facti aduersarium suum, molestando eum, arrestat.

R.2.S. Huiusmodi arrestationem sub constitutione non comprehendi.

R.3.S. Ex constitutione de arrestis conueniri quidem eum non posse eo casu censent, sed nec tamen appellatione opus, cum cauenti relaxatio, idoneæ præsertim personæ nullo iure in ciuilibus deneganda sit.

R.4.S. Nullum dubium habet, & iam decisum est Anno 76. in pleno consilio, quod etiam arresta, † ad instantiam tertii iure magistratus 46
facta, ad cõstitutionem arrestorum pertineant.

D.14.S.1. Secunda; an in constitutione † arre- 47
storum. (quod & reliquis constitutionibus applicari poterit) quis immediatus censeri debeat, ad imperandos scilicet processus tam ex immediate rei, quam ex immediate personarum? cuius rei dicitio, cum prolixiorem disputationẽ exigat, refero me breuitatis causa ad ea vota, quæ in protocollis Cancellariæ, pro vtraq; parte eo nomine comperiuntur. Maioribus concluſum, hanc quæstionem ad status imperii referendam esse, cum huius quæstionis definitio litigantibus etiam ex constitutione religionis pariat præiudicium.

R.2.S. Non displicet quidem, vt ad status referatur, pleriſque tamen & maioribus votis existimantibus, sententiam Gailii *in tractatu de arrestis titul. sexto*, relatam, sequendam esse; vno tamen dissentiente. R.3.S. Ex decisione statuum dependere itidem existimant. R.4.S. Non deciditur ab iis, qui mouent, & quoniam in deputatione Wormatiensi (Anno 56. vbi Gailii sententia approbata legitur) hac de re facta decisio est, ea tamen non solum nondum in imperio publicata, nec collegio insinuata, sed etiam ab aliquibus imperii statibus, tam apud imperatoriam maiestatem, quam apud hoc collegium impugnata est: vnde etiam an. 76. in pleno, hoc indecisum relictum est. Ita & 4. S. suum desuper iudicium non interponit, sed cuiq; suæ opinionis periculum committit.

D.15.S.1. Corollarie in hac materia & illud quæritur: an generalis omnium † bonorum 48
hypotheca sit sufficiens cautio? Cui dubio ansam præbet diuersitas præiudiciorum: quæ res cum in iure communi pro qualitate causæ, & personarum arbitrio Iudicis relicta sit, vt videre est apud Menoch. *de arbitr. quæstio.* tutissimum fuerit vt in posterum idem eiusdem arbitrio committatur. R. 2. S. Regulariter putauimus sufficere generalem cautionem: nisi allegetur causa, quare non? R.3.S. Placet. R.4.S. Placet. D.16.S.1. Adde & illam quæstiunculam, quæ non ita pridem, in causa SB. contra

SB. di-

49 S.B. diuersa vota peperit, scilicet, si † subditus alicuius status, in territorio alterius status bona immobilia possideat, & illuc è loco domicilij aut aliunde aliquas res mobiles transferat, quas (prætensæ collectæ, vectigalis aut mulctæ, vel alterius iuris nomine respicientis territorium arrestandis) is in cuius territorium inuectæ sunt, arrestet; An magristratui domicilij pro subdito mandatum ex constitutione arrestorum concedendum sit? cum hoc casu arrestatus non minus forum sub arrestante ratione rerum immobilium, respectu quorum exigantur ab eo collectæ, datio mulctæ, & similia, quàm sub Iudice domicilij sortiatur, sicque cesset inter alias hæc ratio relaxationis
50 arresti, vt quisque † in suo foro conueniatur, nec cogatur per viam arresti coram alieno Iudice litigare; qua de re videatur Votum domini Gailij in causa der W. B. Erben contra S. B. den 23. Iulii, Anno 89. DD. mallent in eiusmodi casu processus decernere, & immedietatem personæ solummodò considerare: Aliis autem senatibus dissentientibus vellent causam ad M. A. E. referre, interim stylo vsitato inhærendum, vt quisque periculum suæ opinionis sustineat.

R. 2. S. DD. mallent affirmatiuam sequi sententiam.

R. 3. S. Obscurum in facto visum fuit.

R. 4. S. Multiplex hoc iudicium sex dominis videtur, vt vna eaque certa decisio ei accommodari non possit, ideoque Iudicis arbitrio relinquunt, qui pro qualitate narratorum mandatum decernat vel deneget: vnus vero simpliciter præuia cautione decernit mandatum; reliqui duo distinguunt, & quoad collectas ambo mandatum denegant; si immobilia sint, Steurbar / & pro Steuris arrestentur res mobiles, alias decernunt. Quoad vectigal, vnus eorum decernit mandatum, si omnia vel plura arrestentur, quam pro vectigali datur, alias si tantundem arrestetur, quantum debetur, mandatum denegandum existimant.

51 D. 17. S. 1. Quando contra † plures vt & singulos emanauit citatio, & in contumaciam non comparentium proclama factum est, an pedellis eo nomine vnus tantum florenus vel plures, & quot soluendi sint? vbi plures vt sin-
52 guli constituere tenentur, quot personæ, † tot
53 floreni soluendi sint. Sed quando citatur vniuersitas, † vt plurimum quindecim floreni, vel ad minimum tres floreni, pro arbitrio Iudicis (non tamen infra tres, aut super quindecim) in pœnam contumaciæ pendantur; ita tamen, vt intra decernendum proclama Iudex simul arbitretur, quantum soluendum sit; illudque statim in margine prothocolli annotari faciat.

R. 2. S. Consentimus, si singuli citati sint. Quoad vniuersitatem vero citatam à veteri stylo non abeundum, & cum vnum tantum 54
† proclama fiat, florenus vnus tantum soluendus. R. 3. S. Stylo priori inhærendum, vt quot executiones † & proclamata, tot contumaciæ 55
æstimentur: si tamen aliud, vtique standum maioribus: æstimatio † vltra tres florenos non 56
facienda. R. 4. S. Placet.

D. 18. S. 1. Circa contumaciam illud non vniformiter obseruatur, quando alicui actio personalis in rem, vel vere realis competit, nemo ambigit in libera optione † Actoris esse ad 57
eam persequendam, eligere forum Rei vel tribunal, sub quo res sita est, *iuxta gloss. fin. vbi DD. in l. fi. C. vbi in rem actio.* Atq; ita Actor ex hoc beneficio † propter pluralitatem rerum sub 58
diuersis territoriis sitarum, & inde resultantem diuersitatem fori in causa processus petit, an ei indulgendum, vel necessario obstringendus sit, vt actionem instituat, vbi maior pars bonorum iacet? Concluſum, æquius esse, processus decerni, cum hoc casu plurimæ illæ quæstiones decidantur, per quas interdum diu controuertitur, vbi maior pars bonorum sita sit. Cum non raro eueniat, vbilibet ea inæquali quantitate inueniri, & ne Actor vincens † in executione in plures diuersos execu- 59
tores distrahatur.

R. 2. S. Probarunt DD. hanc sententiam vt æquiorem & hactenus frequenter obseruatam.

R. 3. S. Placet.

R. 4. S. Placet quinque dominis simpliciter sententia 1. S. Primi duo simpliciter processus denegant, ne Camera grauetur multitudine causarum: reliqui ita processus decernunt, si expresse narratum sit, non constare, vbi maior sit bonorum pars, quod nisi narretur, processus denegant.

D. 19. S. 1. An captiuus relaxandus † vigore 60
mandati *ex tit. 22. part. 2. ordin.* emanati, teneatur captienti repromittere, de se iterum sistendo, casu, quo ipse capiens aliquando in causa principali vincat? Alii existimant, quod sic, argumento constitutionis pignorationis: Alii autem contrarium sentiunt, eo quod ille titulus hanc repromissionem, sicuti constitutio pignorationis, non exigat, ideoque captiuus non videtur in plus onerandus, quam ipsa lex dictitat. Siquidem in illis casibus cum causæ cognitione ideo mandetur relaxatio, quod omni iure censetur fuisse vetita, ac ab ipsa causa principali sit separata. Quapropter, semel prohibita, † nunquam iusta videri poterit, sicque 61
relaxandus tale quid cogeretur repromittere, quod ratione capientis ab initio statim iniustum esset. Præterea extant præiudicia, quibus capienti eiusmodi cautio vel repromissio fuit denegata; quæ allegaui in voto in causa Wümpfen contra Wümpfen / si maiora posteriori opinioni accedant, DD. quoque huius senatus suffragantur.

R. 2. S.

R.2. S.Posterior negatiua magis placet.

R.3.S. Regulariter putant cautione seu repromissione tali, de sistendo, non grauandum eum, qui relaxatur ad eiusmodi mandatum, nisi tamen aliæ circumstantiæ diuersum suadeant,quod arbitrio Iudicis relinquendum.

R.4. S. Sex D D. posteriorem probant sententiam; reliqui variant circa hæc. Quorum primus cautionem requirit, si res iudicata hoc importet,vel importare possit, vt se iterum sistat, alias eam denegat. Secundus talem qualem, etiam mere verbalem cautionem admit-
62 tit. Tertius vero diuersas esse † incarceratio-
63 num species, prout ipse carcer, † interdum pœna, interdum custodia est, affirmat, ideo-
6 que pro diuersitate causarum † iniungendam, vel non iniungendam cautionem, quæ etiam
65 non raro † in supplicationum narratis pro relaxandis captiuis offerri consueuit.

D.20.S.1. Deinde quæritur; an ex eodem ti-
66 tulo † relaxatio sine Entgeldt / & cum omni causa captiui facienda sit? Ratio dubitandi est, quod talis clausula mandatis ex d.tit. 23. emanantibus non solet inseri. Qui affirmatiuam
67 sectantur, mouentur ex eo, quod † relaxatio carceris sit restitutio captiui in pristinam libertatem, quæ restitutio ex sui propria natura id exigit, vt cum omni omnino causa & pristina qualitate fiat. Quibus autem negatiua arri-
68 det,ij quoad Außzug † non dubitant eam captiuo refundendam esse, si quid eius nomine exposuit, vel coactus fuit exponere. Idque, censendum, quoad Thurnhüter vel Büttelgeldt/ sed quoad pecunias, ratione quarum fuit forte incarceratus. (Exempli gratia: Si ab aliquo exigatur collecta, à qua se immunem asserat, & inde ob detrectatam solutionem,vel contumaciam carceratur, ac in relaxatione talis imposita collecta ab eo realiter extorqueatur.) Secus statuendum esse, circa restitutionem eiusce pecuniæ, cum causam principalem concernat, de qua scilicet Camera ob defectum iurisdictionis non posset sese ex supra citato tit. intromittere, quamuis non improbabiliter dici queat eam restituendam, & sic omnem statum causæ ac captiui plane redintegrandum,quousque principale negotium à competente Iudice legitime definiatur. D D. concludunt, in odium capientis, ac fauorem captiui restitutionem cum omni omnino causa faciendam.

R.2. S. Hęc eadem sententia nobis communi calculo tenenda videtur.

R.3. S. Ex arbitrio Iudicis dependere existimant.

R.4.S. Placet.

D. 21. S. 1. Vtrum commissiones ad perpe-
69 tuam † rei memoriam hodie sint annales vel perpetuæ, possent iuniores dubitare, sed antiquiores,eas esse perpetuas semper censuerunt.

R.2.S.In dubium iudicatum fuit.

R.3.S.Obscurius habitum, quam vt certam decisionem recipere queat.

R.4.S.Si dubium hoc de extractione commissionis obtentæ intelligendum sit, omnes DD. annales esse has commissiones, ex Recess. *visitationis de Anno* 80.§ vnd auß sondern wol bedachten Vrsachen/&c.Concludunt.

D.22. S. 1. Commissio ad perpetuam rei memoriam, † ei qui iam natam actionem habet, 70
eandem tamen non vult proponere ante commissionis petitionem, non est concedenda.

R.2.S.Contrarium potius tenendum, iuxta stylum visitationis,recessuum&ius commune.

R.3.S.Nimis generale visum est, & arbitrio Iudicis res permittenda.

R.4.S.Vtrique tam Actori, quam Reo †hoc 71
commissionis ad perpetuam rei memoriam beneficium suis in casibus competere, iure communi statutum est;cui omnes DD. inhærent.Ideoque Actori natam actionem habenti illud ipsum minime denegant, sed ideo illi annum ad proponendam actionem, si ea iam nata sit præfixum censent. Et moribus nostris multi sæpe anni circa declinatorias consumuntur, quibus testes senes & valetudinarii mori, sicque Actori probatio sua perire possit.

D.23.S.1. Absurdum videtur, vt commissioni in communi forma † annectatur clausula, 72
briefflíche Vrkunden zu transsumirn / cum ea tantum conueniat commissioni in meliori & optima forma decernendæ. Ideoque eadem clausula commissionibus in communi forma non est subnectenda.

R.2.S.Placet.

R.3. S. Placet, quia &antiquitus ita obseruatum,paucis ab hinc annis exceptis.

R.4. S. Has clausulas communi formæ adiectas,nihil absurdi continere, multa præiudicia, adeoque stylus Cameræ receptissimus conuincit. Nihil enim frequentius est, quam clausulas has in decernenda commissione exprimere, quæ tamen expressio optimæ & meliori formæ minime connenit, ne idem bis decernatur. Decernendo enim commissionem in optima forma, etiam sine hac expressione,vtraque clausula decreta censetur. Soli igitur communi formæ, quę istas clausulas non continet, eiusmodi clausularum expressio subiungi potest & debet. Itaque antiquo stylo hactenus recepto 7.DD. inhærendum censent;reliqui temperant etiam hoc, & verbis in communi forma omissis, ita sententiam concipiendam censent, darauff commissio doch cum clausulis, &c.quod temperamentum, si à consueto stylo recedendum sit, prioribus quoque 7.DD.non magnopere displiceret.

D.24. S. 1. Quanquam ordinatio videatur appro-

75 approbare † prorogationes 1. 2. & 3. dilationis, tamen ad obuiandum dilationibus causarum, non iniquum fuerit, eas in posterum rursus ab aula remouere.

R. 2. S. Placet.

R. 3. S. Id iam ante factum, & deinceps obseruandum putant.

R. 4. S. Placet.

D. 25. S 1. Siquis impetrata 1. vel 2. dilatione,

74 † postmodum tantum temporis, quod cæteris dilationibus restabat, tacite præterlabi sinat, ideoque ei vlterior dilatio nequeat concedi, sed ad producendum Rotulum, ex officio tempus aliquod indulgeatur, attestationes non videntur sustinendæ, quando demum intra hoc vltimum tempus non modo examen plene fuit expeditum, sed etiam testes primum iurarunt. Nam hoc casu commissarius existimatur testes sine vlla iurisdictione examinasse, cum illud tempus præcise ad consummandum & producendum Rotulum, non ad testes primum producendos, examenque inchoandum censeatur indultum.

R. 2. S. Similiter non adeo displicuit, cum etiam videtur omnis hæc dilationum probandi via, non ita vt hactenus extendenda, sed ad strictiores regulas iuris tota earum ratio redigenda.

R. 3. S. Res ea non habere dubium visa fuit.

R. 4. S. Placet.

75 D. 26. S. 1. Quando in contumaciam † decernitur commissio, contumaci non est reseruanda adiunctio notarii, cum is non sit audiendus ante iudicialem purgationem contumaciæ & refusionem expensarum.

R. 2. S. Placet.

R. 3. S. Sex Dd. sententiam 1. S. probant, reliqui tres secus censent, cum & stylus vsque huc semper ita fuerit. Et contumax in actu iudiciali, non ideo in alio extraiudiciali similiter censendus, ideoque citandus etiã denuo est ad alium actum, ad quem nondum citatus fuit. Et veritatis fauore probationes legitime & exacte cum diligentia fieri debent pro vtra-

76 que parte, cum absentis etiam † contumacis partes quoad iustitiam causæ supplere Iudex debeat. Quare etiam vnus ex 6. Dd. contuma-

77 cem † citari ad hunc actum posse putat, quan-

78 tumuis potestas adiungendi notarium † illi non tribuenda.

R. 4. S. Septem Domini adiunctionem Notarii etiam hoc casu permittendam censent, vt dicta testium tanto minus suspecta Iudici sint, prout etiam ob eandem causam contumax citari ad videndum iurare testes à commissario solet & debet. Licet enim contuma-

79 cia † Reum à defensione excludat, vt in iudicio non audiatur, nisi purgata contumacia, Actorem tamen à probatione intentionis suæ non releuat, sed debetis nihilominus sufficientes probationes adducere, alias si in probatione deficiat, contumax esset absoluendus. Vt igitur probatio per testes fienda tanto firmior sit, & Iudici minus suspecta, ferenda hæc adiunctio videtur; alias producens hanc adiunctionem recusans, non leuem præsumptionem suspicionis † contra personam commis- 80

sarii, in quem ex aduerso non est consensum, causaretur: duo tamen Dd. cum 1. S. concludunt, quod contumax † non nisi refusis ex- 81

pensis audiri debeat.

QVÆSTIONES QVÆDAM dubiæ S. 3. Definitiuarum Anno xc. motæ; vna cum suis Resolutionibus, aliaque nonnulla ibi proposita, quæ aliquo remedio indigere visa sunt.

Svmmaria.

1 *Procuratores ante realem processuum reproductionem, de diligentia non protestari, nec verbaliter processus reproducere, nec prorogationem ad aduentum vsque nuncij, sine noua superueniente causa petere debent.*

2 *Termino postea obtento & prope effluxo, procuratores in processu vlteriorem prorogationem vel sine causæ allegatione aut probatione, sicut & termino prorsus elapso quauis de causa nouum terminum petere sub pœna prohibentur.*

3 *Procuratores in processuum reproductione coram supremo tribunali à superfluis verbis abstinere debent.*

4 *Procuratores in processu quandoque contenta documentorum aut productorum nisi verbis generalibus repetere prohibentur, vel etiam alias oretenus prolixe agere, sed potius id in scriptis proponere iubentur.*

5 *Mulcta in Camera arbitrio Iudicis est statuenda.*

6 *Instrumenta appellationis primo statim termino & recessu cum alijs processibus reproduci debent.*

7 *Formalia appellationis in primo termino per procuratorem Actorum vel modum appellationis iustificari debent.*

8 *Par culpa pari pœna plectenda est.*

9 *Ius quæsitum parti auferri non debet.*

10 *Absolutio prius non, nisi petatur, fideri debet, si pars non comparet et petit nec eam ex officio faciendam.*

11 *Parti licitum quoque non est, quandocunque velit excipere de non producto documento, cum alias in termino exceptionum, omnes, quas habet, proponere teneatur: & quæ distinctio hic seruanda num. 12.*

13 *Quilibet suo fauori per processum ad vlteriora renunciasse videtur.*

14 Negligentia non producentis cum negligentia non comparentis quomodo compensanda videatur.

15 Documento non opus esse videtur, vbi Iudicem acta edere nolle notorie constat: hic diuersæ oriuntur opiniones, & quænam numer. 16. in quibus causis arbitrium Iudicis hic requiratur. num. 17.

18 Requisitio actorum an iussu principalis facta per nuncium Cameræ sufficiat: nuncio attestanti fides adhibetur. num. 20.

19 Insinuatio compulsorialium, & specialis requisitio actorum sunt separata.

21 Compulsoriales si non impetratæ sunt cum processibus, illas primo termino peti non sufficit, nisi de requisitione Actorum simul doceatur.

22 Documento requisitionis actorum ad impetrandas compulsoriales opus non est, & cur. numero 23.

24 Fatalia Appellanti ad reproductionem processuum sine omni periculo circumductionis, desertionis aut absolutionis à citatione vtilia sunt.

25 Tempus fatalium integrum an Appellanti adeo vtile esse debeat, vt nec interim ad instantiam Appellati in contumaciam ad proclama & absolutionem procedi possit.

26 Praxis rerum omnium optima est magistra.

27 Vbi lex & ordinatio Cameræ non distinguit, ibi nec nos facile distinguere debemus.

28 Proclama an intra dies circumductioni terminj præfinitos, peti aut decerni possit?

29 Circumductioni termini in causis appellationum an locus sit, si partes postea ad reassumendum citentur, vt in causis mandatorum & executionis.

30 Citatio de iure communi non circumducitur, si ad totam causam & omnes eius actus facta est: verum hoc hodie per status imperij in ordinat. est correctum. num. 31.

32 Edictum partibus præsentibus nunquam circumducitur, & cur.

33 Punctus executionis dependet à sententia definitiua & meritis causæ principalis.

34 Quid interfit inter citationem simplicis querelæ, & citationem executorialibus annexam.

35 Vbi Actor non est, ibi nullus Iudex.

36 Citatio executorialibus annexa, saltem accessoria est, non secus ac in alijs mandatis sine clausula.

37 Sex iuridicæ an circumductionibus, vel etiam vlteriori processui præfinitæ pro continuis omnino sint computandæ: & an vltima saltem vtilis esse debeat.

38 Sex iuridicæ hoc loco positæ, an continuæ sint.

39 Quæ distinctio inter citatum ad agendum, & citatum ad comparendum.

40 Distinctio & variatio circa proclama decernendum quæ, num. 41. & 42.

43 Procurator si impetratum proclama parti scribat & cum ea deliberet, an pars in remotissimis imperij finibus constituta, ad has angustias astringi debeat.

44 Nemo in contumaciam non comparentis, vel alias inuitus agere compellendus est.

45 Libellare in scriptis an & quando opus sit: & repetitio verbalis narratorum seu actorum loco libelli quando sufficiat. num. 46.

47 Difficultas circa mandata cum clausula quæ: item quæ distinctio inter mandata executorialia & mandata de relaxandis captiuis & reliqua. num. 48.

49 Comparitionis effectus mandata cum clausula in mere simplicem citationem resoluit.

50 In causis appellationum à mera interlocutoria articulatim in scriptis non appellari, sed tantum instrumentum appellationis loco libelli repeti debet.

51 In appellationibus à definitiua, vel eius vim habentibus præcise in scriptis non libellatur, sed repetitio actorum loco libelli sufficit.

52 Libello quando in scriptis opus est, libellans præcise non arctari debet.

53 Summario libello producto vel repetitione tali facta, an postea Actori antequam litis contestatio fiat, libellum mutare & articulare liceat?

54 Qui summarie in scriptis libellauit, is ad articulandum non admitti debet.

55 In mandatis executorialibus summaria petitione opus non est: secus tamen in reliquis mandatis omnibus cum clausula.

56 Termino aliquot mensium impetrato an postea in scriptis agere & articulatim libellare opus sit, & an aliqua repetitio loco libelli amplius non admitti debeat, quin citatus absoluendus veniat.

57 Si quis ante lapsum terminum prorogationem sine sufficienti documento causæ petierit, & inuentum loco libelli acta repetierit: postea vero termino lapso libellum produxerit, quid fieri debeat?

58 Terminus ad libellandum obtentus, præcise sub absolutionis præiudicio obseruari debet.

59 Terminum petens ad libellandum, se de libellatione deliberasse & absolute ad libellandum adstringere voluisse videtur.

60 Quoties à mera interlocutoria appellatur, an articulatim libellare liceat, vel instrumentum appellationis loco libelli in primo termino repetere.

61 Procuratoribus iniunctum est, vt in titulatura causam esse appellationis ab interlocutoria exprimant: & an à definitiua, vel eius habente, appelletur, distinguant. numero 62.

63 In grauaminibus appellationum in specie exprimi debet, an quid nouj in hac instantia deducendum.

64 Actor an Reo contumace non minus in primo termino libellum producere sub præiudicio absolutionis debeat.

65 Præiudicia contumacibus regulariter non acquiruntur.

66 Iudex vt Iudex nemini quicquam, nisi quod iustum est, tribuere debet.

67 Tutores vel curatores quando citati non compareant, quis processus in contumaciam instituendus sit.

68 Cautione oblata nec admissa, quid faciendū.

69 Procuratores ad cautiones etiam non indifferenter admittuntur, & cur. Item de expensis cautionis quid statuendum. num. 71.

70 Munus est potius Aduocati quam Iudicis præscribere litigantibus quid, aut quemadmodum alter alteri in fauorem vel detrimentum alterius aliquid admittere debeat vel non.

72 Procurator nouus si post submissionem factam compareat, & mandatum exhibeat sine verbali repetitione prioris submissionis, quid statuendum.

73 Mandatum procuratorium an morte principalis post litem contestatam, vel etiam conclusionem in causa extinctum sit, ita vt pronunciari vel procedi nequeat, & quæ distinctio hic temperanda veniat. num. 74.

75 Alter litigantium quando post conclusionem in causa moritur, etiamsi de eo iudicialiter constet, tamen sententia definitiua absque præuia citatione ad reassumendum causam vel audiendam sententiam in personam procuratoris concipi & publicari potest: Quid vero si ante conclusionem in causa, altera partium decedat. num. 76.

77 Mortuo vtroque procuratore an post conclusionem definitiue pronunciari possit.

78 Vocabulum, Abschiedt / an in singulari numero de vno saltem, an vero de pluribus loquatur: & quomodo illud accipiendum. numero 79.

80 Procurator si prius quam terminus à se obtentus, plane lapsus erat, vel etiam postquam erat lapsus, & prius quam sibi agere licebat, obierit, an non nouo procuratori terminus de integro concedendus: an vero ad proximam tantum.

81 Variatio circa certos terminos hoc loco statuendos, quænam & qualia hic de certis terminis statuendis sint obseruanda. num. 82.

83 Differentia inter causas de terminis statuendis quæ statuenda est: & quæ distinctio inter dictas causas in ordinatione habeatur. numero 84.

85 Terminorum alij summarij, alij ordinarij dicuntur.

86 Ordinariorum nomine quænam hic generaliter veniant: & quænam summariorum loco habeantur. num. 87.

88 Prioris diuisionis subdiuisio hæc est, quod alia est ordinaria, alia extraordinaria.

89 Malitiis litigantium, qui de industria forte litem protelare volunt, non est indulgendum.

90 Nemo in hoc primo termino decimum mensem transire debet.

91 Singuli dies singulis miliaribus passuum attribui debent: & quæ differentia hic statuenda sit. num. 92.

93 Ordo causarum seu punctorum quinam hic ratione tertij sit instituendus.

94 Quæ ad ordinarium terminum pertinere censeantur: & quæ ad terminum priuilegiatum. numer. 95.

96 In supplicationibus, quæ pro processibus quibuscunque iudicialiter producuntur, ordinationi Cameræ inhærendum est, & quid de termino præiudiciali statuendum.

97 Libellus antequam productus fuerit, quin licitum sit in nouis exceptiones declinatorias producere, dubium non est.

98 Quod non prodest non rite factum, id noxium effectum operari non debet.

99 Verba dictorum Abscheid/prout sonant, accipienda sunt.

100 Si quis anticipando terminum in præfixis obtentum produxerit exceptiones declinatorias, idem postea intra eundem terminum, priusquam omnino labatur, adhuc Euentualhandlung / an separatim producere possit, variatur.

101 Lites non immortales esse debent, sed potius abbreuiandæ sunt.

102 An exceptionibus & Euentualhandlung simul productis in vtroque puncto procedatur, & an procurator illa producens, copias exceptionum solum admittere, reliquarum denegare possit, vsq; dum punctus exceptionum definiatur: item an exceptiones reiicienda nec admittendæ sint. num. 105.

103 Durum est causam quasi suam aduersario prodere.

104 Ordinatio vult, vt ad productos articules in termino sequenti respondeatur.

106 Partes circa elisiuos & deinceps articulos sine fine vagari videntur.

107 Actor semper paratus in forum venire debet.

108 Durum est in omnibus causis generaliter superadditionales prohibere.

109 Ordinatio Actori articulos additionales permittit, sed ita vt eos simul omnes proponat, & additionales additionalium, item super additionales eis prohibet. num. 110. Reo vero defensionales & elisiuos permittit, ita vt eos simul ac semel producat. num. 111.

112 Vlteriores elisiui Reo: Actori vero vlteriores additionales sine iuramento non permittuntur.

113 Exceptiones desertionis aut non deuolutionis an oretenus opponi possint.

114 Ordo in notoriis non seruari debet, neque vsquam ordinatio id requirit.

115 An non pro confesso habendus, si quis vt responderet, iussus, aut terminum obtinuit, & eo pendente, procurator mortuus, & principalis ad reassumendum citatus non compareat, sed contumaciter ne respondeat, se absentet.

116 Qui nunquam in iudicio fuit, ei nec terminus agendi cum præiudicio præfigi, atque sic nec responsio sub comminatione confessatorum mandari potest.

117 Contumacia maior est eius, qui comparuit, & agere non vult, quod debet, quam eius, qui nunquam comparuit.

118 Præiudicium confessatorum an etiam quadret in eum, qui ad reassumendum causam citatus contumaciter emanet.

119 Procuratore apud acta non habens, & qui eo mortuo ad reassumendum citatur, pro absente est habendus.

120 Iuramentum dandorum vel respondendorum si in productis oblatum & petitum fuit, non etiam oretenus, an id necessario iniungendum & exigendum, cum ad veritatem eliciendam plurimum faciat, & alias in præfixis præstandum.

121 Iuramentum calumniæ seu malitiæ si in scriptis exactum fuerit, & priusquam ad vlteriora procedatur, vel definitiue pure concludatur cognitioni Iudicis inter alia etiam hoc subiiciatur, & decidendum committatur, an id similiter, etiamsi oretenus non sit petitum, præterire silentio possit & debeat.

122 Iuramentum calumniæ non præstitum, processum non vitiat, nisi viua voce petitum sit.

123 Si quando contra plures simul nominatos commissarios est releuanter exceptum, ita vt vnus solum idoneus remaneat, & alij in reliquorum locum nominentur, de comminatione dubitatur.

124 Pro expeditione causarum & probationum an etiam procuratoribus iniungi possit, vt secundam, tertiam vel quartam dilationem eiusue prorogationem petant procuratore ex aduerso defuncto, non secus atque si apud acta adhuc esset.

125 Publicatis attestationibus, vbi certus terminus fuerit obtentus, habitis copiis procuratores caueant, ne dehinc prolixe significent copiam attestationum sibi factam, & ex hoc terminum inchoari petant, quod alias erat expeditum.

126 Ordinatio iubet Copistis iniungendum, vt diligenter notent, & Prothonotariis significent, quando procuratore pro expeditione insiterint, & eis copias perfectas esse denunciatum sit, idque prothocollis ad marginem semper assignetur.

127 De procuratorum diligentia in sollicitandis attestationum copiis quomodo constare possit.

128 Constitutio habet, ne post publicatas attestationes plura duobus productis exhibeantur, & tandem hoc in puncto concludatur.

129 Ordinatio vult, quod Actor teneatur inprimis termino illo obtento suas probationes & instrumenta omnia producat: quo facto via illi præclusa, Reus postea termino sequenti proponat, & omnia, quæ pro elisione vicissim habet, exhibeat.

130 In recessibus verbalibus quibuscunque sine ratione termini quid statuendum.

131 Procuratoribus an certus modus circa recessus præscribi possit.

132 Procuratoribus quoque iniungitur, vt ne inscriptione productorum Iudici alibi forte occupato sub & obrepant, quominus statim cognoscere possit, quale & quantum productum sit.

133 Productis in audientiis exhibitis procuratores prius quam producant, adscribant, an exceptiones, replicæ, duplicæ, triplicæ, quadruplicæ, quinduplicæ sint, quo eorum numerus illico innotescat.

134 Procuratoribus sub arbitraria pœna iniungitur, vt semper productis adsignent, in quo puncto specifice Handlungen exhibeant.

135 Scripta an statt mündlichen Bescheidts hactenus quidem impune exhibita, quod est contra constitutionem: & quæ pœna hodie hoc loco sit statuta. num. 136.

137 Punctus executionis quoad paritionem hodie ad similitudinem aliorum mandatorum ad nouæ est translatus, idem quoque de puncto expensarum statuendum: secus vero quoad liquidationem.

138 Punctus expensarum est pars executionis.

139 Ordo nouarum in præiudicium causarum priuilegiatarum grauari non debet, & cur.

140 Designatio & æstimatio expensarum in Camera taxatarum ad imperialis monetæ modum, & Reichsmünz fieri debet, quod etiam in reliquis omnibus designationibus damnorum, interesse & pretiorum cuiuscunque rei obseruandum est.

141 In causis mandatorum, vbi exceptionibus non obstantibus, paritio iniungitur, an expensæ pure veniant refundendæ; an vero in euentum solum non factæ paritionis.

142 Qui aliquem inique pignorasse vel grauasse pronunciatur, is sicut & alia damna, ita quoque has expensas refundere cogitur.

143 Quæ differentia inter causas pignorationum & aliorum mandatorum statuenda.

144 Punctus paritionis & facti exorbitantis suam plenam decisionem habet, eiusque restitutio ohne Entgeldt fieri debet.

145 In puncto paritionis refrenanda est licentia eorum qui primo termino comparendo, non nisi terminum ad excipiendum petunt, & sic tergiuersando paritionis punctum differunt.

146 Quæ distinctio inter exceptiones quoad paritionem statuenda sit. num. 147.

148 Paritio quando causa cognita, nec exceptionibus obstan-

obstantibus est iniuncta, & postea Reus simili ex causa, & eiusdem iuris intuitu pignorat, arrestum facit aut homines capit an id facere liceat.

149 *Termini ex distantia loci & variis rerum figuris semper moderari debent.*

150 *Si quis relaxatum captiuum, aut restitutum pignus non alia noua, sed eadem ex causa denuo capiat, & ita sententiæ fraudem fecerit, is ex priori mandato & re iudicata in eius pœnam declarandus est.*

151 *Contumacia maior seuerius coercenda, quo maior fraus & periculum in ea re est.*

152 *Mandatum pignorationis duo præcepta continet, & quænam illa.*

153 *In causis mandatorum sine clausula diffusio in exceptionibus non est ferenda & quomodo.*

154 *Pignorans quando punctum causalium ad aliam primi mandati causam remitti petit, & incertum est, an de eodem, aliquo nouo vel diuerso iure agatur, quid statuendum.*

155 *Nimia licentia restitutionem in integrum petendi cohiberi debet & quomodo.*

156 *Nemo restitui potest aut debet, nisi in quantum & quatenus læsus fuit.*

157 *Ius partibus quæsitum diutius in incerto esse nequit.*

158 *Quid si restitutio aduersus interlocutoriam petatur.*

159 *Citationes peculiares & articuli quando requirantur.*

160 *Ordinatio etiam indistincte loquitur, quia indistincte intelligenda est.*

161 *Pluribus immediate imperio subiectis vna actione conueniendis, an* Außträge *locum habeant.*

162 *An ratione denegatæ vel protractæ iustitiæ, causæ principales ad Cameram illico deuoluantur, etiam si coram priore Iudice lis cœpta non sit, vel ad finalem conclusionem deducta.*

163 *Iudex qui cognitionis negocium semel suscepit, id præcise prætexere debet.*

164 *Superioris Iudicis est, de processu inferioris, an bene vel male sit institutus iudicium ferre.*

165 *Quid si processus ad finem nondum deductus sit, an tunc promotoriales petiti decerni possint. Item quando promotoriales post conclusionem in causa emanant, quæ moderatio adhibenda. numer. 166.*

167 *Electio mala eligenti semper fere nocere debet.*

168 *Iudex superior negligenti inferiori terminum statuere potest, intra quem iustitiam administret.*

169 *Ius commune vbi non distinguit, ibi nec nos quoq; distinguere debemus.*

170 *Per viam appellationis prius de grauamine cognosci debet.*

171 *Causa principalis an & quando dicatur deuoluta: item quando pars triplici processu grauetur. numer. 172.*

173 *Procuratores fere documenta cum supplicationibus exhibent, quæ postea in processu non producuntur.*

174 *Procuratoribus iniunctum est, vt quod in cæteris productis iudicialiter faciunt, id etiam in extraiudicialibus supplicationibus obseruent, copiasque productorum documentorum originalibus adiungant.*

175 *Tabula priuilegiorum appellationis redintegrandæ videtur.*

176 *Nemo in re manifesta inani sumptu & molestiis grauari debet.*

177 *In decidendis causis facilior expeditio instituenda.*

178 *Obitus procuratorum quia causas & earum expeditionem multifariam remoratur, an ipsis iungi possit, vt alium qui causam illico reassumat, substituti curent.*

179 *Vt minus dubiorum in posterum circa processum generetur, quæ notanda.*

180 *De domicilio pupillorum si ratione iurisdictionis contentio subsit, an mediate vel immediate imperio subsint, & lis adhuc desuper in Camera dependeat quid faciendum.*

181 *Domini territoriorum si inter se de iurisdictione tam pupillorum, quam ipsorum bonorum contendant, ita vt pupilli indefensi maneant, an Camera pro ordinatione vel confirmatione legitimorum tutorum adiri possit.*

182 *Vigore instrumentorum guarentigiorum aut similium quando pro executionis processibus Camera imploratur, an processus generaliter decernendi vel omnino denegandi sint.*

183 *Inter sortem & vsuras seu interesse quæ distinctio adhibenda sit.*

184 *Vtile per inutile vitiari non debet.*

DR. S. 3. Ante realem processuum reproduductionem † procuratores (quod hactenus impune factum) ne protestentur de diligentia, nec verbaliter, prout penes exequentem processus reproducant, nec prorogationem ad aduentum vsque nuncii, vel aliam, sine noua superueniente vel eleuante causa, quam initio prospicere non potuerunt, & illico doceant, petant: Ita enim fraudem facere videntur ordinationi p. 3. tit. 12. §. Es soll auch ꝛc. qua prohibentur de diligentia protestari, ohn ferrner Handelung/ cum quod ita addunt superfluam & nullius effectus, nec nisi ad differendas audientias facit: nam si nuncio Iudicis executio commissa est, vltro tempus non currit, & ipso iure quis tutus est, alias nihil istius, nisi altera parte audita & causa cognita concedi, vel etiam ius parti quæsitum, vel quærendum nulla quasi ex causa auferri potest.

R. 1. S. Huius dubii resolutionem, DD. S. 1. vnanimi ore approbarunt, allein soll der gemein Beschendt (So derenthalben publiciert werden muß) klar gnug vnd verstandiglich concipiert vnd publiciert werden.

R. 2. S. Pœnam nach Ermässigung indicandam.

R. 4. S. Placet huiusmodi protestationes sub pœna arbitraria prohiberi & quidem indistincte, tam in simplicis querelæ quam appellationum causis, dummodo in his nec obstet §. So viel weiter / Recess. Visit. de an. 64. per recessum imperii an. 66. confirmatus.

2 D. 2. S. 3. Similiter in processu postea † termino obtento & prope effluxo, vlteriorem prorogationem vel sine causæ allegatione, aut probatione, vel ideo solum, Dieweil der Bott vermuhtelich vnder Wegen/sicut & termino omnino elapso quauis de causa nouum terminum petere sub pœna prohibeantur, & recessus eiusmodi reiiciantur.

R. 2. S. Pœnam nach Ermässigung indicãdam.

R. 4. S. DD. huius S. circa hæc non dubitant, cum iam ante duobus casibus decretis 20. Iunii Anno 80. & 28. Maii anno 82. publicatis expresse decisa existant, ideoque nec noua lege opus esse, sed d. decreto An. 80. etiam quo ad pœnam (quam posterius de anno 82. mitigare videtur) deinceps strictius inhærendum esse ex visi. recess. de An. 86. & 87. concludunt.

3 D. 3. S. 3. In reproductione † processuum iubentur abstinere à superfluis verbis, præsertim illa prolixa bonorum & titulorum partis commemoratione coram supremo tribunali, minus conueniente, sicut & aliis repetitionibus odiosis, neque aliud dicant, quam reproducere se emanatos processus, citationem, inhibitionem in causa N. contra N. vigore adiuncti mandati vel cautionis, simul autem omnia in primo termino producenda exhibeant, nec distractione multiplicent processus, & audientias distineant, similiter ex aduerso citati faciant, & prolixas protestationes & reseruationes exceptionum omittant, sufficiatque eum protestatione solita comparuisse, & producenda exhibuisse.

R. 1. S. Placet DD. 3. S sententia.

R. 2. S. Nach gelegenheit deß Verbrechens zu Straffen.

R. 4. S. Placet DD. huius S. sed tamen simplicem prohibitionem sine expressione pœnæ, quam 3. S. hic nullam statuit inutilem futuram putant, pœnam ipsi maioribus votis arbitrati sunt statuendam, ex dd. visit. recessibus de anno 86. & 87. Concludunt exceptis duobus, quorum vnus ordinationis pœnam circa titulos infligit, in cæteris arbitrarium: alter mallet delinquentes ordinationi deinceps arbitraria pœna in omnibus punire.

D. 4. S. 3. Pari modo seuerius prohibeantur
4 † procuratores, quandocunque in processu repetere, nisi verbis generalibus, contenta documentorum aut productorum, vel etiam alias oretenus prolixe agere, quantumuis nihil superfluum, sed iubeantur, siquid paulo prolixius est (vltra tres vel 4. lineas forte) id in scriptis proponere, ad quod aduersa pars ad proximam agat similiter neque replicet, nisi causa cognita & iussu Iudicis in specie agendum facit ord. *part.* 3. *tit.* 10. §. 4. 5. & S. seuerius autem in contrauenientes animaduertatur, & notentur per pedellum, qui quando mulctati, & qui sæpius & licentius contrauenire fuerint reperti, ii per præsidem in specie obiurgentur cum grauiori comminatione.

R. 1. S. Similiter placet, commodius tamen futurum existimarunt DD. 1. S. vt annotatio prolixiorum recessuum per prothonotarium vel notarium (qui inter scribendum facilius de prolixitate iudicare, ac sine magno negotio eam notare possunt) minime vero per pedellum fiat.

R. 2. S. Placet, sed verbotenus per generalia & breuissimis replicandum: pedellis autem non iniungenda annotatio, cum extra ipsorum officium & periculosum sit, sed ex prothocollo id facile apparebit, pertinerque ea res ad notarios. Mulctam statuendam † arbitrio Iudicis 5
existimamus. R. 4. S. Omnes DD. inhærendum allegatis Visi. Recessibus de ann. 86. & 87. concludunt: modum verbalem recessibus præscriptum non probant, sed vt in tribus vel quatuor lineis etiam circa hæc peccari posse, ita & personarum & punctorum diuersitatem & multitudinem non semper permittere arbitrantur, vt verbales semper isto linearum numero coarctentur, metuendumque esse, ne si in scriptis quid agatur, & ordo nouarum circa replicas sequenti die proponendas impediatur nimirum & distineatur ipsique procuratores, auff Schrifftliche Handtlung terminum vt plurimum petendo, ne casum denegationis submissiones multiplicent. Itaque antiquo stylo & circa hæc insistendum concludunt, vt Iudicis relinquatur arbitrio, quod in vnoquoque recessu exprimi vel omitti potuerit, vel debuerit, eiusque pœnæ infligendæ potestatem liberam, vt hactenus concedunt.

D. 5. S. 3. Instrumenta appellationis † primo 6
statim termino & recessu cum aliis processibus reproducantur, sicuti coram notario appellatum est, quod facile fieri potest, cum vtique vtilla secum habeant in impetrandis processibus procuratores necesse est, & tamen hactenus impune & pro arbitrio prætermissum, & licet quandoque multati quidam, id tamen partibus & iudicio interim, nec quicquam forte defatigatis parum profuit, cum ante omnia de iurisdictione Iudex certus esse, & illam fundare impetrantes debeant, quod ordinatio quidem habet, sed sine certa pœna. Quare id ad necessitatem omnino reducatur, sub comminatione absolutionis à citatione, aut saltem arbitraria, vel etiam non prius audiantur partes aut procedatur, quam illo ante omnia præstito.

R. 1 S.

R.1.S. Videtur superfluum, cum idem iam ante legem ordinationis (quæ absolutæ necessitatis est, nec ex arbitrio procuratorum pendet) satis superque prouisum sit: & hoc casu tamen desideretur eiusce legis executio, quæ tota penes Iudicem stat, ideoque nullum dubium hic versari, vnde per maiora concluſum est, hoc quasi otiosum omittendum esse.

R.2.S. Sub arbitraria pœna primò puniendos: deinde comminandum sub pœna absolutionis.

R.4.S. Ordinatio *tit.* 13. *part.* 3. *in princip.* §. ſo
7 ſollen. expresse iubet, formalia † appellationis in primo termino per procuratorem Actorum vel modum appellationis iustificari; itaq; quod de actis eorumque requisitione Anno 85. statutum, id de instrumento appellationis deinceps per commune decretum sub expressa pœna ad necessitatem redigẽdum esse, omnes DD. cum 3.S. cõcludunt; circa pœnam autem DD. 3.S. nihil certi definiunt: 4. vero S. vnanimiter pœnam absolutionis à citatione statuendam censent, quod eandem statuentes commouerit, cum tam acta quam instrumenta appellationis in primo termino produci voluerunt, vt scilicet ex iis formalia appellationis iustificari statim à principio, atq; per hoc Iudex de sua iurisdictione certus esse possit, *d.* §. ſo ſollen/ ꝛc. ne appellatione forte deserta frustra interim partes, & iudicium inani vexetur molestia, atq; productor actorũ absolutione à citatione non mulctetur, § derwegen/ *d. tit.* 13. Eandem igitur pœnam in non producentes instrumenta appellationis
8 statuendam censent, cum par culpa † pari plectenda sit pœna; communi tamen decreto procuratores prius auisandos & admonitos, quod idem statuit §. 26. Recess. Visit. de Anno 64. qui habetur *in fi. tit.* 37. *part.* 3. *ordin.* quod scilicet non solum pro absolutione à citatione, sed etiam arbitrio Iudicis procurator circa hæc negligens puniri debeat.

D.6.S.3. Variant DD. circa non productum documentum requisitionis. Hic id attendendum ex officio altera parte vel non comparente, vel absolutionem ea propter non petente,
9 cum ius quæsitum † parti non auferendum conclusione forte vel negligentia procuratorum. Verum cum partibus ipso iure ante sententiam nihil quæsitum, & principaliter interesse hac in re vertatur, nec præsumptio forte pro delicto admittenda, placuit non attendi,
10 nec absolutionem fieri, † nisi petatur.

R.1.S. Dd. suffragantur eorum votis, qui absolutionem parte non comparente & eam petente, minimè ex officio faciẽdam esse statuunt, ideoque eo magis cum 2. S. interlocutoriarum pluribus præiudiciis hanc sententiam in praxi secutus est.

R.2.S. Placet: & maxime, quia ordinatio satis perspicua & certa circa *6. D. in 3. parte, titul.* 13. §. derwegen/ ꝛc. verbo auff sein Bitt vnnd Anhalten / secundum quem der gemein Bescheid de Anno 82. intelligendus.

R.4.S. Resolutum est in expeditione 4. D. huius 4.S. quã fit relatio.

D.7.S.3. Sed nec parti † licitum esse videtur, 11
quandocunq; velit excipere de non producto documento, cum alias in termino exceptionum omnes quas habet, proponere teneatur, *ord. part.* 3. *tit.* 27. §. 2. Ideo si procedit ad vlteriora, aut ad alia, non amplius audiatur.

R.1.S. Circa 7. D. sic distinguitur, † aut Ap- 12
pellatus tunc præsens est in iudicio, seu in termino, quo Appellans documentum requisitionis producere debet, iuxta determinationem 11. D. & tunc si de documento requisitionis nõ producto, in termino nihil obiiciat, sed ad vlteriora procedat, amplius non est audiendus; suo enim fauori per processum † ad vlteriora vide- 13
tur renunciasse. Aut non est præsens in iudicio eo tempore, quo secundum diffinitionem d. 11. D. documentum requisitionis produci debuit, eo casu, negligentia non † producentis cum ne- 14
gligentia non comparentis videtur compensanda, nec alterutrius conditio melior esse debet, sed si Appellans (transactis iam aliquot terminis Appellato comparente) nec quidem in illo termino, quo aduersarius venit in iudicium, eiusmodi documentum producat, tunc non attento, quod aliqui termini lapsi sint, Appellatum in termino, quo comparet, recte conqueri posse de non producto documento, existimatum fuit; quod si autem, eo neglecto, tum ad vlteriora procedat, vti in primo casu, hanc exceptionem merito amittit.

R.2.S. Placet.

R.4.S. Placet DD. huius S. ita tamen vt Appellatus in primo termino comparens, & terminum agendi obtinens, nihilominus in secundo termino super non producto requisitionis documento excipere possit. Hanc enim exceptionem dilatoriam esse statuunt, quæ ad secundum terminum vigore ordinationis referenda sit; ideoque nec per obtentum terminum agendi ab hac exceptione excluditur.

D.8.S.3. Documento † etiam non videtur o- 15
pus, vbi notorie cõstat acta Iudicem edere nolle, vt qui in puncto compulsorialium exceptiones opponit.

R.1.S. Sine vlla hæsitatione placet.

R.2.S. Non displicet, sed notorietatem colligendam ex relatione nuncii exequentis vel exceptionibus à Iudice propositis.

R.4.S. Circa hoc 8. D. diuersæ † sunt opinio- 16
nes; quinque enim ex DD. communi decreto inhærendum censent; etiamsi Iudex, à quo exceptiones contra compulsoriales producat, cum Appellanti prius incertum fuerit, an excep-

ptiones Iudex in 1. termino opponere voluerit necne ideoque præstari ab ipso prius debuit, quod publica ordinationis lex per commune decretum renouata, ab eo sub cõminatione expressi præiudicii requirit; quod si documentum illud in promptu habet parere communi decreto sub præiudicio comminato debere, & in primo termino exhibere. Quod si non fecit, sicque propter negligentiam suam legi satisfacere amplius non possit, potest sane & debet Appellatus, cui per istam negligentiam Appellantis ius quæsitum est ad suam petitionem absolui, alias factum tertii, Iudicis scilicet inferioris exceptiones exhibentis Appellato ius quæsitum sine facto suo auferret, quia & hæc via Appellanti securior videtur, qui alias in Iudicis inferioris à se propter appellationem forte offensi potestatem appellationis prosecutionem reiecit, qui sciens à se vel suis requisitionis documentum non petitum vel communicatum exhibendo exceptiones vel non exhibendo appellationis processum, impedire vel promouere posset. Itaque ne & ipse Appellans circa hæc circumueniatur, malunt indistincte documenti exhibitionem, siue exceptiones producantur siue non, vrgere & communi decreto inhærere: duo vero ex DD. 4. S. concludunt, quod Iudicis declaratio in exceptionibus facta sit loco documenti requisitionis, ideo quod omitti ab Appellante tuto possit. Vnus DD. arbitrio Iudicis relinquendum putat; remittere documentum vel non remittere, dum tamen causæ allegentur releuantes, cur produci illud non possit,
17 atq; super his causis Iudicis, † vt dictum, arbitrium requirit.

18 D. 9. S. 3. An requisitio Actorum † nomine & iussu principalis facta per nuncium camerę sufficiat: & circa hæc nuncio attestanti fides adhibenda sit cum extra ipsius officium sit, & quia principales fere, eorumq; procuratores, & Iudex diuersis & longius inuicem remotis locis agunt, vt terminus in citatione præfixus vix executioni & reproductioni processuum sufficiat; nedum notorio requirendo, mittendo, instrumenta desuper conficiendo, aut à Iudice documentum authenticum extorquendo, cum paucorum dierum sit: Ideo plerisq; visum fuit testimonio nuncii de requisitione à se facta acquiescendum: reliqui vero peculiari & generali iuramento nuncios astringendos de veritate circa hæc exponenda existimant, vt fides illis haberi circa hæc possit.

R. 1. S. Si nuncius non tantum super executione compulsorialium, sed etiam nominatim requisitione vna facienda rogaretur, pro sufficienti iam aliquot præiudiciis habita fuit eiusmodi requisitio, quæ etiamnum approbatur. Secus si nuncius ipsemet tantum de rogatu super executione attestetur, & simul etiam acta à Iudice requirat, nulla facta mentione, quod hoc nuncupatim à parte in mandatis habeat, quippe hoc casu pars non videtur ipsa fuisse diligens in requirendis actis, cum sint duo separata, insinuatio † compulsorialium, & requisitio 19
specialis actorum, quia rogans nuncium super facienda executione compulsorialium tantum non censetur eo ipso fuisse diligens in requirendis actis. Maioribus etiam placuit, hac in re attestationi † nuncii factæ fidem adhibendam: 20
Interim tamen nemo obstinate refragatur eos etiam speciali iuramento eo nomine astringi posse.

R. 2. S. Placet vti hoc resolutum circa S. D. 4. S.

R. 4. S. Resolutum est, in S. huius S. D. quo fit relatio.

D. 10. S. 3. Si compulsoriales non † impetratæ 21
sunt cum processibus, non sufficere placuit primo termino illas peti, nisi de requisitione actorum simul doceatur, ordinatio enim nullam facit differentiam, & eo casu de requisitione docere expresse vult, *part. 3. titu. 31. §. wo aber der Appellant.*

R. 1. S. Placet.

R. 2. S. Stricte inhærendum dispositioni, & verbis tam ordinationis *in tit. 31. §* derwegen.

R. 4. S. Documento requisitionis actorum † 22
ad impetrandas compulsoriales opus non esse expresse decisum *in §* derwegen dann ꝛc. *titu. 31. parte tertia, ordinat.* vbi disponitur, daß in primo termino compulsoriales (So fern die Aussagen) vnd darneben acta priora, oder ein gnugsamer Schein factæ requisitionis actorum sampt lich mit einander vorbracht / oder wo das alles vnderlassen / id est, si neque compulsoriales emanarint, neque acta producta, neque de requisitione edictum, So soll auffs längst in diesem ersten Termin der Appellant compulsoriales außbringen vnd zu sich nemmen ꝛc. Et ita per consequens der Richter eciam sine documento dieselbe zu erkennen schuldig seyn / & hanc ordinationis legem confirmat commune decretum 7. Iulii Ann. 85. publicatum, quo alternatiue actorum aut documenti productio aut compulsorialium petitio in primo termino iniungitur. Hisce igitur ordinationis & pleni senatus legibus omnes DD. inhærendum concludunt.

D. 11. S. 3. Cum difficile sit, & quasi fere impossibile, in primo termino de requisitione actorum post insinuationem compulsorialium facta (prout habent verba deß gemeinen Beschendts) docere ex causis supra assignatis, an non res † temperanda nonnihil, vt sufficiat pau- 23
lo post terminum primum, vel intra tantum temporis, quantum Iudici ad communicandum acta in compulsorialibus fuit præfixum, vel saltem, tot dies, quibus alias circumductio suspenditur, *ord. part. 3. titul. 12. § fin.* vel etiam intra fatalia (quę vtilia † Appellanti sunt ad re- 24
productionem processuum sine omni periculo cir-

circumductionis, aut desertionis vel absolutionis citatione) documentum citationis exhibuisse, aut saltem acta produxisse? circa quæ per DD. hactenus variatum fuit: & cum ex arbitrio Appellantis dependeat, quando intra fatalia processus etiam post terminum in citatione præfixum reproducere velit, ne diligentis & terminum illum à iure concessum anticipantis deterior sit conditio, & ne occasio detur ea ex causa, semper exspectandi vltimum fatalium diem cum citato non tutum fere sit, desertionis futuræ Appellantem admonere, & licet proclama petierit, priusquam id decernatur, & sex iuridicæ postea labantur, facile fatalium finis accelerare possit, & interim frustra etiam iudicium occupari eueniret: Ideo placuit vtile etiam circa hæc tempus fatalium reputari, sed & ob supradictam difficultatem aliis iam dictis modis non temperari, vt non tantum sex iuridicæ, sed & 14. dies (quæ edendis actis præfigi solent, & intra quas sine requisitione alia Iudices acta edere, aut saltem describenda curare tenentur) omni casu & non minus post terminum citationis, etiamsi extra fatalia sese extendant, vtiles sint ad producendum huiusmodi documentum requisitionis, nedum acta ipsa. R. 1. S. Conclusum fuit certum tempus (puta vnius mensis aut sex septimanarum vel longius definiendum esse) vltra terminum comparitionis ei rei præfigendum esse, ne rigore communis decreti hactenus obseruatus processus remittatur, & incertitudo temporis inæqualitati & contrariétati præiudiciorum in partibus omnino terminis ansam præbeat, quæ inæqualitas plerumq; in omnibus, quæ certum ac præscriptum modum non habent conspicitur. R. 2. S. Similiter insistendum verbis & dispositioni ordinationis confirmatæ per gemeinen Beſcheid/ quæ iubet in primo termino incumbentia Appellanti, ab eo adimpleri & diligentiam docere, quamuis breuiori termino à Iudice præfixo.

R. 4. S. DD. huius senatus communibus votis allegatum commune decretum nullo temperamento opus habere existimant, cum nec contextus verborum nec mens, deß gemeinen Beſcheidts quippiam, quod vel difficile vel quasi impossibile fere sit, iniungat. Nec enim requisitio Actorum post insinuatas demum compulsoriales (vt DD. 3. S. præsupponunt) fieri præscribitur, sed ord. *part. 2. titu. 31. in princip. & part. 3. tit. 31. §.* derwegen dann auch disponirt/ & vult, daß der Appellant durch seinen (non Cameræ sed prioris instantiæ) procuratorem erinnert werd vnnd schuldig seyn soll / nach interponirter Appellation alsbald/ vel vt habetur *d. titu. 31. in prin. part. 2.* vnter den 30. Tagen nach beſchehener Appellation den Richter voriger Instantz vmb die acta, wie sichs gebührt/ zuersuchen / vmb zimlicher Belohnung halb/ Sicherung zu thun/ sicq; nihil refert in cameræ citatione terminu præfixus sit longior vel breuior. Sic enim à productione documenti in primo termino faciendi Appellantem non excusat, ad quod impetrandum, à tempore interpositæ appellationis, idipsum computando sufficiens & satis longum tempus haber, & ord. *parte tertia, titul. 31. in prin.* disponit auff deß ersten Rechtstag in der Ladung beſtimpt/ soll (quod verbum præcepti, nō facultatis est) der Appellant erscheinen/ vnnd die Ladung oder acta voriger Instantz / oder documentum requisitionis actorum, sampetlich mit einander in Recht vorbringen vnnd eynlegen/ quamuis breuior terminus, vt plerumq; fit, in fatalibus introducendæ appellationis, puta, 8. 14. aut plures dies, sit præfixus. Hisce igitur ordinationis verbis omnes Dd. inhærendum censent, ne separatio quasi fiat eorum quæ simul produci iubentur, atq; ita contra tertium conclusum suprapositum per huiusmodi separationem, & multiplicentur recessus, & distineantur audientiæ. D. 12. S. 3. Hinc alia quæstio dubia exsurgit, an tempus fatalium † integrum adeo 25
Appellanti vtile esse debeat, vt nec interim ad instantiam Appellati, in contumaciam procedi possit ad proclama & absolutionem, cum terminus non circumducatur in causis appellationum, *Mynsing. cent. 2. obs. 63. Gail. lib. 1. obs. 59.* & consequenter Appellans reproducere processus non videatur obstrictus; & visum fuit, siquidem ex vsu suo citatus id putauerit, posse in contumaciam procedi, cū non tam de circumductione termini eo casu, quam de cōtumacia agatur non prosequentis secūdum quasi præscriptum ei à Iudice modum: in præfigendo sc. certo termino: in euentum autem si forte aliter DD. visum fuerit, an idem cēsetur Appellato seu Reo etiam indulgendum, vt ne in contumaciam nisi elapsis integre fatalibus contra eū procedi possit, ne deterioris, sed paris conditionis statuantur, aut saltem proclama hoc vt etiam in priori casu, decernendum: statim tamen priusquam porro procedatur exspectandum, dum integra fatalia appellationis labantur. R. 1. S. Scrupulo carere visum fuit: nam praxis † rerum omnium 26
optima magistra, longo iam vsu in terminis hic descriptis, processum in contumaciam admisit, cum nec ordinario dum disponit de processu † 27
in contumaciam in causis appellationum hunc casum sigillatim eximit, ideo nec nos in eo distinguere debemus.

R. 2. S. Iuxta præscriptum ordinationis seruandum; vti est in tit. 44. part. 3 R. 4. S. Placer, & omni dubio caret, cum expresse decisum existat in ord. *part. 3. tit. 44. in pr. & tit. 42. in pr.* ibi, so der Kläger in termino citationis nicht erscheinet/ so möge von wegē deß Antworters/ &c. Nec decreto proclamare expectandum, donec integra fatalia labantur, sed porro procedi ad appellationē lapsis nondum fatalibus posse ex eodem textu

conclu-

concludunt, vbi expresse disponitur, quod decreto proclamate, mag von deß Antworters wegen nach verscheinung der dreyen/hodie sechs Gerichts tag begert werden/sich von der Instantz ledig zuerkennen/darauff er auch durch Cammer richter vnd Beysitzer ledig erkent werden soll. Omnes igitur his ordinat. verbis inhærendum concludunt,

D. 13. S. 3. A nonnullis etiam id in contro-
28 uersiam vocatur; an intra dies † circumductioni termini præfinitos, proclama peti aut decerni possit: verum ordinatio expresse illum tantum casum includit, quo neuter comparet, *part. 3. tit. 12. § fin.* sicut & sex vel tres iuridicas lapsas, requirit post factum proclama, vt deinceps in contumaciam procedatur vlterius, *part. 3. titul. 42. in print. & tit. seq. in prin.* Cæterum, quia statim initio proclama fieri ac peti possit, & debeat non dubitatur.

R. 1. S. Si stylum attendamus, indubitabile est.

R. 2. S. Standū similiter præscriptioni & prouisioni, *ordinat. tit. 12. §. vlt. & tit. 42. cum tribus seqq.*

R. 4. S. Plana circa hæc est ord. *tit. 42. & tribus seqq. par. 3.* à qua minime recedendum esse concluditur.

D. 14. S. 3. Dubitatum est etiam à nonnullis,
29 an circumductioni † termini locus sit in causis appellationum introductis, si partes postea ad reassumendum citentur, sicut in causis mandatorum & executionis, & placuit omnibus istis modis circumduci terminum debere & posse, ita vt noua citatio peti debeat & possit.

R. 1. S. Esse iuris, ac similiter indubitabile: nam & obseruatio quotidiana in casibus hic notatis circumductionem admittit.

R. 2. S. Placet.

30 R. 4. S. Iure communi non † circumducitur citatio, ad totam causam & omnes eius actus facta. *Rota decisio. 245. Grauet. ad Vestrium libro 7.*
31 *cap. fin. numero. 35.* sed id per statuta † imperii in ord. correctum est, vt quanquam citationes, in Camera ad totam causam fieri debeant *Gail. obs. 51. libro 1:* Nihilominus circumductio termini locum habeat, *§. fin. titulo 12. part. 3.* quod postmodum per Visitatores & imperii recessus in causis appellationum ideo limitatum est, ne circumducto termino Appellans tota causa cadat, cui nouam citationem intra fatalia reproducere forte impossibile esset. Introducta autem appellatione, cum nullus supersit metus labendorum fatalium, sicque limitationis huius ratio cesset, cessabit quoque & ipsa limitatio. Itaque concludunt omnes DD. etiam quoad causas mandatorum & executionis, quæ annexam hodie vulgariter habent citationem cum 3. S. Procuius sententia etiam facit authoritas Wormbseri *libr. 1. titul. 6. obseruat. 16.* allegans præiudicia Cameræ, &c. Vnus autem ex DD. in contraria est sententia, quod quando Appellantis procurator ad totam causam legitimatus, propter obitum Procuratoris ex aduerso, contra Appellatum, vel vice versa in publica audientia vt fit, petit & impetrat citationem ad reassumendam vel potius continuandam causam ad videndum procedi, tunc etsi in ipso termino citationis eadē non reproducatur, is tamen pro circumducto haberi non debet, textus namq; *in l. & post edictum. ff. de iud. Inno. in. capitulo consuluit. 24. nu. 1. de officio delegati*: loquitur, quando Reus citatus est præsens, & q̄ citari fecit, absens est, quod tunc circumducitur edictum: ergo hoc nostro casu omissa citatio, quam impetrans semper facit, & est adhuc in iudicio præsens, licet non in primo termino, secunda aut tertia audientia sed serius producta esse, interdicere tamen non debet, idque tanto minus, quanto citatus facta citationis reproductione comparet, & nulla prorsus circumductionis termini facta mentione aliqua citatus ad agendum petitur, aut alias se intromittit. Dicunt autem o-
32 mnes (verba sunt Innocent. *in d. c. consuluit. 24. nu. 4.*) quod nunquam partibus, † præsentibus circumducatur edictum, quamuis sine speciali aliqua prorogatione per plures dies, post terminum assignatum expectant partes. Potest enim citatus comparens (quia aduersarium snū in iudicio habet, præsentē) vel agere quod debet, vel procuratoris ex aduerso non agentis accusare contumaciam. Procuratori namque (vt habet 12. D. an. 85. resolutum) tempus petitum obtentū vel præfixum labitur, licet Procurator ex aduerso moriatur, nec ipsi postea nouum terminū petere est licitum, sonder als baldt ex aduerso sich einander widerumb legitimiert / ist er priusquam labatur & pacificetur terminus in seiner Ordnung zu handle schuldig. Quod ad causas executionis attinet, mandata procuratoria ad totam causam data (cuiusmodi ord. requirit, † punctum quoque executionis 33
comprehendere debere videntur. Id n. formulę mandatorum in Comitiis An. 70. approbatæ innuunt. Videtur igitur, quod punctus executionis tanquam † accessorium dependeat à sen- 34
tentia definitiua, & meritis causæ principalis, & per consequens eius tanquam principali sui naturam sequatur, adeo quod quidē in causa appellationis tanquam principali, terminus ab initio decretæ citationis non circumducitur, sic nec in executorialium termino causæ appellationis circumductio locum habere debet, deinde multum interesse videtur † inter citatio- 35
nem simplicis querelæ, & citationem executorialibus annexam. Citatio simplicis querelæ decernitur principaliter & ad futuram nouam causam introducendam, ventilandam & decidendam, super qua nec procurator adhuc est in iudicio, adeoque in termino nemine comparente, qui causam vel ius aliquod asserrum

pro-

proponat, & iudicium desuper imploret, merito nullum est ipsius Iudicis officium & ipso iure termini fit circumductio. Dann wo † kein Kläger ist/ da ist auch kein Richter. Iudex namq; sine præsenti aliqua causa coram eodem ventilanda & sine partibus litigantibus, quarum audiat & discernat controuersiam nihilo magis desiderari potest, ac pater sine liberis aut magistratus sine subditis. 35

Citatio enim executorialibus † annexa, accessoria saltem est, non secus ac in aliis mandatis sine clausula. Executoriales namque (prout alia mandata sine clausula) duo continent, punctum scilicet mandati tãquam principale, mandatur enim Reo vt intra 6. septimanas & 3. dies sententiæ, contra se latæ pareat: & citatio tanquam accessorium quę citatio respicit naturam litis in iudicio iam præsentem & decisam, & iniungit citato, vt is in primo termino & compareat & agat, hoc est, de paritione doceat, & causas alleget & excipiat, cur in pœnam declarari non debeat. Sicque teste Vlpiano *in leg. exceptionibus. ff. de probat.* in primo termino docendo vel excipiendo Actoris quodammodo vice Reus citatus fungitur tanquam primo termino, pro circumductione habendus esse videtur. Ex quo Reus nec paret, nec comparet & in primo termino id sibi præfixo, nec paritionem docet, nec causas allegat, cur in pœnam declarari non debeat: secus autem, vt dixi in simplicis querelę citatione, in qua primus terminus citato neutiquam ad agendum, verum saltem ad nude comparendum præfigitur, & ad audiendam Actoris petitionem, ad quam in secundo demum termino Reus respondere tenetur. Itaque Reus citatus virtute executorialium in præfixo ad id sibi & primo termino, de iniuncta sibi paritione, quod vt faciat & Iudicis ne sua authoritas vilescat, & lata sententia vento seruiat, & fisci interest (qui executorialibus & mandatis insertæ pœnæ in euentum non paritionis, adiudicationem & emolumentum expectat, docere vel certe excipere potest, & debet, etiamsi executoriales nondum fuerint reproductæ, & quantumuis impetratio nisi reproductis prius iisdem ad pœnæ declarationis paritionem procedere nequit. Quo facere videtur text. *in leg. vnic. ff. si penden. appellat. mors intercuen.* vbi si fisci aut alterius, contra quem appellatum est, interfit causam Appellatos expedire, puta quia pronunciatum fuerit aliquem relegandum adscriptis bonis applicandis fisco, tunc enim omnes hasce causas appellationis reddere, eaq; prosequi necesse est. 36

D. 15. S. 3. Similiter an dictæ sex † iuridicæ circumductionibus, vel etiam vlteriori processui præfinitę pro continuis omnino computandę, an vltima saltem vtilis esse debeat, vt ordo Procuratorem, quis nũc se intromittere cupit contigerit, quod placuit & priusquam procedatur, expectandum, dum à sexta iuridica incipiendo, ordo omnes transierit in nouis. 37

R. 1. S. Inhærendum est stylo antiquo ideoq; hanc resolutionem respuendam.

R. 2. S. Continuas † esse sex illas iuridicas, dann es könnt der Procurator sexta sich wol legitimieren in der Vmbfrag auff Bescheidt zu handlen / tum nec ille stylus hactenus obseruatus facile sit mutandus, aliasq; odiosum, contumacem adiuuemus duplici fauore, longioris temporis nimirum ex ordinatione statui ad eam purgandum & eiusdem vtilis præterea, & quatenus hac in parte diffidat, ordine à iure communi stricta facienda sit interpretatio. 38

R. 4. S. Post sex iuridicas elapsas in primo termino præcedi posse *ord. tit. 42. & trib. seqq.* Item commune decretum de An. &c. 74. permittit. Itaq; non putant DD. vltimum illum diem vtilem esse, vt expectati debeat, donec à sexta iuridica ordo nouarum omnes Procuratores transierit.

Sic enim in effectum non sex tantum, sed decem, 12. vel plures forte iuridicas contumaci indulgebimus, ipsaq; lege in punienda contumacia mitiores erimus. Si enim citatus intra sex iuridicas sibi à lege indultas & præfixas mandatum comparendi dedit alicui, is potest id instanti pro vlteriori processu aduersario suo commode statim exhibere: si nulli mandatum dedit, sed etiam per id tempus contumaciter emanet, non potest comparenti etiam prosequenti beneficium, ipsi à lege indultum auferri: duo tamen DD. distinguunt inter citatum ad agendum, † & citatum ad comparendum & in illo cum 3. S. concludunt, in hoc cæteris huius Senatus DD. sentiunt. 39

D. 16. S. 3. Circa proclama † etiam decernendum variatur nonnihil: alii facile solent adhuc vlteriorem terminum ad comparendum ad proximum admittere, & in euentum solum, nisi quis se tunc legitimauerit proclama decernere, alii pure statim decernunt, cui sententiæ 3. S. accedit, siquidem enim executio rite facta est, præcise quis tenetur, in termino per Iudicem præfixo comparere, præsertim cum fere priusquam compleatur protocolla plus quam ad proximam vltro habeatur. Sin vero executio minus legitima, præsertim si tardius facta est, quam vt intra præstitutum terminum citatus adesse possit, & tunc tempus postea concessum ad proximam, priorem defectum non videtur iustificare aut complere, quin pure denegandum proclama, cum & eo casu non possint processus fere tardius reproduci. 40

R. 1. S. Maioribus votis DD. ex dictamine styli antiqui inhærẽt lenitati, vt videlicet in euentum proclama decernatur: modica enim mora non debet causari tantum rigorem, nec ex ea lex tum stricta oriri debet.

R. 2. S. Stylo inhærendum vsitato, vt si intra sex

sex iuridicas veniat formula seruetur, nisi si quis ad proximam petierit, alias contra.

R.4.S.Placet.

41 D.17.S.3.Proclamate autem decreto† & sentētia publicata licet antequam fiat. Procurator aliquis statim in der Vmbfrag auff Beschcydt sese legitimet, vel compareat, non ideo minus pedello florenum soluere teneatur, cum mulctam illam non tam ratione laboris pedelli proclama facientis, quam ratione contumaciæ & defatigationis iudicii debeatur, adeo vt qui ea sola de causa solutionem recusat, non immerito ordinationis pœna præterea mulctandus.

R.1.S. Placet, pœna tamen vt maiori terrori sit procuratoribus arbitraria vtendum censent omnes DD.

R.2.S.Placet.

R.4.S. Omnes DD. existimant Pedello iniungendum, vt statim post lecta decreta, antequam procuratores agere incipiunt, exeat & proclama, *iuxta titul. 34 part. 1.* alta voce faciat, præsente adhuc hominum frequentia, sic enim dubium hoc cessabit, & proclama citius in notitiam citati perueniet, & authoritate iudicii magis consuletur.

42 D.18.S.3. Partium arbitrio† non videtur relinquendum, quandocunque velint proclama petere, aut postea illo facto, in contumaciam processum instituere, quod hactenus indifferenter fere permissum, etiam lapsis interim aliquot annis, vnde non parua inconuenientia oriri videtur, partibus interim fato decedentibus, aut alias statu causæ immutato. Quare placuit statui, vt nisi quis intra mensem aut sex septimanas post reproductos processus proclama petierit, atque postquam proclama factum intra tantūdem temporis in cōtumaciam processum vlteriorem instituerit, postea non audiatur sine aliis nouis processibus, aut noua citatione, nisi DD. forte commodius videbitur semel certum tempus trium vel quatuor mensium præfigi, intra quos & proclama petatur, & vlterius procedatur deinceps. Quod tamen quia nonnunquam submissio ratione proclamatis tardius expediri solet, certum modum non facile videtur recipere.

R.1.S. Ad petendum proclama statuendum esse terminum vnius mensis à die reproductionis computandi: post decretum vero ad proclama teneatur pars, sexta audientia lapsa in proximo suo ordine in contumaciam procedere sub præiudicio hic præfinito.

R.2.S. Hoc quia nouum & hactenus non receptum, prius ad status vel Visitatores referendum, antequam à veteri stylo recedatur.

R.4.S. Nimis durum sex DD. Votis videtur, partes quæ ad prosequendam & finiendam instantiam iure communi triennium habent ad sex septimanarum angustias restringere: Cum ista dilatio & non prosecutio causæ, soli parti impetranti noceat, & citatio absenti & contumaci silentium impetrantis lucro esse non debeat, qui si ad emanatam citationem, vt debet, compareret & persecutionem litis desideraret, tum iure communi quam ex ordinatione sua competentia remedia habet, quibus detrectantem aduersarium cogere possit ad parendum. Hic igitur, quia contumaciter emanendo vti non vult, id imputare sibi debet, & non raro partes impediuntur circa causarum prosecutionem, vel mutationem personarum, vel prætentatam concordiam, vel alias ob causas, quas forte procuratoribus in transmissione processuum significant, & ideo causæ persecutionem aliquamdiu differri petunt. Quibus sane casibus periculosum foret statui lapsum sex septimanarum instantiam perire, quam postea non nisi per ambages & viam restitutionis in integrum, ad quam pars absens & contumax de nouo citanda esset, recuperare posset. Quid enim si actio, quæ tempore peritura esset, instituta sit, quod interim pereunte instantia lapsum sit, totius sane causæ iactura subsequeretur, atque in omnibus appellationum causis pereunte semel instantia lapsu sex septimanarum, Appellans tota causa caderet, propter lapsa interim fatalia. In quibus tamen olim circumductio termini sublata est, vt possit etiam sex & amplius septimanis post terminum lapsis, modo intra fatalia Appellans processus reproduceret, & appellationem introduceret, minime igitur in appellatione introducta eum ad istas sex septimanarum angustias adigere debemus.

Quid autem si Procurator† impetratum & 43
factum proclama parti scribat, & cum ea, vtra ex tribus viis procedendi in contumaciam illi vtilior sit, deliberet; An pars etiam in remotissimis imperii finibus constituta ad has angustias adstringi pōteſt aut debet? Itaque cum hodie ex recepto stylo triennii spatium egredi liceat, nec vlla sit diuersitatis ratio, cur reproducta quandocunq; citatione statim causæ prosecutio magis; quam alias in processu vrgeri debeat, putant vt hactenus cuiq; parti suæ prosequendæ liberum arbitrium concedendum. Aliqui variant circa hoc: Et primus quidem pœnam contra procuratores intra sex septimanas proclama non petentes statuendam, sed hanc sublatæ instantiæ nimis durum putat. Secundus cum 3 S. concludit, sed procuratores ad interesse propter negligentiam partibus condemnat.

Tertius vero *ordinat. part tertia, titul.* 8. § wür de dem / ꝛc. *titu.* 42. *in principio. titulo* 43. *in principio. & titulo* 45. §. *final.* allegat, quo videtur

an-

annuere, si citatus in termino sibi prefixo non compareat, quod tunc statim in eodem termino proclama peti debeat, eoque decreto & facto, daß alsdann nach Verscheinung der dreyen nechsten Gerichtstäge / vnnd auff den nechsten Termin hernach in contumaciam procediert werden soll. ꝛc. Quod si verbum præceptiuum excludens liberum arbitrium eius, qui citationem impetrauit, quandocunque demum velit, quantumuis effluxo tempore in contumaciam procedenti. Vicissim vero ordinat: si non statim hæc fiat, nullum tamen præclusionis viæ, vel aliud præiudicium annexum habet, nec
44 quis in contumaciam † non comparentis vel alias inuitus agere compellendus esse videtur.

In terminis igitur ordinationis manendum esse putant, vt reproducens citationem, statim contra citatum non comparentem (modo terminus non sit circumductus) proclama petat, eoque facto & effluxis tribus iuridicis in contumaciam agat, quod decet, & si id negligat, nisi preuia illa citatione non audiatur. Quod si vero dominis hæc via minus aspera videbitur, non refragatur, vt iuxta conclusum. 3. S. proclama petendi, & postmodum in contu-
† maciam procedendi successiue tempus sex septimanarum constituatur, si non 1. aut 2. S. aliam commodiorem viam monstrauerit.

D. 19. S. 1. Variant etiam in eo opiniones, an
45 & quando in scriptis † libellare necesse sit, &
46 quando sufficiat repetitio verbalis † narratorum seu actorum, loco libelli? placuit in omnibus causis appellationum, mandatorum, cum clausula l. diffamari, & aliis vbi litis contestatione opus non est, eiusmodi repetitionem sufficere. Vbi vero in causis simplicis querelæ & aliis litis contestatione & ordinario processu opus, in scriptis libellandum, alias pro non libellante quis habetur, & præiudicium solitum incurrit.

R. 1. S. Quoad causas simplicis querelæ. Item appellationum & Mãdatorum sine clausula rem carere dubio. Primo siquidem casu in scriptis omnino libellandum esse: his autem duobus posterioribus sufficere repetitionem productorum narratorum, mandati vel actorum loco libelli. Totam autem difficultatem
47 † versari circa mandata cum clausula. Ideoque
48 ad hæc distinguendum esse † inter mandata executorialia & mandata de relaxãdis capiuis. & reliqua; vt in executorialibus mandatis; (ne rei iudicatæ executio vel processus eludatur, vel saltem magno cum dispendio veritatis multo tempore protrahatur,) sufficit nuda repetitio mandatorum: In reliquis autem ad minimum summaria petitio in scriptis porrigenda exigitur, maxime ea de causa ne via citationis relicta, partes sine discrimine ad mandata, cum clausula confugiant & ita præcipitata causa & processu tam confuse super principali negotio procedatur, tunc effectus comparitionis; qui mandata † cum clausula resol- 49
uit in mere simplicem citationem (in cuius via seruato legitimo iuris ordine procedendum est) penitus tollat.

R. 2. S. Placet, & in nibus summariis & extraordinariis causis, & simplicis querelæ hic narratis liberum est reliquendum Actori libellare vel narrata citationis loco libelli repetere oretenus, in quantum fieri potest breuissimis petitio dictanda est, inque contra facientes arbitrarie animaduertendum.

R. 4. S. In causis appellationum à mera in- 50
terlocutoria non appellandum articulatim in scriptis, sed solum instrumentum appellationis loco libelli repetendum esse: *Ord. part. 3. tit. 31. §.* Vnd so ferrn dißponiert / ꝛc. sed in appellationibus † à definitiua vel eius vim habentibus 51
non præcise in scriptis libellandũ, sed petitionem actorum loco libelli sufficientem esse affirmauit 4. S. ex §. Aber im Fall / ꝛc. recessus imperii de Anno 70. in secundo suo resoluto D. cui ordinationi & concluso suo omnes DD adhuc inhærent. Ita tamen interpretationem illam, si paucis comprehendi verbis non possit, in scriptis faciendá esse ex d. §. Vnd so ferrn / ꝛc. exstimant. In Mandatis cum clausula, res expedita est per conclusum pleni senatus, de Anno 76. cui concluso DD. in hærendum esse arbitrantur, vt eidem inhærendum esse Anno 85. conclusum est in primo tunc temporis resoluto D. Circa causam l. diffamari DD. variant: Quinque ex DD. eam simplicis querelæ esse, & ita in scriptis libellum exigere putant, ex Blarero. *In repetita d. l. diffamari, capitulo 5. numero 7. & aliquot sequent.* qui hoc etiam hodierno foro & Iudiciorum consuetudine, ideoque stylo Iudicii Cameræ Imperialis comprobari *numero 8. & 13. affirmat:* duo vero DD. repetitionem narratorum citationis admittunt, quia præparatorium tantum sit Iudicium & processus summarius. Vnus DD. dispositioni iuris communis circa hæc omnia inhærendum censet, ne ex vna lite fiant duæ: omnes tamen concludunt, vbi libello † in scriptis opus est, 52
non præcise libellantem arctandum vt in libello factum, quod plenissime forte in citatione narrauit, denuo ad amussim deducat, sed liberum ei relinquunt de nouo factum narrare vel repetere narrata citationis, & postmodum congruam conclusionem scilicet petitionem, subiicere, vt & liberum ei est, vel summarie vel articulatim factum deducere: omnibus enim casibus istis satis in scriptis libellatum esse intelligo.

D. 20. S. 3. An repetitione † tali facta, vel et- 53
iam summario libello producto, postea Actori antequam litis contestatio fiat, mutare libellum & articulare liceat? Duo DD. id posse ne-

gant scilicet à via semel electa ex præscripto constitutionis recedere; reliqui diuersum sentiunt. Cum ius commune, quo nulla maior etiam mutatio, quam circa formam eiusmodi per missa est, non videatur correctum circa hæc.

54 Qui tamen in † scriptis summarie libellauit, eum ad articulandum nõ admittendum, quasi non liceat in eodem genere agendi in scriptis electo variare, quod tamen nonnullis diuersitatis ratione satis solita non putatur subniti.

55 R. 1. S. In mandatis † executorialibus non opus est petitione summaria iuxta proxime præcedentis D. resolutionem: quoad cætera tamen mandata omnia cum clausula, in quibus summaria petitio requiritur, si eam in primo termino comparens exhibuerit, tunc ad articulandum vlterius non admittitur. *arg.* §. Wiewol auch/ &c. Recessus imperii de anno 70. esse tamen in eiusdem impetrantis opinione, an velit in primo termino libellare vel petitionem summariam exhibere.

R. 2. S. Priorem partem esse expresse decisam iuxta imperii Abschied de Anno 70. in §. wiewol auch.

R. 4. S. Exhibito summario libello non permitti, vt articulus latus postea exhibeatur. Statutum enim in recessu imperii Spirensi Anno 70. nec repetitione actorum loco libelli facta, & intra terminum ad libellandum statutum, vel concessum articulatum libellum produci posse in 7. suo dubio DD. huius S. concluserunt, cui recessui, & conclusioni suæ adhuc inhærent.

56 D. 21. S. 3. An termino aliquot † mensium impetrato necesse sit deinceps agere in scriptis, præsertim libellare, & quidem articulatim, & repetitio aliqua loco libelli non amplius admittenda, quin citatus absoluendus? Hoc durum omnibus visum fuit, cum spacium illud non minus censeat indultum, vt quis deliberet, quomodo agendum existimet, quam ad conscribendum libellum, & fere Appellans non potest quicquam istorum statuere, nisi actis visis, quibus legendis saltem aliquid spacii fuerat concedendum. Maior autem dubitatio

57 fuit quid fieri debeat, si quis ante † lapsum terminum petiit prorogationem, sine sufficienti documento causæ, & in euentum loco libelli repetierit acta: postea vero termino lapso libellum produxerit? Et præiudicium id solum visum fuit versari, ne libellare in scriptis vlterius possit.

58 R. 1. S. Terminum ad libellandum † obtentum præcise obseruandum, sub præiudicio ab-

59 solutionis: etenim petens terminum † ad libellandum, eum de libellatione deliberasse, ideoque se absolute ad libellandum adstringere voluisse censetur, iuxta mentem maiorum votorum. Quoad posteriorem partem huius confessionis, transeunt omnes cum sententia 3. S. Hoc addito, vt libellus hoc casu cum pœna ordinationis reiiciatur.

R. 2. S. Placet.

R. 4. S. Placet, & repetitur allegata 7. D. resolutio.

D. 22. S. 3. Quoties à mera interlocutoria † 60
appellatũ est, cum ex præscripto *ordi. part. 3. tit.* 31. §. Vnd so ferrn/ &c. non liceat articulatim libellare, sed tantum instrumentum appellationis (propter inserta scilicet grauamina, ex quibus solum iustificanda appellatio) loco libelli in primo termino repetendum, vt ambagibus fere subrepentibus occuratur, videtur interdicendum procuratoribus, ne terminum in eiusmodi causis ad libellandũ petant, vel petitum admittant: Sed statim in primo termino sub comminatione absolutionis dicto modo agant, vt parti aduersæ liceat illico procedere ad litis contestationem, vel declinatorias proponere, quam ad rem breuius tempus concedendum, vt actis postea productis ad conclusionem maturius peruenire possit: Lite autem pure contestata, & actis productis sine vlteriori termino illico per generalia concludatur. Quo autem Iudici statim innotescat, quod res est, non abs re videtur, si procuratoribus † 61
iniungatur, vt in titulaturis exprimant, causam esse appellationis ab interlocutoria, sicut alias solent dicere extraiudicialis appellationis, &c. Vel etiam id processibus initio decretis & expeditis assignari poterit. Si qui vero conclusione vel negligentia longius hinc inde progressi, & terminos quasi in ordinariis inuicem admisisse deprehensi fuerint, ii arbitraria iudicum pœna coerceantur. Cum non tantum suos principales distinuerint, & inanibus sumptibus grauarint, sed iudicio & reliquis ibidem litigantibus non parum impedimento fuerint.

R. 1. S. Placet, vt autem transgressio tanto facilius ac citius deprehendi possit, iniungendum procuratoribus, vt in posterum ab initio statim, dum processus reproducunt, sub pœna arbitraria, diserte sic inscribant, appellationis ab interlocutoria nonnulli, & supplicationi pro processibus eandem titulaturam superpingendam esse censuerunt: omnium autem votis iudicatum fuit non esse consultum, vt vel Referens eiusmodi titulum decretis processibus præfigi curet, vel id muneris cancellariæ demandetur, propter diuersitatem opinionum & præiudiciorum, quæ circa diiudicationem, quæ sententiæ sunt interlocutoriæ simplices, appellabiles tamen, vel non, exoriri, vel collegio & cancellariæ non modicam reprehensionem, ac sugillationem adferre posset, quod periculum ipsis procuratoribus relinquendum. Quod si minus dextre de appellatione iudicaret, & ex errore interlocutoriã eam habentes sententiam q̃ vim definitiuæ obtineat vel more

defini-

definitiuę prędata eam non sequantur: Et iudex postmodum eorũ lapsus corrigere ac in concipiẽdis primis sentẽtiis causam appellationis ab interlocutoria discernere & intitulare poterit.

R.2.S.Placet.

R.4.S.Placet: non tamen putant DD. vno excepto qui cum 3. S. concludit: Procuratoribus iniungi posse, † vt semper intitulaturam 62
distinguant, ab interlocutoria mera, an à definitiua vel vim definitiuæ habente appellatum sit, tum quod procuratores non semper in meritis causæ statim à principio satis instructi sint, tum etiam quod non tutum esset semper iis circa hæc fidem habere.

D.23.S.3. in grauaminibus † appellationum 63
in specie videtur esse exprimendum, quid noui in hac instantia deducendum, sicut & vicissim ex aduerso, quid istorum & quare non admittendum, præsertim termino prolixiori obtento ad grauamina agendum ne Iudices onerentur mit vberflüssiger Besichtigung der Acten (quod alio simili casu ordin. *ti.* 32. §. *fin. part.* 1. prohibet) & licet incertum parti sit, quo Iudex respexerit, & qua parte vlterior probatio ad instantiam requiratur, tamen scire debet, quid Iudicem putet debuisse attendere præcipue, & in quibus suam & potissimum causam fundauerit: Item ex quibus specialiter & potissimum deductis & probatis aliter pronũciandum fuisse existimet, vel adhuc esse, sicut & scire debet, quæ plenius deducere & quibus modis, testibus & instrumentis, probare velit & possit, ea omnia in specie designet, nec in incerto vagetur & propria solum articulatim proponat, quasi de integro & ab initio actionem instituere velit, sed grauamina in specie designet, & quæ & cur eadem vel noua admittenda sint, demonstret, alias enim fere difficile est ex grauaminibus & fere iisdem articulis, qui in priori instantia fuere propositi rem discernere. Atque huc pertinere videtur, quod ordinatio licet eadem in secunda instantia porro probari admittat, priora tamen acta articulare prohibet: Vt scilicet nihil amplius in specie, quam iam ante fuit proponatur, & generalia, petantur potissimũ vero faciũt, quæ ordi. *part. 1. ti. 41.* §. disponit von den armen Partheyen. Nulla enim circa hæc diuersitatis ratio, nisi vt ibi, antequam processus decernantur, summaria istorum indagatio fiat; hic vero postea plena auditis hinc inde partibus cognitio interpretatur, eaque non difficulter fieri posse videntur, cum prolixum terminum actis publicatis habeant.

R. 1.S.Placet.

R.2.S. Vtile quidem per se apparet, sed factu difficiliusque obseruatu ab omnis generis aduocatis. Malunt enim DD. hoc referendum ad visitatores vel Reichs Versamlung.

R. 4. S. Octo D D. antiquo stylo id relinquendum esse arbitrantur ex resolutione 16. D. Anno 85. propositi, & Anno sequenti per visitatores approbati, nec enim Iudex per huiusmodi allegata procuratorum subleuabitur quod iis tuto credi non posset, sed equidem acta cum eiusmodi allegatis conferenda essent. Imo grauaretur Iudex magis, quando præter hæc etiam procuratorum altercationes circa hæc legere & excutere cogeretur: Duo tamen DD. cum 3.S. concludunt.

D.24.S.3. An reo contumace † Actor non 64
minus in primo termino libellũ producere sub præiudicio absolutionis debeat, dubitatũ fuit. Aliis existimantibus, cum non ipso iure præiudicium hoc acquiratur, sed omnino sententia Iudicis opus sit, qui officium suum non nisi imploratus impertitur, neq; contumacibus † regu- 65
lariter præiudicia acquirantur, sed tantum aduersarius præsens ad agendum vlterius admittatur, atq; priusquam actio seu processus in aliquem dirigatur illumce obiectum adesse, vel reuera, vel quasi in contumaciam necesse sit, & penes Actorem sit eligere ex trib. viis vnã, qua libello nullatenus opus sit; Ideo ab officio ad absolutionem non descendendum. Alii contrarium maioribus putant, cum lex generalis non sit, distinguendum, & absentis vices etiam hic supplendas, ne quid etiam per actorem stet, aut illi imputari possit, qui alterius rei culpam incusat, atque hæc etiam non minus fauore iudicii, quam partium introducta videantur.

R.1.S.Placet prior non posterior opinio, ex ratione quod Iudex tantum nouitatem instantiæ, non absentis (qui odio magis quam fauore dignus est) factum, consistens in petenda absolutione supplere possit, quæ suppletio nouitatis pro substantiali nostri iudicii exigitur: Iudex enim vt Iudex, id est vt ius secundũ veritatẽ dicens. nemini † quicquam, nisi quod iustum 66
est, tribuere potest, quod tribuere nequit, nisi de veritate negotii plane constet. Hinc est, quod iudex in indaganda veritate & iustitia, meritorum causas partis absentis (non principaliter fauore huius sed veritatis & iustitiæ) supplere potest & debet, vt præsenti quod iustum est, tribuat, nec veritatem lædat, secus quo ad ea quæ directo factum & fauorem contumacis respiciunt: cui Iudex ideo non imploratus beneficium absolutionis tribuere non debet.

R.4.S.Placet posterior sententia vti iuri conformior.

R.4.S.Placet opinio maioribus approbata, eamq; 1. & 5. Anno 85. resolutis dubiis consentaneam esse DD. huius S. existimant.

D.25.S.3. Si quando tutores vel curatores † 67
citati non compareant, quis in contumaciam processus instituendus, dubitatur, cum Iudici non minus quam si præsentes se pro tutoribus gererent, de qualitate iudicium fundante constare debeat, ne nullitas aut saltem infinita in

conuenientia postea inde resultent. Aliis vicissim putantibus sufficere, quando pro talibus citati non comp-reant, vt in ipsos quasi principales,& tales ,processus omnes sine discrimine dirigi possint, placuit tamen hoc casu contra eos in principali causa procedi non posse,sed aliam ex reliquis duabus viis vel ad immissionem vel ad Bannum suscipiendum, eligendam.

R.1.S.Placet opinio,quæ habetur in versiculo,aliis vicissim putãtibus, hoc nominatim attendi tali annexo audito, quod dicta de immissione intelligenda sint de bonis citati, non pupilli aut minoris.

R.2.S.Opinio posterior, similiter magis arridet, & verior videtur ex notatis ad *l.si quis ex aliena.ff.de iudic.cum concordantib.ibi relatis.*

R.4. S.Processum contra citatos tanquam tutores etiam in contumaciam institui posse, adeoque actoti liberum esse, vtrum ex *3.* viis in ord. *part. 3. titu.* 43. expressis eligere velit, omnes DD.concludunt. Quia licet veri tutores non essent,tamen quia citati sunt, comparere, vel hoc tantum quod tutores non sint, allegare,non enim Iudicis citantis autoritatem spernere debent, sitamen in causa principali Actor procedere,& litem pro cõtestata in contumaciam acceptari velit, existimant præambulam præmittendam sententiam. Wo fern Klåger die angegebene tutel der Citirtẽ glaubwürdig beſchein̄t würd/daß alsdann auff gethane Submission ergehen ſoll/ was recht iſt. Qua tamen sententia in ceteris duabus viis,quæ pupilli causam non lædunt, sed tantum contumaciam citatorum puniunt,opus non esse existimant.

68 D.26.S.3. Cautione oblata nec admissa † plurimæ fere causæ differunt, quod igitur de aliis terminis petitis statutum est,idem etiam circa hæc obseruandum, vt à tempore oblatæ, cautionis quandocunque ea fiat, postea statim terminus currat, atque si plane fuerit elapsus, priusquam caueant, vel si legitiment, pœna saltem ordinationis coerceantur, & eatenus oblata pro præstita cautione habeatur. Quanquam de tempore non conueniat inter procuratores,nihilominus ad cautionem semper admittendi in tantum, vt cognitio inde de tempore solum penes iudicem sit.

R.1.S.Placet per totum, excepto eo quod de pœna ordinationis dicitur, nam DD. huius S. cum illa apud procuratores pene contemptui sit,merito arbitraria vtendum esse censuerunt.

R.2.S.Hoc statui ac permitti potest.

R.4.S.Placet cautionis tempus currere à die oblationis, etiamsi procuratores inuicem de tempore non conueniant, purificato autem cautionis petito vel effluxo termino sine legitimatione, non ordinationis sed arbitraria pœna procuratorem mulctandum censent.

69 D.27.S.3. Ad cautiones † etiam non indifferenter admittendi videntur procuratores, id enim causas fere non parum remoratur,cum ir recuperabili nonnunquam partium damno, & refusione expensarum,moræ aut dilatæ litis resarciri non potest: dum forte de captiuo,vel alio eiusmodi casu agitur. Imo si expectanda vera legitimatio est,& ea tandem sequitur impune,interim tantum partes grauatæ mora inueniuntur, nam si contra absentes pronunciandũ est, vera legitimatio fere expectanda,ne alias condemnati subterfugiendo, postea & mandatum non mittendo, faciant,vt omnia prius acta in nihilum recidant, nec sit, in quem executio condemnationum dirigatur.Quibus vt obuietur, visum fuit in eiusmodi casibus, vbi periculum eiusmodi subest, & præsertim si iam ante submissum est, neq; aliud restat nisi vt priora re petantur, iis namque casibus procuratoribus interdicendum, ne caueant, aut cautiones admittant, sed nisi mandatum statim exhibeatur, in contumaciam ad expeditionem puncti præiudicialis,& alias nec quicquam differendi puncti procedatur. Quo expedito puncto contumaciæ & quidem plene, tunc demum in reliquis cautio admittatur. Ita fiet vt non minus rei illi legitimationem promoueant,ne processum in contumaciam sustinere cogantur.Quod si vero nulla cautione præuia vltro procurator cautionem offerat, breuius tempus indulgendum est ei, intra quod nisi se legitimauerit, etiam nihilominus citatio ad reassumendum post ea petenda grauiori pœna quam solita illa 2. fl. vna cum refusione expensarum citationis coerceatur.

R.1.S.Huius D. resolutio plerisque D D.visa fuit magis perplexa & obscurior, quam vt mentem eius integre percipere, & animi sui sensum desuper aperire potuerint: Ideo hoc dubium indecisum reliquerunt. Quicquid autem hac in re maiora vota aliorum S. ferent, ei & ipsi libenter accedent.

R.2.S.Hoc displicet maxime in causis celeris expeditionis, & in quibus periculum moræ subest.

R.4.S. Quando in grauiori puncto vbi periculum in mora est, aut simili, submissum est, vel vlterius scriptum cauere volenti procuratori non debetur, non esse cautionem admittendam *ſ. DD.* cum 3.S. consentiunt, nisi pro cauente sententia ferenda sit: tunc enim tam exactam legitimationem non requiri, sed cautionem sufficere putant, cum ratam absens facile habiturus sit sententiam,quę pro ipso ferenda est.Reliqui 4.DD. aut cautionem admittunt indifferenter. Impetrans enim etiam citra prohibitionem specialem, nisi pars aduersa vel Iudex ipsum admittat, cautionem præstare non potest,nec verisimile est,quod in præiudicium captiui sui principalis, priusquam tempus cautionis labatur, Impetrans mandatum procuratorium non sit productu-

rus,&

rus & si id ipsum non producatur, sibi captiuus imputet moram suam aut procuratoris, contra quem, siquidem hoc neglexerit, vel à Reo oblatam cautionem temere admiserit, regressum habet; Reus enim citatus non videtur reprehensione dignus, si vel ipse caueat, vel oblatam cautionem admittat, cum id in fauorem suum vel vtilitatem vergere possit. Aut enim intra tempus cautionis mãdatum procuratorium ex aduerso producitur, & tunc prius gesta firma & rata permanent, aut hoc tempus cautionis labitur & purificatur, & tunc præuio proclamate declarationem petere & obti-
70 nere poterit. Videtur quoque Aduocati † potius quam Iudicis munus esse, præscribere litigantibus quid aut quemadmodum alter alteri in fauorem vel detrimentum alterius cautionem admittere debeat, vel non. Nouum præterea & insolitum foret, si ab initio in vno puncto repudiata oblata cautione, necessario procedendum esset in contumaciam, eoq; puncto expedito tandem in reliquis, cautio prius reiecta, vt præstetur, & virtute eiusdem etiam procedatur, iterum esset necessario admittenda. Omnes tamen DD. vltro cautionem offerentem, & sic citationem ad reassumendũ differentem, nisi intra tempus cautionis se legitimet, grauiori arbitraria pœna puniendum censent, nisi de iussu paritionis sibi facto per absentis manum vel aliunde docere possit. Quo casu antiquo stylo inhærendum esse existimant: ex-
71 pensas tamen † cautionis, vt & alias expensas Cãcellariæ: non procuratores sed principales, vt soluant, condemnari ex communi stylo solent, cui etiam in hac parte omnes Domini insistunt.

71 D. 28. S. 3. Consequenter si post factam † submissionem nouus Procurator comparet, & mandatum exhibet, sine verbali repetitione prioris submissionis, vel vlteriori termino circa hæc statim pronuncietur, superuacua enim repetitio est, cum ratificatio prius actorum vltro mandato sit inserta. Nam nec heredes inuita parte altera causam omittere possunt, neque ferendi, qui aliud quiduis agendum vel deliberandum proponunt, quod non nisi quæ integra adhuc sunt, concernere potest.

D. 29. S. 3. Hinc id quoque dubitatum; an
73 morte principalis post litem † contestatam, vel etiam conclusionem in causa, mandatum procuratorium extinctum sit, ita vt pronunciari vel procedi non possit? quod hactenus
74 indifferenter obseruatum. Verum res illa † per distinctionem temperanda videtur, vt quoad ea, quæ iam plene perfecta sunt, scilicet submissiones & conclusiones pure & per generalia nuda factas, mandatum extinctum non censeatur, sed in personam procuratoris quasi dominis litis sententia ferenda, secus vero quo ad ea, quæ deinceps iussu & consilio principalium agenda sunt.

R. 1. S. Placet, idque intelligendum de quibuscunque sententiis tam de interlocutoriis simplicibus, quam vim definitiuæ habentibus, ac definitiuis siue pro, siue contra mortuum tendis.

R. 2. S. Referendum ad Visitatores ac eo vsq; nihil de veteri stylo à Gailio tradito *lib. 1. obseru. 109.* immutandum. R. 4. S. Quando alter litigantium † moritur post conclusionem in 75 causa etiamsi de eo iudicialiter constet, tamen etiam absque præuia citatione ad reassumendam causam vel audiendam sententiam in personam procuratoris concipi & publicari potest sententia definitiua iuxta visit. recess. Anno 78. §. vñ demnach sichs offt zutregt / &c. quod
76 si vero ante conclusionem † in causa, altera partium in fata concedat, tunc implorato Iudicis officio citatio ad reassumendam causam contra heredes decernitur, etiamsi defuncti procurator per litis contestationem dominus litis factus sit, & ita hactenus recte obseruatum Gailius *lib. 1. obs. 109. nume. 6.* affirmat, quia enim plerique principalium defunctorum heredes procul dispersi: & hinc inde in imperio degũt à Camera, quando interdum etiam procuratores nec nomina, nec personas, nec domicilia eorum norunt, sine quorum tamen instructionibus, nec agere quicquam nec interlocutoriis, quæ agendi vel parendi terminum præiudicialem continent, satis facere possint, nescit sane quomodo in præiudicium heredum (qui forte homines militares in Gallia, Belgia vel alibi absentes testatoris, vel agnati sui mortem nesciunt, adeoq; nec hereditatem adhuc adierunt) in procuratoris personam commode & cum fructu fieri posset sententia interlocutoria.

D. 30. S. 3. An mortuo vtroque procuratore † post conclusionem, definitiue pronunciari 77 possit, controuersia non caret? Pleriq; negant, cum Abscheidt in † singulari numero & ita de 78 vno saltem loquatur; duo tamen DD. diuersum sentiant quia par ratio est, & sententia in personam principalis fertur. Cæterum siue hoc obtinuerit, siue alias contra eum, qui Procuratorem non habet pronunciandum foret, modus ineundus fuerat, vt absens condemnatus resciscat, id mature, vt quam primum de reuisione, si ea vti velit, ipsi certum sit. Quod quidem altero procuratore præsente facile fieri poterat, si is iuberetur, vt executoriales, vel vbi iis opus non erat, (Reo absoluto) denunciatoriales impetraret & acciperet, victoque insinuari quam primum faceret: vbi vero neuter adest, difficilius erat atque publice interesset, vt ne reuisio in incerto diu pendeat.

R. 1. S. Laudat 1. S. eam sententiam, quam duo DD. soli 3. S. diffinitiuarum tenuerunt.
79 Nam licet Abschied singulari † numero vtatur tum id potius exemplificatiue quam limitatiue feciſſe censendum est. Præterea secundum hanc opinionem multa hactenus extiterunt præiudicia.

R. 2. S. Placet merito, procuratore apud acta existente stylum receptum obseruandum esse & præambulam legitimationis ferendam, ne alias quasi in aërem ferantur sententiæ, & omnis in suspenso maneat executio, duabus personis Reo & Actore in iudicio requisitis simul defectis.

R. 4. S. Vtroq; procuratore defuncto definitiue pronunciari nō posse, sed præambulam, wo fern sich jemand zur Sachē/wie sich gebürt/ legitimiren würde/ꝛc. præmittendā esse, 4. S. censet, cum Visitation Abschied in d. §. vnnd demnach sich offt zuträgt. de vno tantum procuratore vel litigatore non de vtroq; loquatur. Procuratoribus tamen executoriales vel denunciatoriales extrahendi vel non extrahendi liberam facultatem concedit, nec adeo reuisio tenet, vt eam tantis angustiis includere velit.

D. 31. S. 3. Si procurator, priusquam termi-
80 nus à se obtentus, † plane lapsus erat, vel etiam postquam lapsus erat, & priusquam sibi agere licebat, obierit, (quod diebus præsertim feriis euenire facile est) an non nouo procuratori terminus de integro concedendus; an vero ad proximam tantum, cum facile sit producenda recuperare ab heredibus, aut Aduocato, & interim fere plus satis spacii præterlabi solet; benignius tamen visum est, aliquid denuo angustius tamen, quam initio fuit concedendum.

D. 32. S. 3. De terminis certis statuendis. Quænam de hisce constituendis dicenda sunt, ea pleniori remedio indigere videntur, cum
81 circa illos † plurimum varietur, aliis sine discrimine longius, aliis angustius fere tempus concedentibus. Accedit quod circa hæc maior fere audientiarum pars consumitur, & plurimæ inde submissiones suboriuntur, quæ præuidere & rem ad certitudinem quandam redigere apprime necessarium. Idque quantumuis infinita quodammodo circumstantiarum varietas sit, non incommode tamen aliquo modo fieri posse videtur, præsertim quoad primos terminos, & eorum simul annexas prorogationes. Atque inprimis hic minime videtur opus, initio statim omnes omnino & singulas circumstantias exacte discutere, sed sufficere magis principales, & quæ prima statim fronte cōmuniter obuiæ sunt, attēdi, vt sunt qualitas seu natura causarū, & loci distantia. Ex quib. vtrisq; sufficiēter ratio iniri potest, & æstimari in principio, quantū quæq; causa & per se & respectu domicilii partiū exigat aut admittat temporis intra q̄ mature pars quæuis, quid facto opus sit rescire, & vt necessaria cōcipiantur, transcribātur & transmittantur, curare possit, & simul ēt cognoscere, quantum præterea forte tēporis p̄ prorogatione certa vsus postulat, ad complendū si quid deest; id quod deinceps in specie exponendū, & Iudicis cognitioni committendū, qui, put res videbitur, ex causis adductis, pleni⁹ & certius cognoscat & definiat, quantū prorogationis expeditioni negotii pro qualitate circumstantiarum vlterius indulgendum. Quod fere ab initio non ita accurate æstimare poterat siue ex diffusione actorum vel agendorum, siue aliis de causis, quorum nihil fere primo exaspectu facile diiudicandum. Itaque ad exactiorem discussionem † hæc reseruantur, & initio ad ea 82
de quibus supra, solum respiciatur, vt si quid circa rem ipsam forte deerit, spatii saltem tamen quisquam habeat tantum, quod præscire & percipere possit quantum præterea tempus indigeat, idq; Iudici mature exponere, & modo in petendis prorogationib. præscripto petere possit, quātum reuera opus putauerit. In hoc autem ante omnia exemplo ordinationis inter causas † differentia statuenda est, quæ vi- 83
delicet processum ordinarium, aut alias amplius deliberandi spatium requirant aut patiantur quæ celeriorem & de plano magis expeditorē omnino exposcant, sicut etiam ordinatio † inter 84
causas distinguit, q̄ ordinarie habendæ, item q̄ in nouis ex primo semper loco proponendæ, aut quæ in præfixis postea peragendæ. Duo igitur principaliter ordines † terminorum con- 85
stituendi, quorum primus summariorum aut quæ summarie agenda: alter ordinariorū appellari poterit. Quib. singulis ne disceptationes p̄pterea noua exoriantur, quid agendum: aut q̄ causę eo pertineant, designandum. Generaliter a ordinariorum nomine † veniunt (quoad ter- 86
minorum videlicet impetrationem) causæ illę, & omnia, quæ olim vigore ordinationis in p̄fixis & ordine sequenti (*tit. 8 & 9. part. 3.*) fuerūt agenda: Summariorum vero loco † habentur, quæ & olim & nunc in nouis fuerunt & sunt peragēda paucis excepris. Quoad primum igitur ordinem, quanquam, ne ab ordinatione longius recedatur, rursus discrimen videbatur statuendum † inter ordinarias & extraordina- 88
rias, quarum illis duodecima, his sexta fere ad agendum audientia fuerat destinata, & sic priori casu terminus ordinis erat vnus mensis; posteriori vero 14. dies: tres enim solum audientiæ vna septimana habebantur. Verum tamen quia res illa multis ambagibus & disceptationibus ansam præbere poterat, atque pro curatorum arbitrio hactenus fuerit relictum, vtri istorum generi quamcunque causam assignare velint, adhuc anticipate terminum cuius licet, & duæ audientiæ extraordinariis attributæ, causas illas præ aliis ordinariis

(qui-

(quibus vna solum destinata ceu tertia est) non parum promouent, ideo putaremus eam differentiam circa æstimationem termini (saluis aliis nihilominus vmbfragen in nouis, ordinariis & extraordinariis) non attendendam, sed circa discrimen in quauis causa istorum ad rem istam ad agendum quod decet, 3. aut 4. menses concedendos, intra quod tempus quis, qui est homo diligentior, etiamsi alibi etiam occupatus, quoduis diffusum etiam negotium citra præcipitantiam mature & non difficulter expedire videtur, nisi quis forte de in-
89 dustria litem protelare voluerit, quorum † malitiis indulgendum minime. Hoc igitur spatio pro primo termino & eius prorogatione contenti sint in his causis, quæ in loco iudicij aut non vltra 3. aut 4. miliaria (vt ita facile eodem die contingi possint) degunt. In reliquis vero remotius agentibus peculiares circuli ad centesimum quasi singuli lapidem constituendi, ad similitudinem iuris communis, *l. scire oportet. 15. ff. de excus. tutor.* qui ad 15. aut 18. miliaria circiter germanica videntur æstimandi. Atque in singulis circulis vnus præterea mensis, transmittendo & recipiendo negotio & describendis iis, quibus opus erit imputetur, vt qui intra centesimum quasi lapidem abest 3. M. qui porro intra 200. 6. M. & sic deinceps habeat, vsque ad 10. mensem, quem nemo
90 videtur † transire debere in hoc primo termino. In altero vero causarum, quia celeriorem expeditionem exigunt, & paucis verbis res peragi potest & debet, negotio, quod cuique agendum incumbit, sex, non amplius septimanæ cuique pro primo cum omni termino concedantur, quibus similiter quis facile, quod vsus exigit, perficere posse videtur. Quod ad distantiam vero partium ita ratio ineatur, vt quia res moram minus ferre potest, & breuibus, quisque se exoluere tenetur, iuri commu-
91 ni inhæreatur & singulis miliaribus † passuum singuli dies attribuantur; ita tamen, vt per 14. dies, aut dimidium mensem secundum modū iam designatum processus fiat, præsertim in propinquioribus: Remotiores enim quod pluribus casibus expositi nuncij, eo vlteriori termino indigere videntur. Qui igitur in loco vel non longius 4. miliaribus absunt 6. septimanas, qui intra centesimum quasi lapidem, 2. menses, intra 200. 10. Wochen/ intra 300. 3. M. intra 400. 4. M. & sic deinceps ne tamen sex menses transcendantur. Quanquā etiam inter
92 has differentia † videbatur statuenda, an videlicet de periculo personæ & corporis an de iuncta causa, an vero alia de re agendū: tamen ne occasio præbeatur ambagibus & rixis, in his non subsistendum, nisi forte tempus laxius concedendum videtur: tunc enim distinctione opus omnino erit. Cæterum absentia principalis cuiusque vbi domicilium habet, non etiam Aduocati & inter plures eius, qui remotissime agit, inspicienda videtur. In vagabundis autem qui domicilium certum nō habent, siquidem per edictum citati fuerint, locorum specificatorum ibi remotior attendendus, alias in incerto ita res instituenda, vt nec minimum nec maximum spacium (excluso fauore in tertij præiudicium vergente) & sic non nisi 8. menses eiusmodi habent. Neq; quisquam pro primo termino amplius petat, aut admittat; sed si quid deerit ad punctum prorogationis, qui facile obtineri solet, reseruet. Si quis tamen initio breuiorem terminum alicui præfigendum omnino necessarium putauerit, vrgentissimam causam alleget, & simul euidenter demonstret, neque de paucis forte diebus, septimanis disceptationē instituat, sciturus, si causa minus releuans aut euidens inuenta fuerit, impune se id non laturum, cum reparari prorogatione id facile possit. Caueant & procuratores, ne distantiam loci aliter allegent, quam se res habet, sed initio assignari prothocollo iudiciali faciant, vt deinceps noua assignatione non sit opus. Quanquam & ex nuncij executione idem facile innotescere possit, & sine omni negotio etiam locus assignari, in quo impetrans degit, atque eo pacto re notificata, apud acta forte non fuerat opus offerre & petere terminum cum ipso iure certus sit & procuratoribus & ipsis principalibus (quibus id semel pro semper assignari sufficit) verum si tamen visum fuerit opus vel commodum offerri vel peti terminum istiusmodi (vt res magis certa reddatur) id fieri semel poterat initio causarum. In posterum autem sine aliis eiusmodi recessibus satis erat prioribus terminis inhærere, donec prorogatio pro diuersitate ingruente petenda in singulis & sic pluribus alternationib⁹, & recessibus non erat opus, quando statim & facile initio Aduocatus & pars certior reddi poterat, quid, quando & quo tēpore agendum. Qui autem vltra modum petierit terminum maiorem ex falsa causa quasi distantiæ, is rē postea in prorogatione petita & cōperta, vlterius nihil quauis de causa obtineat prorogationis. Si quis vero admiserit solum minorem aut maiorē, forte vt ipsi mora prosit mulctæ expers non sit. Quod si quando plures ex aduerso interessentes, aut alias vna pars tota, cum (quod vel non opus, & res omnis ex Iudicis arbitrio dependeat, vel ad eū res nihil attineat) copias admittere nolit, vel ēt terminū ad agendū concedere, aut si alias vel in continenti, aut ad proximā ex aduerso agendū, aut etiam concludendum, id non minus q̄ hactenus liceat. Cæterū tamē vel eā ipsā ob rē necesse videtur nō scriptis solū omnia cōprehensa Iudici, q. tacita, inscia parte altera offerre, aut soli⁹ cognitioni illi⁹ pmittere, cū is facile ignorare possit, quis hinc illinc veniendo intromittere se velit,

aut possit in causa vel tota, vel aliqua eius parte & puncto. Quare saltem legendo prius publice & iudicialiter non tantum intitulaturæ sed & ipsa, quæ aguntur seu producuntur. Ita enim facile quisquis notare poterit, & copiam postea petere eius, quod actum est, vel & statim per generalia sese opponere ad proximam. Neque enim minus eo pacto licuerit ex aduerso petere, vt productum ceu tardius vel non admissibile reijciatur, vel & terminum anticipando in specie agere, vel per generalia concludere. Hoc autem ipso respectu opus & ratione tertij quo-
93 dammodo ordo est instituendus † causarum seu punctorum, in quibus non nisi ad proximam quis vel in nouis vel præfixis agere teneatur, vbi neque amplius temporis offeratur, concedatur aut petatur, vt est punctus recognitionis aut supplicationis pro processibus concludendi per generalia. Item ad verbales recessus, seu qui eorum loco concipiuntur in scriptis, vbi alias in continenti, excipiendum vel agendum ex aduerso, quod adhuc tamen
94 liceat. Cætera ad ordinarium † terminum pertinere censenda, præter quæ & olim & nunc in præfixis agenda hæc quæ sequuntur, quia æque amplius & deliberandi & peragendi spacium requirunt scilicet ad libellandum, producendum acta, & producendum Rotulum. Ad
95 priuilegiatum † terminum pertinent (quod videtur) punctus paritionis, executionis, expensarum, alimentorum, tutorum vel ordinandorum vel confirmandorum, vbi periculum in mora ne res depereant, aut grauissimum damnum emergat, l. diffamari in puncto diffamationis, noui operis nunciationis ad iustificandam nunciationem, insinuationis donationum, dotium & priuilegiorum (si quando terminus concedatur) missio ex primo decreto, ex edicto D. Hadriani, cautio damni infecti, attentatorum, inhibitionis, pœnæ, compulsorialum & reproductionis eorundem, atque alia deniq; omnia, quæ in nouis vel coram deputatis agenda vel proponenda, & vbi pro noui termino vlteriori ad proximam concedendo agitur, mandatorum procuratoriorum & cautiones ad producenda mandata, ad iuramentum calumniæ præstandum, item malitiæ respondendorum, quartæ dilationis & prorogationis & punctus commissariorum.

R. 1. S. Cum supplicationes iudicialiter non ideo solum petantur aut proferantur, quia cõnexitatem quandam cum causa controuersa habeant, sed magis, vt pars aduersa desuper audiatur, nec alias ipsa sit inaudita, sicque Iudice non plene ab vtraque parte informato, in illius vel causæ principalis præiudicium quicquam, præsertim per processus, sine causa statuatur: pro diuersitate autem negotiorum & distantia locorum certus aliquis, isque breuis terminus (secundum definitionem huius resolutionis) non possit æqualiter congruus statui omnibus partibus ad conscribendas & transmittendas suas consultationes aut exceptiones contra supplicationes iudicialiter exhibitas assignari. Idcirco æquius & iustius visum fuit, si præfinitio huiusce termini Iudicis arbitrio (vt hactenus factum) relinquatur, qui tamen sine graui & euidenti documento probata causa vltra tres menses agendi ad supplicationes nemini facile concedat: punctus autem supplicationum hinc inde totus in nouis peragendus est. R. 2. S. Vacat.

R. 4. S. DD. huius S. hanc rem ad deputatos deliberandam remittunt, interim antiquo stylo inhærendum censent.

D. 33. S. 3. In supplicationibus † vero, quæ 96
pro processibus quibuscunque iudicialiter producuntur, ordinationi videtur inhærendum, quantumuis præiudicialis terminus hodie solus in locum aliorum sit surrogatus, vt scilicet quod habetur ibi. *tit.* 32. *part.* 3. adhuc in nouis ad proximam agatur. Neq; enim terminus ordinis etiam olim in nouis locum habuit, sed ad Vmbfragen in ordinariis solum pertinuit *tit.* 9. aut si vtique res temperanda videtur ob præiudicium (quod tamen nõ est, nisi conclusionis in puncto) 2. vel 8. saltem dies vt plurimum indulgentur: hæ enim iudicialiter ideo solum proferendæ, quia connexitatem cum causa habent, & ne continentia causæ diuidatur, non etiam vt aduersa pars termino prolixo impetrato cognitionem differat, cum Iudicis ex arbitrio eatenus vtique dependeat res an priusquam quid decernatur, in specie Handlung vmb Bericht partis aduersæ opus sit. Non minus enim hic quoque narratis statur, cum saluæ omnes exceptiones, præsertim sub & obreptionis postmodum sint, quæ non præmature disputandæ; aut ex aduerso quasi in specie Handlung exigendæ, nisi in casibus, in quibus scribi solet vmb Bericht / quæ cognitio penes Iudicem est. Itaque nisi ad proximam vel alium terminum, altera pars ad supplicationem egerit, decernendum vel denegandum, quod petitur, non aliter quam in aliis vel partis præsentis Bericht / quasi in specie certo ad id præfixo termino exigenda. R. 1. S. DD. insistunt resolutioni ad 32. Q. D. supra. R. 2. S. Hoc D. procedere in simplicibus ac modici præiudicii supplicationibus; non autem in requirentibus altiorem indaginem, & iis quæ sunt præiudicii magni, quales sunt pro inhibitione, sequestratione. Et rem temperandam pro circumstantiis causæ, loci, temporis & aliis eiusmodi. R. 4. S. Consuetudini hactenus styli inhærendum esse 4. DD. censent, quod per contrarium stylum ordinatio correcta sit, & ideo iudicialiter remittatur, vt cum causæ cognitione & iuris decernatur; reliqui omnes inhærent ordinationi, & cum 3. S. Concludunt; interim tamen iudicis

discre-

discretioni relinquunt, an ex iusta & releuante causa laxiorem terminum indulgere quandoque velit.

97 D.34.S.3. Antequam libellus † fuerit productus, quin licitum sit in nouis exceptiones declinatorias producere, dubium non fuit; idemque etiam post libellum productum in nouis licere existimatur, nihilominus tamen in euentum etiam ad libellum in termino obtento, postea agendum, licet non sit, quibus id annectatur.

R. 1. S. Si exceptiones declinatoriæ, non dilationis aut desertionis ante exhibitionem libelli in nouis producantur sine Euentual Handlung / eas indistincte sustinendas, nemo DD. huius S. ambigit, modo post libellum editum in termino consueto adiiciatur illa Euentual Handlung / quia eadem ante libellum exhiberi nequit, cum nil præextiterit, ad quod euentualiter agere potuerit, sin autem post libellum exceptiones prædictæ separatim, & denuo in termino obtento Euentual Handlung producatur ex diutina obseruantia distinguendum arbitrantur DD. 1. S. Aut enim exceptiones reperiuntur releuantes, tunc non esse curandam separatã editionem d' Euentual Handlung / cũ ea propter defectum iurisdictionis in causa principali, nec quidem quicquam apta sit. Ideo

98 quod non † potest non rite factum nec debet operari noxium effectum: aut comperiuntur irreleuantes, tunc non esse sustinendam, nec attendendam inordinate exhibitam Euentual Handlung / ac Reũ sibi imputare debere, quod inconsulto ac sine defectu inseparata productione exceptionum terminum anticiparit, & sæpius emanatam legem recessuum quoad conjunctionem der Euentual Handlung non studiosius obseruarit. Qui Abscheid eo maxime respexerunt, ne separatim vtrumque producendo, duplici labore & notarii defatigentur, & audientia duplicatis recessibus frustra distineatur, tum ideo, quod quia pendente termino obtento agendi ad libellandum, non facile Iudex cogniturus esset super exceptionibus, quamuis foret earum anticipata editio. Nam si in cognitione irreleuantes reperirentur, Iudex non potest tum super Euentual Handlung pronunciare. Hinc huius nomine noua postmodum relatio, sicque iterum duplex opus exigeretur, q vno facile expediri potuisset. Qua propter cum

99 lex præfatorum Abscheid / in vim meri rigoris scripta sit, verba illorũ †, put iacent, accipienda sunt, nec inconsultis visitatoribus aut statibus imperii eorum rigor temere mutilandus est.

R. 2. S. Liberum permittendum procuratoribus, exceptiones iunctas vel restantes cum Euentual Handlung / tã in nouis quam in præfixis producere, vtpote cum vnum per viã consequentiæ ad alterum accedat, & sic minus recessus multiplicentur, & conforme videatur dem Abschied de Anno 70. Itidem arbitrarium ante productum libellum id facere & producere exceptiones solas, sine annexa Euentual Handlung, Ceterum periculo eius, qui producit, deinde Euentual Handlung non sit amplius admittenda, videaturque ei denunciasse, solisque in exceptionibus aleã litis constituisse, & quasi ad certum genus defensionis se adstrinxisse.

R. 4. S. Hic repetitur resolutio 11. & 12. D. huius S. cui DD. adhuc inhærent.

D.35.S.3. An autem, si quis † anticipando ter- 100
minum in præfixis obtentum produxerit exceptiones declinatorias, idem postea intra eundem terminum priusquam omnino labatur, adhuc Euentual Handlung producere separatim possit variatum est. Maior pars DD. quinque videlicet id posse negant, cum Abschied illa coniungi præcise statim velit, ibi, der soll darneben Enentual Handlung eynzubringen schuldig seyn / &c. sine quorum correctione vel mutatione separatio fieri non posse videtur. Ad hæc confusio & duplicatio Recessuum eo pacto fieret, atque qui terminum etiam anticipat, is illo plene vsus videtur, præsertim in præfixis agendo, cum vt iam dictum, in nouis facere id impune poterat: reliqui vero quatuor diuersum sentiunt.

Quod enim liberum est, etiam in nouis agere procuratoribus, id non citra dubium hactenus fuit, atque id nihil etiam mutat, vt ideo magis in aliis diuersis plane simul egisse, nedum termini residuo renunciasse censeantur, cum integrum & totum terminum vtilem habere debeant, & d. Handlung natura separationem admittant, imo nullam plane cognitionem habeant, vt coniungi necesse sit, nisi ex constitutione imperii, cuius quidem si mens potius quam verba inspiciantur, id principaliter vult, ne propter exceptiones eiusmodi priusquam ad finem deducantur, & plene definiantur per sententiam, interim causæ principalis in suspenso omnino sit, quin pari quasi passu in principali simul procedendum, ne quod solet, deducto puncto declinatoriarum ex mora illa non exiguum interim præiudicium causæ principali accreseat. Non ideo autem voluerunt constitutiones propter punctum principalem, qui in consequentiam solum, quasi accessorium venit, alterum illum magis priuilegiatum & paucis fere expediendum, non minori partium cum præiudicio differri, quod fieret, si termino ampliori propter Handlung in principali ẽt producendum obtento, non liceret declinatorias breues & facilioris fere expeditionis prius proferre, quam simul in principali Euentual Handlung / forte non necessaria etiam concepta produci & connecti possit, cum & iudicis & partium interfit, mature cognoscere, an subterfugia illa subsistant, & in principali

porro

porro procedendum sit nec ne, quod in multos fere annos differretur cum inani partium & iudicij defatigatione, si exspectandum semper foret, donec merita causæ (quæ maioris momenti amplius deliberandi spacium semper exigunt) simul deduci & in euentum produci possint. Quæ fortassis, vt dictum, inutilia & nihilominus nequicquam partes & Iudex iis defatigati fuerant. Neque confusio inde aut distractio recessuum ex inde maior erat futura, quam si exciperetur in nouis, parumque in præfixis etiam commodi afferebat. Quanquam
101 id vnice curandum in primis, ne lites fiant † immortales, sed abbreuientur quantum fieri potest. Quantumuis aliquando plus laboris Cancellariæ accrescat, sicut fieret etiam si in nouis proponerentur ea separatim. Neque ipse præfixarum ordo impediri adeo nedum confundi dici potest, eo pacto, quando paucioribus causæ expediri possint priusquam ad finem der Euentual Handlung perueniatur, præsertim si non friuolæ exceptiones erunt. Alias enim pro more fugientium non est, quod vereamur, ne separatio fiat, & multiplicatio processuum, & quicquid sit, verecunde quasi detestantium lites ratio in primis habenda, & qui ad finem properant, adiuuandi. Cum id ipsorum Iudicum & aliarum partium intersit, qui eo minus defatigantur, quo breuius & maturius alia expediuntur.

R.1.S. Resoluitor ex proxime præcedenti D.

R.2.S. Priorem sententiam D D. appellandam esse censemus, iuxta d. Imperij recessum de anno 70. § da aber kein articuliert: eo quod præceptiue, & in effectum prohibitiue, ne aliter, nec alio modo fiat, loquitur constitutio.

R.4. S. Hic repetitur resolutio 11. & 12. D. huius S. cui DD. adhuc inhærent.

D.36. S.3. Consequenter id etiam nuper dis-
102 ceptatum fuit, an exceptionibus † & Euentual Handlung simul productis in vtroque puncto procedendum; An vero procurator illa producens, copias exceptionum solum admittere, reliquarum denegare possit, vsque dum punctus exceptionum definiatur? Quanquam autem constitutio, circa vlteriorem processum, quo ad hæc nihil expresse disponat, quia tamen partibus parum & processui nuda illa annexione consultum, & sic voluisse legis latores censeri vt vlterius etiam procedatur, ea separatio non admittenda videtur. Quantumuis enim du-
103 rum sit, † causam quasi suam aduersario prodere, tamen ita lex scripta est, atque ordinatio i-
104 psa vult, † ad productos articulos in termino sequenti responderi.

R.1.S. Si stylus retro obseruatus inspiciatur, hoc D. expeditum est, nec habet scrupulum. Quod enim hic statuitur, longo huc vsque vsu continuo obtinuit.

R.2 S. Nullū D. habent, sed ex prioribus dependent, quæ supra iam sunt proxime resoluta.

R.4.S. Planam circa hæc constitutionem esse in recessu imperij de anno 70. 4. S. existimat, vt scilicet tribus exhibitis exceptionibus cum Euentual Handlung procedi debeat. Darauff vnd sämptlich Vermög der Ordnung jetziger constitutioni inhærendum, nec separationem permittendam concludit.

D.37.S.3. Omnibus autem consentientibus, & nullo penitus refragante existimatum fuit, exceptiones † non ideo solum reiiciendas, & 105
non admittendas, quia illis non fuit annexa Euentual Handlung. Nam circa exceptiones nihil peccatū dici potest, neque illa comminatio in constitutione fuit expressa, sed imo tunc temporis id constitutum fuit. An. 70. cum nondū terminus præiudicialis in vsu fuit, atq; priusq̄ ad vlteriora, litis scil. contestationem descendatur, vtiq; ante omnia iurisdictio fundanda est, quam fere exceptiones eiusmodi concernunt, quibus tandem non subsistentib⁹, ad Euentual Handlung deueniendū. Qui ideo etiam sic vocatur, vt in euentum solum attendatur, vel non attendatur, atq; sic in euentum ēt illum, quatenus opus iam illa esse constiterit, ratio illius habenda, vt annexa vel omissa aliquid operetur. Absurdum sane videbatur, si voluisse status diceretur, vt stante nullitate, vel alia exceptione (peremptoria) manifesta & notoria forte, partes nihilomin⁹ merita causæ superflue omnino deducerent, q̄ alias causa cognita exceptionib⁹ nō releuantibus, præclusione viæ plus satis grauabuntur, eaque comminatio semper primas ferre putatur, nec extendenda ad ea, quæ iam suo tempore rite acta & ab aliis separata sunt.

R.1.S. Ex 34. resolutione deciditur.

R.2.S. DD. insistunt resolutioni ad 34. D. supra. R.4. S. Resolutum est in 8. huius S. D. quo fit relatio.

D.38.S.3. Circa elisiuos, & deinceps † articu- 106
los sine fine hinc etiam vagari partes videntur. Nam & Actor † paratus venire debet, nec de- 107
fensionales peculiari elisione indigent, cum nihil petāt. Itaque vel omnino vlterioribus interdicendum aut saltem non permittendum vltra semel elisionis nomine articulos superad dere, nisi quis iuramento paratus sit affirmare, & id præstet, quod citra fraudem hæc fiant, neque prius cognita sibi fuisse, sed recens inuenta, facit text. ord *part.3.tit.14.§.2.*

R.1.S. Simpliciter ordinatiōi inhærendum, & propter periculum animarum, & propter leuitatem iurantium huiusmodi non facile esse ferenda, sed hoc casu Iudicē suo arbitrio (quod ipsa ordinatio hoc casu laudat) prudenter vti debere.

R.2. S. Non discedendum ab ordinatione *part.3.tit.23.* iuncto ibidem *tit.14. in princ. & tit.* 25. § Zum dritten/ &c. vbi modus circa hanc rem præscribitur. Durum autem erit † in omni- 108
bus

bus causis generaliter supperadditionales prohibere : Id circa plurimum hic iudicantis arbitrio iusto pro variis causarum figuris tribuendum.

109 R.4.S. Additionales † Articulos Actori ordinatio permittit *tit. 14. in princ. part. 3.* sed ita vt eos simul omnes proponat. §. Es sollen auch/ꝛc.

110 dicit. *tit.* 14. Additionales igitur † additionalium , & superadditionales Actori prohibentur.

111 Pari ratione † defensionales & elisiui Reo permittuntur. §. Zum dritten *tit. 15. part. 3.* Ita tamen, vt simul & semel eos producat. §. Vnnd sollen/ꝛc. *tit. 27. part. 3.* Es wer dann / dz sich hernach etwas von newē begebe / oder daß der Partheyen zuwissen vnd allein kundt gethan worden were/vnd sie solches mit dem Eyde betheuren vñ erhalten möcht/ *d.* §. vnd sollen/ꝛc. Huic igitur ordinationi omnes DD. inhærendum esse censent, vt Reo vlteriores † elisiuos , Actori vero

112 vlteriores additionales sine dicto iuramento nō permittantur nisi in casu, quo Reus ex noua constitutione de Anno, &c. 70. defensionales suas cum litis contestatione ante Actoris additionales produxit : Tunc enim æquum putant, vt noui Elisiui contra Actoris additionales etiam sine iuramento Reo permittantur , quasi noui aliquid in eius notitiam peruenerit.

D.39.S.3. De eo quoque inter DD. non con-

113 uenit; an exceptiones †desertionis, aut non deuolutionis oretenus opponi possint: Cum præsertim *ord. part 3. tit.* 32. §. 3. velit in specie eas proponi, quod paucis fieri vix potest, *& tit. 24. §. 2.* generaliter omnes dilatoriæ in scriptis fieri exigantur. Verum rem temperari placuit, vt si paucissimis ea proponi possunt , & vel ex actis prioribus , instrumento , vel alias notoria sunt, eo casu partes audiantur nec iubeantur in scriptis illa exponere, quia id ambages & inanes fe-

114 re disceptationes parit, cum in notoriis † ordo non seruandus , neque vsquam id ordinatio requirit. Nam *d.* §. 2. agit de causis simplicis querelæ , vbi plures fere & facti incerti exceptiones competunt , de quibus plenior cognitio & deductio hinc inde requiritur , vt patet ex *tit. sequenti. 35. ordin.*

R. 1. S. Supersedendum à decisione huius dubij, donec per deputatos ad deliberationem super ordinatione præfixarum maturando decidatur , Ob man alle etwas lengere Receß in Schrifften proponieren solle.

R. 2. S. Non displicet, vt tamen huiusmodi releuantes exceptiones breuiter specificentur ad instrumenta actorum , vel in actis locum & paginam , vel certam aliquam causam, cum alias frustratoriæ videant , & iuris factique plane incerti penes ipsam quoque partem moratorie hoc modo excipientem magis , quam ex verisimili causa & fundamento rationis, & nimis generales exceptiones nihil releuare soleant. Vnus tamen DD. putauit tenendum præscriptum recessus Imperij de Anno 70. §. Demnach sollen auch/ꝛc.

R. 4. S. Placet distinctio 3. S Non tamen putant excipientem postea ad Euentual Handlung admittendum.

D. 40. S. 3. Id quoque à nonnullis in dubium reuocatur; an non pro confesso † habendus , si 115 quis vt responderet, iussus, aut, (quod perinde est) terminum obtinuit , termino pendente, procurator mortuus , & principalis ad reassumendum citatus non compareat sed contumaciter quasi , ne respondeat , se absentet , quod textus expresse habet. *c. 2. de confess. in 6.* Verum tamen cum *d. c. 2.* præsupponat, iuramentum calumniæ, aut respondendorum præcessisse, & quod simpliciter quis respondere quasi in continenti iussus : Ideo solum se absentat , contumaciter & fraudulenter, ne respondeat sine vlla causa. Quæ omnia hic cessant , & absentatio non ex hac causa , sed casu fortuito interuenit initio, neque in specie citatur quis , vt quod incepit, adimpleat, sed vt causam eo statu, quo relicta fuit, termino scilicet non effluxo , reassumat. Ideoque comparens alium denuo terminum habiturus erat ad respondendum , sicut nec ante priorem illum effluxum pro contumace fuisset habitus, si non obiisset procurator cuius morte terminus expirauit : Ideo non tam contumax in non respondendo , quam non comparendo, & consequenter nec pro confesso habendus , cum nec præsens & comparens haberi possit, sine alio termino & eo purificato.

R. 1. S. Placet.

R. 2. S. Posterior sententia tanquam mitior probatur.

R. 3. S. Sex DD. votis alia conditio videtur eius, qui legitime ad totam causam citatus, semel in iudicio per procuratorem comparuit, & alia eius , qui nunquam in iudicio fuit , sed ab initio statim contumax est. Qui enim nunquam † in iudicio fuit , ei nec agendi terminus 116 cum præiudicio præfigi, atque sic nec responsio sub commination confessatorum mandari potuit , sed qui in iudicio comparuit semel per procuratorem , & ad respondendū terminum præfixum habet , qui etiam per procuratorem adhuc viuum ei denunciatus procul dubio fuit, is procuratore tandem defuncto ad reassumendum citatus, iubetur causam in eo statu, in quo defunctus procurator eam reliquit, acceptare. *titu. 46. par. 3. in prin.* & per cōsequens non comparere solum , sed etiam in præfixo termino agere , id quod sub præiudicio solito agendum fuit, debet. Nec citatio ad reassumendum causam , & hunc tantum finem habet, vt in termino citatus compareat, quia hoc in prima citatione , quæ ad totam causam omnesque eius actus prius emanauit, per Iudicē eidem iniunctum est , sed etiam vt causam prosequatur atq; agat, quod agere debet. Nec textum *in c. ext.*

de con-

de confess. ita restringendum putant, quasi præsens personaliter, in continenti respondere iussus sit, sed id solum præiudicium confessatorum locum non habet, nisi cum in iudicio semel fuit. Vnde gloss. *in d. cap. 2.* notat maiorem esse contumaciam eius, qui † comparuit 117
& non vult agere, quod debet, quam eius, qui nunquam comparuit. Putant igitur confessatorum præiudicium † etiam quadrare in eum, qui ad reassumendum causam citatus contumaciter emanet: reliqui vero tres DD. simpliciter cum 3. S. concludunt, quorum vnus se 118
fundat in rationibus sequentibus. Primum, quia iuxta D. 15. §. Wann nach beschehenem kauffen / &c. resolutum Anno 83. Ille demum pro præsenti in iudicio habetur, & præiudicij confessatorum patitur, qui habet procuratorem apud acta. Ergo econtra, qui procuratorem 119
† apud acta non habet, vt qui eo mortuo ad reassumendum citatur, pro absente habendus est: Sicque in eius præiudicium ex contumacia articuli non habendi sunt pro confessis. Secundo, quia in allegato 15. D. gedachtes kauffen / ad quod contumax non habetur, pro confesso tamen intelligi potest contra eum, quam qui procuratorem apud acta habuit, & qui iam mortuus est, quam de eo, qui procuratorem antea non habuit, quia deß kauffen iuxta §. wañ aber. *in tit. 42. part. 13.* etiam locum habet in eo, qui in iudicio fuit, & aliquoties egit, deinceps tamen emanet. Quod etiam dicit resolutum 15. D. generaliter intelligendum est, in casu vbi quis semel apud acta procuratorem habuit, & deinde desinit habere, & contumax fit, quod tamen non adeo debet incurrere præiudicium confessatorum. Tertio exinde patet, quod qui ad reassumendum citatur, habetur pro absente, quia alias non citaretur.

D. 41. S. 3. Variatur etiam circa iuramentum dandorum vel respondendorum, si in productis oblatum † & petitum fuit, non etiam oretenus, an id necessario iniungendum & exigẽdum, cum ad veritatem eiiciendam plurimum faciat, & in præfixis alias præstandum, *ordin. part. 3. tit. in prin.* & placuit prout frequentius etiam hactenus obseruatum, id non exigi oportere, nisi in recessu viua voce palam petitum fuerit, & oblatum, maxime si quod solet, in producto dicatur. Exhibeo articulos medio iuramento dandorum, quod offero, petens aduersarium medio similiter iuramento, respondere compelli. Atque ita etiam aduersarius deinde medio iuramento, quod offerat, respondet, vt oblatum, nisi vlterius vrgeatur, pro præstito habeatur, sicut & si magis in specie cum exhibitione articulorum aut responsionum exactum in scriptis inueniatur. Nec minus hoc etiam casu sufficit, ad vlteriora sine alia imploratione oretenus subsecuta processisse, quod de iuramento etiam calumniæ receptum, tradit *Gail. obs.* 84. *in fin. li.* 1. Hoc vero casu omisso videtur non tam substantiam processus, quam probationis concernere, vt pro confessato circa articulos, de quibus recusat iurare, non etiam pro conuicto habeatur in tota causa, vt in causa calumniæ.

R. 1. S. Si iuuandus est processus, superuacuum esse oretenus denuo exigere vel offerre iuramenta calumniæ, malitiæ, dandorum, &c. cum producta non minus loquantur, quam vox procuratorum, nisi quis putet ex consuetudine Aduocatorum potius, quam ex partium ipsarum certa deliberatione aut desiderio illas exactiones & oblationes inseri, ita vt partes id deliberare velle non censeantur, nisi id ipsum per procuratorem denuo oretenus vrgeant. Supersedendum tamen cum 39. D. donec definiatur, ob man alle Receß in scriptis halten solle / an id sanciretur, iterata exactione & oblatione per vocem procuratoris non opus esse.

R. 2. S. Transimus.
R. 4. S. Placet.

D. 42. S. 3. Maior autem circa hæc subingruere videtur dubitatio de Iuramento Calumniæ, seu etiam malitiæ, si id in scriptis † exactum fuerit, & priusquam ad vlteriora procedatur, vel definitiue pure concludatur, cognitioni Iudicis inter alia etiam hoc subiiciatur & decidendum committatur: an id similiter, etiamsi oretenus non petitum sit, præterire silentio possit & debeat? Et quanquam si præteritum forte fuerit, & per partes postea ad conclusionem processum, nullitatem non pariat, quasi non debito loco petitum, tamen quia ea ipsa res dubio non caret, & qui citra nullitatem omitti posse existimant, loquuntur de parte, quæ non animaduertens, vt alieno loco petitum ad vlteriora transiit, non etiam de Iudice, cuius cognitioni ante conclusionem res illa fuit commissa, atque cum in priori instantia per Iudicem etiam omissum, nec à parte appellatum fuit, vt denuo ante conclusionem instantiæ exactum, eaque res ad substantiam Iudicii spectat, ex qua à Iudice nihil prætermittendum, etiam in consistorio principis. Ideoque quidam putarunt (quanquam etiam hic forte excusari Iudex possit, quasi factum faciat, quod faciendum non licebat) non prætermittendum, sed etiam si in scriptis petitum sit, modo ante conclusionem desuper submissum & vel solum vel vna cum aliis Iudici decidendum obuenerit, exigendum, & parti, vt id præstet sub commination solita terminum præfigendum. Quo ea faciunt, quæ tradit Gail. *dict. obs.* 84. *per totum.* Quanquam prima facie sub finem diuersum sentire videatur. Verum alii plures diuersum statuunt, cum simul offerre petens, reuera debeat, & alieno loco exigat. 121

R. 1. 5.

R.1.S. Supersedendum, vt in proximo præcedenti.

R.2. Opinio posterior hactenus stylo Cameræ recepta, retinenda, vt oretenus à procuratore necessario petatur.

122 R.4.S. Iuramentum calumniæ † non præstitum, non vitiare processum, nisi viua voce petitum sit, Sex DD. existimant, moti authoritate Gail. *obseru. 84. in fin. lib. 1.* qui ita maioribus aliquando votis in hoc iudicio conclusum affirmat, ex Socin. *in c. fin. numer. 53. de iuram. calum.* Et licet contrarium Matthesil. *sing. 64.* asserere videatur, tamen eum reprobat Franc. Curt. *in l. admonendi. in princip. numer. 2. ff. de iureiur.* Interim Iudicis arbitrio relinquunt, an deferre illud partibus etiam ex officio ante vel post conclusionem in causa velit, sicut similiter liberum ei relinquunt, petitum iuramentum in scriptis deferre, vel non deferre, si alias ex actis de meritis causæ satis liqueat, & ipsi periurii suspicio aliqua emergat: Si tamen debito modo, loco & tempore expresse & viua voce petatur, remitti non posse sine nullitatis vitio, ex Iure communi concludunt. Reliqui vero 4. DD. semper deferendum esse putant, quod substantiale sit iudicii, quod omissum processum vitiet.

123 D. 43. S. 3. Si, quando contra plures † simul nominatos commissarios est releuanter exceptum ita vt vnus solum idoneus remaneat, & alii in reliquorum locum nominentur, de comminatione dubitatum fuit. Et visum est, nequaquam præclusionem viæ probandi locum habere, sed alios solum nominandi, ex quibus electio postea fiat. Ideoque expeditius esse statim comminationem addi, deputandi vnius istius. Neque tamen facile quenquam, vt alios præterea nominet, admittendum, cum res ea fere infinitas pariat moras; quia sibi imputet, qui suspectos nominauit: Ideoque regulariter ad vnius etiam ex nominatis deputationem descendendum. Quo impedito vel defuncto nihil impedit vel obstat, alii quo minus nominentur, si opus sit aut dilatio petatur.

R.1.S. Placet, nec est disputandum de cõminatione, wann man jederzeit den Idoneũ stracks deputieren soll / Hoc faciendum DD. vnanimiter consentiunt.

R.2.S. Placet.

R.4.S. Placet.

124 D.44.S.3. Placuit etiam pro expeditione † causarum & probationum, procuratoribus iuiungi vt 2. 3. vel 4. dilationem eiusve prorogationem petant, procuratore ex aduerso defuncto, non secus atq; si apud acta adhuc est, cum penes Iudicem omne id situm sit, nec pars habere possit, quod opponat, neque iudicialiter istius quicquam peragatur, sed principaliter per commissarium: Ideo termini illi dilationum procuratoribus præsentibus currant & commissiones & dilationes extrahantur & petantur non ideo minus, etiamsi procurator ex aduerso nullus adsit. Eadem ratione etiam punctus commissariorum, in quo viuo ex aduerso procuratore submissum fuit expediatur, etsi vnus solus, ille qui petiit, apud acta sit, & dilatio incipiat currere, vbi primum decreta est, ex quo tempore expeditio in Cancellaria vrgenda est, & vrgeri potest.

R.1.S. Placet per totum.

R.2.S. Placet.

R.4.S. Placet.

D.45.S.3. Publicatis attestationibus, vbi terminus certus † obtentus fuerit, habitis copiis, id 125
quod semper fieri debet. *Ordin. part. 3. tit. 18. in princip. & §. 2.* Procuratores caueant, ne dehinc prolixe significent, copiam sibi factam attestationum, & propter hoc terminum inchoari petant, quod alias erat expeditum, sed quod ord. *dict. §. 2.* iubet, copistis † iniungendum, vt dili- 126
genter norent, quod per schedulam fit vel fieri debet, & prothonotariis significent, quando procuratores pro expeditione institerint: Et quando copias perfectas esse ipsis denunciatum sit, idq; protocollis ad marginem semper assignetur, ita vt nec inanibus recessibus aut disquisitione opus sit, sed ex protocollo vltro liquidum fiat, quando terminus obtentus exordium cœperit, & id ipsum etiã facile procurator ex aduerso rescire poterit, quanquam nec horum causa illa iudicialiter significari videantur.

R.1.S. Placet.

R.2.S. Placet.

R. 4. S. Similiter placet huiusmodi recessus tanquam superfluos sub pœna arbitraria prohiberi. Quomodo autem constare possit † de 127
procuratorum diligentia in solicitandis attestationum copiis, prouisum est in visitat. Recessu de Anno 76. Sufficere igitur DD. huius S. arbitrantur schedulas illas protocollo affigi vel apponi.

D. 46. S. 3. Quod anno 70. constitutum est, ne post publicatas † attestationes plura duo- 128
bus productis exhibeantur, vnd damit in diesen Puncten zubeschliessen / id multifariam non obseruatur, procuratoribus hinc inde ad suas quisque attestationes duo peculiaria producta fere exhibentibus, & ita initio post publicatas attestationes vtrumq; terminum poscentibus: Deinde etiam conclusionibus finalibus fraudem tam ordinationi quam constitutioni nectentibus. Quare visum fuit rem ita temperari, vt quod ord. *tit. 17. in princ. part. 3.* habet, Actor teneatur † in primis termino illo obten- 129
to probationes suas & instrumenta omnia producere. Quo facto aut termino illo Actoris purificato, & via præclusa, Reus deinde termino alio sequenti proponat, & exhibeat omnia, quæ pro elisione vicissim habet: Quæ, licet

§ proba-

probationes dici possint, tamen reuera & in effectu elisiones & exceptiones sunt, nisi recõuentio adsit, quo casu priori stylo adhærẽdum: ad quæ deinceps ex aduerso replicetur, & duplicetur, & numero ita completo, postea verbotenus per generalia hinc inde concludatur.

R.1.S.Placet.

R.2.S.Obseruandus ad amussim imperii recessus de Anno 70.§. Wo aber vnd wie viel Sed Procuratores denuo desuper auisandi, & maxime in causis leuioribus ita seruandum: Secus autem in grauioribus, & vbi quid de nouo emerget quod opus habeat replicatione. Cæterum vltra duo scripta nunquam aliquid concedendum.

R.4. S.Placet.

D.47. S.3. Eadem & quidem maiori ratione
130 idem videtur statuendum in† recessibus verbali bus quibuscunq; siue ratione termini, siue alias cuiuscunq; rei causa in audientia iudiciali inter procuratores controuersia est, & disceptatur, vt scilicet deinceps per illos siue in eadem siue in diuersis audientiis, de vna & eadem re qualicunq; nunquam triplicetur, vel etiam duplicetur, quin si quid quis petit, quod alter ex causis certis admittendis neget, quasi excipiendo sufficiat, replicando breuibus ostendisse, cur causæ illæ non releuent: vlterius vero nemo nisi repetitione generali priorum, multiplicet Recessus, quo pacto hactenus maxima fere audientiarum pars cõsumpta fuit. Quo facit ord. *d.tit.*10.§.4.5.8.& 9.vbi in huiusmodi nec replicare permittitur.

R.1.S.Reiiciendam ad futuram resolutionem circa ordinem præfixarum.

R. 2. S. Hoc discretioni Iudicis permittendum iuxta receptum huc vsque stylum, & procuratores jhrer Verprechung nach/pœna ordinationis vel arbitraria coercendi.

R. 4. S. Hoc Iudicis arbitrio relinquendum
131 DD. huius S. censent, quod procuratoribus † certus circa hæc modus præscribi vix possit, necessitate nõnunquam triplicam vel duplicã verbalem postulante, si tamen præter necessitatem fiat, quod Iudex existimabit puniendum arbitratur; vnus tamen DD. bis loqui singulis permittit. Alter si instare velit, id periculo ipsorum factum concludit.

D. 48. S. 3. Generaliter etiam procuratori-
132 bus iniungendum videtur, vt ne† in scriptione productorum Iudici alibi forte occupato sub & obrepant, quo minus statim cognoscere possit, quale & quantum productũ sit, quod fit, dum illa nominant gegen anzeige / Ableinung/ Gegenableinung/Verantwortung/Hindertreibung/Gegenhandlung/Beschluß /endlich Beschluß/& id genus infinita. Quare qcquid istorum nominũ per Aduocatos productis affinga-
133tur, ipsi procuratores † priusquam producant, asscribant, an exceptiones, replicæ, duplicæ, triplicæ, quadruplicæ, quindruplicæ sint, etiamsi solæ & nudæ conclusiones fuerint, atq; eo solũ nomine, in audientiis illa nominent. Vt numerus productorum illico innotescat.

R.1.S. Placet, es sey dann/ daß in vorfallendẽ neben Puncten ein Procurator seiner Partheyẽ Notturfft simpliciter anzuzeigen hat.

R.2. S. Aduocatorum potius vitio hoc fieri, quam procuratorum, & Referentibus incumbere, discernere quænam in puncto sint super numeratoria producta, eaque cum mulcta reiicere pro modo excessus grauioris. Cæterum procuratoribus † rursus sub arbitraria iniun- 134
gendum pœna, vt semper indicent, atque productis assignent, in quo puncto specifice Handlung exhibeant.

R.4.S.Placet.

D.49.S.3.Hactenus impune etiam fere † ex- 135
hibita fuerunt Schrifften an statt mündlicher Beschluß/quod cum contra expressam ordinationis literam sit *tit.* 23. §. 4. vnd sollen hinfuro *part.*3.denuo interdicatur seuerius. Si enim per generalia solum concludendum, res ambagibus non eget.

R.1.S.Placet.

R.2.S.Hoc per omnia arridet, vt seuerius in-
terdicatur, & quidem sub pœna† reiectionis, p- 136
ducti, & simili arbitraria contra producentem. Eo quod sint studiosa, nec ferenda.

R.4.S.Placet.

D.50.S.3. Quemadmodum punctus exsecu-
tionis † hodie ad similitudinem aliorum man- 137
datorum ad nouas translatus, quoad paritionẽ (secus enim quoad liquidationem, ita etiam de puncto expensarum statuendum videtur, vt qui exsecutionis† pars est, & sine mora expediri iu- 138
betur, *ord.tit.*50.*part.*3.quantumuis *tit.* 2. *part.*3. sicut punctus executionis inter extraordinarias recensetur.) Ideoq; ad designationes in nouis excipiendum, nec facile replicæ admittendæ, cum iudicialia vltro Iudici nota, reliqua ex ipsius arbitrio dependeant.

R.1.S.Placet.

R.2. S. Placet.

R. 4. S. Punctum expensarum in nouis pertractandum omnes DD. vno excepto, qui 18. D.Anno 85.resoluto, quo sola designatio in nouis exhiberi mandatur, inhærendum, ne ordo nouarum † nimium grauetur in præiudicium 139
causarum priuilegiatarum existimat, cum 3. S. concludunt, vñ sollen sich die Procuratoren hinfurter deß vnnotwendigẽ replicierens so viel müglich ist/bey Straff der Ordnung enthalten. Nec enim simpliciter interdici posse arbitrantur, cũ sæpe partium vtilitas aliud suadeat; an autem temere replicatum sit, facta submissione in puncto expensarum, penes Iudicem arbitrium esto.

D.51.S.3. Quod circa expensas † placuit, vt 140
ad im-

ad Imperialis monetæ modum, & Reichs-Münz designatio &æstimatio fiat: Idem in reliquis designationibus & æstimationibus damnorum, interesse & preciorum cuiuscunque rei obseruandum, vt vel pari modo prima designatio fiat, aut saltem simul annotetur & adscribatur, quomodo sese moneta cuiuscunque loci ad hanc nostram Reichs Münz habeat, ne exotica illa vocabula, Stieber/Carols Gülden/Schilling/Marck/&c. Iudicem circa taxationem dubium reddant.

S.1.S.Placet.

S. 2. S. Similiter approbamus proprer exitum faciliorem, & varias hodie concurrentes species monetarum varii & incerti plerumque valoris.S.4.S.Placet.

D.52.S.3. Id quoque in dubium vocatum est,
141 an in causis mandatorum, † vbi non obstantibus exceptionibus paritio iniuncta est, expensæ pure veniant refundendæ, an vero in euentum solum non factæ paritionis, prout d.comminatio euentualis solum est? & quidem verbis sententiæ puram circa illas quidem condemnationem non contineri visum fuit. Cæterum quia tantum æquitas postulat, vt qui ini-
142 que † pignorasse vel grauasse aliquem pronuntiatur, is sicut alia damna,ita etiam has expensas refundere compellatur,neque tamen illius euentualis sententiæ comminatio, quoad hæc in puram condemnationem facile commutari possit, quæ præter alia inconuenientia etiam posterius faciendas expensas excluderet: Ideo quanquam vnus & alter à stylo consueto, vt dictarum expensarum nulla ratio habeatur, non recedendum existimarint, tamen reliquis omnibus secus visum fuit, & placuit, procuratores admoneri, vt hæc ad finem puncti non sufficientis paritionis reseruent, & reliquis expeditis, peculiarem designationem omnium exhibeant, & condemnationem præuia taxatione fieri petant, ad quæ pars aduersa breuibus audiatur, & statim sine replicatione cognitio & taxatio interueniat. Nonnulli au-
143 tem differentiam † statuunt inter causas pignorationum, quæ in principali decisionem illam exspectant, & aliorum mandatorum causas, quæ cum in puncto paritionis omnino expediuntur, vt illo casu reseruetur decisio ad finem. Hoc vero, quia nulla supereſt cognitio post punctum paritionis, statim, vt dictum, condemnatio fiat. Alii sine discrimine in puncto paritionis, aut statim post pronunciandum censent etiam super expensis, cum punctus
144 paritionis † & facti exorbitantis suam habeat plenam decisionem, & restitutio fieri debeat ohne Entgeldt. Neque minus hæc, quam alia sub cautione de postea restituendis comprehendantur, si iuste pignoratum esse constiterit, circa illam tamen ipsam condemnationem putant discretionem adhibendam, vt grauiori & iusta quasi de causa absolutio circa hæc fieri possit,aut saltem tacita denegatio, inhærendo factæ paritioni.

R. 1. S. Transeundum cum his qui distinxerunt. R. 2. S. ab antiquo potius stylo non deuiandum. R. 4. S. Resolutum est in 18. huius S. D. quo fit relatio.

D. 53. S. 3. In puncto etiam paritionis † re- 145
frænanda videtur licentia eorum, qui primo termino comparendo, non nisi terminum ad excipiendum petunt, & sic tergiuersando paritionis punctum differunt, cum primo termino aut de paritione docere, aut (quod ipsum facile etiam sine negotio fieri poterat) causas adducere, cur non declarandi sint ob nondum factam paritionem, vel non teneantur parere, præcise adstringi videantur. Quare
statuendum videtur, vt nisi quis primo sta- 146
tim termino exceptiones sub & obreptionis exhibeat, is deinceps non audiatur, sed præcise ad paritionem teneatur, & non admissis vlterius exceptionibus, vnd ohn fernere Eynrede præfigatur terminus ad docendum de paritione, cum præsertim facilis expeditionis sit excipere, & maximum fere periculum personarum subsit. Vnus tamen & alter existimarunt, quia terminus comparendi breuior fere, & punctus competentiæ vertitur præiudicialis, ideo breuissimum adhuc terminum, non vltra 8. aut 14. dies concedendum, qui ipso iure currat,& interim subsistendum, præsertim in mandatis 4. casuum, auff die vier Fälle / & id genus aliis: eo vero lapso procedat, vt præcisis exceptionibus paritio iniungatur.

R. 1. S. Posterior via placet, terminum præfigendum pro qualitate circumstantiarum ex arbitrio Iudicis.

R. 2. S. Priorem sententiam non displicere, sed habendam rationem iusti impedimenti ob quod terminus concedendus, quam fieri potest,breuissimus.

R. 4. S. In 3. D. Anno 85. resoluto recte concluſum est,quãdo in primo termino neq; cõtra mandatum excipitur, nec de paritione docetur, quod tunc tempus sub euentuali comminatione, vbi præsertim periculum est in mora, breuius sit præfigendum: Inter hunc terminum si iterum Reus paritionem non docuerit, sed exceptiones opponat plane friuolas, tunc illis non obstantibus statim declaretur in pœnam, & decernatur arctius mandatum: Si autem exceptiones prima fronte sint dubiæ, vt tales dolum siue contumaciam in nondum parendo excusare possint, licet ad cassandum mandatum sint irreleuantes, tunc ex abundanti denuo breuis ad docendum præfigatur terminus: si vero tales sint, vt præsupposita earum veritate mandatum cassari debeat, tunc quantumuis post euentualem sententiam appositæ admittantur, tunc vel iniungatur Hand-

lung in specie, vel ad postmodum factam desuper vtriusq; submissionem pronuncietur quod iuris est. Et ita S. DD. circa SS. D. concludunt. Reliqui vero 4. DD. 3. S. simpliciter sentiunt. D. 54. S. 3. Illa quoq; ad paritionem † subter fugiendam temeritas non ferenda, quod vel initio plane friuolas exceptiones opponunt, vel paritione per sententiam præcise iniuncta, intra terminum postea non integram paritionem vna vice, sed aliquoties separatim quid docent, quo vtroq; casu tergiuersatione manifeste apparente (vt cum exceptiones omnino friuolæ & ad principalem causam forte pertinentes afferuntur. aut paritio, quæ facilis erat notorie differtur) ad declarationem pœnæ, & arctiorũ descendunt, quod hactenus in re etiam manifesta prætermissum nimiam vagandi licentiam multis præbuit.

147

R. 1. S. Post semel per Iudicis sententiam iniunctam paritionem vna via plenarie de paritione docendum esse, alias declarationem pœnæ fieri debere. R. 2. S. Similiter placet, nisi iustum impedimentum edoctum diuersum ius postulet, alioqui si deprehendatur manifestus dolus vel lata culpa versutiæ, resolutioni circa hoc dubium An. 85. concluſæ inhærendum, ita vt in priore casu friuolarum exceptionum statim euentualis feratur, nec postmodum vlteriores admittantur: Cæterum in posteriore pro parte edoctæ paritionis sententia & decisio procedat, nisi causa probabilis excusationis subsit, vel quid aliud singulare Iudicis animum in diuersum moueat.

R. 4. S. Nimis hoc durum omnibus videtur. Cum enim is, qui in primo termino cõparens nihil excipit, nec de paritione docet, sed tantum terminum excipiendi petit, non declaretur statim, sed euentualis in eum feratur sententia, vt proximè allegatum pleni senatus concluſum de An. 85. decidit: Magis ea ferenda videtur in eum, qui præstat aliquid, & exceptiones, licet friuolas opponit. Igitur hoc in loco DD. omnes antiquo stylo &d. concluſo inhærere malunt. Cæterum in particulari paritione post latam euentualem facta sentiunt cum 3. S. vt declaretur statim, si manifestus dolus vel lata culpa versutiæ pro parte tantum appareat: Licet enim in quibusdam paruit, tamen quia in reliquis contumax est, & refractarius, in pœnã mandati, cui per omnia parere iussus est, ob purificationem termini præfixi non iniuria condemnatur.

148

D. 55. S. 3. Si quando causa cognita, † & non obstantibus exceptionibus paritio iniuncta est, & postea Reus simili ex causa & eiusdem iuris ratione seu intuitu denuo pignorat, arrestum facit, aut homines capit: Quanquam non solum ius ipsum principale, sed id etiam in controuersia sit, an pignorare, capere, arrestare ita liceat, cuius etiam ipsius possessio ante decisionem principalis controuersiæ, nemini auferenda. Quia tamen factam ita exorbitatur, & contra constitutiones imperii esse, & certum & definitum per sententiam est, & possessio principalis alio non minus modo manuteneri potest, ideo vt ansa maioribus turbis præscindatur, sub grauiori pœna secundo mandari debere, & præcise Reus videtur adstringendus in primo termino aut saltem intra 8. aut 14. dies ad docendum de paritione, quod nisi fecerit, vel etiam easdem, cum prioribus non attentis exceptionibus non produxerit, sine mora ad declarationem pœnæ descendatur, vt licentia grassantium quasi cum publico periculo coerceatur. R. 1. S. Placet, dummodo termini in sequentibus mandatis per omnia sint pares ac iidem. R. 2. S. Ad status vel Visitatores DD. referendum esse censuerunt. SS. D. ratione termini breuioris & grauioris pœnæ in secundo mandato apponi plerumq; à veteri stylo nihil immutandum censemus, sed potius eam rem omnem iusto Iudicis arbitrio committendam, cum termini semper † moderandi sint ex distantia loci & variis rerum figuris. Cæterum ratione declarationis pœnæ propter easdem omnino exceptiones semel reiectas de nouo propositas decisio dubii (saluo statuum consensu) à DD. comprobatur. R. 4. S. Placet, Vnus tamen nouo ex DD. mandato impetrato stylo præsenti inhærendum, etsi in primo termino non constiterit de paritione, ad docendum eam, breue tempus pro situ locorum remoto vel propinquo pignoranti præfigendum censet.

149

D. 56. S. 3. Multo autem magis, si quis relaxatum † captiuum aut restitutum pignus idem aut aliud non alia noua simili sed ipsi eadem ex causa capiat denuo, & ita constitutioni & sententiæ fraudem fecerit, cui parere iussus erat, is sine alio nouo mandato, sed ex priori & re iudicata in pœnam illius declaretur. Maior enim contumacia † & seuerius coercenda, quo maior fraus & periculum exempliq; peioris ea res est. R. 1. S. Placet.

150

151

R. 2. S. Similiter ad DD. ad status vel visitatores referendum esse, censent, & illud sancitu & obseruatu vtile fore, nisi potestate hoc sanciendi vel ex nouo introducendi contra stylum consuetum legis instar fungente deficeremur.

R. 4. S. Omnes DD. existimant, si idem pignus ex eadem causa vel eiusdem iuris intuitu post iniunctam pignoranti exceptionibus non obstantibus paritionem capiatur vel auferatur denuo, quod tunc ex eodem etiam mandato & re prius iudicata declaratio fieri possit: Mandatum enim pignorationis † duo continet capita seu præcepta: Vnum de restituendo rem Actori ablatam, continetque actum restitutionis momentaneum: alterum præceptum de relin-

152

relinquendo id restitutum penes pignoratum Actorem, biß auff den Fall die wider Zustellung mit Recht erkannt werde / quod continet actum permanentem & successiuum. In tali igitur casu si pignoranti exceptionibus non obstantibus iniungitur paritio sub euentuali, isque in specie parendo rem ablatam restituit quidem, & paritionem docet: Postmodum vero eandem rem denuo ex eadem causa iterum aufert pignorato, tunc quia impingit in alterum præceptum, quod continet actum permanentem & successiuum, stricto iure cadit in comminatam pœnam, mandato insertam. *argumento l. Celsus. ff. de recep. arbit.* In his enim quæ habent causam successiuam, non sufficit ab initio factum, nisi perseueratio subsequatur. *l. inter castellianum. 49. ff. de recept. arbit. quam allegat & sequitur Lanfranc. de Oriano in tract. de arbit. par. vltima q. 41. vol. 1. fol.* 40. prout factum & pronunciatum in causa Oettingen cõtra P.N.B. mandati der Pfändung den 7. Iulii Anno 78. adeoque in tali casu non videtur opus nouo mandato, si vero non idem, sed aliud pignus auferatur, putant DD. nouo mandato opus esse, & tum præcedenti concluso inhærendum censent. Vtrique enim capiti mandati satisfactum est, restitutum scilicet pignus et penes pignoratum dimissum, ob nouam igitur ablationem denuo mandatum petendum.

153 D. 57. S. 3. In causis mandatorum † sine clausula etiam non ferenda videtur diffusio in exceptionibus, & articulando ex parte Rei, sed breuissimis comprehendenda res, neque ordinaria probandi via admittenda, sed si vtique testibus res deducenda, vna & illa breuior pro omni dilatione indulgenda.

R. 1. S. Placet, nisi magna ratio aliud suadeat, illo casu integrum maneto Iudicis arbitrium.

R. 2. S. Nihil certi statui potest circa breuitatem exceptionum, sed quoad dilationes probandi, in huiusmodi causis celeriorem expeditionem requirentibus ratione exceptionum releuantium, breuiores non amplius duorum vel trium mensium indulgendas, vel vnius quoque mensis pro distantia loci, vel paucitati testium, vel idem magnitudine negocii & similium circumstantiarum qualitate.

R. 4. S. Exceptiones, quantum fieri possit, in puncto paritionis contrahere DD. non inutile iudicarunt, sed modum contrahendi nec 3. S. illum proponit, nec facile inueniri posse 4. S. existimat: Cum res ea in arbitrio partium & Aduocatorum magis consistat, quam procuratorum, qui exceptiones, vt sibi transmittuntur à partibus vel aduocatis exhibere tenentur: Ideo multa addendo vel detrahendo sine offensione partium non possent. Prius igitur super modo constituendo 3. S. audire cupiunt, circa probationem exceptionum non temere ordinationem putant mutandam, quæ hac in re ordinariam probandi viam permittit *tit. 26. in princip. part. 3.* Ita si releuantes exceptiones Iudex existimauerit, debet sane probationes iuuare, non arctare, nisi ex magna causa, quam ipsius arbitrio relinquunt.

D. 58. S. 3. Si quando pignorans † punctum 154
causalium ad aliam primi scilicet mandati causam remitti petit, quia sæpe incertum est, an de eodem & de quo nouo vel diuerso iure agatur, quod ex verbis & narratis mandatorum generalibus forte non semper liquet: Ideo videtur procuratoribus iniungendum, vt qui de alio nouo iure nunc agi contendunt, & ideo deductionem peculiarem desiderant, illi id, quid & quale sit, scripto breuib⁹ in specie ostendant nec per generalia solum submittant, vt expeditio facilior fit, & partes circa alia non cõtrouersa in iudiciali cõfessione se expediant.

R. 1 S. Placet.

R. 2. S. Transimus cum DD. sententia.

R. 4. S. Placet.

D. 59. S. 3. Restitutionem † in integrum pe- 155
tendi licentia nimia cohibenda etiam videtur, vt non sufficiat, quouis deinde tempore peti, præsertim si ratione termini, siue fatalium siue alterius, qui elapsus sit, se quis læsum conqueratur, in reliquis enim si contra definitiuam sententiam restitutio sit petenda, quadriennii ordinarium spatium non facile minuendum est.

Atque sicut nemo restitui † potest aut de- 156
bet, nisi in quo & quatenus læsus fuit: Ita nec ratione nec occasione petitæ restitutionis amplius spatium quis consequi debet, quam alias fuisset habiturus. Ideoque ex quo præiudicium parti aduersæ quæsitum est, non amplius spatii quisquam habeat ad petendam restitutionẽ, quam prius ad agendum habuerat, vt si aduersus lapsum fatalium restitui quis cupit, id intra sex menses, vel etiam intra tantum tempus, quantum citra ipsius culpam elapsum fuit, petitionem restitutionis exhibeat, qui aduersus lapsum termini præfixi duorum mensium restitui cupit, id intra 2. menses, ex quo terminus fuit purificatus, petat, siue sententia super purificatione lata fuerit, siue non, cum id vltro facile cuiuis manifestum sit, ne ius partibus † quæsitum diutius in incerto sit, quo facit 157
Bartol. *in l. hoste. 15. §. sed quod simpliciter. num. 12. ff. de in integr. restit. Tiraquel. de retract. gentil. §. 35. gl. 2. num. 12. VVormbs. obser. 4. titu. de restit. in integr. cap. quarto. versic. Si vero est minus.*

R. 1. S. Placet.

R. 2. S. Non inutile foret, ideoque non displicet quidem, sed melius tamen erit, vt prius ad status vel visitatores referatur, vix enim propria autoritate ab vsitato stylo recedere nobis licebit.

R. 4. S. Placet: vt tamen restitutionis

tempus ab initio vtile sit, nec currat principali ignoranti læsionem, vel alias impedito.

258 D. 60. S. 3. Eadem ratione id quoque circa † restitutionem obseruandum, vt si aduersus interlocutoriam petenda est, procuratore ex aduerso apud acta existente, per nouam citationem res non differatur, sed illico intra legitimum tempus petitio proponatur, & id quidem arbitrio petentis vel articulatim vel summarie fiat: Nam citationes † peculiares & articuli tunc requiri videntur, si aduersus definitiuam, qua negotium plane finem sortitum est, restitutio petitur. *ordin. tit. 52. part. 3. in fine.*

160 R. 1. S. Cum ordinatio † indistincte loquatur, eam indistincte quoq; intelligendam esse: Maioribus tamen placuit arbitrio Iudicis relinquendum, an pro qualitate causarum restitutionis opus sit articulis, vel non. Quoad citationem tamen, stylo & ordinationi inhærendum esse, vt scilicet illa procedat.

R. 2. S. Transimus, vt sit in arbitrio petentis, articulatim vel summarie restitutionem proponere contra sententias interlocutorias. Nam hoc quidem sine styli læsione ad ordinationis mutationem facilius admitti & introduci potest.

R. 4. S. Simpliciter Placet.

161 D. 61. S. 3. Pluribus immediate imperio † subiectis, vna actione conueniendis dubitatum fuit, an Außträg locum habeant: Cum singuli peculiariter nominari non possint, neque facile intra breue tempus concordare? Placuit causam in Camera statim recipiendam, quia sine distractione continentiæ vix procedi possit, nec facile appareat quis terminus expectandus.

R. 1. S. Placet.

R. 2. S. Non displicet quidem decisio, verum potius ad visitatores referendum visum fuit.

R. 4. S. Placet: Vno excepto, qui causam ad Außträg/ præsertim si plures ex vna familia sint conueniendi remittit. Sic enim Anno 70. Comites in Schaumburg Electorem augustum & D. Wilhelmum Duces Saxoniæ ratione der Anlag zu der Landstewer/ vna simul N. cõuenerunt coram 18. ipsorum consiliariis, a quibus tandem huc appellatum.

162 D. 62. S. 3. An ratione denegatæ † vel protractæ iustitiæ, causæ principales ad Cameram illico deuoluantur, etiãsi corã priore Iudice nõ cœptatæ, vel ẽt ad finalem conclusionem deductæ sint, diuersi diuersa sentiunt, & præiudicia

163 vtrinque extant: placuit negatiua: Nam Iudex † prior qui cognitionis negotium semel susceperit, præcise id tenetur pertexere, neque potest aut debet superior, iudicium coram inferiore cœptum prosequi, aut alibi processu instituto, aut finito, sententiam ferre, cum diuersi fere processus in diuersis iudiciis, qui continuari alibi, aut definiri exinde difficulter possunt, sicut nec facile corrigi, quod alibi omissum est, quin facilius res de integro restituatur. Superioris etiam est † de processu inferioris an bene vel 164
male institutus sit, iudicium ferre potius, quam alieni negotii & periculi succedendum se prębere, & ꝙ difficultatis & molestiæ inferior detrectat, id in se deriuare ac vltro subire. Accedit, quod partiũ interest, q̃ prioris iudicii molestias sustinuerunt, ne beneficio primæ instantiæ inuitæ priuentur, sicut & parum partibus foret consultum, etiamsi causæ ad Cameram recta essent transferendæ, non enim magis expedite hic decisio procederet. Quare visum fuit, siquidem iam ante definitiue conclusum fuit, ne quidem promotoriales decerni: Cum impossibilis fere sit intra tam breue spatium vuius mensis expeditio: Iudicibus etiam alibi occupatis, nec circa decisionem præcipitandis animis agendum. Quod si vero ad finem † pro- 165
cessus deductus nondum fuerit, tunc pro motoriales quidem petitos decerni posse, verum effectum deuolutiuum causæ principalis eas non generare (sicut nec in specie ea comminatio promotorialibus additur) sed vtrobique aliis remediis vtendum, & per appellationem, vel mandata non causam ipsam, sed grauamen solum denegationis vel protractionis in iudicium prius duducendum & definiendum. Hęc Gail. *li. 1. obs. 6. n. 2. & obs. 28. lib. 1. Mynsi. cent. 3. obs. 57. & cent. 5. obser. 56. & 82.*

R. 1. S. Vsu obseruatum esse, daß man tali casu appellieren müsse / quem stylum non facile mutandum DD. censuerunt.

R. 2. S. Partibus vtilius fore, si vtroque casu tam aperto iudicio, vt vlterius in causa procedant, q̃ ante litem, vt eã debito modo inchoẽt, promotorialibus aduersus Iudices negligẽtes locus detur, & generaliter quatenus eis debito tempore non paritum esse liqueat, causa ipsa principalis ad Camerã deuoluitur. Cum vtroque casu Iudicibus inferioribus facile sit, vel aperire iudicium, vel eo aperto monitionẽ esse promotorialibus insertam, & ibi præfixum tempus deinceps in causa ꝓcedere, ob id forte, ꝙ & effectum deuolutum causę principalis ex vi & sententia constitutionis indistincte iurisdictionẽ Cameræ fundarit, ipsemet promotoriales operentur, atq; modus probandi denegationem seu protelationem iustitiæ, similiter per se ex paritione iussus superioris abunde deducatur, ita vt amplius nihil agendum restet, & suo iure Iudex superior causam ex negligentia inferioris ad suum tribunal transferat ac retineat, & ibidem decidat. Cæterum moderationem adhibendam eo casu, quando
post conclusionem † in causa promotoriales 166
emanant, vt si Iudex ad casum responderit, se quam primum iustitiam administraturũ, tunc non illico ex lapsu præfixi mensis causa ad Cameram deuoluitur, sed prętera trina admonitio seu protestatio sup negligentia protractæ

iusti-

iustitiæ requiritur, & de ea fides Iudici fiat superiori, ne alias nimis facile & circa culpam suã Iudex inferior post examinatam & ad conclusionem vsque productam, & vigore iurisdictionis suæ cognitam causam, reliqua parte iurisdictionis quæ potior habetur, & cum difficiliore libramine iusti & æqui expeditur, penitus priuetur; cũ fortassis etiam longiore deliberatione definitiua decisio indigeat. Secus si vel contumaciter nihil responderit, vel circa hoc audientiam vel administrationem iuris denegauerit. Non refragamur etiam, quod omnibus iis casibus pars vel appellationis viam, vel mandati remedium apprehendere queat, & id suo quidem periculo, cum in culpa ipsamet sit eligendo viam incommodiorem & quæ ambages
167 complectatur: Semper enim mala † electio eligenti nocere solet.

R. 4. S. Ipsam constitutionem denegatæ iustitiæ iurisdictionem Cameræ fundare, nec appellationis vel mandati via (nisi partes malint) opus esse omnes *D D.* 4. S. existimant, siue iudicio nondum aperto, siue lite iam pendente, quin & causa iam concluſa iustitia denegetur vel protrahatur, cum iure cõi receptum sit propter negligẽtiam inferioris Iudicis, iurisdictionem ad superiorem deuolui, non minus quam per appellationem. *Socin. & Panor. in cap. licet exsuscepto. ext. de foro competent. Matth. de Affl. ad constitut. Regni Sici. in c. Iustitiarius, n. 19. & seqq.* Iudex
168 etiam superior inferiori † negligenti terminum statuere potest, intra quem iustitiam administret, alias ipse super causa cognoscet, *Panor. in c. Ceterum. nu. 1. ext. de Iudic. facit Authen. statuimus. C. de Episcop. & cleric. vbi communiter Dd.* Ad hanc iuris communis decisionem status respexisse videntur, non distinguentes, lis cœpta, vel non
169 sit, vbi nec ius † commune distinguit, nec nos etiam distinguere, sed solam negligentiam vel moram inferioris Iudicis in administranda iustitia attendere debemus, qui alias solam citationem decernendo & deinde causam protrahendo, eludere constitutionis huius beneficiũ posset. Ordinationi quoque prouisum est, vt emanatis promotorialibus, si iustitia non administretur, causa ipsa ad Cameram deuoluatur. §. *fin. tit. 26 part. 2.* ibi, *so soll als dann dem klagenden Theil an dem Cammergericht / vngeachtet / ob gleich kein weitere Vrkundt deß geweygerden Rechtens fürbracht würde / zu recht wie sich gebürt / verholffen werden.* Quod non de grauamine denegationis vel protractionis sed causa principali intelligendum, præcedentia conuincunt, ibi, *soll ein jeder dem promotoriales insinuiert dem klagenden Theil Rechtens zuuerhelffen* in causa scilicet principali *schuldig seyn* id si non fiat, *soll jhm in Camera zu Recht verholffen werden* / &c. Quin & vtrumq; casum pendentis & nondum cœpti iudicii status comprehendisse, argumento est §. *wo sich aber einer cum §. seq. rit. 3. part. 2. ordinat.* ibi, *si Außträg* vrgẽt iustitiam in aperiendo iudicium intra mensem, vel etiam si aperto iudicio iustitiam protrahãt, non definiendo causam intra annum, ipso iure causa ad Camerã deuoluitur ex constitutione denegatę vel protractę iustitię. *Mynsing. cẽt. 2. obs. 74.* Appellari iure communi quoque posse certum est. *Abbas in c. ex parte. 2. de appellat. Felin. in 1. c. ex literis. nu. 8. in 1. fall. eod. tit.* Adeoque mandatum cum clausula contra Iudicem inferiorem obtineri, tamen quia ea res ambages parit, non satis tutum est partibus eas amplecti vias, sed cũ alias iurisdictio ad superiorẽ deuoluta sit, consultius ipsis erit, statim absq; omni circuitu ab eodem citationem petere. Per viam n. appellationis † cognosci de grauamine prius debet, 170
idq; contra Iudicem tanq̃ potentiorem, forte per multos annos, qui si impedimenta alleget, & ad eorum probationes sese offerat, tunc principalis per longas moras differretur, dum pendente grauamine Iudicis iurisdictio incerta est vt constare non possit, an causa principalis † huc deuoluta sit nec ne, sicque partes, qua- 171
rum causas promouere status per hanc denegatæ iustitię constitutionem voluerunt, contra mentem eorum ad maiorem circuitum & ambages adigerentur, quas ambages omnes hac denegatæ iustitiæ via electa, & citatione contra partem aduersam ex hac constitutione impetrata euitarent, quæ alias non, nisi conuicto de negligentia vel culpa inferioris Iudicis ad Cameram citari possent. Itaque non putant, statuum mentem fuisse, partes ad illum circuitum adigere, sed permittere voluisse, statim, probata etiam per nudam promotorialium reproductionem iustitiæ denegatione, vel protractione citationem petere, vt arbitrium partibus liberum sit vel huius constitutionis beneficio vti contra partem aduersam, vel appellationis & mandati viam contra Iudicem inferiorem instituere, nec tanta processuum diuersitas in locis etiã diuersis fingi potest, maxime circa substantialia processus, quando continuari hic, alibi forte cœptus possit, quod & allegatus §. *Wie sich aber* expresse decidit: Imo si quid substantialium alibi forte omissum sit, quod ante conclusionem suppleri id possit iuxta formam & modum in ordin. *part. 3. tit. 39.* præscriptum, & rescissa conclusione coram inferiore iudice facta extra dubium putant, sicque nullius alieni periculi successor Iudex Cameræ erit, sed de processu Iudicis inferioris statim & protracta iustitia cognoscet, nec opus habebit eam cognitionem differre, donec morosus Iudex inferior sententiam ferat, & ea per appellationem huc deuoluatur, quod etiam cũ maiore temporis iactura, & partiũ incõmodo fieret, si postmodum nulliter iudicatũ esse hic pnũciaretur, quia pars tali casu † triplici ꝓcessu 172
grauaretur. Primo, contra morosum Iudicem.

II. contra partem III. coram superiore Iudice Cameræ. Quibus omnibus ambagibus status succurrere voluisse D D. arbitrantur. Ideoque hoc denegatæ iustitiæ beneficium, ad vtrumq; casum capti iudicii & nondum cœpti extendendum arbitrantur.

173 D. 63. S. 3. Cum supplicationibus plerunq; † procuratores documēta exhibent, q̄ postea in processu non producunt, vt & ita sciri non possit, quibus ex fundamentis processus decreti, quod tamen necessarium est, iniungendum itaque illis, vt copias in Dancellaria relinquant, quo etiam sub & obreptio postea innotescat rectius, & an, & quomodo partes varient.

R. 1. S. Placet.

R. 2. S. Approbamus, & iniungendum censemus vt per Lectores vel Notarium aliquo modo collationatas vel saltem per ipsum procuratorem subscriptas, non autem nudas tantum copias in Cancellaria relinquant.

174 R. 4. S. D D. mallent procuratoribus † iniungere, vt quod in cæteris productis iudicialiter faciunt, id etiam in extraiudicialibus supplicationibus obseruent, & copias productorum documentorum originalibus adiungant, quas demum decretis processibus iubeatur Notarius ad Cancellariam transferre. Vnus tamen ex D D. antiquo id stylo relinquit. Exceptiones enim sub & obreptionis opponere Reus deber, quas nisi Actor per exhibitionem prius exhibitorum documentorū, quorum etiā in supplicatione, & sic in narratis processuum mētio fieri solet, refutauerit, cassatio processuū & condemnatio expensarum ipsi immineant.

175 D. 64. S. 3. Tabula preuilegiorum † appellationis redintegranda videtur, & non tantum quæ restant, aut interim producta priuilegia inferenda, sed & omnium qualitates & quantitates magis in specie & expressius designādæ, vt statim circa notoria illa interponatur cognitio, quorum per partes demum admoneri
176 inconueniens est, cum initio in re manifesta † nemo inani sumptu & molestia grauandus.

R. 1. S. Placet.

R. 2. S. Nemo non iudicat hoc necessarium & vtile esse.

R. 4. S. Placet D D. & laborem vni ex D D. demandatum iam esse intelligunt.

D. 65. S. 3. Non parum ad expeditionem cau-
177 sarum, † præsertim in submissionibus leuioribus facere visum est, si D D. (qui am Beſcheidtiſch causas ob difficiliorem expeditionem referendas alibi quasi ordinarie censent) veras submissiones, quas definiendas putāt, per Notarium primæ paginę inscribi facerēt: Ita enim & discerni causæ & quę facilioris expeditionis aut magis priuilegiatæ sunt, maturius ad referendum dari, & p Referentes suscipi poterunt, neque difficiliores & quæ tardioris expeditionis ad vnum forte plures coaceruentur, neq; etiam facile quæ ad referēdum semel datę plures quod fit referentur anff dem Beſcheidtiſch.

R. 1. S. Placet.

R. 2. S. Ad *D.* 3. S. referimus vt ipsimet huius solertiæ primum periculum faciant.

R. 4. S. *D D.* hanc rem antiquo stylo relinquunt, quia maior temporis pars correctioni eiusmodi tribuenda foret, & pauca decreta expeditentur, si tamen mutare notatum errorem submissionum quis velit, id cuique liberum relinquunt.

D. 66. S. 3. Cum procuratorum obitus † mul- 178
tifariam remoretur causas, & earum expeditionem, plerunq; ēt documenta, acta & alia interim deperdi soleant, nō abs re videtur, si iniungatur procuratoribus, vt deinceps in procuratoriis suis semper vnum atq; alterū in illum euētum, qui causam illico reassumere, aut prosequi teneatur, substitui aut simul constitui curēt.

R. 1. *S.* Placet. R. 2. *S.* Partibus hoc relinquendum liberum. Procuratoribus autem id sine fructu iniungi censemus, ne tuto quidem, cum multa queant accidere, cur non expediat vel ipsius partibus, vel procuratoribus in euentum substitutis. R. 4. *S.* Placet, vt tamen prohibeantur procuratores sub pœna arbitraria partes duplici salario grauare.

D. 67. S. 3. Denique vt minus deinceps † du- 179
biorum circa processum, præsertim denuo generetur, & iam ante decisa rursus in dubium reuocentur (quod fere euenit) operæ precium visum fuit, & hactenus præter ordinationem (quæ per se certa) decisa & resoluta ea, quæ ad processum pertinent & quotidie occurrere solent, secundum ordinem iudicii & processus colligere & breuibus conscribere, vt ad manus & in conspectu semper sint iis, qui causas am Beſcheidtiſch expedire solent: Omnium enim semper meminisse, extra sortē humanitatis est.

R. 1. S. Placet. *R.* 2. S. Referimus ad dominum Iudicem, vt is aliquibus suo arbitratu hoc oneris iniungat, & circa reliqua sententiam suam *DD.* S. 3. ante omnia exponat, cupimus. Quamuis quod attinet ad *68. D.* putauerimus propter conuersa meo casu iurisdictionem, causam merito ad Cameram, vti omnium cōpetentem & superiorem deuolui vel potius pertinere, ne etiam alias pupupilli maneant indefensi, ac variis litibus atque iniuriis facile cum magno damno implicentur.

R. 4. *S.* Placet. *D.* 68. *S.* 3. Hoc quoque positum 180
fuit, si domicilium † pupillorum contentiosum fuerit ratione iurisdictionis & litigetur, an eius ratione mediate vel immediate imperio subsint, atque lis adhuc desuper in Camera dependeat: Aut si domini territoriorum † etiam 181
inter se de iurisdictione tam pupillorum, q̄ bonorum ipsorum contendant, ita vt pupilli indefensi maneant, an Camera pro ordinatione vel

confir-

confirmatione legitimorum tutorum adiri possit ? Quidam enim DD. putant, quod sic. Quidam quod non. Interim nec ordinantur tutores, nec processus necessarij haberi possunt.

R. 1. S. Sentiendum cum DD. affirmatiue concludentibus.

R. 2. S. Resolutum in 67. D. quo fit Relatio.

R. 4. S. DD. hoc D. ad 3. S. prius resoluendum remittunt.

D. 69. S. 3. Id quoque in medium allatum fu-
182 it, quod si quando † pro executiuis processibus imploratur Camera, vigore instrumentorum guarentigiorum aut similium, vbi in causa meri mutui quinque pro centum, aut alias vltra modum constitutionibus præscriptum loco interesse, aut annuorum reddituum, quid expressum habetur, an processus generaliter decernendi, vel omnino denegandi, an vero di-
183 stinctio adhibenda † inter sortem & vsuras seu interesse, & hæc rursus eatenus restringenda, vt ne vltra quam licitum est, attendatur, aut processus decernantur? Quæ diuersimode hactenus tam in processibus decernendis, quam decisione causarum obseruata sunt. R. 1. S. Quatuor DD. quoad vsuras illicitas processus denegandos, sed quoad sortem, item vsque ad modum interesse liciti inuicem decernendos,
184 nec hoc posteriore casu, vtile † propter inutile vitiandum esse. Alij tres concluserunt, si ex narratis appareat, contractum esse vsurarium, tunc nihilominus decernendum esse. R. 2. S. Pragmatici certant, & adhuc sub Iudice lis est.

R. 4. S. DD. & hoc D. similiter ad 3. S. prius resoluendum remittunt.

QVÆSTIONES QVÆDAM dubiæ S. Definitiuarum Anno VXX. XC. motæ, vna cum suis Resolutionibus, aliaque nonnulla ibi proposita, & aliquo remedio indigentia.

SVMMARIA.

1 *Procuratores generalia procuratoria habẽtes, plerunque absque legitima causa se intromittere detrectant, donec præuia ipsorum inani disputatione, super qua etiam submittere solent, decreto compellantur: & de quibusnam causis id intelligatur. num. 2.*

3 *Constitutio procuratoria an sit admittenda, si inclusiue tantum vsque ad sententiam definitiuam facta sit, nulla mentione puncti executionis facta.*

4 *Appellans an in primo termino reproductionis processuum cum executis compulsorialibus, simul vel acta, vel documentum requisitionis producere debeat, quantumuis nemo ea audientia nomine Appellati compareat, aut an sufficiat, si proxime producantur, quando Appellatus comparuerit.*

5 *Commune decretum vbi non distinguit, an Appellatus in primo termino compareat, vel non, ibi nec nobis distinguere licebit.*

6 *Decretum generaliter loquens generaliter quoque intelligi debet.*

7 *Appellans si in primo termino nec acta priora, nec sufficiens documentum produxerit, an ex officio Appellatus absens à citatione absolui debeat, idque statim; & an Appellans condemnandus sit in expensas.*

8 *Potestas antiquandi & abrogandi penes procuratores esse non potest nec debet.*

9 *Absolutio ad implorationem partis fieri debet.*

10 *Procuratoribus indistincte iniunctum est sub pœna absolutionis à citatione, vt acta vel documenta in posterum in primo termino producant.*

11 *Quidam statuunt, quod ob documentum vel acta non producta in primo termino Appellatus à citatione absolui non debeat, eo præsente & id ipsum petente.*

12 *In causis appellationum an sufficiat, si in primo termino loco documenti requisitionis actorum, repetatur saltem nuncij Cameræ compulsorialium executio; & an nuncij expositio in executione facta sit necessaria. num. 13. item nuncio talem iussum alleganti an sit credendum, & nudæ eius assertioni standum. num. 14.*

15 *Camera suos nuncios iuratos Appellantibus deputare non tenetur.*

16 *Altera pars litigantium sæpius iudicialiter non comparet, nisi contra se decreto & facto proclamate, tunc ex aduerso recessus qualis haberi soleat.*

17 *Appellans à definitiua terminum ad libellandum obtinens, an intra eundem præcise in scriptis libellare teneatur.*

18 *Appellans si intra terminum loco summarij libelli appellationis instrumenta ac grauamina eidem inserta repetat; an tunc, quia non libellauit; Appellatus à citatione absolui debeat.*

19 *Repetitio actorum loco libelli est arbitraria, facitque ad lites abbreuiandas.*

20 *Reorum exceptiones fori declinatoriæ, vel Appellatorum exceptiones desertæ vel non deuolutæ appellationis, post Actoris aut Appellantis libellum productæ, an irreleuantes sint.*

21 *Exceptiones desertæ vel non deuolutæ appellationis, si antequam libellus ex aduerso producatur, exhibitæ sunt, an libello post modum producto, Appellatus ad eundem nihilominus agere teneatur.*

22 *Appellans si summarium libellum, termino ad libellandum obtento, exhibuit, an intra residuum tempus obtenti termini variare possit.*

23 *Via quadam semel electa, alia articulandi via nemini vlterius patere debet.*

24 Ter-

24 *Termino ad libellum agendi obtento, si exceptiones annexæ* Euentualhandlung *exhibitæ sunt, an nihilominus postmodum litis contestatio respon. & defens. separatim adhuc produci posset.*

25 *Procuratores præmoniti sunt, vt sub dictis tribus vel 2. comminationibus* Euentualhandlung *non nisi coniunctim simul cum exceptionibus posthac semper exhibeant.*

26 *Exceptiones dilatoriæ vel peremptoriæ in vim dilatoriarum proponendæ, an in nouis vel præfixis produci debeant.*

27 *Exceptiones vnà cum* Euentual Handlung *semper exhiberi possunt: secus si* Euentual Handlung *separatim exhibeatur. numero. 28.*

29 *Ad supplicationem pro commissione ad futuram rei memoriam, lite iudicialiter agendi pendente exhibitam, terminus tantum 14. dierum vel 4. septimanarum ad summum concedi debet.*

30 *Procurator primæ vel 2. probandi dilatione nondum elapsa, si secundam vel 3. sine vlla impedimenti allegatione petit, an ad eiusmodi petitiones secundæ vel 3. probandi dilatio recte decernatur: si ea vero non sit decernenda, an recessus ideo reiici debeat. numero 31.*

32 *Commissione ad perpetuam rei memoriam in Camera extraiudicialiter impetrata, factaque earundem attestationum in Cameræ archiuum depositione & lis postea coram inferiori Iudice est cœpta, & impetrans depositum Rotulum per supplicationem ex archiuo sibi restitui petit, an petitio restitutionis rotuli supplicanti rectè denegetur donec aduersarij consensum prius doceat.*

33 *Procuratorum pœna quæ, si longos & inutiles recessus habeant, inter partes non recte distinguant, producta incorrecta offerant, vel frustra deliberatorias ad proximam vel secundam petant.*

34 *Procurator quando propter aliqua iniuriosa verba productis inserta mulctatur nec ipse, sed principalis suus postea pro remissione pœnæ supplicat, tunc principalis supplicans audiri non debet.*

35 *Rei in causis mandatorum sine clausula in primo termino raro vel nunquam de paritione vere docent, sed vel terminum ad excipiendum petunt, vel frioole statim contra mandatum excipiunt, & ratio diuersitatis hoc casu quæ.*

36 *Reus an pure in expensas præteritas condemnandus sit, vel non.*

37 *In casu puræ condemnationis expensarum, an iisdum annumerari & refundi debeat pecunia in Cancellaria pro redemptione emanati mandati erogata, & ratio distinctionis hoc loco quæ.*

38 *Mandata sine clausula an ad 4. casus decerni possint & debeant, saltem contra immediate, non vero contra mediate imperio subiectum.*

39 *Bono & graui præsidi in sua prouincia quæ curanda veniant.*

40 *Princeps eiusque subditus si eadem de causa simul à quopiam in ius vocari & conueniri velit quæstionis est, an subditus. inuitus principem* für die Außträge *sequi debeat, aut vero princeps etiam non requisitus simul cum subdito ob causæ connexitatem in Camera statim conueniri possit.*

Subditus dominum suum für die Außträg *sequi debet, coram quibus, & non in Camera ambo simul conueniri possunt & debent.*

D 1. S. 4. Plerunque † procuratores generalia habentes procuratoria, absque legitima causa se intromittere detrectant, donec præuia ipsorum inani disputatione, super qua etiam submittere solent, decreto compellantur, daß sie Copey jhres gemeinen habenden Gewalts ad proximam bey straff der Ordnung zur selben Sachen auch legen sollen. Ne igitur audientia frustra distineatur, & Iudices, Cancellaria & Lectores in posterum minus defatigentur, existimatur tali casu posthac ita pronunciandum: Jst der Bescheidt / daß Doctor N. Copey seines gemeinhabenden Gewalts ad proximã bey Straff nach Ermässigung zu dieser Sachen auch legen soll / vnd ist gegen jhme vmb deß willen er solches vnderlassen / die Straff der Ordnung vorbehalten / prius tamen procuratores auisandos esse. R. 1. S. Placet. 1

R. 2. S. Placet.

R. 3. S. Placet, dummodo id intelligatur † in causis pendentibus & iam introductis, ne quis initio ad minus legitimam excusationem comparere teneatur. 2

D. 2. S. 4. Quæritur, an constitutio procuratoria † (quæ ab initio statim ad totam causam fieri debet) sit admittenda, si tantum sit facta vsque ad sententiam definitiuam inclusiue, nulla mentione facta puncti executionis? Respon. Quia executio pars & sequela est causæ principalis, ex qua immediate pfluit, procuratores admonendos esse, vt posthac semper in initio statim causæ etiam ad punctum executionis in euentum actiue & passiue agendi legitimati compareant, sub pœna mulctæ arbitrariæ, & reiectionis mandati procuratorii, hac enim via certius & citius promouetur executio, & litigantium maioribus sumptibus parcitur, hocque ipsum, vt ita fiat, formulæ mandatorũ procuratoriorũ Cameræ sẽtentiis D. Seileri annexæ clarissime innuunt & annuunt. 3

R. 1. S. Placet.

R. 2. S. Approbamus, & vtile non minus quam necessarium censemus.

R. 3. S. Placet, licet dominus denuo citandus videatur, tamen id non necesse esse semper, cum sic executorialibus parere possit, & victor aliis nouis ambagibus implicet producentes generaliter sicut & Referentes.

D. 3. S. 4. Quæritur; an Appellans † præcise in primo termino reproductionis processuum cum executis compulsorialibus, simul vel acta, vel documentum requisitionis sufficiens, infra quod spatium illa reddendi Iudex spem fecerit, 4

pro-

producere debeat, quantumuis ea audientia nomine Appellati nemo compareat, aut an sufficiat, si producantur proxima, vel vlteriori audientia, quando Appellatus comparuerit? Respondeo Appellans præcise in primo termino reproductiõis processuum, cum executis compulsorialibus, simul vel acta, vel documentum sufficiens, infra quod spatium illa reddendi Iudex spem præbuerit, producere debet, quantumuis ea audientia nomine Appellati compareat nemo nec excusandus est, si eadem producat audientia proxima vel vlteriore, quando Appellatus comparuerit. Aut enim Appellans prima audientia documentum, vel acta ad manus habet, & tunc non cunctari aut tergiuersari, sed communi decreto collegij 7. Iulij Anno 85. publicato, metu ibidem comminati præiudicij absolutionis à citatione, obedienter parere debet, aut nondum ea ad manus habet, adeo quod communi decreto satis facere nec potest quidem, & tunc iterum Appellatus absolutionem à citatione petere potest. Quia enim
5 commune decretum † non distinguit, an Appellatus in primo termino compareat, vel non compareat, nec nos distinguere debemus,
6 sed decretum † generaliter loquens, generaliter debet intelligi.

R.1.S. Iam ante est resolutum.

R.2.S. Placet Resolutio.

R. 3. S. Absurdum videtur absoluere quasi cõtumacem, & nihil vel serius petentem quod perinde est vt in D.6.S.3.

7 D.4.S.4. Quæritur; si Appellans † in primo termino nec acta priora, nec infra quod spatium illa reddendi Iudex spem præbuerit, sufficiens documentum produxerit, an ex officio Appellatus absens à citatione absolui debeat, idque statim, an vero contra ipsum prius impetrato & facto proclamate, & an Appellans etiam condemnãdus sit in expensas. Respond. Si Appellans in primo termino nec acta priora, nec documentum produxerit sufficiens, infra quod spatium illa reddendi Iudex spem præbuerit, tunc Appellatus (voto vnius D D.) etiamsi non petit, vel absens est, ex officio tamen statim est absoluendus, etiam non præuio contra ipsum proclamate: Non enim ob Appellati contumaciam, sed propter Appellantis siue Procuratoris ipsius oscitantiam, vel tergiuersationem authoritate legis publicæ, introductæ ob vtilitatem publicam, & vt tam salubris lex illa, quam in visitatione postmodum confirmatam Iudex ipse condidit, per eundem manuteneatur contra conclusionem, indulgentiam vel incuriam procuratorum, quia an-
8 tiquandi & abrogandi † potestas penes ipsos esse non debet:) Eiusmodi (inquit) proferatur à citatione absolutoria sententia (verumtamen Appellato si non comparuit in expensas quando quidem nullas fecit & in quo non contumax est Appellans, condemnari non debeat.) Nec obstare videtur text. ordinat. *part.3.tit.31.§.* derwegen dann auch *folio* 184. *qui dicit*, daß der Appellat auff sein Bitt vnnd anhalten von außgangener Ladung soll absoluiert werden. Tunc enim temporis ordinationis terminus ille non erat præiudicialis, ideo vt innuit modo allegatus textus, absolutio † fieri debeat ad 9
implorationem partis: at in decisione tñe parte vltima 5. D. & verbis: Deß gemeinen Beschcidts / de Anno 85. d. verba auff sein Bitt vnd anhalten / sunt omissa & procuratoribus simpliciter & indistincte iniunctum est † 10
sub pœna absolutionis à citatione, vt acta, vel documentum hinfüro in primo termino producant: Cæteri vero octo D D. concludunt, quod ob documentum † vel acta non produ- 11
cta in primo termino, Appellatus à citatione absolui non debeat, nisi sit præsens & id ipsum petat, quia (inquiunt) Appellatus tacite renunciare posset fauori suo, & fortassis ex communi beneficio appellationem mallet prosequi, & pro hac opinione mitiori quoque stare videntur tam allegata antiqua ordinatio, quã ipsum quoque Anno 85. resolutum 5.D. ex quo allegatum commune decretum, & natum est, & profluxit.

R.1.S. Similiter ante hac fuit resolutũ in hoc S. & probata tunc posterior sententia DD. 4.S.

R.2.S. Probatur Dominis posterior sentẽtia.

R.3.S. Placet & iam est resolutum in D.6.

D. S. 4. Quæritur; an in causis † appellatio- 12
num sufficiat, si in primo termino, loco documenti requisitionis actorum, repetatur saltem nuncij Camerę compulsorialium executio, si in ea mentio fiat, quod Iudex vel saltem notarius iudicij, aut Secretarius principis, cui facta est executio actorum, ea communicare velint Appellanti, vel non mentionem fecerit, idq; executioni nuncius inseruit, nec q̃ ab Appellante eiusue procuratore acta requirendi mandatum habuerit, aut eius nomine ipse ea sollicitarit, nũcij † dilucida expositio sit necessaria, vel quo- 13
que nuncio † talem iussum alleganti sit credendum, & nudæ nuncij assertioni standum? Respond. cõpulsorialibus retroscripta nuncij Cameræ executio (octo DD. votis) neutiquam loco documenti requisitionis actorum vtiliter repeti potest. Extra n. & propter officium ipsius assertioni nudæ tanto minus est credendum, ex quo ordinatio & cõe collegii decretũ requirit documentum vel testimonium sufficiens, infra quod spacium acta reddendi Iudex spem præbuerit, & vt Iudici prius caueatur ratione salarii descriptorum actorum, hoc quod per Cameræ nuncium commode fieri nequit. Nec videtur ferenda illa mora nuncii Cameræ, donec modo dictum testimonium à Iudice vel notario ipsi conficeretur. Vergeret enim in præiudicium aliorum processuum, quorum plerumque

pluri-

plurimus, plurimis diuersis in locis vno cursu exequendos vehere solent, adeoque lapsus fatalium periculum subesset, nec Camera iuratos
15 nuncios † suos Appellantibus deputare tenetur multo minus ea de causa speciali iuramento astringere debet eosdem, vt fideliter acta requirant, & intra certum spacium acta reddendi factæ spei veram relationem faciant: Ordinat namque *part. 2. tit. 31. in princip. fol. 146. & part. 3. tit. 31. §.* Derowegen dann auch *fol.* 184. prout etiam inde desumptum collegii 5. D. Anno, &c. 85. resolutum disponit & vult, non quod acta post impetratos demum in Camera processus requiri debeant, sondern daß der Appellant durch seinen (non Cameræ sed prioris instantiæ procuratorem) erinnert werden / vnnd schuldig seyn soll / Nach interponierter Appellation alsbald den Richter voriger Instantz / vmb die acta, wie sich gebürt / zuersuchen / vnnd zimlicher bezahlung halber Sicherheit zuthun / &c. Sique postmodum in Cameræ citatione præfixus terminus longior sit, vel breuior, Appellantem nec releuat, nec impedit, nec quoque à documenti productione excusat. Vnus vero DD. nunciorum iuramento clausulam fideliter faciendi relationem, quod acta requisiuerint, inserendam, atque sic iurati nuncij executioni, & in ea factæ requisitionis actorum relationi credendum esse censet.

R. 1. S. Itidem ante decisum est & comprobata clausula, quam singulariter vnus D. 4. S. suo voto aliorum suffragiis annexuit.

R. 2. S. Est nouum D. 3. S. ac placuit infra scripta resolutio maioris partis.

R. 3. S. In D. 9. 3. S. est resolutum.

16 D. 6. S. 4. Multoties alter⁹ pars † litigantium iudicialiter non comparet, nisi contra se decreto & facto proclamate, tunc ex aduerso solet haberi recessus: Man wölle vernemmen / ob comparens contumaciam purgieren / vnnd sich deß Ruffens halben mit den Pedellen wölle vergleichen. Non raro etiam comparens procurator per decretum ad id est compellendus, daß er sich nemlich deßwegen mit den Pedellen vergleichen soll. Quia vero eiusmodi recessus videntur inanes, & (si velint procuratores eorum contra quos decretum est proclama,) omnino præcaueri & omitti possunt, concludunt, procuratoribus potius post factum proclama comparituris, vt ante comparitionem den Ruff fl. quem debent aduersario procuratori, vel pedellis soluant, iniungendum, contra secus facientes & per illud dictos recessus causantes, pœnam ordinationis esse statuendam.

R. 1. S. Placet: Procuratores tamen puniendos arbitrarie cum detrectatio non possit non sapere meram turbationem.

R. 2. S. Hoc ita statui potest.

R. 3. S. Placet sententia 4. 5. regulariter.

17 D. 7. S. 4. Quæritur, vtrum Appellans † à definitiua obtinens terminum ad libellandum, intra eundem teneatur præcise in scriptis libellare, & si intra illum † terminum loco sum- 18
marij libelli repetat instrumenta appellationis, & eidem inserta grauamina, item acta priora in locis pro se facientibus, petens pronunciari male iudicatum bene appellatum cum expensis, An tunc quia Appellans non libellauerit, Appellatus sit à citatione absoluendus? Respond. Neutiquam. Imperij namque recessus Spirensis de Anno 70. § Aber im Fall da der Appellant nichts neuwes eynbringen / sondern nur Acta vorgehender Instantz loco grauaminum erholen würde / (inquit) soll darauff Vermög der Ordnung / weiters vollnfahren werden / &c. Sicque eiusmodi repetitio † actorum 19
loco libelli arbitranda est, & facit ad abbreuiandas lites: facta enim semel eiusmodi repetitione actorum, Appellans postmodum variare & libellum etiam intra residuum tempus ad libellandum obtentum producere amplius non potest.

R. 1. S. Iam resolutum est, Placet, vt tunc quoque fuit concluſum.

R. 2. S. Est 21. D. 3. S. quod eodem modo ab illo, sicut hic resolutum est & placet resolutio.

Resolutio habetur in 19. 20. & 21 D. 3. S.

D. 8. S. 4. Quæritur: An Reorū exceptiones † fori declinatoriæ, vel Appellatorum exce- 20
ptiones desertæ, vel non deuolutæ appellationis, post Actoris aut Appellantis libellum productæ, ob hoc solum, quod non sit annexa Euentual Handlung / nulla præuia partium disputatione & cognitione Iudicis, an irrelevantes sint, vel non rectæ statim, als der Ordnung zuwider reiici, lisque pro contestata, & articuli (vel articulierte Klagen) pro confessatis acceptari, viaque defensionales producendi præcludi possit aut debeat? Respond. si Reus vel Appellatus incompetentiæ, aut litis ingressum impedientes exceptiones intentionis & facti, vel desertæ aut non deuolutæ appellationis, intra obtentum terminum ad libellum agendi proponendas habeat adeo releuantes, vt iis tuto confidere possit, tunc non opus habet necessitate absoluta & præcisa, vt in euentum Handlung annectat, esset namque superflua & Iudex ob non annexam Euentual Handlung dictas exceptiones non reiicere als der Ordnung zuwider / non quoque litem pro contestata, aut articulos (multo minus articulierte Klagen / hoc enim plane insolitum & absonum videtur, siquidem actio annexam conclusionem, clausulam & petitionem in se quoque continet) pro confessatis acceptare, & viam defension. producendi præcludere potest, donec in illo exceptionum puncto submittatur, & causa cognita dictæ

exce-

exceptiones irreleuantes reperiantur, & Iudex sit certus, quod sua fundata sit iurisdictio, vt non obstantibus exceptionibus ad vlteriora procedere possit: Priusquam enim ipsi de his certo constat, vel ipso iure nullum, vel certe absonum & iniquum foret, si ob prætensam contumaciam in punctis litis contestatæ responsionum & defensionalium, euentualiter non agentis, in alio incompetentiæ scilicet vel litis finitæ dilatoriarum, vel desertæ aut non deuolutæ appellationis exceptionum diuersissimo puncto Reum vel Appellatum non audiret, suasque exceptiones præcipitanter & præmature nulla præuia cognitione indiscretim reiiceret.

R.1.S.Itidem resolutum,& tunc conclusum, vt DD.4.S.hic concludunt.

R.2.S. Placet similiter, & ita quoque resoluimus ad 34.& 37.D.3 S.

R.3.S. Est resolutum in 38. D.3. S.vbi iam ante resolutio extat.

21 D.9.S.4.Quæritur: si exceptiones † desertæ, vel non deuolutæ appellationis, antequam ex aduerso libellus producatur sunt exhibitæ, an postmodum producto libello, Appellatus ad eundem nihilominus in euentum agere teneatur? Respondetur,quod sic, Idque vigore recessus imperii de Anno 70. §. Demnach sollen auch die gewöhnliche Termin / &c. vbi eiusmodi Euentualhandlung nihilominus exigitur, etiamsi nullæ vel declaratoriæ vel dilatoriæ exceptiones habentur, cum quibus in euentu simul & coniunctim agatur.

R.1.S.Placet.

R.2.S. Non displicet, propter rationem abbreuiandorum recessuum & causarum promouendarum; aliud tamen esse duximus in huiusmodi exceptionibus oretenus propositis breuissime ad 39.D.3.S.

R.3.S.Resolutum est in 34. D. in fin. 3. S. vbi iam ante resolutio extat.

D.10.S.4.Quæritur: obtento termino ad li-
22 bellandum, † si Appellans exhibuit summarium, an intra residuum tempus obtenti termini variare,hoc est,libellum articulatum exhibere, & petere possit, Summarium ab actis remoueri? Respond. non potest, quia quo Appellans exhibendo summariũ libellum semel vsus est, terminus suus eo ipso expirauit statim, sicque
23 vna via semel † electa, altera articulandi via ipsi patere vlterius non debet, nec decet vt terminus ad summariũ libellum agendi obtentus per Appellatum, ipso præsertim inuito, à cursu suo reuocetur. Est enim irreuocabilis & ius ratione termini & præclusionis viæ articulandi Appellato semel quæsitum, eidem auferri nequit.

R.1.S.Inhærendum priori hac de re facto cõcluso, quod cum DD.4. S. concluso concordat.

R.2.S. Decisum ad 20. D.3.S. vbi dicto recessui imperii in §. wiewol auch / inhærendum esse diximus.

R.3.S. Est 20. D. 3.S.vbi iam ante extat resolutio.

D.11.S. 4. Quæritur: an obtento termino ad 24
libellum † agendi, si exceptiones annexæ Euentualhandlung sunt exhibitæ, nihilominus tamen postmodum litis contestatio responsion. & defension. modo intra residuum tempus obtenti prius termini fiat, separatim adhuc produci posset? Respon. nullo modo: Euentualhandlung namque sub periculo & comminatioen litis contestatæ confessatorum articulorum, & præclusionis viæ defens. simul cum exceptionibus exhiberi debet, prout expresse vult imperii recessus de Anno 70. §. Demnach sollen auch die gewönliche Termin etwas eyngezogen / vnd neben den exceptionibus die Euentualhandlungen / in zweyten Termin / (sicque in vno & eodem termino) zugleich eynbracht werden / &c. Alias enim würde die termini nicht eyngezogen/sondern zu auffenthalt der Audienz vñ anderer Sachen/doppelte Receß zuhalten gestattet, Quod vero d. imperii recessus prohibet; huius tamen præmonendi sunt † 25
procuratores, vt sub dictis tribus, vel duabus comminationibus Euentualhandlung non nisi coniunctim simul cum exceptionibus, posthac semper exhibeant. Vnus vero DD. hoc D. visitatoribus decidendum propinare maluit.

R.1.S.Placet per omnia.

R. 2.S. Consentimus, & hoc ita resolutum ad 35.D.3.S.

R. 3. S. Habetur in D. 34.& 35. 3. S. vbi iam ante resolutio extat cum distinctione.

D.12. S. 4. Quæritur: an eiusmodi exceptio- 26
nes † dilatoriæ vel peremptoriæ in vim dilatoriarum proponendæ, in nouis vel in præfixis produci debeant? Respond. Septem DD. in libero procuratorum arbitrio relinquunt, num exceptiones, siue nudæ sint, sine annexam habeant Euentualhandlung / in nouis vel in præfixis producere velint, duo vero DD. censent,exceptiones solas(si scilicet propter earum releuantiam excipiens nihil in euentum agere velit,) præcise in nouis esse producendas, attento quod terminus ordinationis,atque adeo per consequens etiam die Vmbfrag in ordinariis(in qua iuxta ordinat. *part.3.tit.* 24. eiusmodi exceptiones exhibendæ fuerant) hodie sit sublata.Exceptiones vero quibus annexa est Euentualhandlung/ vnus ex DD. non nisi in præfixis exhiberi posse existimat, ne confusioni & incertitudini der Handlung vnd Vmbfragen/ fenestra aperiatur.

R. 1. S. Exceptionem ad promouendam † 27
celeriorem expetitionem causarum, vna cum

Eventualhandlung in nouis exhiberi posse, quam exceptiones solas, si tamen Reus suis exceptionibus tantopere fidat, & eas solas in nouis audeat proponere, tunc iuxta præcedens 11. D. resolutum vlterius nec in nouis nec in præfixis
28 audiendus est, si separatim † Eventualh ndlung velint exhibere.

R. 2. S. Placet. Sententiam maioris partis recepimus, & secuti sumus eam ad 34. D. 3. S.

R. 3. S. Est D. 34. 3. S. vbi iam ante resolutio extat.

29 D. 13. S. 4. Ad supplicationem † pro commissione ad futuram rei memoriam, pendente lite, iudicialiter exhibitam agendi, quoniam præsens periculum in mora est, terminus tantum quatuordecim dierum, vel ad summum quatuor septimanarum concedi debet, vt vult visitat. recess. de Anno, &c. 85. §. da dagegen Anwaldt. Huic ergo recessui in posterum (omnium DD. votis) stricte est inhærendum, & procuratori ex aduerso petenti terminus laxior, puta sex vel octo mensium, præsertim remittente supplicante neutiquam (vt factum) imposterum concedi, quin potius longiorem terminum petens desuper quam submittens puniri & futuræ visitationis senatus (trium DD. sentẽtia) moneri debet, vt ad huiusmodi supplicationes nullus omnino, vel laxior terminus concedatur, vt seruetur æqualitas.

R. 1. S. Placet, cum de eo scripta lex sit.

R. 2. S. Pro qualitate periculi, & distantia loci hoc Iudicem magis arbitraturum existimatum est, ita vt aliquando breuius vel nullum spacium temporis concedat.

R. 3. S. Placet, cum lex scripta ita habeat.

30 D. 14. S. 4. Si procurator † nondum elapsa prima vel secunda dilatione probandi, petit secundam vel tertiam sine vlla allegatione impedimenti, puta si dicat: Ich bitt N. Monat pro secunda vel tertia dilatione probandi, vel in genere saltem, dieweil commissio in prima vel secunda dilatione nit verricht werden kan (nec tamen in specie aliquod impedimentum exprimit) So bitt ich N. Monat pro secunda vel tertia dilatione probandi, Quæritur: an ad huiusmodi petitiones recte secunda vel tertia probandi dilatio decernatur, Si decernenda
31 † non fuerit, quæritur vlterius, num ita pronunciari debeat. Ist Doctor N. sein N. Tags der zweyten (oder dritten) Dilation probandi halben beschehen Begeren abgeschlagen: vel potius recessus, vt contra ordinationem, vel informiter habitus cum reseruatione pœnæ ordinationis, an vero arbitrariæ, sit reiiciendus? Respond. Ad huiusmodi petitiones vlterior petita dilatio non decerni, nec adhuc denegari potest, sed recessus, vt contra ordinationem, vel informiter habitus cum reseruatione pœnæ arbitrariæ (vel vnius D. voto est pœna ordinationis) est reiiciendus, ob non allegatum videlicet in specie impedimentum, cur in priore adhuc currente dilatione commissio expediri non potuerit, hocque vt fiat ordinat. *part. 3. tit. 16. §. was aber die* dilationes probandi, & visitat. recessus, Anno 75. den Procuratoren zugestalt. §. da an Commissarien. & de Anno 77. §. welcher Massen den Procuratorn. nec non collegii communi decreto Anno 77. den 2. Iulii publicato videtur esse conforme.

R. 1. S. Placet, vt recessus sub pœna arbitraria (ordinatio enim non magno tenori futura existimatur) reiiciatur.

R. 2. S. Placet, maioris partis DD. opinio, etiam quoad arbitrariam mulctam.

R. 3. S. Placet, quia ordinationis est, cuius pœna sufficiens visa est. Cæterum etiam denegari petitio poterit, als vnförmlich: satis autem videtur in genere allegari diligentiam adhibitam.

D. 15. S. 4. Extraiudicialiter in Camera † im- 32
petrata commissione ad perpetuam rei memoriam, & facta postmodum per impetrantem, vt licebit, earundem attestationum in Cameræ archiuum depositione, si postea coram inferiore competente Iudice lis illa est cœpta, & impetrans depositum Rotulum suum, vt ipsum coram Iudice causæ iudicialiter producere possit, per supplicationem extraiudicialem ex archiuo Cameræ sibi restitui petit, Quæritur; an recte supplicanti sua petitio restitutionis Rotuli sui denegetur, donec aduersarii sui consensum prius doceat, Sicque dandum decretum: Wo fern D. N. deß Gegentheils einwilligung glaubwürdigen Schein fürbringen wirdt / soll alß dann darauff ergehen / was recht ist? Respondetur, Duo DD. censent rotulum penes Cameram depositum, ei, qui commissionem ad futuram rei memoriam impetrauit, si petat, etiam citra consensum partis aduersæ, clausum ex archiuo reddi posse, modo tamen Iudex causæ propterea requirat Cameram, ita enim forte, vt Camera magis sit excusata & certior quoque, ne attestationes supprimantur in præiudicium partis aduersæ, quæ forsitan examini Notarium adiunxit, & super suis quoque interrogatoriis testes examinari possunt, & sumptus fecit, pro qua opinione ipsorum videntur facere, quæ tradit Mynſ. *obſ.* 18. *cent.* 7. Reliqui vero DD. nec requisitoriales Iudicis causæ, multo minus consensum partis aduersæ requirunt, sed ad solam supplicationem & petitionem eius, qui impetrauit commissionẽ ad Cameram transmissã, & ibidem depositum rotulum ipsi tradendum esse existimant, cum non omnino adhorreat à simplici deposito, quod sane deponenti est restituendum, etiamsi tertius quidam depositario, ne

rio, ne rem apud se depositam restituat; denunciaret, & desuper verbotenus siue ex scripto protestaretur. *l. pen. C. depositi. Nou. constit. 88. depositi.* §. 1. Accedit, quod ad Cameram transmissus liber attestationum, proprietate neutiquam vtrique parti est communis, verum saltem producentis est proprius, qui eundem & scribi fecit & redemit atque persoluit, nec in Camera præsenti casu nostro, sed coram Iudice causæ, recognitio sigillorum, & publicatio Rotuli peti & fieri demum debet.

R. 1. S. Placet, prima opinio, vt vel Iudicis requisitio vel aduersarii consensus accedat. Ea enim tutior & æquior esse videtur. Si tamen deponens Rotulum, sit ipsemet Iudex causæ, & pars simul, vt in causa Bolweyler contra Medeschein / absolute partis aduersæ consensus exigendus est, quamuis eo casu contrarium practicatum fuerit.

R. 2. S. Posterior opinio potior visa est.

R. 3. S. Placet sententia I. S. super hoc dubio, licet appendix non satis intelligatur.

33 D. 16. S. 4. Recessibus visitationum † de Anno &c. 85. & 87. Cautum est, daß die Procuratores wegen ihrer vnnötigen langen oder vnbescheidenen Receß / auch wann sie die Partheyen nicht recht distinguiren / incorrecta producta vbergeben / oder vergeblich deliberatorias ad proximam vel secundam bitten / fürohin jederzeit nach Ermässigung sollen gestrafft werden. His processibus inhærendum, & parendum esse DD. censent.

R. 1. S. Placet, cum legis sit.

R. 2. S. Placet.

R. 3. S. Placet, quia legis est.

D. 17. S. 4. Quando procurator mulctatur
34 † wegen vngebürlicher hitziger Wort / ihren vbergebenen Producten eynuerleibt / nec vero, ipse sed principalis suus postea pro remissione pœnæ supplicat, tunc ipse principalis supplicans, (siquidem sua non interest, & procuratori facultas, mulctam à principali suo repetendi, est adempta) omnium DD. votis (excepto vno, qui principalem supplicantem, audire mallet) non est audiendus.

R. 1. S. Principalem non audiendum.

R. 2. S. Placet.

R. 3. S. Placet, si tamen fatetur suo iussu factum, tunc audiendum putant.

35 D. 18. S. 4. In causis mandatorum † sine clausula Rei in primo termino raro et nunquam vere de paritione docent, sed vel terminum petunt ad excipiendum, vel friuole statim excipiunt contra mandatum. Quo vtroque sane casu septem DD. votis actum, namque priore casu, quando scilicet tantum petitus est terminus ad excipiendum, & desuper submissum citatum à refusione expensarum excusat, Reo non tantum paritio, verum etiam expensarum refusio merito iniungenda, ne impune & causam & paritionem distulerit, & Iudicem & Actorem frustra vexarit.

36 Interdum vero exceptiones adeo sunt prægnantes & dubiæ; vt licet præuia earum exacta discussione Iudicis, ad impediendam paritionem & cassandum mandatum iudicentur irreleuantes, Reum tamen excusent ab expensis, nihilominus vero præsenti vsu & stylo Iudicii, ambobus hisce in casibus, Reorum procuratori per sententiam terminus præfigitur, daran er vorgewendter Eynreden vnuerhindert / de paritione, docieren soll / sub forma verborum euentualis comminationis, wo er nemlich solchem also nicht nachkommen würde / daß gedachter Beklagter jetzt als dann / vnnd dann als jetzo / in die Peen berührtem Mandat eynuerleibt / erklärt / ferner Proceß auch erkent / daß er seinem Gegentheil die Gerichts kosten derowegen auffgelauffen / nach rechtlicher Ermässigung zuentrichten vnd zubezahlen schuldig seyn soll. Quæ vero verba sententiæ, quod ad expensas attinet, obscura videntur & ambigua: Interdum enim Actor per dictæ sententiæ verba, Reum frustra excipientem in expensas condemnatum esse asserit, earumque designationem exhibet: Reus vero negat, se per dicta verba condemnatum in expensas: Ideoque designationem reiici petit, siquidem condemnatio illa expensarum non sit pura, sed conditionalis, nec præteritas, sed in euentum saltem futuras expensas Reo contumaciter non parente euentuali sententia concernat. Vt igitur ambiguitas hæc tollatur, & in posterum ex ipsis verbis sententiæ (quæ perspicua & certa esse debent) sciri possit, an Reus † pure in ex- 36
pensas præteritas condemnatus sit vel non, existimant DD. (vno saltem excepto, qui hactenus consuetam verborum formam simpliciter & indistincte retinendam ac continuandam censet) Antecessorum nostrorum formam pronunciandi teste Saylero in sententiis 20. April. Anno 69. sicque ante totos viginti annos vsurpatam, in prædictis casibus, quibus Reus pure in expensas est condemnatus, in vsum reuocandam, adeoque euentuali sententiæ declarationis pœnæ comminationem & expensarum condemnationem inposterum, dictis in casibus sub forma verborum, quæ sequitur annectendam esse, mit dem Anhang / wo er solchem also nicht nachkommen würde / daß gedachter Beklagter jetzt als dann / vnd dann als jetzt in die Peen berürtem Mandat eynuerleybt / erklärt / auch ferner Proceß erkänt seyn sollen / ermelten Beklagten in die Gerichtskosten derohalb / oder diß Puncts halb / auffgelauffen ihme dem Klägern nach rechtlicher Ermässigung zu entrichten vnd zubezahlen fällig ertheylendt. At hic quæritur vlterius, an in tali casu puræ con-

37 demnationis † expensarum, iisdem annumeranda & refundenda quoque sit pecunia in Cancellaria pro redemptione emanati mandati erogata? sex DD. decidunt, quod sic, septimus respondet, quod non, octauus distinguit, aut (inquit) exceptum fuit contra mandatum, sed friuole, & tunc veniat etiam expensa mandati refundenda, quando vero nihil exceptum, verum saltem petitus est terminus ad excipiendum, hoc casu non veniat Reus condemnandus in expensas præteritas, sed pronunciandum sit & manendum in euentualis sententiæ forma antiqua, & hactenus consueta.

R. 1. S. In causis mandatorum, vbi pars principalis ad Außträg pertinet, vna cum expeditione & iniunctione paritionis parentem in expensas Cancellariæ quoque pure condemnandum, ad formam circa hanc resolutionem ex Saylero præscriptam: Sed in mandatis, in quibus causa principalis post expeditum punctum paritionis in Camera retinetur, condemnationem expensarum vsque ad definitionem causæ seu negotii principalis reseruandam: Nam illo casu, expedito puncto mandati Camera functa est officio suo, ideo merito illum punctum etiam quoad expensas integre & plene expedire debet, hoc autem casu cessat ista ratio.

R. 2. S. DD. Consentiunt in posteriorem pronunciandi formulam, & vt precia in Cancellaria pro redemptione mandati erogata, vna veniant cum cæteris expensis refundenda.

R. 3. S. Est D. 52. S. 3.

38 D. 19. S. 4. Quæritur, an mandata † sine clausula, auff die Fäll decerni possint, & debeant saltem contra immediate, non vero contra mediate subiectum imperio? Respon. Mandata sine clausula, auff die vier Fälle etiam contra mediate subiectos imperio decerni posse videntur. Talia enim mandata secundum Gail. *lib. 1. obs. 1. nu. 1. versi. 4. ex Ordinat. tit. 23. part. 2.* immediate fundant Cameræ iurisdictionem, quam concurrentem habet cum Imperatore communem, nec in casibus illis *d. tit. 23.* comprehensis causæ alicuius cognitio aliqua versatur aut requiritur, quæ inferiori immediato Iudici competat, & in contradictorio iudicio ventilanda sit, verum potius Cæsarea Maiestas, eamque repræsentans Camera, propter concurrentem iurisdictionem tanquam supremus & vniuersalis magistratus prohibet vel mandat, non ex officio Iudicis mercenario in seruiente actioni, sed iure superioritatis & magistratus officio nobili, in iis tantum quæ per sese de iure aut consuetudine prohibita sunt, adeoque sicuti talia patrarentur, etiam absque vlteriori cognitione pro puniendis aut iniquis haberentur, aut si ita forte imploranti parti tale grauamen imponeretur, quod post factum recuperari non posset, aut si causa aduersus rem publicam & imperium Romanum foret, nec moram pateretur, quæ sane mora aut damnum irrecuperabile non præueniret, aut celeri remedio præcaueretur, si personæ præsertim forensis magistratui immediato tantum, qui quotidie mutari potest, pro mandato pœnali sine clausula supplicandum esset. Ab eo enim ad proximum immediatum, & ab hoc iterum ad superiorem, donec tandem ad Cameram peruenireturappellari, & grauamen vel nullitas fingi posset, sicque semper ex vna alia & iterum alia necteretur mora, & supplicans inferior arbitrio aduersarii sui grauaretur. Quia igitur congruit † bono vel graui 39
præsidi curare, vt pacata & quieta prouincia sit, quam regit, quod non difficile obtinebit, si solicite agat, vt malis hominibus prouincia careat, eosque coerceat, multo magis Imperatori, eiusque tribunali tanquam vniuersæ Reipublicæ capiti & præsidi, ac miserabilium & iniuste oppressorum asylo ac refugio hoc ipsum incumbit, ac mandatis pœnalibus sine clausula eosdem & Remp. etiam contra immediate subiectos & notorie iniustam omnique iure prohibitam vim & grauamen irreparabile, & vbi præsens periculum in mora est, defendere licebit. Interim vero Reo contra quem mandatum decernitur, vt loquitur ord. *d. tit. 23.* saluum & integrum est, modo prius pareat, aut commissam pœnam exoluat, si noluerit in contrarium quiddam, quod prosit, & ad rem faciat adducere, vt hoc ipsum eo in loco, quo id ordinarie spectat, adducat.

R. 1. S. Tantum contra immediatos decernenda auctoritate Gail. *lib. 1. obs. 13. nu. 6.* ne alias inferiorum Iudicum illicite infringatur iurisdictio. Vnus tamen DD. indifferens est.

R. 2. S. Contrarium verius est, & iuri ac stylo conformius esse censemus.

R. 3. S. Vno excepto, cæteri huic subscribunt sententiæ 4. S.

D. 20. S. 4. Si princeps, eiusque subditus † 40
eadem de causa simul, à quopiam in ius vocari & conueniri velit quæritur: Vtrum subditus inuitus sequi debeat principem für die Außträg / aut vero princeps etiam non requisitus, simul cum subdito ob connexitatem causæ statim conueniri possit in Camera. Respon. Quidam DD. posteriorem sententiam veriorem esse credunt, cum propter defectum iurisdictionis iudicum ordinationis in principum subditos, tum propter continentiam causæ, qua Cameræ iurisdictio immediate fundatur, sicque decreti sunt processus in causa der Herrn Graffen zu Marck contra Episcopum Leodiensem, capitulum & status Leodiens. 23. Iunii Anno 84. Item in causa S. contra M. & communitatem Oberwesel in Comitialibus de

bus de Anno 87. Item mandatum cum clausula Q. contra Administratorem vnd Capitulum deß Stiffts Minden vñ Grauē N. zu Schaumburg den 15. Septembris, Anno 86. Vnus vero ex DD. amplectitur primam opinionem, quod
41 scilicet subditus † sequi debeat dominum suum für die Außträg/coram quibus & non in Camera ambo simul conueniri possint & debeant: Dignior is enim Iudex sit adeundus, nec requiratur quo vnus superior Iudex sit vtrinq;, ne alias fraus fiat den Außträgen / quibus se priuari Principes propter subditum simul conueniendum passuri non sunt, sicq; non ita pridem denegati sunt processus dem Grauen zu H. E. contra W. B. vnd Stifft Comberg/pro qua hac opinione (inquit) faciunt, quæ tradit Couarru. *practicar. quæstio. c. 34. n. 2. Maran. in spec. p. 4. dist. 11. num. 18. Menoch. de arbit. iud. casu 371. & Mynsing. obs. 4. cent. 1.*

R. 1. S. Placet posterior opinio.

R. 2. S. Opinio negatiua probabilior magisque iuridica fuit existimata, & maxime, si subditi etiam non habeant ex eo facto, propter quod vna conueniuntur, saparatum & proprium interesse, ius vel commodum, sed id ad vtilitatem domini tantum spectet, & non proprio motu, sed iussu ac instinctu, siue consideratione domini vti ministri mandatarii vel officiales, imo tanquam subditi ex necessitate obsequii vel officii quid gesserunt, prout plerumque euenit.

R. 4. S. Placet subditum vna cum Principe conueniendum in Camera statim, dum tamen non vt officialis nomine & iussu Principis quid fecerit; quo casu cum Principe coniungendus ita non est, vt faciat connexitatem causæ: cum autem negotium non est Principis, nulla est illa iurisdictio der Außträg contra mediatos & Principis subditos.

FINIS PARTIS SECVNDÆ.





Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

INDEX RERVM AC MATERIARVM, QVÆ IN PRIMA ET SECVNDA PARTE HVIVS OPERIS TOMI SECVNDI VOTORVM, EORVMQVE Decretorum, decisionum, dubiorum ac consultationum continentur, locupletissimus.

PRIMVS NUMERVS PARTEM OPERIS, ALTER NUmerum marginalem, & tertius paginam siue folium denotat.

A

ABBAS an ex fideiussione à se præstita ecclesiam suam obligare possit. 1. 21. 56

Abbas sicut bona ecclesiæ alienare nequit, ita nec fideiubendo grauare. 1. 27. 57

Ab iniuriarum actione vt quis eximatur, non solum requiritur veritas conuitii, verũ etiam quod absit libido & voluntas iniuriandi. 2. 36. 29

Abrasio vel deletio adpictorum puram & meram turbationem sapit. 2. 27. 175

Absolutio prius non, nisi petatur, fieri debet. 2. 10. 187

Absolutio ad implorationem partis fieri debet. 2. 9. 215

Abusus dicitur, cum res vtendo consumitur, vt in vino, oleo & frumento. 2. 12. 95

Accessorium naturam sui principalis sequitur. 1. 24. 53

Accipiens plus iuris habere non debet quam tradens. 1. 51. 37

Accusatore mortuo perit instantia quoad pœnam corporalem. 2. 31. 123

Accusatore fracta pacis mortuo an & quando pereat instantia. 2. 1. 10

Accusatores ipso iure taxationem expensarum soluere tenentur. 2. 8. 137

Acta iudicii dicuntur acta publica. 2. 12. 38

Acta quando à Iudice sint reuocanda. 27. 56

Actio in factum, cui & ad quid detur: ex ea oritur accusatio criminalis ad pœnam. 2. 8. 23

Actio subsidiaria in factum, vel ex lege Aquilia, quando competat, & in quid, & qua de re detur. ibid. num. 9.

Actio interdicti vti possidetis quando intentata, censeatur. 1. 33. 7

Actione in factum, loco interdictorum hodie agi potest in omnibus casibus ex quibus olim interdictis agebatur. 1. 34. 7

Actionem vti possidetis esse intentatam, quomodo ex libelli conclusione cognosci possit. 1. 35. 7

Actio ex l. diffamari vt competat, requiritur, vt agens ex ea, sit Cameræ immediate subiectus. 2. 1. 16

Actio pignoratitia directa datur debitori eiusdemque heredibus, contra creditorem eiusque heredes, debito omnino exsoluto, ad restituendam rem pignori datam. ibid. num. 5.

Actio pignoratitia Actori prius non competit quam totum debitum sit persolutum. ibidem, numero 6

Actio pignoratitia non est realis, sed personalis. 2. 7. 17

Actionis vi vbi agitur, debet dari libellus, lis contestari, processus ordinarius obseruari, secus vbi officium Iudicis imploratur. 2. 3. 135

Actio negatoria an quibuscunque verbis proponi possit. 1. 5. 40

in Actione negatoria quid probandum sit. 1. 6. 40

Actionis negatoriæ causa est dominium, sicut & rei vindicationis. ibid. num. 7

Actio censetur ciuilis, cum pars sibi pœnam applicari cupit, non criminalis. 2. 7. 110

Actio de dolo cui competat. 2. 4. 23

Actio de dolo est subsidiaria, & tum demum competit, cum nulla alia prodita est. ibid. numero 5.

Actio vtilis serui corrupti, cui & quibus detur. ibid. num. 6.

Actio realis datur, cum ex certo fundo census solutio constituta est. 2. 7. 169

Index

Actiones sunt de iure ciuili, de quibus Imperator disponere potest. 2.12.125

Actor qui propter pluralitatem rerum sub diuersis territoriis sitarum, & diuersitatem fori inde resultantem in Camera processus petit, an obstringendus sit, vt actionem instituat, vbi maior pars bonorum iacet. 2.58.179

Actor in executione vincens, in plures diuersos executores distrahi non debet. ibid.numer. 59.

Actor intentionem suam de iure communi fundans, obtinere debet, etiamsi nihil probet. 1.38. & 57. 35. & 38

Actor an Reo contumace non minus in primo termino libellum producere sub præiudicio absolutionis debeat. 2.64.195

Actor vbi actione caret, Reus absoluendus est, etiamsi ab eo nihil opponatur. 1.7.172

Actor & Reus vterque æqualiter probans, si nec de antiquiore alterutrius possessione constet, tunc si vnus titulum suæ possessionis probat, alter non, pro titulum probante pronunciari debet. 1. 41. 153

Actor contra eandem personam actione prima in solidum agere potest, ex sententia lata contra plures Reos debendi non potest, nisi ex parte virili. 2.1. 63

Actor vel appellans contra Reum vel appellatum ex ordinatione Cameræ tres vias habet in contumaciam procedendi, post factum proclama, elapsis tribus audientiis. 2.8.91

Actio in factum competere potest in omnibus causis, in quibus locum habet actio præscriptis verbis. 2. 30. 68

Actionis ex contractu requisita. 1. 8. 168

Actio edicti, si quis ius dicenti non obtemperauerit: & fisco competit, & litigatori læso datur. 1. 28. 6

Actio iniuriarum & legis Aquiliæ an cumulari possint. 2.5.142

Actore non præstante iuramentum calumniæ, Reus sub pœna non iurantis cogi non potest. 1.7. 170

Actione nondum nata, licet nasci speretur, dicitur ineptus libellus. 1.35.174

Actio de euictione si aliquem tenet, tunc eundem agentem repellit exceptio. 2.11.5

Actor non habens mandatum pro aliquo agendi non est audiendus. 2.52.21

Actiones suas nemo contra se inuitus cedere tenetur. 2.53.70

Actori intentionem suam probare incumbit, & quando. 1.3.69

Actio iniuriarum an in heredes transeat. 2. 18. 143

Actori quando incumbat probatio, & quando Reo. 1. 8.144

Actionem factum aliquod præcedit. 1.99.116

vbi Actor non est, ibi nullus Iudex. 2.30.191

Actores an pro arbitrio suo priuilegium suum interpretari possint. 2.21.50

Actio & obligatio per moram perpetuantur. 2. 63. 71

Actionis iniuriarum fundamentum est animus iniuriandi. 2.1.36

Actio tutelæ ante finitam tutelam non datur. 2. 16. 149

Actus vnicus ad probandum sufficit. 2.39. 52

Actionis negatoriæ forma quæ. 1.29.45

Actionum cumulatio permittitur. 2.34.26

Actio ex mutuo vt competat, numerationem pecuniæ factam esse necesse est. 1.8.162

Actor semper paratus in forum venire debet. 2.107. 202

Agens rei vindicatione probare debet dominium. 2. 40. 80

Agenti rei vindicatione, quæ remedia prodita sint. 2. 13. 155

Agens rei vindicatione, si omisso remedio, an Reus possideat, prosequatur contra eum, qui non possidet, non ab alio, sed à seipso decipitur. 2.15. 155

Acta in vno iudicio facta, in alio non probant, etiam inter easdem partes, nisi pars producat. 1.49. 88

Actus iudiciarius omnis nullus est, si non citatur ille, cuius interest. 2.10.137

Actus requirens impensas præsumitur factus mandato eius cuius interest, cum nemo velit iactare suum. 2.6.163

Actum faciens sciente & patiente domino in iudicio, ei videtur Dominus consentire, imo mandatum dedisse. 2.7.163

Actus quilibet quomodo & vnde considerandus. 1.78. 114

Actus vnicus generalis an ad generalem iurisdictionis possessionem acquirendam sufficiat. 1.45. 27

Actore non probante, Reus absolui debet. 1.59. 155

Actio directa saltem domino prædii competit. 1. 45.8

Actus vbi non potest probari directo per sensum, sufficit testes deponere super actibus propinquis. 2. 26.28

Actus agentium non operantur vltra eorum intentionem. 2.3.33

Acta debent probari per scripturam. 2. 17. 139

Actio fractæ pacis non transit ad heredes. 1. 119. 117.

Actum singularem exercens, an de iure fundatam iurisdictionem habeat vel non. 1.47. 27

Actus clandestinus & turbatiuus nullam possessionem tribuit. 1.32.26

Actus agentium ex intentione operationem sortiuntur. 1.34.112

Actio omnis tempore 30. annorum præscribitur. 1.18. 145

Actus talis præsumitur, qualis ex verbis apparet. 1. 16. 144

Actio iniuriarum quando ciuiliter instituta esse dicatur. 2. 2. 142

Actus capturæ seu prehensionis delinquẽtium merum imperium denotat. 1.125.16

Adulterium vxoris grauius est, quam si filius occidatur. 2.21.24

Adulterii adminicula & præludia sunt tactus, visus, risus, iocus, missio nunciorum, cohabitatio, amplexus, osculum &c. 2.35. 29.

Adulterium non directo, sed tantum ex præsumptionibus probatur. 2. 20.28

Adulterium probatur ex eo sufficienter, quod quis cum sola muliere horis ad hoc commodis in Camera repertus sit, vel ipsam osculatus tetigerit, alioſve actus propinquos adhibuerit. 2. 23. 28.

Aduocatus & procurator de quota litis pacisci non possunt. 1.1.159

Aduocatus an transmittat salariam totius anni in quo moritur ad heredem. 1.5. 160

Aduocatus causæ temere prorumpens, conuitians, maledicens, probris certans, dicitur delinquere, atque ideo puniendus, & qua pœna, per tot. votum. 2.7.38

Aduocatus calumnians & falsum deponens extraordinarie puniri debet non criminaliter, & qua pœna. 2.32. & 39.40. & 42

Aduocatus calumnians ab omni aduocatione causarum repellendus, & pœna pecuniaria mulctandus. 2.39.42

Aduocati immodesti, & petulantes vbique tanquam perfidi reprehenduntur. 2.40 42

Aduocati & patroni non possunt donare & relinquere concubinis suis. 2.8.7

Aduocati sunt milites literarii, & aquiparantur armatis. ibid.num.9.

Aduocatio nihil est aliud quam defensio. 1.10. 159

AEdificium columnis subductis corruit. 1. 68. 140

AEquitas naturalis & iustitia in omnibus rebus stricti iuris rationi anteferenda. 2. 25. 68

AEstimatio non vnius anni, sed omnium annorum facienda est. 1. 14.169

Agnatus si possideat bona tanquam feudalia, filia, pro qua præsumptio est, bona allodialia esse, debet poni in possessione, & postea agnatus petere. 2.5. 85

Alienatio cum sua causa, an & quomodo dominium ad alium transferre possit. 1.5. 89

Alimenta dotis loco succedunt. 2.73. 71

Alimentorum causa fauorabilior est, quam dotis. ibi. numer. 74.

Aliquis lucrum capere non debet ex re, cuius periculum ad eum non pertinet. 2.73. 97

Alienationes minorum sine decreto Iudicis factæ, decurso post ætatem tempore quadriennij, firmæ ac ratæ permanere debent. 2.19.153

Aliud est ius reluendi concedere, aliud concedenti illud ius consentire, aliud item est consentire, aliud contrahere. 2. 11. 12. 17

Aliud est rotunditas solis, aliud est splendor solis; & splendor solis est causa diei, & luminis. 2. 129. & 130. 102

Aliud est dominium pecuniæ, & aliud est vsus pecuniæ, vnde causa vsuræ vsus est & non dominium, vsus à dominio tamen non separatur. 2. 131. & 132. 102.

Alter litigantium in causa si moritur, etiamsi de eo iudicialiter constet, tamen sententia definitiua absque præuia citatione ad reassumendam causam vel audiendam sententiam in personam procuratoris concipi & publicari potest. Quid vero si ante conclusionem in causa, altera partium decedat? 2.75.197

An crudelior sit is, qui aliquid diuiti eripit, quam qui pauperem fœnore trucidat. 2.93. 98

Animus talis præsumitur, qualia verba sunt & facta. 2.14.28

Animus iniuriantis ex verbis colligitur. ibid. numero 10.

Animus & intentio multo magis quam factum qualificari debent. 1.127.118

Animus in iniuriarum actione potissimum inspicitur. 2.2.33

Animi dolorem iustum difficile est compescere. 2. 6. 32

Animum produnt verba. 1.77.114.

Animum hominis intentio indicat. 1. 80. 114

Antecedente destructo, & ipsum consequens cadere necesse est. 2.12.7

Antiquitas & antiquum est, quod annos centum excedit. 1.39.88

Antiquitas est legitimus titulus. 1.8. 85

Antiquum quodnam tempus annorum dicatur. 1.27 & 43.151.153

Appellari potest etiam à futuris, quando quis verisimiliter timet molestari, seu turbari in iure suo. 2.5.157

Appellatio extraiudicialis generalis rata est, si modo reducatur ad speciem per factum subsequens. 2.6. 157.

Appellatio extraiudicialis à quo fiat. 2.7. 157

Appellatio extraiudicialis illa dicitur, quæ est interposita ab actu gesto à Iudice ante citationem. 2.8. 158

Appellatio extraiudicialis easdem requirit solemnitates, quas iudicialis. ibid. num. 9
Appellatio extraiudicialis æque deseritur intra decendium. 2.10.154
Quod obtinet non tantum in decendio, sed etiam in prosecutione, siue sit terminus hominis siue iuris. ibid. num. 10
Appellatio extraiudicialis debet interponi in præsentia eius, qui grauamen intulit, si haberi potest, vel saltem intimari, alias redditur nulla. ibid. numero 12
Appellans à sententia, non obtinet in causa appellationis, nisi iustificet ipsam appellationem probando legitime interpositam, quoad omnia solemnia appellationis. ibid. num. 13
Appellari à taxatione expensarum potest, tanquam ab excessu. 2.1.136
Appellatio ab expensarum taxatione debet exprimere summam excessus pro causa grauaminis, alias dicitur incerta. 2.2.136
A delegato ad delegantem appellandum est. 2.3.136
Ab eodem ad eundem non licet appellare. 2.4.136
Ab officialibus ad superiorem non appellatur quod extende ad omnes officiales præfectos & præsides principum. 2.5.136
Appellans an in primo termino reproductionis processuum, cum executis compulsorialibus simul vel acta, vel documentum requisitionis producere debeat, quantumuis nemo ea audientia nomine Appellati compareat, aut an sufficiat, si proxima audientia producantur, quando Appellatus comparuerit. 2.4.214
Appellans si in primo termino nec acta priora, nec sufficiens documentum produxerit, an ex officio Appellatus absens à citatione absolui debeat, idque statim; & an Appellans in expensas condemnandus sit. 2.7.215
Appellans à definitiua terminum ad libellandum obtinens, an intra eundem præcise in scriptis libellare teneatur. 2.17.216
Appellans si intra terminum loco summarii libelli appellationis instrumenta ac grauamina eidem inserta repetat, an tunc, quia non libellauit Appellatus à citatione absolui debeat. ibid. numero 18
Appellans si summarium libellum, termino ad libellandum obtento exhibuit, an intra residuum tempus obtenti termini variare possit. 2.22.217
Appellatio extraiudicialis non suspendit facultatem competentem parti in aliis. 2.34.160
Appellatio intra 10. dies fieri debet. 2.1.22
Appellatio siue prouocatio, quæ sit melioræ formæ iuris, an videatur intra decendium esse facta, atque scripto. ibid. num. 2
Appellationem valuisse nec desertam esse in dubio pronunciandum est. ibid. num. 3.
Appellatio quæ fit per verba, dico sententiam nullam, est receptissima. 2.1.9
Appellatio contra confiscationem bonorum matris interposita, an ad inhibitionem decernendam prosit. 1.23.53
Appellationes ab Inßbruck ad Cameram Imper. an permittantur. 1.15.90
Appellationes semper ad superiorem in iurisdictione dirigi debent. 1.16.90
Appellatione deserta procedi potest ad executionem, etiam sine citatione. 2.20.158
Appellandum est intra decendium, & citanda pars principalis. 2.21.158
pars aduersa quando in Appellationibus citanda sit, vel non. 2.22.158
Appellatio quæ non fit coram notario, sed vice appellationis priuata scriptura Iudici porrigitur, an sit inualida. 1.1.172
A comminatione an Appellari possit. 2.25.159
Ab executione facti appellari non potest; contrarium, num. 9. 26. & 27. 159
Appellari ab executione non potest, quando præcessit sententia diffinitiua, vel non inferatur nouum grauamen, vel non excedatur modus in exequendo. 2.28.159
in Appellatione ab executione exprimi debet, in quo executor modum excesserit. 2.29.159
Appellatio formalia quæ habeat. 2.1.91
Appellatio est fauorabilis, & in dubio pro ea præsumendum est. ibid. num. 2
Appellationis schedulam Iudici ex interuallo exhibere licet, etiamsi scripta sit manu alicuius priuati. ibid. num. 3.
Appellationis schedula præsentari potest etiam extraiudicialiter. ibid. num. 4.
Appellans à sententia nulla non obtinet in causa appellationis, nisi iustificet ipsam appellationem, probando legitime interpositam quoad omnia solemnia appellationis. 2.11.83
Appellans si dicit, sententia est nulla, & si quæ est, appello, videtur incidenter proponere nullitatem, sic & quando petit iterum pronunciari in causa appellationis. 2.16. & 17.83
Appellationi nisi Iudex detulerit, remissione non est opus, licet inhibitum sit. 2.18.83
Appellatio si pronunciatur illegitima, Iudex à quo recuperat suam iurisdictionem, & procedere potest. 2.20.83
Appellatio tolli potest à Principe vel lege. 2.1.82
Appellatio ad minorem, seu ad parem non valet, nedum à seipso ad seipsum. 2.98.72
Appellans procedendo contra Appellatum ad bannum, quam viam eligat. 2.10.91
Appellatio ad certum modum restricta in casu permisso,

missō, siquidem vel in minimo requisito priuilegij sit defectus, deseritur. 2. 22. 83

Appellationis puncto omisso, in causa principali procedendum est. 2. 1. 118

Appellatio ab interlocutoria & iisdem actis iustificari debet. 2. 3. 62

Appellatio redditur deserta, nisi constitutiones municipalium obseruentur, licet fuerit appellatum ad Principem vel Papam. 2. 6. 82

Appellationis requisita in Camera & iure communi. 2. 3. 9

Appellantes temere, & sine actione litigantes, ad expensarum refusionem merito condemnandi sunt. 1. 46. 174

in Appellationum causis an sufficiat, si in primo termino loco documenti requisitionis actorū repetatur saltem nuncij Cameræ compulsorialium executio. 2. 12. 215

Et an nuncij expositio in executione facta sit necessaria, ibid. numero 13. Item, nuncio talem iussum alleganti an sit credendum, & nudæ eius assertioni standum. ibid. num. 14.

Appellatum ob documentum vel acta non producta in primo termino à citatione absolui non debere, 2. 11. 215

Attentata an & quando reuocanda? 2. 3. 119

Non Appellare & appellationem non prosequi paria sunt. 2. 2. 155

Appellatione deserta fingitur non appellatum esse. 2. 3. 155

Appellari potest à grauamine extraiudiciali iure tam ciuili, quam Canonico. 2. 3. 157

A delatione iuramenti an appellari possit. 2. 1. 138

Appellationem deuolutam in dubio pronunciari debet. 2. 41. 160

Superior interloquens etiam per viam simplicis querelæ aut officio Iudicis aditus, interlocutoriam inferioris non modo ex iisdem, sed etiam ex nouis actis reuocare potest. 2. 42. 161

Appellationes extraiudiciales deuoluuntur ad Cameram 2. 43. & 44. 161

Præiudicia appellationis, omisso Iudice medio ad superiorem, an releuent. 2. 6. 136

Appellatione à denegatione taxationis interposita debitor soluere tenetur ipso iure. 2. 7. 136

Appellare vt quis possit nomine alterius, non sufficit mandatum ad lites & causas. 2. 46. 161

Appellatus non debet audiri, nisi grauetur, vel eius interfit. 2. 6. 167

fatalia appellanti ad reproductionem processuum sine omni periculo circumductionis, desertionis aut absolutionis à citatione vtilia sunt. 2. 23. 188

formalia Appellationis in primo termino per procuratorem actorum vel modum appellationis iustificari debent. 2. 7. 187

in grauaminibus Appellationum in specie exprimi debet, an quid noui in hac instantia deducendum, & ex aduerso quid istorum, & quare non, admittendum sit. 2. 63. 195

Appellare cur ab Imperatore non liceat, supplicatio tamen ex gratia admittatur. 1. 32. 87

in causis Appellationum à mera interlocutoria articulatim in scriptis non appellari, sed tantum instrumentum appellationis loco libelli repeti debet. 2. 50. 193

in Appellationibus à definitiua vel eius vim habentibus præcise in scriptis non libellatur, sed petitio actorum loco libelli sufficit. ibid. num. 51.

Appellationes extraiudiciales non recipiuntur contra eos, aduersus quos Camera non habet immediatam iurisdictionem. 2. 17. 158

Arbitratus viri boni nihil aliud quam æquitatem significat. 2. 115. 74

Arbitratoris viam elegisse in dubio quis semper præsumitur. 2. 7. 67

Arbitramentum quid. 2. 8. 67

Ardua in generali sermone an veniant. 1. 12. 94. Nec in eis iurisdictio per consuetudinem detur. ibid. num. 13

Argumentum ab Etymologia vocabuli in iure firmissimum est. 1. 62. 155

Argumentum à læsa maiestate temporali & humana, ad offensionem diuinæ maiest. absolute valet. 1. 20. 52

Argumenta à feudo ad emphyteusin, & contra procedunt. 1. 23. 173

Argumentatio à parte ad totum in iure non procedit. 1. 30. 33

Argumentum à notatione vocabuli in iure an valeat. 1. 43. 73

Argumentum à toto ad partem in iure quando procedat. 1. 21. 85

Argumentum ab hypotheca ad fideiussionem in iure valet 1. 31. 57

Argumentum à specie ad genus in iure affirmatiue non valet. 1. 35. 133

Arresta ad instantiam tertii iure magistratus facta ad constitutionem arrestorum an pertineant. 2. 46. 178

AEstimatio vltra 30. florenos fieri non debet. 2. 56. 179

Articuli defensionales impertinentes ad probandum non debent admitti. 2. 6. 58

Arma quibus pacis publicæ violatores vtuntur qualia sint 1. 6. 109

Aristoteles in Ethicis fœneratores lenonibus comparat. 2. 64. 97

Assignatio generalis omnium bonorum, tantum pro securitate debiti sit. 1. 10. 55

Reditus nihil aliud quam simplex pensio. 1. 9. 55

Attentatorum causa nihil commune habet cum principali, & illa ante omnia sunt reuocanda. 2. 10. 56

de Attentatis licet separatim in causis appellationum agatur, in sententia tamen causa attentatorum cum causa principali coniungitur. 1. 41. 47

Index

Attentatorum causa cum causa principali coniungi debet. 1. 1. 40. *Ratio ibidem numero* 2.

Attentare non indiget, qui possessionem in interdicto retinendæ vel vti possidetis continuat. 1. 3. 40

Attentata vt reuocentur, quæ requirantur. 2. 6. 55

Attentata quando reuocentur. 2. 35. 160

Attentata non reuocanda, appellatione nondum iustificata, maxime cum sententia de exequendo sit interlocutoria. *ibid. num.* 36

idem dicendum, quando appellatur à grauamine, quod Iudex in executione intulisse dicitur modum excedendo. *ibid. num.* 37

Auaritiæ & fœnerationis origo vna eademque est. 2. 90. 98

Authentica Bona damnatorum, C. de bon. proscrip. an iura antiqua indistincte corrigat, & in quibus casibus. 1. 21. 52

Autoritate propria citra Principis permissionem carceres conficientes, de iure grauissimis pœnis subiiciuntur. 1. 62. 23

Auxilium ordinarium non excludit extraordinarium, quando contra diuersos competunt. 2. 14. 148

B

BAnnitus an facta restitutione damnorum à Camera absolui possit. 2. 1. 135

Bannitus ob contumaciam impune potest offendi. 2. 19. 92

Bannitus neq; appellando, neque supplicando per reuisionem audiendus est. 2. 1. 121

ampliatur procedere in Bannito Imperii. ibid. numero 2.

Bannum delicti & bannum contumaciæ quid differant? 2. 36. 123

Banni forma est obseruanda, nec vlterius quam verba sonant, extendenda. 1. 103. 116

Bannitum impune offendere licet. sic & eius receptatorem. 1. 83. 115

Bannitorum receptatores æque criminosi sunt. *ibid.*

Beed & Stewer *quid differant.* 2. 38. 25

Beneficium principis stricte interpretandum si derogat publicæ vtilitati. 2. 30. 52

Beneficium principis latissime est interpretandum. 1. 10. & 13. 22

Beneficiorum duo sunt genera, teste Cicerone. 2. 148. 107

Bono & graui præsidi in sua prouincia quæ veniant curanda. 2. 39. 220

Bona in dubio præsumuntur esse mariti non vxoris. 2. 8. 136

Bona certa hodie pro solutione census venditi determinate obligantur, & quomodo. 1. 16. 56

Bona hæreticorum sunt confiscanda, nec ad eorum liberos peruenire debent. 1. 14. 52

Bona Reorum læsæ maiest. confiscantur, & eorum filiis vita saltem ex misericordia conseruatur. *ibid. num.* 15.

Bonis parentum confiscatis, an portio aliqua filiis reseruetur. *ibid num.* 16

de Bonis proscriptæ matris an filiis aliquid debeatur. *ibid. num.* 17

in Bonis nostris ea dicuntur esse, quæ alieno ære deducto supersunt. 2. 12. 152

Bona nō dicuntur quæ plus habent incommodi, quam commodi 2. 13. 152

Beneficium l. 2. C. de rescind. vend. quibus casibus cesset, & detur. 1. 9. 169

Bona Ecclesiæ donata, pleno iure videntur data, & non in feudum. 1. 38. 73

in Bonis, quæ sunt dubia, an feudalia sint, vel non. iisdem rationibus vtimur pro immissione filiæ, seu ad manutenendam ipsam, quibus in allodialibus. 2. 8. 85

Bona fides probanda. 2. 36. 80

Bona fides etiam ex titulo qualicunque probari potest. 1. 86. 157

Bona fides in præscriptione triginta annorum de iure ciuili non requiritur: Secus de iure Canonico. 2. 23. 18

Bona fides in dubio præsumitur. 2. 25. 19

Bona fides allegata præsumitur eo, quod allegatur. 2. 29. 80

Bona fides, probato titulo, præsumitur. 1. 14. 144

Bona fides probatur titulo vero vel putatiuo, etiam cum errore iusto. 2. 26. 79

Bona fides præsumitur sine titulo. 2. 27. 80

Bona fides semper præsumitur, maxime si quis titulum oneroſum habeat. 1. 21. 169

in Bonæ fidei contractibus veniunt ea de quibus nec actum, nec cogitatum est. 1. 7. 168

C

CAEsar & status sunt de curia imperii. 1. 10. 90

Calendarium nouum à principibus quoque Augustanæ confessionis publice in quibusdam locis receptum est, & vbi. 1. 4. 104

Calendarium per se consideratum, est res mere politica. *ibid. num.* 5

Calendarium an res scientiæ, an vero politica sit. 1. 6. 105

Calumniæ calor inconsultus vitio caret. 2. 1. 32

Camera Imperial. si competens in causis non est, processus in illa non decernuntur. 1. 17. 62

Camera non tantum Imperatoris sed totius imperii consistorium est. 2. 39. 123

Camera si est incompetens, nullus Iudex in Reum inuitum dari potest. 1. 24. 64

Et in dubio semper pro iurisdictione superioris est iudicandum. *ibid. num.* 25

in Ca-

in Camera si mediate subiectus contraueniat dem Religionfrieden/an conueniri possit, antequam superior requisitus sit. 1.1.101

Camera an non æque de intellectu constitutionis aureæ bullæ, atque de aliis constitutionibus Imperii iudicare possit, aut debeat. 1. 32. 67

Camera Imperatorem, Imperiique ordines ac status representat. 1.18.100

Camera in Priuationsachen an quid constituere possit. 1.6.96

Camera suos nuntios iuratos Appellantibus deputare non tenetur. 2.15.216

Canon annuus sapit emphyteusin, non feudum. 1. 20.173

Capiens leporem in horto suo receptum, an eo ipso actum iuris venandi exerceat. 2.9.173

Capiens aliquem ex aliqua causa excusatur. 1. 5. 131

Capiens aliquem propria auctoritate, frangit pacem, nisi eius qualitas probetur. 2.3.130

Capitatio famulorum & famularum realis est. 2. 13.113

Capitatio annonaria est, quæ pro mensura agrorum possessoribus indicitur, pro iugerum & capitum, quibus arantur, numero. 2. 10. 113

Captiuo petenti, antequam torturam subeat, an ei danda sit copia indiciorum cum termino ad faciendum suas exceptiones defensionales. 1.29.30. 31. & 32.78

Captiuus relaxandus an capienti repromittere teneatur de se iterum sistendo, quando ipse imposterum vincat in causa principali. 2. 60. 179

Captura, traductio & incarceratio delinquentium sunt iudicia meri & mixti imperii. 1.80.12

Captura est de mero imperio. ibidem, numero 82

Captura in alieno territorio arguit dolum. 2. 10. 131

Captura etiam die feriato fieri potest. 2.6.131

Carcer interdum ipsa pœna dicitur, interdum est saltem custodia. 2.63.180

Carceri & quæstioni vt quis committatur, de crimine commisso liquidissime constare debet. 1. 3. 76

Carceri vel quæstioni antequam quis committatur, quid quærendum. ib.nu.4

Carcerem habere non est imperii, sed in carcere tenere, deque eo cognoscere animaduertendo, vel exinde demittendo. 1.81.12

Causis ex eodem fonte manantibus vnus sufficit libellus. 2.3.167

Casuum diuersitas non est consideranda, vbi in omnibus causis eadem militat ratio. 2. 4. 167

in Casibus difficilioris probationis quacunque haberi potest, admittitur. 119.122

in Casu puræ condemnationis expensarum an iisdem annumerari & refundi debeat pecunia in cancellaria, pro redemptione emanati mandati erogata, & ratio distinctionis hoc loco quæ. 2. 37. 129

Causa vt releuet, debet esse talis, vt ex ea necessario metiamur ius petendi. 1.34.173

Causa principalis quando dicatur deuoluta. item, quando pars triplici processu grauetur. 2.171. & 172.211

Causa semel prohibita, ea postea nunquam iusta videri potest. 2.61.179

Causæ fiscales à priuatis & publicis causis differunt, & qualiter. 1.11.94

Causæ testamenti ad forum ecclesiasticum pertinent. 2.7.118

Causæ complicatæ duæ habentur pro vna, maxime, si respiciant vnum effectum. ibidem, numer. 5

Causam criminalem vel mixtam esse arguitur, quoties pœna partim fisco, partim accusatori applicanda petitur. 1.20.117

in Causis decidendis facilior expeditio. 2. 177. 212

Camera punit quosuis Aduocatos ob delicta, iniurias & conuitia in iudicio commissa, ingq; eo satis fundatam habet iurisdictionem. 2.34.41

Camerales habent ius puniendi delinquentes vsq; ad pœnam corporalem exclusiue. 2.22.39

Cautio de repræsentando ex vi mandati, si exigatur, restituto pignore, in casu, quo pignoratus in puncto citationis succumberet; an ea necessario præstanda sit. 2.32.175

Cautio quando & à quibus exigi non debeat. 2.34. 176

Cautio pro diuersitate causarum iniungi debet, vel non. 2.64.180

Cautio in supplicationum narratis pro relaxandis captiuis non raro quoque offertur. ib.n.65

Cautione oblata nec admissa plurimæ causæ disserunt. 2.68.196

ex Cautione priuata dupliciter agi potest, ex cautione scilicet & mutuo. 1.10.162

Cedere est dare. 2.21.67

Cedo quid significet. 2. 11. 67

Cedens actionem rem ipsam dare dicitur. 2.12.67

Cessio quando ex interuallo, & post solutionem sine pacto præcedente fieri possit. 2.52.70

Cessio solutionem, an solutio cessionem præcedere debeat. 2.51.69

Cessio actionis ante litis contestationem & sententiam fieri debet. 1.39.174

Cessio actionis, cuius in libello non est facta mentio, in iudicium deducta non videtur. ib.n.38.

Cessio solutionem præcedere debet. 2.39.69

Cessionis consequendæ remedia. 2.54.70

Cedere actiones is saltem potest, qui eas habet. 2.55. 70

Cessante causa, effectus quoq; cessare debet, & quando hæc regula non habeat locum. 1.39. & 40.134

Index.

Census & tributa vel personis vel possessionibus indicuntur. 2.28.115

Certum æque illud est, quod demonstratur, quam quod proprio nomine appellatur. 2.3.168

Consensus capituli ex patientia triginta annorum in alienatione bonorum Ecclesiæ præsumitur. 1.19.145

Circumductioni termini in causis appellationum an locus sit, si partes postea ad reassumendum citentur, vt in causis mandatorum & executionis. 2.29.190

Circumstantiæ vsurarum quæ, quando, & in quibus spectentur. 2.145.105

Citatio quando requiratur parte præsente. 2.30.40

Citatio insinuata vxori Appellati in domicilio suo, absente appellato, præsumitur venisse in notitiam Appellati. 2.11.91

Citatio ad audiendam sententiam concluso processu omitti potest. 2.19.139

Citatio edictalis perinde citatum arctat ad comparendum, atque personalis. 1.1.166

Citatio per edictum odiosa & rigorosa est, & à iure exorbitans. ibid.num.2. Et rigor citationis edictalis moderato arbitrio iudicantis æquabiliter est temperandus. ibid.n.4

Citatio edictalis stricte in suis terminis formis & casibus in iure expressis tenenda. ib.n.3

Citatio per edictum an citato præiudicet, arctetque citatum ad comparendum, in solo Iudicis consistit arbitrio. ib.n.5

Citatio per edictum ita coarctat citatum, ac si personaliter citatus fuisset. 11.16.167

Citatus per edictum perinde habetur, ac si personaliter citatus esset. ib.n.3

ad Citati notitiam peruenisse præsumuntur, quæ in albo publicum locum frequentantium oculis patent legenda. ib.n.5

Citatio de iure communi non circumducitur ad totam causam, & omnes eius actus facta. Verum hoc hodie per status imperii in ordinat. est correctum. 2.30.190

Citatio executorialibus annexa, saltem accessoria est, non secus ac in aliis mandatis sine clausula. 2.36.191

zu der F. Fräwlein/der J. Vniuersitet dation bewilligte stewren jetzo oder künfftig nicht außgeschlossen/sondern in allen Fällen ire füllige quotam zu erlegen durch gebürliche mittel angehalten/vnd jrer der gemeinen Landschafft zuschaden nicht entlassen werden/ꝛc.

Ab hoc decreto & tum temporis dato Ducis I. reuersali (in quo futuras contributiones pro dotatione filiarum suarum imponendas, Princeps expresse sibi reseruauit, & cæteri status consenserunt, Davon auch der Raht von B. S. ein Original zu sich genommen/vñ noch jetzo bey sich in jrer verwahrsam haben) ipsi non appellarunt. Huius igitur decreti manutenentia, per insolutum acceptationem frumenti ipsorum, tanto minus ita omni iure prohibita esse videtur, vt citra causæ principalis cognitionem via mandati sine clausula, in reliquorum omnium totius Prouinciæ statuum W. B. theils præiudicium, improbari, reuocari & cassari statim debeat, cum præsertim exceptionem suam spolii vnd eingenommener E. güter/ quam Reus quoad suam personam negat, nondum probarint: Intuitu vero Ducis I. quondam patris sui asserti spolii illius causa indecisa adhuc pendere dicatur in Camera. Ideoque in conuentu statuum Prouinciæ Anno 86. reiecta spolii hac ipsorum exceptione, quod proxime dixi, latum contra ipsos sit decretum, quod in rem transiit iudicatam. Adde quod alii prorsus extranei als das Thumbcapitull zu H. H. die Statt G. vnnd viel andere/ licet maioris momenti causas graviores contra Ducem pendentes in Camera habent, nihilominus ipsorum B. S. & aliorum Prouinciæ statuum consilio & impulsu, de ipsorum bonis in Ducatu sitis, contribuere tamen coguntur, idque sub pœna dupli.

Nec vnquam docere potuerunt Actores (inquit Reus) Wann von gemeiner Landtschafft eine Schatzung Anno 86. Duci I. (dem sie ja gehuldiget) gewilligt / auch zum theil per Actores erlegt worden/vñ hernach der regierender Landsfürst D. Dux I. Anno 89. verstorben/daß sie zu behülff desselben Erben deß nachfolgenden regierenden Landsfürsten/(H. J. Rei nostri) vor beschehener huldigung/die Schatzung nit mehr zu continuiren/für andern Landsständen vnd Vnderthanẽ befreyet gewesen / oder noch befreyet seyn solten/wie sie dañ auch ipso facto in dem daß sie nach absterben H. J. den 9. May zu behülff solcher Schatzung 2274. Taler 9. Mariengroschẽ erlegt haben / das contrarium selbst bezeugt.

At inquiunt Actores, nos sumus in terminis priuilegiorum, Derowegẽ sich auch alle Landsfürsten in specie verpflichtẽ müssen / daß sie vber jre Meyer vnnd dero Güter keine Schatzung setzen/oder setzen lassen wollen/ꝛc. Et certe extractus Ducis I. Huldebrieffs de Anno 69. ita fere cantare videtur, sic enim ibi habetur: Wir J. H. B. S. thun kundt vnd bekennen offenbar in diesem Brieff/daß wir oder vnser Erben / ꝛc. & postea. vnd wir oder vnsere Erben wöllen sie vnd jhre Meyer/jhre Güter vnnd die Jhren nicht beschweren/mit Beedt oder mit Dienst / oder in einigerley weise/ꝛc. & postea, auch wollen noch sollen wir oder die vnsere keine Schatzung vber sie vnd jhr Gut/vber jhre Meyer/ vnd die ihre setzen oder setzen lassen / daß sie oder die Jhren mit beschätzet werden/ꝛc.

At nec hac via induci possum, vt in præsenti causa nostra mandatum sine clausula emanatum meo voto approbem, & Duci paritionem sub pecuniaria pœna, & nisi paruerit, tandem etiam sub pœna banni iniungam. Priuilegium namque quod asserunt Actores, Reus expresse negat, & licet editionem verbis obtulerunt Actores, tamen non produxerunt. Adeoque dici adhuc nequit, quod per declarationem Ducis I. reuersalibus 16. Decembris Anno 88. insertam, assertum tale priuilegium, de quo nondum constat, sit reseruatum, cuius contrarium transactio inter H. I. & ciuitatem B. S. Anno 53. inita disponit, his verbis: Ist durch Kön. Majest. Babenberg/ Würtzburg vnnd Nürenberg vergliechen vnnd vertragen/daß die von B. S. sollen vnd wollen hinfüro gegen H. H. als jhren Landtsfürsten sich getrewlich/ wie frommen ehrlichen Vnderthanen wol anstehet / in gebührlichem gehorsam/wie vor alters/verhalten vnd erzeigen. Da auch in künfftigen zeiten vnd nach ablegung der jetzigen schulden/ Solches Landes obligẽ vnd noth vorfallen würde/ So wollen die von B. S. auff gewöhnlich erforderen/neben anderen Ständen auff den Landtagen erscheinen / die fürstehende Sach / noth vnnd obliegen mit dem besten bewegen / auch rahten / schliessen vnd helffen daß jederzeit dem Landtsfürsten vnd dem Landt zum besten kommen vnnd gereichen möge/ꝛc. Es soll vnd wil auch H. H. was seine J. G. denen von B. S. oder jhren Bürgern/an liegenden Gütern/ Zehenden/ Zinsen / Renten/ vnd Gefällen/so jhnen von rechtswegen gebürt/ vnd in diesen Kriegshandlungen eingezogen haben mögte / widerumb folgen lassen vnnd zustellen/allein daß S. F. G. die bißdahero betagte Schatzungen davon eingelassen vnnd erstattet werden/ꝛc.

Et licet allegatus Ducis I. Huldbrieff nu. 61. posterior est tempore, Reum tamen nostrum nec obligare, nec ad iniungendam eidem paritionem sufficere videtur. Quandoquidem Actores met fatentur, daß sich alle Fürsten also in specie verpflichten müssen: cuiusmodi vero Huldebrieff Actores, quia homagii præstationem detrectant, hactenus à Reo nostro als jetzigem jhren Landtsfürsten nondum sunt adepti. Sicque transactio de Anno 53. nondum sublata, quin potius in ipso D. Ducis J. Hulde-

brieff Anno 69. prout & altera transactio eodem Anno erecta expresse est confirmata & reseruata. Videtur enim sequens Anno 69. datus Ducis I. Huldebrieff numero 61. intelligendus saltem de exactionibus, indictionibus, impositionibus ac collectis illicitis. Vnnd nicht de quibus hic agimus, von der Fürstliche Frawlein außstewren vnd dotation Academiæ I. quarum priores contra Zasium *in Epitome feudorum capitulo septimo, numero* 50. *& Mynsinger. cent. 5. obseruat.* 21. nemo facile insolitas dixerit, nec posteriorem vt inutilem aut ingloriam improbabit, cum præsertim publico in conuentu cæteri Prouinciæ status omnes, vt contributiones hæ, per æs & libram, ex Ducatus B. S. subditorum bonis colligantur, non imperio ipsorum Principis, sed sua sponte libenter approbarint, consenserint, ac Cæsarea Maiestas etiam confirmarit.

Recte igitur Actores met veritatem fateri videntur, Daß sie auch zu diesen Landstewren von altershero mit zu contribuiren schuldig gewesen / & quod Duci I. contribuerint, eique homagium fecerint, Ob er gleich ihnen die gegenverpflichtung zuvor / wie dann auch hernacher nicht erstattet.

8 Fatentur quoque † ipsorum vanitatem exceptiones spolii. Dann sprechen sie / Dux I. Rei parens habe sie jhrer Zollbefreyhung vnd E. vfkunfften entsetzt / vnnd seyn sie jhre Zollbefreyhung mit recht zu erstreitten genottrengt. In cau-
9 sa namque mandati † sine clausula den newen Zoll belangendt in Camera Duci sit iniuncta paritio, sey also der Zollpunct allbereits mit Recht entscheiden / Welche beschaffenheit es nunmehr auch mit den E. auffkunfften erlangt habe / &c. sicque de vtriusque puncti peculiari processu constare videtur.

Fatentur item Actores, daß jhr Bürgerschafft für sich selbsten vnd so viel gemeine Statt belangendt / ratione deren Güter / so in Ducis Obrigkeit gelegen / realibus oneribus & muneribus vnderworffen seyen / vnd daß sie etwan auch die beschwerdten deß Fürstenthumbs B. S. puta den Scheffelschatz (sed dicunt factum esse precario vnd auß gutwilligkeit) von jhren vnnd jhrer Bürger Güter im Fürstenthumb gelegen / auff eine gewisse Tax bewilligt / eingesamblet vnd an gebürende Ort entrichtet haben. Et licet B. S. Bürger Meyeren / post insinuatum mandatum frumenta quoque diuersis verbis sint extorta, in hunc tamen præsentis mandati processum non pertinent, sed nouo de restituendo opus foret mandato, quod vero hactenus non petitum, & ob defectum iurisdictionis nec cum clausula, & propter defectum qualitatum auff die vier Fälle / etiam quo ad singulos priuatos ciues vnnd Zehendt oder Gutsherren nec sine clausula decerni posset: nec enim prorsus innocentes dici possint, Sintemahl sie von jhren im Fürstenthumb B. S. liegenden priuat Güteren / die nachständige vnnd die an den Korn Zinsen zum theil in solutum angenommene von gemeiner Landtschafft eingewilligte Schatzung nicht erlegt vnd bezahlt / welcher außstandt wegen wolfeiligkeit dessen in gemeinem kauff in solutum angenommenen Kornzinses (oder deren werths) zu erlegung deß Geldts / Reus vt asserit, etlichen hat zeit geben lassen / sey biß anhero aber noch nit alle erlegt worden.

Concludo igitur mandatum cassandum, & si rigor iuris attendi velit, Actores in expensas reseruata tamen partib. in loco competente causæ principalis deductione, condemnandos esse. Saluo.

D. C. Factum ipsum nihil sub & obreptionis vitii habere videtur, quin satis in confesso sit, ciuibus scilicet B. S. debitos census à Colonis eorum fuisse per Reum præceptos, quod sufficere, & per Reum ab iniquitate & vitio eiusmodi, quod mandatum sine clausula causare potuerit, vindicandum esse puto, neque referre, non omnes census ciuium ablatos, sed exiguam solum partem, neque tantam, quantam licite potuisset, imo post insinuatum mandatum nihil præterea istius exactum: Colonis vero eo facto nihil plane decessisse, vt quibus necesse fuit, eosdem alias ciuibus soluere & tradere: Nam ea ratione minime excusationem recipit, hoc ipsum, quicquid factum est, quin alia ex causa quam illa quia aliud poterat fuisse factum quod deterius erat iustificandum: Et satis est, Reum etiam porro idem se facturum autumare, nec nisi ad decisionem vsque huius causæ mandati executionem solummodo distulisse, quæ tamen ipsa res non omnino certa est, sed tantum negatur, noua alia mandata subsecuta: Priora vero quin postea etiam ad executionem & effectum de rigore redacta sint, nusquam diffitetur Reus. Quo nomine Coloni omnis grauaminis sunt expertes, vt quia alio tempore, loco, modo, alia in re, aliis personis soluere coguntur, Quorum singulorum ratione mitius cum Dominis suis, quam cum his potentioribus ageretur.

Pariter nec obstat, quod negatur libertatem contrahendi ciuibus impeditam & præreptam. Quanquam enim principaliter ea intentione factum non sit, non tamen ideo reuera hoc factum, & euenisse negari potest, cum effectus & finis cõtractuum eiusmodi plurimum infringatur, & in nihilum saltem pro parte redigatur. Quanquam nec directo ea intentione id esse factum narretur, sed tantum in effectu & per indirectum id necessario interuenerit, nihil igitur hactenus & circa hæc sub & obreptio subest, ex quo mandatum subuerti debeat & eneruari. Neq; Actoribus nostris quicquam incumbit

cumbit probari, sed eorum intentio abunde probata per dictæ partis confessionem, adeo vt Reo potius onus elidendi & alias obreptiones demonstrandi incumbat, quod alias regulare est. *Abb. in capitul. fin. column. fin.* vbi *Dd. de præsump. Felin. in capitul. ex literis. numero decimonono, de probat.* Quare Reus non immerito ad alias scilicet qualitates facti transitum facit, & in primis docere satagit, factum suum omnis iniquitatis nedum atrocitatis eiusmodi, quæ via & manu regia illico sit compescenda, expers esse, neque statim ex istorum numero esse, quæ omni iure prohibita & per se iniqua, adeo, vt si fiant sine alia cognitione, coercitione indigna & iniusta censenda sint, sed potius quę licita, iusta, æquissima, & nisi ita fierent, & maxima & publica pernicies inde resultaret. Quam ad rem deducendam vnico generali nititur fundamento, scilicet exactionis legitimæ, eius quod notorie debitum fuit, quod in solutum acceptationem
10 vocat, & in effectu † aliud nihil est, quam executio Rei iudicatæ, seu quod eius vicem habet, debiti manifesti & quasi confessati, eamque pluribus iisque diuersis ex causis tam proximis quam remotioribus sufflare contendit, & quidem prolixius quam præsentis negotii vsus postulabat vel admittebat. Quæ pleraque vt ad cognitionem nostram & decisionem præsentis causæ non spectantia nobis transeunda.
11 An scilicet canonici S. B. ius habeant † conducendi operas priuatorum sartorum, quos Bönhasen oder Störer nominant, præter ciuium & vrbis morem & statuta. An in contra facientes
12 † Senatus non minus quam in alios ciues & incolas animaduertere possit, eadem
13 ex causa; An generaliter in † canonicos iurisdictionem habeat Senatus, vt in alios ciues, incolas vel etiã monasterialia alia. An vero magis hi, quam alii vel saltem in hac causa ciuili exempti censendi sint. An causa ciuilis, vel criminalis, ob inobedientiam refractariam exemplo pernitiosam: An pœna aliqua commissa, eaque grauior pecuniaria; An vero etiam corporalis, & priuationis famæ & ciuitatis; An & quæ per Senatum siue solum siue præsente Burgkvogt infligi, statui & executioni mandari potuerit; An eo pacto quouis modo iurisdictio principis violata: An is causam ad se illico non modo auocare, sed per viam mandati statim submouere & tollere, seu cassare omnino, quæ acta sunt per Senatum, potuerit, idque sub pœna tam simplici quam arctiori: An in pœnam illico ob non paritionem declarare, imo sine præuia quadam declaratione eam exigere potuerit: An quoque istorum modo contra placita, conuentiones, transactiones, priuilegia, consuetudines, litis pendentiam, &c. ab alterutra parte & quatenus factum sit, adeo vt licite vel illicite, iure vel non iure suo altera pars se gessisse dici possit, aut debeat circa illa omnia vel singula, &c. Et hæc quidem quoad dictum Stifft S. B. quæ prima & principalis causa huius turbæ fuisse videtur, quam vt fit, illico aliæ consimiles consecutæ sunt ratione collectarum, quarum nomine vltra quingentos & mille supra dictarum mulctarum adhuc 7504. fl. exegerit Reus, & nihilominus residua manere dicuntur 8359. fl. vt patet ex abrechnung per Reum producta nume. 31. de dato 20. Decembris Anno 91. vbi innuitur paulo post plura recepta fuisse à colonis. Hic rursus non videtur immorandũ circa principalẽ causam: An, quæ & quatenus † collectæ debitæ sint, & per quos soluen- 14
dæ, quibus, in quantum, quo & de quibus debeantur, quando dies soluendi venerit, & transierit. An licite in pœnam 500. fl. eo nomine declarati Actores, minus etiam in specie circa singulas collectas pluribus opus est. An Actores licite ob controuersias nondum prius sopitas cum Duce, iuramentum solitum subditorum detrectauerint, aut hactenus detulerint. Quomodo transactiones & conuentiones ea de re allegatæ, accipiendæ. Quid vsus & consuetudo de his ferat: An collectæ imperii omnes per Actores quod asserunt, integræ solutæ. An ad conuentum prouincialem comparere debuerint ante iuramentum hinc inde pro more præstitum. An reliqui status Prouinciæ præiudicare potuerint absentibus nec consentientibus: An collectari ex causa priuata potuerint? An
15 immunes † ita sint, vt non nisi ex libera voluntate contribuant, & ita hactenus obseruatum fuerit, receptis à Duce reuersalibus, &c. Quæ & alia plura prolixe hinc inde & solicite disputantur, adeo vt in vtramque partem non videantur non haberi posse & debere pro dubiis. Et sicut Reus contendit, sibi vt Magistratui ob præsumptionem iuris non debuisse statim sine clausula mandari: Ita etiam dici poterat nec ipsi, in re nondum omnino liquida, licuisse contra Actores via rigorosa mandati & executionis incipere & procedere ad pœnam & exactionem: Verum vt vt ista sese habeant, & posito, ex parte Rei omnia certiora & exploratiora esse quam sunt, tamen non ideo mandati vires penitus prostratæ videntur, quin alius minime exiguus adhuc restet scrupulus, quem quidem Actores *numero quadragesimoseptimo, fol. 11. in fi. & fol. 13. & sequent.* sicut & in narratis mandati inprimis vrgent, à Reis autem vix vno digitulo attingitur, nedum eximitur, quod scilicet contra ciues tertios & singulos priuatos, eorumque bona particularia & debita ipsis ex certis contractibus, executio & exactio instituta, & quidem totius prætensi debiti, cum nullo iure obligati sint ipsi vel condemnati, nec citati: & si quid forte collectarum nomine debere dici poterat, id non Duci sed Senatui, neque tam ipsi quam Senatui, ita tamen vt is, à subditis quod solet, recipiat, debetur id-

que

que non nisi per exiguum singulorum ciuium, tot scilicet millium, esse poterat. Et sicut Dux multum vrget, quod hac detractione collectarum reliqui status & subditi iniquissime grauentur (quod tamen non omnino certum opinor) ita nec ipse à paucis & singulis exigere debuerat, quod ad omnes omnino pro sua quemque rata pertinebat. Itaque non inepte in narratis eo respectu dici potuisset, exactionem illam sine omni plane causa factam, cum tamen solum dicatur, sine vlla iusta & legitima causa factam. Neque hic refert, quod ciues & qui ex vrbe sunt grauati, etsi non ex Senatu (cum tamen nonnulli etiam consules & senatores, vt ex instrumentis patet) saltem tamen ex tribubus der zünfftigen Gulden sint. Qui ipsi & ipsorum Guldenmeister initium & causam huic turbæ præbuerunt, propter sartorum commune interesse; Imo ipsi in hac lite simul sunt, & ad se omnia ista attinere agnoscunt, omniaque gesta approbant, quasi pro se & rem suam tam omnium communem, quam singulorum. Itaque non possunt quasi dici ab hac re & causa alieni & separati esse, cum præsertim, causæ principalis, & omnium, quæ secuta sunt, defensionem simul prolixe suscipiant, & eam tueantur, vt suam etiam, non tanquam assistendo vel patrocinando aliis: Nam ista minime videntur factum nostrum saluare, aut à manifesta & minime toleranda iniquitate executionem & exactionem talem istorum quasi debitorum vendicare posse; siue enim principale, siue hoc executionis negotium intueamur, nihil quidem id ad singulos ciues attinere, aut ad eos extendi & trahi debere videtur. Nullum siquidem dubium, opinor, habet, aliam & prorsus separatam causam esse ciuium alicuius loci, aliam Collegiorum, quæ vocant Gulden oder Zunfften / aliam Senatus seu Magistratus, aliam denique totius vniuersitatis, idque tam per se quam ratione diuersorum cuiusque officiorum & negotiorum, adeo vt licet vniuersam ciuitatem, ceu vnum corpus constituamus, cum qua & per quam actum quid sit, tamen separata omnino ratio ab his est ciuium, & omnium, ne dum paucorum, & vix vnius & alterius, *capitulo in Genesi. de Elect. argumento l. eum, qui ædes. ff. de v. sucap. l. seruus legatus. ff. de leg. Oldrad. consilio trecentesimo decimoquinto.* Vbi quasi in terminis tradit, quod etiamsi maior pars collegii & vniuersitatis excessum commiserit, non totum tamen collegium, sed ipsi soli teneantur. *numero tertio, ad finem & numero quarto, versicul. imo etiamsi, &c. per ibi allegata Idem consilio 66. Bartol. in l. aut facta. §. nonnunquam. ff. de pœnis.* vbi *numero octauo*, dicit,
16 quod etiamsi vniuersitas † tota condemnata sit ad mulctam, non tamen omnes, sed illi soli qui deliquerunt, tenentur contribuere in solutione collectæ eo nomine indictæ. *Innocent. in cap. grauem. numero secundo, de sentent. excommunicat. v-*

bi tradit, quomodo executio † contra vniuersi- 17
tatem fieri debeat, scilicet in bonis nõ singulorum, sed communibus, si quæ sunt alias, per priuationem iuris vniuersitatis. *Specul. de execut. rei iudic. §. sequitur videre. num. quinto, & ibi addition. per l. in tantum. §. primo, de rerum diuis. l. sed si. §. manumittatur, ff. de in ius vocando.* Minus autem dubii est de ciuilibus obligationibus & actionibus. *Iason in l. si quis in suo. §. primo, numero secundo, & tertio, Cod. de inoffic. testament. Barthol. in l. sicut. ff. quod cuiusque vniuersitat.* vbi *numero secundo*, dicit, non posse vniuersitatem † etiamsi expresse 18
velit singulares etiam personas obligare, nisi potestatem habeat legem condendi, neque recognoscat superiorem (quod minime Reus Actoribus cedit) *gloss. in leg. secunda, Cod. quæ sit longa consuetudo. facit Innocent. capitu. ex parte. numero secundo, de consuetud. Barthol. de repressal. in princip. num* 14.

Minus igitur dicendum, si nolit, quod hic ab initio vsq; huc fieri, præsens euidenter controuersia demonstrat, & exactorum repetitio. His ita stantibus, vt certis, de iure manifestum opinor esse, negotium hoc nostrum nihil ad ciues, etiamsi de ciuitate vel Senatu, sint, spectare, & quicquid de debito Senatus vel ciuitatis adfertur quasi causa factum nostrum iustificante, id nihil ad rem, quin iniquitatem erga alios tertios commissam potius detegat, qui nec vllo plane modo obligati allegantur quidem, sed circa solum Senatum, ciuitatem & vniuersitatem Reus perpetuo versatur, & occupatus est, quod scilicet illi obligati fuerint & sint, quod condemnati, &c. & sane cum, vt supra dictum, vnica illa facti causa, solummodo allegetur acceptationis in solutum, nisi obligatio horum qui ad solutionem compelluntur, doceatur, vltro corruet solutio & illa causa. Priuatio † e- 19
nim præsupponit habitum, & solutio obligationem, quæ non præsumitur nisi probetur, & quidem euidentius, ex quo regulariter extensio de persona ad personam, de iure incognita & improbata est, non minus nostro casu, quam si alius plane extraneus pro alio conueniendus esset, idque potissimum, cum etiam de delicto & pœna, quæ semper odiosa sunt, agatur, neque collectarum quantumuis fauorabilis & magis verisimilis ratio causam exactionis hanc singulorum, & quidem paucorum soluere potest.

Quicquid enim sibi Reus istorum deberi contendit, id nusquam audet asserere quod à singulis; sed à ciuitate debeatur, quam si totam vniuersitatem intelligit, ea nunquam eo nomine requisita, aut ab his quicquam postulatum, vel etiam singulos collectatos allegatur. Sed solum Senatum, qui sane, si quid non soluendo † 20
vel contumaciter se gerendo peccauit, id vniuersis & multo minus singulis, fraudi esse non debet, præsertim cum culpa, quam latam, imo dolum Reus vrget, omnem mandati præsumptionem

ptionem excludat, *per vulgata & in terminis quasi Oldrad. d. l. consil. 66. Decius consil. 437.* & posito sane in iis terminis nos versari, quod singuli ciues quauis etiam ratione, siue initio compellendo senatum, vel post ratificando, se illius obnoxios reddiderint, ita vt teneantur, non tamen, nisi pro rata quisque teneri poterit, quo casu cum executioni obstet incertitudo debiti nondum liquidati, etiamsi in genere & per se certi, & Actor seu executor certam quantitatem ratæ singulorum demonstrare nequeat, executio interim nulla est & concidit, *l. cum amplius. 84. de reg. iuris. Bald. in terminis l. etiam. nume. 14. C. de exec. rei iudicatæ.* Minime vero subsistere potest totius exactio à paucis facta eius debiti, quod non nisi à plurimis & quasi infinitis deberi dici potest. Itaque hæc cum notoria in facto & manifesti iuris sint, vel hodie de iis constet, hodie etiam reuocentur. Processum enim super his obseruare, erat processum non obseruare, vt, aiunt, & cum Reus hoc ipsum in re magis incerta sibi licitum voluit & putauit, scilicet ad hæc mandata & executionem prouolare, idem etiam patiatur de suo ipsius mandato, & executione eadem, & quidem magis manifesta ex causa statui; idque eo magis puto locum habere nostro in casu, cum non videam, quo pacto vllatenus bona ciuium exactioni & Reo obnoxia sint, cum per Senatum † indicantur collectæ, qui solus Ducis debitor est, circa hæc, penes quem erat vel omnino remittere, nec quicquam exigere, sed in se recipere, vel etiam contributionem instituere, non pro ratione bonorum, sed personarum, contractuum, vel aliter, & quicquid susceperint, id principi obligationem parere nequit, & consequenter nec soluendi causam præbere contra ipsos ciues, sicut & si quid plus minusue à ciuibus exegerint ratione bonorum, id non principis, sed Senatus commodo vel incommodo cedit. Facit quod collectæ Imperii omnes iam solutæ dicuntur, & verisimile fit ex *num. 31.* per Reum producto, neque alibi multum negatur, sed rationes differuntur, quod priuatæ † contributiones, tam quæ ex vsu communis Prouinciæ sunt, quam quæ Principem ipsum & filias concernunt, minime parem cum imperii publicis causam habent, aut similem obligationem pariunt, vel etiam ab aliquibus, quantumuis maiori parte in præiudicium tertii etiam vnius simul possunt recipi. Nam quod omnes tangit, &c. & non potest maior pars illius etiam vniuersalis Prouinciæ alios non consentientes obligare, vt supra demonstratum est, Sicut nec Princeps indicere ex potestate sua quasi absoluta inuitis, sed non nisi de consensu subditorum potest. Minus autem adhuc, imo nullam plane speciem æquitatis recipere videtur, exactio † pœnarum & mulctarum: Nam cum priuatis singulisue, aut per eos vel etiam de eorum iure nihil ab initio actum, nec nisi Senatus inuenitur qui deliquit, cui mandatum, qui declaratus actiori mandato solutionem facere iussus, eius solius contumacia & peccatum in medio fuit, & est, vel ipso Reo teste, & id vbique solum exaggerante. Quid ergo id ad singulos, quorum nulla culpa ab initio, neque etiam ex post facto quasi ratihabitione interuenit, sicut nec vsquam vllius incusantur vsque huc. Quanquam enim Senatus communicato postea consilio cum Geheimen / geschickten Güldenmeister vnnd Hauptmännern. Et sic quasi totius ciuitatis consensu causam prosecutus (vt patet ex instrumento *numer. 47.* & Protocollo *numer. 77.* de dato 21. Septemb. Anno 91. et lite hac) tamen ante per reliquam vniuersitatem, nedum singulos actũ nihil reperitur, nisi quod illi postea postularunt priuilegia non labefactari, nec ciuium singulorum prouentus & census illis in merito & de facto præripi, quod vero peccati participes vel initio, vel quasi ex ratificatione secuta, eos reddere minime potuit: Nam quicquid istorum † per Senatum actum fuit, id non factum nomine vel etiam authoritate aut iussu totius vniuersitatis, minime vero singulorum ciuium, qui nec omnes, nec singuli id ipsum gerere potuissent, nec modum circa hoc vllum senatui præfinire, prout nec Senatus illorum postulatis armaque conclamantibus acquieuit, sed suo modo ista cœpit peragere, instituit, & vsque huc prosecutus est, scilicet Magistratus authoritate & iurisdictionis potestate, qua non nisi Autore Principe & eius nomine funguntur. Itaque nec alio nomine egisse dici possunt, aut debent, cum id ipsis nequaquam licuerit. Sicut igitur initio neque vniuersitas tota, siue Güldenmeister vnnd Hauptleuth eius nomine id mandare potuissent, neque id etiam eius nomine gestum esse potuit, ita nec persona ratum habere, *ca. ratum. de reg. iur. libro 6.* Ratihabitio enim † vt quid operetur, oportet vt retrotrahatur & mandato æquiparetur, *cap. ratihabitionem. de reg. iur. libro 6.* fingaturque ratificantem initio præsentem loco & tempore fuisse, & ipsum gessisse. *Text. in l. cum decem. §. 1. verb. si tunc præsenti dedisset. vbi Bald. ff. de solut. Iason in l. si is qui. numer. 105. 108. 137. de inoff. test.* Et sic non nisi per fictionem operatur ratihabitio. Quare etiam ea non sufficit in casibus, vbi speciale mandatum requiritur, quia ea non possunt rata haberi. quam opinionem pluribus comprobat additio secunda ad Dynum *d. ca. ratum. verb. habere ratum*, qua ipsa de causa, cũ Reus semper id quasi crimen exacerbet, ratificatio nullum locum habere potest obligationis siue vniuersitatis siue singulorum. facit *consilium Decii 437.* Quinimo posito, ratificationem interuenisse & locũ habere posse, tamen non potest illa executionem extendere ad eos, qui nunquam in

lite

lite fuerunt, quibus nihil mandatum, & consequenter nec in pœnam declarari, & sic executioni subiici potuerunt, & si potuissent, tamē minime pauci id luere debuerunt, quod ad omnes omnino attinebat, quanquam etiam nullum eiusmodi consensum initio, aut ratihabitionem postea interuenisse dici possit. Nam quicquid per officiatos actum, vt est *num.* 77. id præsertim si cum instrumento *num.* 74. conferatur, quo pertinet, generalis est, & potius ad exorbitantes Ducis processus & facta, quam ad iura Senatus aut Ciuitatis spectat, vt scilicet sese istis grauaminib. subducant & eximant potius quam implicent, sicut & quod in lite hac simul consortes se præbent, eo principaliter directum est: Licet enim causam principalem simul prolixe tueri contendant, tamen id principaliter Senatus nomine & pro exaggeratione iniquitatis facti videtur fieri, neque nouum opinor, plures consortes vno quasi instrumento sua quemque fundamenta, quod cum alias non est necesse, vt communia, posse deducere. Neque enim præsu-
26 mitur approbare † quis, quod ad consortem pertinet, & sibi præiudicare potest, imo quod contra principalē est, suam intentionem, vt scilicet exorbitans hoc factum submoueatur, sic-
27 ut excipiendo nemo † videtur intentionem aduersarii fateri, ideoque licet contrariis etiam exceptionibus vti *cap. exceptionem §. nullus pluribus. de reg. iur. in 6. l. nemo ex his. vbi Dec. de reg. iur.* Quod dubium nullum recipit, si ita alternatiue fiat, vt hic, vbi dicitur, non inique feciſſe senatum, & si feciſſet, tamen tertios non fuisse exigendos, vnica enim & principalis querela est de iniquitate exactionis tertii extranei, ad quē scilicet, singulos nihil res attinet, neque ipsa causa principalis ex parte Ducis subsistit, adeo vt nec Senatus, seu principalis executioni licite subiici possit, vt habeat *d. num.* 47. Et sufficit ex his probatum esse tantū, quantum ad principalē intentionem seu petitionem obtinendam requiritur per ea, quæ Gail. in similibus mandatorum terminis tradit. facit quod etiam ambigua inten-
28 tio † pro Actore interpretationem recipit *l. si quis ff. de iudic. l. in contrahenda. de reg. iur.* sane quicquid de Senatu vel Collegiis, aut etiam vniuersitate tota dicendum sit, citra hāc obligationem, ex qua solutionis quasi species extruitur, nihil tamen omnino quicquā istius ad singulos, præsertim paucos ciues pertinet, qui nec initio interuenisse, nec approbasse post, neque nunc in hac lite adesse dici possunt, ideoque reuera extranei & innocentes habendi, ad quos non nisi euidenti & summa cum iniquitate onus hoc redundare potest & extendi, præsertim quo ad pœnam odiosam, & ad ea quæ non liquida per se, & pro maxima parte ad alios simul spectant, siquidem res nullatenus ad hos etiam spectat, quod cur non putem, supra dictum.

Quare hoc factum merito ex bene constituta Repub. & quæ æquitatis vllam rationem habere videri vult, longissime eliminandum, vt quod in effectu & reuera aliud non est, quam repressaliæ, aut etiam certe illarum persimilium, quibus vt odiosis omnia iura, præsertim imperii constitutiones seuerius obsistunt & repugnant, vt quibus alius pro alio, innocens pro nocente, nō obligatus pro obligato excutitur & exigitur, & quibus debitor quis reputatur, ideo, quod ab alio repetere possit, aut recepturus sit, quod præstiterit, contra *l. nemo ideo obligatur. ff. de reg. iur.* Quæ omnia etiam nostro casu concurrunt. Et quidem factum nostrum eo magis inter illicita recensendū, quia quæ ratio pro tolerādis quandoque repræssaliis affertur, ea nullo modo hic militare vel etiam in toto imperio Romano sibi locum vēdicare dici potest: Perabsurdum enim fuerit, & constitutiones imperii omnes, præsertim nouissimæ maximopere abhorrent, vt dicatur, quod nostra hunc tam barbarū morem admittat patria, vt quisque conqueri queat, iustitiam sese aliter habere non posse, quam cum huiusmodi tertii & innocentis iniuria & damno, idque in ipsis magistratibus tolerari, vt qui minister æquitatis † & iuris esse debebat, is iniuria- 29
rum fons existat: contra *l. meminerint. C. vnde vi.* quæ ipsa causa fuit non modo repressalias † ab- 30
rogandi, sed & pignorationes ex imperii finibus excludendi, per ea quæ Gail. *de pignor. obs. 1. & 2.* tradit: Vere enim ex his id consequi necesse erat, quod de clericis Imperat. dicit *in l. Presbyteri. 8. C. de Episc. & Cler. & in l. si quemque. eod.* inde enim iudiciorum † vigor & iuris publici tute- 31
la subuerteretur, si quisque sibi ipsi vltionem sumeret contra quemuis, etiamsi criminibus seu sceleribus implicitum, & quis sine ratione læderetur, quod ait Imperat. *in l. nulla. 13. C. de Iudæis.* Neque refert, quod hæc facilior via videri poterat quam vlla alia, præsertim si contra communitatem adeo præponentem gressus manu militari directo dirigendus foret: Nam & aliæ intermediæ viæ non deerunt, neque negantur per Reum adesse, id vnum obstinate contendit Reus, omnino licitum esse quod egit. Nolim igitur ego istius quicquam supplere, aut quæ aliæ forte sunt commodiores, inuestigare: satis enim est, non negari esse, sed simpliciter notoriam & manifestam iniquitatem per Reum defendi: neque sane si nullæ aliæ essent, ideo non illicitum admittendum vel committendum, vt bonum consequatur, text. *& ibi gloss. in l. qui sub prætextu. C. de Episc. & Cler. §. qui primitus. Authen. vt Iudices sine quoq. suffrag.* si quid enim aliud maius malum forte euenturum dici poterat, id non malum culpæ, quod delictum habet, sed malum pœnæ, quod iustitiæ administrationem habet, dicendum, de quo recte Reus ipse dicit: *fiat † iustitia* 32
& pereat mundus. Nec facile dicendum ex iniquitate manifesta minus mali, quam ex iustitiæ obseruatione exstiturum, neque curandum,

si quid

si quid in consequentiam euenire poterat, quod tamen incertum est, cum viceuersa etiamsi solum rem iudicatam respiciamus, non adeo nullam plane exceptionem, qua subuertatur, admittat, quin de facto exequenti Iudici, de facto resisti possit. Cynus *in l. 11. C. de iuris & facti ignor. vbi Iason in princ. colum. 2. facit l. 1. Cod. quando lic. vnicuique.* Atque executioni † plura 33 obiici possunt, etiam ab ipso, qui reuera malam fouet causam, vt quia in lite non fuit, quia non citatus, nunquam illi quicquam mandatum, nunquam in sententia aut declaratione nominatus vel expresse condemnatus, quo casu sine præuia citatione, & alia causæ cognitione nequaquam ad executionem ipsum & eius effectum cum manifesta nullitate prosiliendum. *Innoc. in c. quia vero. de iudic. Rota decis. 484. si sententia. in nouis. Gail. obser. 70. num. 14. & seq. per ibi allegata. lib. 1.* Vbi dicit, requiri ad executionem eandem esse causam, idem ius, eandem personam, alias etiam qui particeps criminis est, non tamen condemnatus, executioni obnoxius non est. Omnis sane exce- 34 ptio † nullitatis manifesta & certa ex actis admittenda, & executionem perimit, & sicut eui- 35 dens & manifesta † iniustitiæ nullitas dicitur & est, quæ hic vtraque concurrunt, vt supra dictum. *Vant. de nullit. ex defectu processus. numero. 126. & sequen. ibidem. num. 30. & seq.* plenius tradit, causæ cognitionem non posse omitti, sed nullitatem non reparabilem operari, adeo vt non sufficiat eam subsequi, cum præcedere debuerit: Idque etiam in principis sententia obtinere, vt ex ea causa inualida censeatur, *Vant. tit. an qualibet sententia. num. 15. in fine.* Et neque in ipsis executiuis pro arbitrio Iudex procedere debet, quin nullitatem committat, si non attendit, quæ veritatem rei, & partis defensionem respiciunt. Quæ licet in mandato contra Senatum, non omnino prætermissa, tamen nullo modo contra tertios obseruata 36 dici possunt. facit quod semper executio † sententiæ suspendenda, si ius tertii læditur, *Innoc. in c. cum super. de re iud. l. à Diuo Pio. §. si super. ff. de re iudic.* & ibi dicit Innoc. quod ea res faciat rescindi etiam factum, non modo impediat fiendum.

37 Adde etiam quod executio † non subsistit aut procedit contra Colonum, qui à tertio 38 detinetur nisi citato eo, cuius Colonus est, *Baldus*: Non possibile est qn non ex malo † principio, peius medium & pessimus finis necessario consequatur, & si forte alius modus executiuus in bonis vniuersitatis non erat (quod tamen minime verisimile in potenti adeo republica) non debet principem iustitiæ præfectum & amantem pudere, vel alium potentiorem implorare pro executione, sicut nec Imperatorem ipsum pudet ministerio Cameræ in exigendis contributionibus Imperii præuia causæ cognitione potius vti, quam illico fulmina Banni aut alia pœnalia torquere, sicut neque vnquam in similibus terminis exactionis collectarum, subditos ipsos statuum per huiusmodi quasi in solutum acceptationem grauat, seu debitores, sed status ipsos per processus executiuos in viam redigit, o- 39 ptimo sane exemplo, quod inferiores † potius imitari quam iustitiæ & legibus subiacere, illasque superiores recognoscere detrectare, neque sese cum illis iure agere, aut facti aut processus sui rationem reddere, ignominiosum existimare vel præiudiciale, quasi quod ansam obstinationibus præbeat, liberius excedendi vel etiam rebellandi, quasi vero verendum ex iustitiæ obseruatione id potius, quam ex neglecta iuris præscripta via euenturum. Qui enim ex nulla causa ad inobedientiam & tumultus proni esse dicuntur, ii multo magis præsumendi, si iustam habent causam, quod verisimile, & sic in eandem fraudem, & grauius quidem ex hac re atque ex illa incideremus. Neque semper ordinario processu duntaxat agendum, sed planior suppetit via executionis, quam si ipsi secundum iuris præscriptum suscipiunt, nihil ambiguitatis remanet, aiias patiantur à superiori causas & rationes exigi, cur ita faciant vel fecerint, neque ipsis licet prætextu quasi publicæ vtilitatis, ius commune labefactare & ius tertii auferre: Id enim publica, & eius qui superiorem non recognoscit, aut certe similem seu eandem potestatem habet, authoritate, causaque cognita & explorata solum permittitur. *Felin. in cap. quæ in ecclesiarum. numero vigesimo quinto, & sequen. extr. de constitut. Dd. ibid. in c. 2. Decius & Cagnol. in l. non debet. 78. ff. de reg. iur.* Quo tandem facit, quod principalis causa ipsa, bona & directo sine causa illis auferuntur, quod dānum non leue dici potest inspecta qualitate singulorum diuersa conditionis & qualitate summæ exactæ & sane si impune id liceret, imo approbaretur per cassationem mandati, metus est, ne lis nequaquam inanis tam respectu Ducis quam populi & ciuium, & alia longe grauissima certo consequantur: Princeps enim facile ansa quasi hac arrepta & exemplo abutens, poterit quauis alia occasione quæsita similes processus instituere, institutamque semel viam insistere & persequi, & quæuis à Senatu poscere, & condemnare recusantes. Qua ratione plenissime ad illa ipsa in conuenientia peruenireturr, & seditionum causa † præberetur, quæ etiam nunc minime te- 40 mere & hoc vnico facto impendere asseritur, neque Senatui, in cuius manu non potest esse tantus populi numerus, quid imputari

potest, qui hac ipsa iuris via susceptа satis testatum facit, quantum ab illa violentia abhorreat, & eam pertimescat. Ideoque nulla quo ad ipsum vlterioris & maioris contumaciæ & rebellionis quasi suspicio subesse dici potest, neque impunitas excessuum, aut executionum defectus, & inanitas metui, cum non sequatur
41 si quid vna via † iniquiori non licet, id alia æquiori itidem non licet, Interim recte Sena-
42 tus suam † suorumq; iniuriam vendicat, & remouet, vt quæ non ad singulorum solum, sed communis ciuitatis, & sic etiam consequenter suum præsens tendit incommodum, sicut & iuris communis & publici, & sic vtilitatis publicę subuersionem.

Neque alias nouum, iurique aut consuetudini Germaniæ incognitum est, vt magistratus
43 subditorum † quasi causam agat, & iniquitatem illorum ab illis repellat, quod vel vnicæ pignorationis constitutio abunde reddit manifestum, sicut & iure communi vniuersitas †
44 vel collegium iniuriam in singulos commissam persequi potest. *Oldrad. d. consil. 66. & 315.* eoque mandatum initio directum, vt ad querelam Senatus à ciuibus inique exacta restituantur, neque vlterius eo modo quicquam exigatur, & interdicta cassentur.

Quare ego non obstantibus exceptionibus, vt vel causam principalem respicientibus, vel apertam executionis iniquitatem directo tuentibus, paritionem iniungendã Reo putarim. Ne tamen vtrobiuis præiudicatum sibi prædicare queat, iura ipsi sua alio legitimo modo (scilicet coram ordinario) proponendi reseruarem, *in l. 1. §. si penes. vbi Dd. quasi in terminis C. de agric. & censit.*

Faciunt denique & quidem rectius pro subuertendo mandato & executione hac Principis Rei pleraque illa, quæ is huic mandato nostro prolixe obiicit. Nam qua nostrum hoc non subsistere, & cassandum contenditur ratione, eadem multo verius impugnari inferioris mandatum potest & subuerti, per ea quæ supra, &c. Quare ex his satis puto constare de primo & principali requisito huius mandati sine clausula, scilicet de manifesta & notoria iniquitate facti executionis institutæ & perfectæ, quasi in modum solutionis contra eos, qui nullo iure erant vel initio obligati vel etiam postea citati aut condemnati, neque etiam citra iniquitatem manifestam condemnari poterant, præsertim in solidum multo minus executio fieri, summa debiti singulorum, si quod erat, adhuc existente incertissima, siue pœnam, siue collectas respiciamus.

45 Itaque qua facilitate † res susceptа est, eadem remoueri debet, neque euidentia & notorietas † rei vllam admittit aliam discussionem aut processum. His omnibus astipulantur etiam alia requisita mandatorum sine clausula, damnum videlicet grauissimum & quasi irreparabile, periculum armorum, & publica vtilitas: Nam sine damno grauissimo subditorum id fieri posse, nemo, opinor facile dixerit, tam respectu colonorum quam ciuium, &c. Illi enim à potentiori & magis rigoroso quasi creditore, alieno tempore, alia in re, loco, modo seueriss imo, exiguntur; Quæ singula non ex arbitrio solius creditoris, sed debitoris etiam æstimanda, & per se omnis † 47
quasi mutatio periculi quid habet. Neque omnino ab Actoribus, minus vero ciuibus dici coloni possunt alieni, vt eorum quasi causa querela nulla sit, cum non possit non in illorum damnũ & ciuium, & consequenter vrbis, & sic quoque Actorum detrimentum vergere, quorum sane principalis intentio non est, quod colonis quicquam recuperare velint, sed illorum quasi solum incidenter mentionem faciunt. Id vero principaliter agunt, vt suorum ciuium contractus cum colonis non impediantur per indirectum, vt loquuntur, tum scilicet effectu & principali fine recipiendi, ex illis, quæ debita sunt, priuantur, imo & verius illorum institutum siue executiuum processum persequendum expresse reseruarem. Saluo. D. H. simpliciter cum Domino M. referente concludit per verbum placet.

D. B. Præsentis causæ decisio potissimum in hac sola quæstione versari videtur, an scilicet Dux B. S. propter † allegatum debi- 48
tum & violatæ iurisdictionis crimen atque contumaciam Senatus B. S. singulos seu potius paucos aliquos ipsorum ciues, & quidem insolidum, iure potuerit exigere nec ne, & consequenter num merito mandatum sine clausula eo nomine in Camera dicto Senatui contra eundem Ducem sit decretum, eiusque paritio nunc iniungenda, vel idem rursus cassandum. Nam inter partes constare puto omne id, quod exactum est, si debetur, ipsum Senatum debere. Vt igitur paucis me aperiam, putarim eiusmodi exactionem ipso iure esse prohibitam, & per consequens mandatum sine clausula eius nomine recte impertitum.

Manifesti enim iuris est, quod vniuersitas † debet, singulos non debere, *text. in leg. sicut, §. si quid. ibique Bartol. & Angel. ff. Quod cuiusque vniuersit. not. Decius consilio sexagesimo primo. numero secundo & tertio. Henning. Goden consilio trigesimo quarto, num. 26. Ferrariens. in forma libelli super actione hypothecaria, in verb. mutuo, num. 8.* Vbi 49
dicit

dicit, pro debito ciuitatis non esse vexandos singulares ciues, & Crauet. *consil. 21. num. 8. & consil. 290. num. 10.* vbi ait, iuri quoque diuino
50 obstare, vt dominorum debita † subditi exoluant. Quo etiam faciunt, quæ tradit Gail. *in tract. de arrestiu. c. 9. num. 10. & 11.* Item Castren. *in l. 1. §. quibus autem. num. 3. ff. eod.* vbi dilucide ostendit, quod pro debito vniuersitatis non
51 †possint capi bona singulorum, sed bona vniuersitatis, & si vniuersitas non habeat bona communia, quod tunc teneantur collectare subditos, iuxta Bartol. & ipsum Cast. *in l. si se non obtulit. ff. de re iudic. Panorm. in c. fin. numer. 6. & 7. de bis quæ fiunt à maiori parte capituli. & Ioseph. Ludouic. decis. 43. num. 1.* si talis collecta non per capita sed per æs & libram, hoc est, pro viribus patrimonii vniuscuiusq; de vniuersitate fieri debet. *glos. in d. l. 1. ff. Quod cuiusque vniuers. nomine. Bart. Iason, Alex. & alii in d. l. si se non obtulit. §. actor. numero 7. & 8. glos. & Panorm. in c. cum dilecta. num. 14. de rescript. Gail. de pace publ. cap. 9. num. 36. libr. 2. & inprimis etiam Ioan. Andr. in c. grauem. de sentent. excommunicat.* vbi tradit, qualiter contra
52 vniuersitatem † fiat executio. Quemadmo-
53 dum ergo debitum † vniuersitatis, non est debitum singulorum, ita quod lis vniuersi-
54 tatis † non est, vel dici potest lis singulorum de vniuersitate, *Corneus consilio 293. numero 11. libr. 3. Cephal. consil. 558. numero 24. & 25. & Natta consil. 150. num. 2.* Ratio est, quia aliud est vniuersitas particulariter considerata, *l. intantum. §. vniuersitatis. ff. de ver. diuisi. l. sed si hæc. §. qui manumittitur. ff. de in ius vocando. & Fely. in c. cum te. de rescript. & c. dilectus. la 2. de Symonia. & Mynsing. cent. 4. obs. 79.* ex diuersis itaq; infertur *iur.*
55 *vulg.* Si enim bona singulorum essent † censenda bona vniuersitatis, circa vnam eandemque rem plures in solidum constituerentur domini, quod vero iuri est contrarium §. *singulorum. Instit. de rerum diuis. Et l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. ff. commodati.* Cum igitur tali casu singuli non debent, non tenentur etiam
56 soluere cum exactio † debitum siue obligationem necessario præsupponat, nec alter ex alterius contractu obligetur, *leg. si vnus §. ante omnia ff. de pactis. & l. 3. C. ne vxor pro marito*, singuli autem si non debent, multo minus ex his saltem pauci aliqui, prout hoc nostro casu fieri videmus. Hinc iure cautum, quod alteri per
57 alterum † iniqua conditio non debeat inferri *l. non debet. 75. ff. de reg. iur.* præsertim vim inferendo. *l. 2. ff. quod vi aut clam.* Quodque pec-
58 cata † suos tantum debeant tenere Authores. *l. sancimus. Cod. de pœnis.* Adeo etiam vt melius
59 foret nocentem absoluere, † quam innocentem condemnare. *l. absentem. ff. de pœnis*, quod
60 item contra illum solum executio † sit instituenda, qui nobis est obligatus & condemnatus, non etiam contra tertium non citatum nec nominatum. *leg. cum quæritur. ff. de except. rei iud. & Gail. lib. 1. obseru. 118. nu. 1.* Quo etiam faciunt tituli C. *ne vxor pro marito.* Item *ne filius pro patre.* Et *l. extat. ff. quod metus causa.* Item ea quæ tradit Martin. Colerus *in tract. de proces. execut. part. 2. cap. 3. num. 355. & seq.*

Hinc denique est, quod pignorationes † & 61
represaliæ, tam iure communi quam constitutionibus Imperii omnino sint prohibitæ, *Auth. vt non fiant pignor. & c. vnic. de iniuriis. in 6. Gail. in tract. de pignor. obseru. 2. num. 3.* Non enim habet rationem (vt inquit Imp. *in d. Auth. vt non fiant pignor.*) alium quidem esse debitorem, alium vero exigi. Et *in l. vnica. C. vt nullus ex vicaneis, &c. lib. 11.* ait, Graue esse non solum legibus,
† verum etiam æquitati naturali contrarium 62
pro alienis debitis alios molestari: Ast hoc nostro casu illa Ducis exactio contra tertios & innocentes suscepta; quid quæso aliud est, quam eiusmodi pignoratio vel represaliæ? Represaliæ enim sunt † & dicuntur quando capitur 63
persona vel res alterius pro altero, *Bart. in tract. de repressal. 1. num. 2. & Gail. de pignorat. obser. 2. in prima.* Nec refert quo titulo vel prætextu id fiat, ita vt & insolutum acceptionem (quam hic Reus noster ibi prætendit) comprehendat, sicut in specie tradit glos. *in d. Auth. vt non fiant pignor. in verb. formam.* Idq; tanto magis hoc nostro casu locum habere videtur, ex quo Senatum B. S. speciale † priuilegium de non arre- 64
stando suorum ciuium bona ab Imp. Maximiliano secundo 12. Maii, Anno 68. obtinuisse, & tam Reo quam Cameræ insinuasse constat. Quod sane non omnino frustraneum esse, sed præter iuris communis prouisionem aliquid operari debet; Et quidem posito etiam quod ex speciali obligatione singuli ciues B. S. pro illo debito efficaciter essent obligati: tamen non nisi pro rata sua quilibet eorum teneretur & exigi posset, per ea quæ tradunt Francisc. Ripa *in d. l. si se non obtulit. num. 34. ff. de re iud. Peckius de iure sistendi c. 4. n. 17. & Matth. Colerus in d. tractatu d. c. 3. part. 2. num. 366.* Sic quoq; licet ratione alicuius delicti commissi vniuersitati pœna aliqua pecuniaria irrogetur, pro qua soluenda imponenda esset collecta, innocentes tamen contribuere non tenerentur. *Cacher. decis. 90. n. 9.* Vbi in specie loquitur de crimine rebellionis per vniuersitatem commisso.

Neque enim hic versamur in terminis grauioris & atrocioris criminis per vniuersitatem commissi (puta læsæ maiestatis, sacrilegii, hæresis vel in pœna Banni) in quibus ob delicti enormitatem, quandoque innocentes † cum nocentibus possunt puniri. *Bar. in l.* 65
aut facta. §. nonnunquam. n. 5. 6. & 7. ff. de pœnis. Alexand. consil. 13. num. 11. lib. 6. Goden consil. 33. nu. 21. & consil. 34. num. 13. & Gail. de pace publ. lib. 2. c. 9. num. 9.

Præterea etiam eo minus factum hoc Ducis iustificari posse videtur, cum assertum illud debitum, cuius nomine exactio talis instituta, nondum sit liquidum, sed per Senatum B. S. vbiuis contradictum & negatum *numer.* 18.47. 62.

Constat autem quod etiam in casu vbi re- 66
pressaliæ de iure communi † sunt permissæ, (vt puta in casu denegatæ iustitiæ) tamen requiratur, quod debitum assertum sit verum, & alias repressaliæ non valent. *Bald. in auth. sed omnino. Cod. ne vxor pro marito.* Ibi namque pignoratus siue repressaliatus, id adhuc habet solatii vel subsidii, vt quod per viam repressaliarum ab ipso fuit exactum, ab illo cuius nomine factum est iure possit repetere, *Bartolus in d. authen. vt non fiant pigno. num. 3. & Euerhard. consil. 4. num. 4.*

Quod vero hoc nostro casu, quo Senatus debitum isthoc omnino diffitetur, prorsus cessare videmus, sufficere ergo puto Actoribus nostris, quod hac in parte intentionem suam tam ex iure communi, quam constitutionibus Imperii fundatam ex se habent, ita vt Reus, si velit asserere eiusmodi exactionem seu pignorationem contra tertios & innocentes institutam valere, ante omnia probare hoc debeat, *Gail. in tract. de arrest. cap.* 11. *num.* 30. *& seq.* Quod vero hactenus eum præstitisse, haud equidem video, licet quoq; ipsimet Domini prædiorum & decimarum Duci fuissent obligati, is tamen non nisi, iis prius legitime condemnatis ipsorum colonos propterea conuenire nedum exigere potuisset. *text. gloss. & Bart. in leg. ob causam. Cod. de obligatio. & exact.* quin potius iuris & æquitatis ratio postulabat, Senatum assertum debitorem in Camera conuenire, quam à tertiis & innocentibus alienum debitum de facto auferre. Non enim nouum
67 est, vt Princeps Imperii, † ciuitatem, sibi immediate subiectam, præsertim potentiorem in Camera conueniat, prout Gail. *lib.* 1. *obseruat.* 1. *num* 18. *& Mynsing. cent.* 5. *obseru.* 1. præiudicia allegant, vbi Duci B. S. contra nostram hanc ipsam ciuitatem B. S. Item Duci M. B. contra ciuitatem suam R. Electori M. contra ciuitatem E. processus in Camera fuerunt decreti, & habent proculdubio adhuc hodie innumera alia in Camera similia præiudicia, &c. Etenim res foret non solum valde iniqua, verum etiam perniciosissimi exempli, atque consequentiæ, si Principi Imperii (in quo tamen iuris potius ratio debebat vigere) pro re etiam nõdum certa aut liquida, sed inter ipsum & ciuitatem suam adhuc controuersa, statim liceret priuatos aliquos de ciuitate pro arbitrio exigere, sicque de facto quoduis imperatum ab iis, sine vlla præcedente iuris forma consequi, sibique ipse ius dicere, præsertim cum alias Principes † ciuitatibus soleant esse infensiores ac mole- 68
stiores, ideo isthæc via ipsis potius præcludenda, quam aperienda esse videtur. Cauendum namque † quod exemplo est pernicioſum. *leg.* 69
exemplo. Cod. de probat. nec multum referre puto, quod nunc adductæ decidendi rationes in supplicatione pro mandato per Actores non tam dilucide fuerint allegatæ, cum eo nihilo minus obtento & iam pleniori quasi causæ cognitione ac discussione adhibita, eæ ipsæ rationes in actis sese magis adaperiant, dum nimirũ Actores sub *numer.* 5. & 10. in primis vrgent suum priuilegium de non arrestando non solum pro se, sed & subditis suis ipsorumque bonis ab Imperatore impetratum, offerentes e-contra cautionem iudicio sisti & iudicatum solui. Idque clarius *num.* 47. vbi conqueruntur, quod Reus contra omnia iura exegerit innocentes homines & pupillos eorumque bona. Iudex namque supplere † potest de iure defe- 70
fectum partis & Aduocati, allegando aliquid quod apparet ex actis siue processu causæ, etiamsi per partem vel Aduocatum non allegetur *tot. tit. C. vt qua desunt aduocat. part. ibiq; Angel.* Sic quoq; non videtur hic necessaria esse constitutio singulorum illorum ciuium, qui ita exacti sunt, cum constet magistratum pro rebus subditis suis ablatis etiam sine mandato agere posse. *Archidiac. 1. quæst. 1. Innoc. in c. dilectus. de Simon. & Ferrar. in pract. sua in forma actionis negatoriæ verb. dictamque domum. nu.* 2. Vbi quasi in terminis nostris tradit, Quod communitas † si per a- 71
lium ipsius subdito inferatur molestia imponẽdo ei collectam, vel alia onera, possit suum subditum defendere & in libertatem auxiliari agendo & excipiendo.

Cum ergo iuris sit, quod factum de facto, maxime contra expressam iuris prohibitionẽ de facto etiam per Iudicem tolli, & in pristinũ statum reponi possit ac debeat. *text. in Clemen. Pastoralis. in fin. de re iud. Vant. in tract. de null. in Rub. Quid si nullitas. num.* 17. Et spoliatus † à Iudice 72
non competente vel nulliter procedente ante omnia sit restituendus. *Dd. in l. 2. ff. si per vim vel alio modo, &c.* Ideo concludo, exceptionibus nõ obstantibus paritione Mandati Reo iniungendam esse, expresse, partibus simul tamen, reseruata in debito loco causę principalis deductione, &c. Saluo, &c.

Votum D. G. H.

Si sola mandati narrata attẽdenda sunt, vix illud à sub &-obreptionis vitio saluari posse, sicque cum Dn. Refer. cassandum esse existimo: Nihil enim in iis deducitur, quod non facilime ex iis, quæ hinc inde allegata sunt, refutetur. Nã quod Reus locationem contractus Actorib. eorumq; ciuib. intendat impedire, id nõ solum

Rei

rei negatio, sed ipsa quoque facti euidentia facile subuertit. Non enim locationis mercem in tegram sibi vsurpauit, sed eam tantum partem, quæ credito suo videbatur sufficiens, neque locationem in perpetuum prohibuit, sed tantum frumenta B. S. ad tempus sibi tradi mandauit. reliquam igitur partem iis, quibus ex locationis lege debet relinquēdo, alienos contra ctus non impugnauit, sed ius suum contra Actores contumaces exsecutus est, vt corruat quicquid de non impediendis commerciis & contractuum libertate in mandato deductum, quæ deinde ad mouendum Iudicem & facti enormitatem depingendam de conductoribus pro hoc illato damno, quo iis etiam alimenta necessaria subtracta dicuntur, obreptitia sunt & leuiora, quam vt operosa refutatione egeant. Nihil enim conductoribus ablatum, minus iis alimenta subtracta, sed id tantum, quod Actoribus soluendum fuit à Reo exactum, sine quo si Coloni vitam sustinere non possunt, cur non Actores idipsum ex perpetua locationis lege quotannis exigentes eosdem perpetua ac quasi annua fame necare dicemus ? Itaque quod vitæ ac bonorum extremum periculum, cuius intuitum mandari siue clausula poterit, allegatur, ne quidem verisimilitudinem vllam habet, vt nec metus armorum tantus, præsertim subditorum contra Dominum, vt sine clausula Reo mandādum fuerit, Cui potius aduersus rebellantes subditos & ob damnum totius ciuitatis intuitu leue, tam atroces belli minas spirantes, oportunis videbatur remediis subueniendum ; Verum quia hæc à domino Referente non minus diligenter quam erudite examinata sint, ne laterem lauare videar, repetam hic eius de narratis mandati votum : Atque hoc vnum tantum discutiam ; An ex hoc saltem fundamento iniungenda sit paritio, quod priuatorum ciuium, & quidem vt putat, innocentium bona, pro debito ciuitatis seu Senatus ablata sint ? Id enim quia repressalias sapiat, adeo omni iure prohibitum quidam Domini existimant, vt mandari sine clausula restitutio potuerit. Et quanquam huius repressaliarum iniquitatis nulla in mandato fiat mentio, vt difficile fuerit, extra narrata sine clausula mandare, & difficilius iam fiat extra ea paritionem iniungere, tamen quia ex hoc solo fundamento paritio vrgetur, atque ita quasi suppletur id, sine quo alias mandatum parendi necessitatem nullam contineret ; Ideo paucis circa hæc meam aperiam sententiam.

Et sane indubitati iuris esse fateor, singu-
73 lorum bona † vel personas non esse pro debito vniuersitatis auferenda vel arrestanda,
74 quod aliud sit † vniuersitas, aliud singuli de vniuersitate : Vnius autem bona pro debito alterius auferre non licet, per iura ante modo à Dominis copiose allegata. Verum hæc vt in iure sunt plana & aperta, ita in facto plano & manifesto forte id operari possent, vt sine clausula, & sic via executiua mandetur restitutio eius, quod tertio notorie innocenti ablatum dicitur. Quia vero factum nostrum dubium est & obscurum, vt nondum constet, innocentium tantum ciuium bona à Reo ablata, adeoque ex actis appareat, ipsius quoque Senatus frumenta in solutum acceptari iussa, ipsosque ciues non omni ex parte innocentes, ideo quæ supra in iure certa diximus, non satis huic facto nostro simpliciter applicabimus, sed pro facti huius circumstantiis, res hæc tota decidenda videtur. Atque in primis hic aduertendum, nullos hic priuatos ciues in lite versari, qui sibi sua pro tertii debito, via prohibitarum repressaliarum auferri, conquerantur, neque etiam Senatum (nostros Actores) pro singularibus ciuibus vllam Reo litem mouere, sed suo & communitatis tantum nomine causam prosequi, vti non tantum ex constitutione Procuratoria, sed ipso quasi mandati tenore constat, prout nec vllus singularis ciuis in mandato expressus, nec quicquam singularibus ciuibus restitui vel relaxari petitum vel mandatum, sed tantum in genere restitutio Colonis (qui non sunt priuati ciues Actorum, sed subditi Principis Rei) & prohibitio Senatui & communitati à Reo facta relaxari iussa fuit, vt absonum videatur, eorum intuitu paritionem iniungere, qui nec in lite versantur, nec per se vel per alium restitutionem petunt. Quin & magis absonum videretur, quod & nocens debens Senatus innocentium, vt prætenditur, ciuium bona pro suo debito arrestata repetat, & per allegationem proprii delicti, quod scilicet Senatus, non singuli ciues ob contumaciam condemnati, ciuium causam agere conetur, ideoque non magis audiendus videtur, quam si Titius debitor, Mæuii bona relaxari petat, ob id. quod ipse non Mæuius debeat. Vt enim æquus Iudex Titium ex sua persona & respectu sui interesse venientem repelleret, Mæuium vero ipsum per se vel alium agentem merito audiret, sic est in præsenti casu, si singuli ciues per se vel per alium in lite præsentes ablata frumenta sibi restitui peterent, ratio prohibitarum repressaliarum paritionem suadere posset. Sed quia Senatus ob suam contumaciam condemnatus, pro se tantum & sua communitate, proque suo interesse, libertate scilicet contractuum certat, non videtur propter ius tertii audiendus, sed repellendus. Nullæ enim hic notorio ex re iudicata Senatus existente debito videntur repressaliæ, quæ mandato sine clausula, eiusque paritioni locum faciant.

Et quemadmodum supra dictum est, aliud esse singluos de vniuersitate, aliud ipsam vniuersitatem, Ideoque ab vno debitum ab alio solui non debere : Ita & hic statuendum, quod Senatus pro se & communitate sua agendo, pro singulis ciuibus causam non agat, cum aliud sit † communitas, aliud singuli de communitate. Si enim municipes, inquit Vlpian. *in l. si municipes. ff. quod cuiusque vniuersit. nomine.* vel aliqua vniuersitas ad agendum det Actorem, non erit dicendum quasi à pluribus datum sic haberi : Hic enim pro Republic. vel vniuersitate interuenit, non pro singulis. Vnde Senatus pro vniuersitate ciuium agendo, vt ex mandati tenore constat, pro singulis agere non recte dicetur. Nec vlla in mandato causa allegatur, quæ singulis accommodetur, sed generalis tantum contractuum, scilicet libertatem ciuibus non auferendam, quin etiam quando pro pluribus tanquam pro singulis agitur, singulorum nomina exprimenda esse, est extus *in c. cum in multis. & ibi gloss. in verb. quidam alij. vbi & Innoc. in princ. de rescript. lib. 6.* At nullus hic in specie ciuis expressus, ideoq; nec pro singulis actum, accedente maxime eo, quod ablata singulis, ipsum Senatum, non concernant, sed singulos tantum, non magis quam si furto ciui alicui res subtracta, quo casu magistratui pro subdito actionem instituere sine mandato, quale hic nullum interuenisse constat, non licet. *capit. authoritate. §. inhibemus. de priuileg. in sexto. Ibi, tantum ad ipsos homines. & ibidem gloss. in verb. pertinet. & Anchoran. num. 2.*

75

Et licet intuitu debiti Senatus singulorum bona ablata dici possint, sicque in consequentiam interesse Senatus hic quoque attendendum, tamen idipsum interesse Senatus contumacis & nocentis paritioni locum non facit. Absurdissimum autem foret, Senatum Reum condemnatum & ex sententia ac re iudicata debitorem, intuitu singulorum & sibi ablatorum restitutionem, ac sibi suisque Colonis factæ prohibitionis relaxationem consequi; At non ciuium tantum singulorum, sed ipsius quoque Senatus decimas ac frumenta in solutum acceptata, vel saltem ipsi Senatui tradi prohibita constat, tum ex mandati verbis, ibi: Dem Raht zu B. oder den Bürgern daselbst zustendig Et paulo post: Wann aber nun solches nicht allein jhnen Supplicanten vnd jhren Bürgern zu mercklichem Schaden gereicht/ Tũ etiam ex actorum & Rei Wechselschrifften sub numer. 10. fol. 3. ibi: Vnnd weil wir so viel vermercken / wo ferrn diese Verbott nicht abgeschafft werden/ solches vns vnd gemeiner Statt zu vnwiderbringlichem Schaden gereichen. Et ibidem fol. 4. ibi: Dahin rahten helffen/ vt restituantur decimatoribus frumenta, vnser vnd vnserer Bürger Mayer hinfüro außsorgen gelassen/ vnd wir also prout æquum, neben gemeiner Burgerschafft bey dem vnsern gelassen werdẽ mögen. Et in respõlione cõsiliariorum ibidem fol. 6. Was jhr wegen euwers vnd euwrer Mitbürger Zehend vnd Zinßkorn schrifftlich gelangen lassen. Et ibid. fol. 11. Vns ist ewer Schreiben vom 26. Augusti euwer Kornpacht belangendt/ &c. Sic num. 18. conqueruntur Actores, daß alle Zehend vnd Kornzinß Syndici Herrn Principaln/ id est, Senatui, qui solus constituit, zu zuführen bey noch hoher Straff verbotten. Et num. 32. Auß was Vrsachen euwer vnnd ewrer Bürger Korn in solutum anzunemmen befohlen worden. Ex quibus cum satis manifestum fiat, non tantum ciuium singulorum, sed etiam ciuitatis atque Senatus frumenta ablata, vel saltem prohibitioni Rei obnoxia: Non video quomodo simpliciter paritio iniungi debeat, cessantibus in Senatu repressaliis : Ideoque vt mandatum duo continet capita, restitutionem scilicet ablatorum, & relaxationem factæ inhibitionis, ita etiamsi singuli ciues in lite præsentes, vel saltem Senatus eorum nomine audiendus esset, & duplex hic facienda separatio esset : Vna circa ablatorum restitutionem; Altera circa prohibitionis relaxationem, atque vtriusque nomine, quoad Senatum mandatum cassandum, quia tolerabilius foret Reo, cui per istam separationem via monstrabitur licitæ coercitionis contra rebellantem Syndicum.

Quin nec ipsi singulares ciues innocentes & extra omnem culpam videntur, vtpote qui magistratus sui contumaciam non tantum approbant, sed in ipsam quoque vicarii relegationem consenserunt, eamque quasi vrserunt. Fatentur enim Actores in missiua ad consiliarios de 3. Augusti, Anno 91. daß sie ad instantiam der Schneider gilten vnd zuerhaltung Frieden / Ruhe vnnd Eynigkeit vnder jhrer gemeinen Bürgerschafft mit Verfestung deß Vicarii verfahren / num. 21. fol. 16. ex quo non solum consensum communitatis in d. Verfestung colligimus, sed etiam quod illa intuitu ciuium & eorum quasi nomine ab Actoribus facta sit, id quod apertius significant ibidem fol. 4. in fine. Daß die Sach der Verfestung halben gemeiner Statt Freyheit vnnd Gerechtigkeit betreffen thue / vt ratificari etiam fine vllo consensu ex post facto per plebem potuerit relegatio à Senatu prius facta.

Dux igitur hanc communitatis approbationem intelligens, in mandato suo ad Actores de 28. Augusti non solum Senatus, sed etiam ciuium nomine paritionem in restituendo vicario doceri sub ciuitatis sigillo mandauit,

num.

nu. 10. fol. 10. in fine, Darauff Actores sich abermals den 3. Septem. erklärt/daß solche Sach gemeiner Statt Gerechtigkeit betreffen thete/ quod velint communicare iis, quibus non minus, quam Senatui priuilegiorum & iurium ciuitatis defensio incumbat, numer. 21. in fine. Atque hæc quidem, quia ex actis manifesta quomodo innocentiam singulorum ciuium hic in considerationem vocabimus, accedente etiam eo, quod agri eorum & decimæ in Rei territorio constitutæ collectis & contributionibus prouincialibus fuerint affectæ? Nec mouet, si dicatur, non tamen singulos ciues ad integrum debitum obligatos, cum sufficiat hic factum non esse tale, quod tertius innocens pro debitore excussus sit in reliquo, an vltra modum excussus, id aliam considerationem habet, nec facile mandatum sine clausula admittit, neque hic satis liquidum est; an ciues præhabita deliberatione in relegationem con
76 senserint. Quo casu quia vt vniuersitas † consensisse delicto censetur, pro rata quisque tantum tenebitur. *l. sicut. §. 1. ff. quod cuiusque vniversitat. nom.* cum si nulla præcessit deliberatio, omnes vt singuli deliquisse censeantur, sic q; & singuli in solidum teneantur. *l. semper. §. in sepulchro. ff. quod vi aut clam. Boerius de seditiosis q. 7. n. 7. Milis in repert. in verb. vniuersitas*, vnde cùm de precedente deliberatione ex actis non constet, dubium est, an singuli illi, quibus frumenta ablata dicuntur, ad integram pœnã der 8000 vñ 1000. Flor. teneantur, quę in multis geminata facile ad oblatam summã producetur. In dubio igitur illo nec mandato sine clausula locum esse, nec paritionem iniungi posse existimo, dum & posito pro rata tantum quenque teneri, tamen hic rursus noua facienda esset separatio, & res tantis difficultatibus non inuoluenda, vt eius expeditio futura sit difficillima. Itaque quia nec singuli in lite, nec Senatus bona intuitu singulorum restituenda vel relaxanda, neque etiam ipsi singuli innocentes & tertij petant, non puto ad separationem vllam perueniendum, sed in facto dubio & incerto potius in mitiorem partem inclinandum, ac cassato mandato, vtriq; parti pariter iura sua integra reseruanda. Sic enim neutri partium quicquam dabimus, vel auferemus, sed vtramq; in eum statum, in quo ante emanatum mandatum fuit, reponemus. Saluo, &c.

Cùm vero vota dominorum I. Senatus, in quo causa hæc fuit relata, essent paria: Igitur Dominus Iudex illis 7. dominis alios tres adiunxit quorum 1. & 2. vota sequuntur, confirmare volentium, &c. Tertius concludit cum illis, qui mandatum voluerunt cassare, &c.

Vorum D. S. Subscribo votis Dominorum, qui æquissimis & latè deductis rationib. moti, Reo paritionem iniungendo emanati mandati, authoritatem conseruandã esse putant iis, quæ in exceptionibus, Replicis, Duplicis, &c. hinc inde à partib. afferuntur, & prolixè disputantur vtpote quæ discussionem & merita causæ principalis concernunt, & altiorem indaginem desiderant, ad proponendum in foro competenti reseruatis. Quam sententiam vt æquiorem & meliorem eo libentibus amplector, quod singularium quarundam ex populosa vniuersitate personarum & ciuium pro tertiis innocentibus (vt asseritur) inique grauatorum innocentiam (cuius fauor semper † attendi & exclu- 77
di nunquam debet, *Hippol. de Marsi. sing. 59.*) vnicè defendat ac propugnet, ac eos calamitati & odiosis exitiosisque pœnis, quas nulla sua culpa & pro aliis iudebite perpeti coger entur, exemptos velit.

Neque enim existimo eiusmodi falsitatem narratorum, quibus supplicantes pro impetrando hoc mandato vsi sunt, à Reo vsq; huc ostensam esse, quæ tanti momenti sit, vt cassationem dicti mandati suadere possit: Quorum narratorum summa hæc est: Supplicantes eorumq; ciues & subditos B. diuturno & quieto vsu consueuisse, ex bonis suis in Rei ducatu sitis annuos census & decimas à conductoribus siue colonis ad hoc specialiter & per contractum legitimum obligatis, & traditionẽ quotannis facere solitis, recipere, sine cuiusquam impedimento & contradictione: Reum autem præterito anno, &c. 90. via facti, & non nisi illicito turbandi & molestandi modo, dictos colonos debitarum decimarum traditionem dominis prædiorum siue locatoribus facere paratos, sub comminatione grauissimarum pœnarum eo adegisse & compulisse, daß sie von einem jeden ganzen oder halben Zehenden/so supplicantibus, oder jhren Bürgern (singularibus personis & ciuibus) zustendig/ vier Wispel abmessen/ vnd in Rei Festung gen W. B. führen müssen. Ciuibus itaque, & iis quibus præreptarum decimarum, & frumenti traditio facienda erat vt restitutio à Reo fiat per Iudicem decerni & præcipi Supplicantes petunt, desuper restitutio mandata. Ex his illud cumprimis euidens & planum esse videtur, Senatum B. æque principaliter, & tam suo, hoc est, publico & Senatus, quàm singulorum ciuium & priuatarum personarum nomine, quibus cessæ decimæ per Reum ablatæ sunt, hanc supplicationem & preces Iudici obtulisse: attento & considerato eo, quòd Senatui plurimum omninò interfit, † ciues & subditos suos 78
insolitis mulctarum impositionibus, aliisque indignis exactionibus non grauari ab eo, quem pro immediato suo magistratu ciues non recognoscunt, per tradita *Gail. libro primo. obseruation. 125. numero quarto.* maximè quando id genus grauaminum singularibus ex vniuersitate & priuatis personis inferri prætenditur, directò

ad vindicandam & coercendam, non ciuium, sed ipsius Magistratus (vt hic putatur) commissam contumaciam. Quo casu Magistratus pro subditis etiam absque mandato recte agit. Gail. *d. loco. cum ibi citatis.* confirmat hoc ipsum Ferrar. *in forma actionis negat. verb. dictamque domum. nu. 2.* singulariter de vniuersitate pro subditis agente loquens.

Cæterum Reus probaturus hoc mandatum esse subreptitium, & propterea cassandum, necesse vtique habebit ea docere, falsum scilicet esse, vel quod supplicantium singularibus ciuibus frumenta sint ablata, vel quia ablata sunt, id tamen factum esse rationabili & legitima ex causa, cuius iustificatio in iure manifesta sit. Horum autem neutrum Reus præstitit, sed aliena, & ad Senatum duntaxat pertinentia allegauit, dum excipiendo obiecit, Senatum B. relegando vicarium H.S. violasse iurisdictionem sibi Reo soli ex placito transactionis de Anno, &c. 69. inter dictum Senatum & Reum initæ in vicarios S.B. competentem, vnde dicto Senatui Reus mulctam irrogarit. Deinde excipit d. Senatum solutionem restantis suæ quotæ, an der Türcken steuwer / similiter quotæ solutionem an der F. Frawlin Außsteuwern / vnnd Dotation Academiæ I. vsque huc pertinaciter recusasse: Itaque vt cum dictæ mulctæ, tum etiam debitarum collectarum solutione (quam consequi hactenns non potuerit) Reus tantum potiri queat, hacque ratione Senatus inobedientiam & contumaciam reprimeret, & Iurisdictionis violationem sibi Reo complectentis vlciscereturnecessario ad hanc interceptionem frumenti, vt pote in solutum acceptionem sibi deueniendum fuisse: Et in his puto exceptionum omnium à Reo propositarum summam consistere. Sed iam faciamus dictum Senatum ob violatam Rei Iurisdictionem & contumaciam in non soluendo promissas & debitas collectas coercendum fuisse, num propterea rationi & humanitati consentaneum fuerit, ex totius vniversitatis corpore paucos aliquos & singulares ciues, pupillos & viduas, & quos ipsemet Reus diserte & nominatim in hoc nocentes aut contumaces debitores non constituit, ad vtriusque à Senatu (vt Reus prætendit) debiti scil. tam irrogatæ mulctæ, quam collectarum solutionem de facto extorquere? Sane non opinor, idque suffragante æquissima iuris regula,
79 quæ vult mulctam vlterius † progredi non de-
80 bere, quam reperiatur delictum, & pœnam † duntaxat suos tenere debere authores, *l. sanci-*
81 *mus. C. de pœnis.* Item alteri per alterũ † iniquam conditionem inferri non licere. *l. non debet. ff. de*
82 *regul. iur.* Et à singulis † vniuersitatis ciuibus exigendum non esse, quod ipsa vniuersitas debet *l. sicut. §. 1. ff. quod cuiusque vniuers. nomine.* cui regulæ in præsenti casu tanto magis inhærendum esse existimo, cum à Reo magna & vrgens vel æquitatis & humanitatis, vel etiam vtilitatis publicæ, vel denique irreparabilis damni alicuius, scandalique prohibendi ratio non sit allegata, nedum probata, quæ ipsum Reum mouerit, vt propter delictum & contumaciam Senatus B. in ipsorum singulares, eosque ex amplissima communitate paucos aliquos & innocentes ciues, eorundemque vxores, liberos & familias, quin & in pupillos & viduas, fauorabiles profecto ac commiseratione protectioneque aduersus omnem iniuriam dignissimas personas, hac interceptione frumenti (ex cuius inopia † vitæ 83
humanæ sustentatio difficillima, imo vix ægre diuturna esse potest) animaduertendum, & non aliam tutiorem minusque odiosam viam pro cõsequendis mulcta & collectis ingrediendam sibi esse putauerit: Dico autem esse singulares illos ciues innocentes & insontes, tam quo ad mulctæ irrogatæ, quam quoad collectarum extortam solutionem. Quo ad mulctã ideo, quia relegatio vicarii S. (quæ causata est mulctæ impositionem) non priuatorum illorum & singularium ciuium, sed immediate authoriate & decreto Senatus (cui soli Reusmet id omne imputat) est facta, quam prohibere vel contradicendo impedire singularium istorum ciuium & subditorum, adeoqne priuatarum personarum munus & officium esse, nemo facile dixerit, quippe quibus similis exterminatio & relegatio ex vrbe metuenda, & haud dubio subeunda fuisset, si quoquo modo illud ordinarii sui magistratus decretum & relegationis sententiam impedire aut retractare fuissent ausi. Ergo neque crimen, neque culpam commisisse dici possunt. *l. culpa caret. l. nullum crimen. de reg. iur.* Sed neque per ratificationem illius relegationis (quam ratificationem tamen interuenisse Reus nullibi in actis allegat) aliquam culpam contraxerunt, cum illa relegatio velut actus iurisdictionalis ab ipsorum ciuium Magistratu, authoritate publica, & ad conseruandum ius, ex placito supramemoratæ transactionis de anno, &c. 69. initæ toti vniuersitati B. competens (nam vti Reus potissimum ex illa transactione Iudici probare nititur, relegatione vicarii S. commissam esse suæ iurisdictiõis violationem; ita vicissim Actores Senatus B. pro iustificatione relegationis, ex eiusdem transactionis litera & intellectu per frequentata præiudicia recepto iuuari volunt) non etiam ad cuiusque singularis ipsorum ciuis & priuatæ subditæque per-
sonæ particulare ius & singulare commodum 84
est facta. Ratum autem † quis habere non potest, quod suo nomine gestum non est, *c. ratum. de reg. iur. in 6. l. semper, qui non prohibet 60. vbi Decius numero 11. ff. eod.* Quibus illud etiam subiunge, sicuti ob delictum singulorum & particularium ciuium vniuersitas plecti non debet, sed tantum singulares illæ & delinquentes personæ, nisi probatum fuerit, ipsam vniuersitatem com-

tem communicato consilio & præcedente deliberatione ad delinquendum processisse. *glo. in l. aliud §. refertur. ff. de reg. iur. Mascard. concl. 1413. v. 3. num. 1. cum ibi citatis.* & tunc quando maior pars ex vniuersitate cum sono campanæ accedente, & consensu consulis & aliorum officialium acclamatione deliquit. *Mascard. d. concl. num. 7. & 8.* idque æquitatis ea ratione, ne si passim vniuersitas puniretur, multi insontes & innocentes indignas pœnas paterentur ob factum aliquorum particularium, quod indignum vtique, & non ferendum esset. *Oldrad. con. 66. incip. ex delicto vnius alterum grauari æquum non est. per gloss. in l. sicut. §. 1. quod cuiusque vniuersitatis nomine. Mascard. d. conclus. nu. 456.* ita ex eadem æquitatis ratione ob delictum à Senatu vniuersitatis commissum singulares ex vniuersitate ciues propterea pleB5 ctendi non erunt: Vbi enim eadem † ratio, ibi ius idem statuendum, *vulgata l. illud, ff. ad legem Aquiliam.*

Porro quoad assertum collectarum non solutarum debitum patiter dico, singulares illos ciues, quibus frumenta ob non factam ab vniuersitate petitam solutionem extorta sunt, esse innocentes & inique grauatos. Esto enim debeRi Reo quas prætendit collectas, anne continuo illarum collectarum solutio, quæ à Senatu vniuersitatis præter & contra Rei expectationem & iussum semper dilata, vel etiam in totum recusata est, à paucis duntaxat & particularibus personis in solidum extorqueri fas est, cum eas ipsas collectas à singulis populosissimæ vniuersitatis ciuibus & subditis, non à paucis tantum personis pendi, per ipsum autem Senatum, vt B6 pote magistratum, cuius solius † munus est collectare subditos, prius impetrari & colligi oportuerit: Nisi forte quis præterea existimare velit, in eo culpam non excusandam etiam à singularibus ciuibus esse commissam, quod singuli suæ quotæ præstatione Reo exigenti non expectato, Senatus & ordinarij ipsorum Magistratus iussu, imo neglecta eiusdemmet recutatione de soluendis petitis collectis, quæ recusatio Actorum, id est, Senatus, quoad suos subditos & ciues prohibitionis sane vim habere videtur, ne scilicet ipsi ciues iniussu Senatus tanquam sui Magistratus ad exactionem Rei collectas soluant, non mature & sine cunctatione satisfecerint, quod qua ratione recipi possit, non video.

Postremo vt illud tamen hic demus, singulares ciues, qui ob ablata à Reo frumenta se inique grauatos conqueruntur, non prorsus omni culpa vacare, sed aliqua saltem ex parte nocentes esse, ideoque tam mulctæ impositæ, quam collectarum solutionem ad eos, & quemque pro sua quota pertinere: rursus autem, quia & illud negari non potest, imo satis superque constet, vnumquemque Actorum ciuium vltra debitam suæ quotæ summam enormissime in eo, ad quod alii quam plurimi tenebantur exactum esse à Reo, ita vt huius excessus ratione, innocentes eos esse, & ad solutionem in solidum factam minime obligatos, nemo inficiari possit: cur quæso proniorem Iudicem esse conueniet ad pronunciandum contra eos, quatenus & qui aliqua ex parte nocentes putantur, & sic ad denegandum ipsis penitus restitutionem ablati frumenti, & cassandum mandatum, quam qui aliqua, & quidem potiori parte innocentes sunt, ad ferendum sententiam secundum eorum petitionem, & paritionem Reo iniungendam, cum hoc ad æquitatis, (quæ prævalere debet, *l. placuit. C. de iudicijs*) illud ad stricti iuris rationem videtur accedere, & alias iure vsque adeo innocentiæ faueant, vt propter eam nocentis † facinus impuni- B7
tum relinqui satius esse putent, quam innocentem damnare.

Concludo, vt initio præmisi, &c.
Saluo, &c.

VOTVM II.

In eadem causa B. contra B.

SVMMARIA.

1 *Determinatio huius voti à duabus quæstionibus dependet.*
2 *Is pro superiori domino non reputatur, cuius assertæ superioritas adhuc est controuersa.*
3 *Negatio rem dubiam facit.*
4 *Notorium non dicitur, quod contradictionem patitur.*
5 *Instrumentum rem notoriam non facit, quando contra illud opponitur.*
6 *Nemo sibiipsi in propria causa ius dicere potest.*
7 *Nemo subditis noua onera & seruitia sine superioritatis authoritate imponere debet.*
8 *Præsumptio semper pro magistratu est, & quando.*
9 *Magistratus vel Iudex extraiudicialis quando de facto procedit, tunc non pro eo, sed contra ipsum præsumptio est.*
10 *Magistratus cum quid contra eius officium facit, id ab eo non factum dicitur, & cur*, numero 23.
11 *Iudex ex officio prouidere debet subditis, ne plus æquo vexentur.* num. 24.
12 *Contrauentiones, delicta & pœnæ suos authores tenere debent.*

13 Metus

23 *Metus vlterius non progreditur, quam ad eos qui deliquisse reperiuntur.*
24 *Nullam pœnam sentire debet is, qui nihil deliquit.*
25 *Nemo pro altero teneri debet.*
26 *In contrauentionibus & strictam interpretationem recipientibus à Senatu ad singulares ciues non recte infertur: secus in fauorabilibus.* num. 17.37.
28 *Vnius delictum alteri nocere non debet.*
29 *Emblema Alciati: Alius peccat, & alius plectitur.*
30 *Singuli de vniuersitate ad præceptum vniuersitati factum, non commpelluntur: nec singuli de vniuersitate conueniri possunt pro debitis.* numero 21.
32 *Creditor, qui per vim debitori rem, etiam notorie sibi debitam, accipit, vel sibi solui facit, ius debiti perdit.*
35 *Nomina singulorum ciuium in mandato prætorio exprimi non debent.*
36 *Verba secundum subiectam materiam, super qua proferuntur, sunt intelligenda.*
37 *Paria sunt, aliquid nomine suo expresse, vel certa aliqua demonstratione, nominis vice functa ostendi.*
38 *Æquipollentia proprierum nominum loco tantum valent.*
39 *Non verbis, sed ipsis rebus lex imponitur.*
30 *Quando & in quibus casibus Iudex in facto quid supplere possit.*
31 *Magistratus pro rebus subditis suis ablatis, etiam sine spolij mandato agere, iniuriamque ipsis illatam vindicare potest.*
32 *Aliud est, singuli de vniuersitate, aliud ipsa vniuersitas.*
33 *Aliud communitas, aliud singuli de communitate.*
34 *Argumentum ab odiosis ad fauorabilia non valet.*
35 *Aliud senatus, aliud singuli ciues.*
36 *Ex separatis & inter se differentibus de vno ad aliud non sit bona illatio.*
38 *Taciturnitas quando mandato æquiparetur.*
39 *Ratificare quis cogitur, quod in suum fauorem est gestum.*
40 *Vnus solus sicut pro vniuersitate agere potest, ita vicissim vniuersitas pro solo de vniuersitate, tanquam coniuncta persona.*
41 *Iura de coniunctis personis loquentia, in ciuili coniunctione quoque verificari possunt.*
42 *Paria sunt, directe vel per obliquum in legem, libertam cõtrahendi potestatem permittentem, peccare.*
43 *Paria, siue contra verba & sententiam simul, siue contra sententiam legis tantum aliquid committere.*
44 *Fraus quando, & quot modis legi fieri dicatur.*

Super Mandato sine clausula de restituendo, das abgenommen zehendt Korn belangendt/ D. I. R. votum.

CArdo, ac determinatio † præsentis negotij, à duabus quæstionibus in effectu dependere & consistere videtur. Prima, eaque ptæiudicialis ad alteram est; an scilicet mandatũ sine clausula in præsenti causa recte sit decretum? Secundo, dato, quod sic; an saltem per exceptiones Rei productas, sit eneruatum ita, vt cassari illud iterum debeat? Hac in re omissis iis, quæ ante me prolixe à Dominis deducta sunt, simpliciter ac pure eorum dominorum votis accedo, qui præsens mandatum recte ac iuridice decretum, paritionemque exceptionibus Ducis non obstantibus iniungendam esse putarunt. Sententiam enim illorum, qui mandatum hoc cassandum censent (quod pace ipsorum dixerim) nulla satis firma ac solida ratione, siue de iure, siue de æquitate, siue de vsitato denique huius iudicii stylo loquamur, munitam, sed super dubiis & incertis duntaxat, ac inter partes plane adhuc controuersis præsuppositis (quarum finalis decisio pro grauitate causę altiorem indaginem, & exactissimã eiusdẽ cognitionem, quæ huius loci non est, requirit) fundatam esse. Absurdũ enim mihi visum fuerit, principalis causæ merita (quæ circa iurisdictionem, subiectionẽ, superioritatẽ collectarum, mulctarum, aliorumq; onerũ impositionem, indictionem atq; exactionem, &c. inter partes valde adhuc sunt dubia, suasque peculiares actiones habent) in hac mandati causa, adeoque in hoc paritionis puncto, nõ sine maximo & irreparabili periculo & damno, innocentium subditorum, in quorũ fauorẽ præsens mandatum præcipue, & quidem recte decretũ est, causa principali nondum satis instructa, exactius disputare, eaq; in effectu, loco & tẽpore non satis congruo finaliter determinare atque decidere. Qua n. ratione (quæso) is pro absoluto † domino ac superiori reputari, vel haberi 2
potest, cui[us] asserta articulata potestas atq; superioritas ex altera parte adhuc negatur & controuertitur? vel quo iure defendi poterit, ducem B. ante plenariam & ordinariam causæ cognitionem collectas quascunque, nec nõ mulctas tã graues atque inauditas, sub colore violatæ iurisdictionis (de qua tamen sub Iudice principalis adhuc lis est) pro libitu imponendi, exigendi & recipiendi, earumq; nomine, si per Senatum non soluantur, tertiis innocentibus miseris, pro subditis frumenta sua auferendi, absolutam potestatem habere? Neq; hoc loco me quicq̃ mouet, quod obiicitur, iurisdictionẽ saltẽ Ducis auff S. B. Stifft ex transactionibus productis, sicq; ex actis, quæ notorium faciunt, aperte constare. Vnde dubiũ nullum supereſſe possit, quin ratione deß angezogenẽ Schneiders Senatui atq; ciuibus, Dux mandare,

dare, eosdemque quia mandatis non obtemperarunt, licite mulctare, & consequenter singularibus etiam ciuibus, ob spretam ac violatam iurisdictionem suam, frumenta ipsorum auferre, vel (vt alij fingunt) insolutum accipere potuerit: Nam respondeo, exceptionem hanc tanti momenti non esse, vt ea tanquam notoria, paritionem statim impedire possit, Siquidem Actores non modo expresse contradicunt, sed & processum specialem ex *l. diffamari.* (qui adhuc in Camera pendet) eo nomine instituerunt.

5 Certum est autem, quod negatio † rem dubiam facit, & notorium dici non † potest,
4 quod contradictionem patitur: Sicut nec in-
5 strumentum rem † notoriam facit, quando contra illud opponitur, vt expresse tenet Grauet. *cons.* 299. *nu.* 8. *& consil.* 302. *num.* 6. *Dec. in c. licet. num.* 10. *de probat. & est pulchrum consilium Socini senioris* 266. *numero* 4. *libro* 2. vbi tradit, nunquam dici posse liquere de causa per instrumentum, nisi quando est conclusum in causa, ita quod contra illud nil possit opponi, ibi omnino videndus, & dictum est prolixe in causa V. M. contra V. M. in puncto restitutionis contra sententiam Cameræ 11. Martii Anno, &c. 80. me referente. Si igitur talis exceptio obiiciatur, quæ altiorem indaginem requirat, & ad cuius discussionem necesse foret testes examinare, vel instrumenta, super quibus disputandum est, producere, tunc nullo modo probationem in continenti factam dici posse. *Menoch. de arbitr. iudic. quæstion. casu* 12. *lib.* 2. prolixe Cæsar Contar. *ad l. vnic. C. si moment. possess. opp. &c. limitatione* 12. *nu.* 8. *&* 9. vbi dicit, quod quando agitur de probando in promtu per scripturam, intelligatur, quod debeat offerri scriptura liquida, quæ non exigat probationes extrinsecas, pro eius declaratione & verificatione, *Eleganter Socin. Iunior consil.* 78. *numer.* 19. *&* 20. *lib.* 1. Ratio in promptu est, quia si spoliatus vel Reus neget, aut contradicat, in defensionibus vtique suis audiendus erit, & sic statim altiorem indaginem res requiret. Et hanc sententiam olim quoque dominos de Rota secutos esse, inuenis *in decis.* 16. alias 393. *de restitut. spoliat. in Nouis.* Et plurimum facit pro confirmatione huius opinionis, quod notat Innocentius *in c. in literis. num.* 14. ibi, sed si constaret per eius confessionem *d. decis.* 16. *de restitut. spoliat.* Et melius idem Innocent. *in c. constitutis. de fil. presbyt.* ibi, *quia si iam constaret, vel per confessionem, &c.* Antequam igitur in iam dicta causa *l. diffamari.* ratione iurisdictionis Principis auff S.B. Stifft definitiue pronunciabitur, periculosum foret in præsenti hac causa mandati ante factam paritionem (sub prætexu assertę cuiusdam notorietatis) quicquam certi diffinire, & sic causæ principali in maximum damnum innocentium ciuium tam grauiter præiudicare: Tutius igitur erit, & de stylo hoc vsque vsitato forte magis conueniens, vt Rei exceptiones omnes, tanquam altiorem indaginem requirentes, ad merita causæ principalis, in qua de vtriusque partis iurisdictione, potestate, superioritate, collectis, mulctis & similibus iuribus, cum exactissima causæ cognitione disputabitur, iniuncta paritione reiiciantur, vti in multis mandatorum causis, & quidem regulariter factum esse memini, nisi notorie constiterit, mandatum nulliter, vel sub & obreptitie impetratum fuisse, quod certe in præsenti nostro casu nequaquam dici posse arbitror, vti per D. C. B. & alios Dominos ante me late est ostensum: Quibus obiter hoc solum addo, quod exmultis inter dd. partes in Camera pendentibus causis non obscure apparet, daß der Dux die Statt B. vber vnd wider alt herkommen/ auch auffgerichte Verträg / Brieff vnnd Siegel mit allerley beschwerlichē Neuwerügen/ collectarum, mulctarum, aliorumque onerum exactionibus & impositionibus non consuetis atque insolitis, je länger je mehr grauirt vnd beschweret: Atque ex eo, quod olim nach außweisung der Verträg spontaneæ ac liberæ voluntatis sint, necessitatem nunc imponere, modumque ipsis vtcunque dissentientibus ac contradicentibus pro libitu præscribere conatur: Qua sola ratione (ersi nulla alia subfuisset) mandari vtique sine clausula non adeo inepte Duci Brunsuicensi potuisset: Quando enim Dominus (ex omni etiam parte absentibus, quod certe de Duce B. dici non potest) nimia asperitate erga subditos vtitur ad insolitas, & non consuetas operas, collectas, seruitia, impositiones, exactiones, mulctas, & similia onera ipsos compellens, tunc certum est, subditos superioris auxilium implorare posse, vt Domino sub graui pœna mandetur, ne plus soliro eos grauet, Siquidem Dominus Iudicis officio fungi nequit, nec sibiipsi, † vel- 6
ut in propria causa ius dicere, iuxta Baldum *in c. 1. colum. vltim. titul. de Capitaneo, qui cur. vendid.* Et tali casu (si Dominus Imperio immediate subsit) mandata sine clausula in Camera decerni solent, ac debent, si modo ex narratis supplicationum de nimia asperitate, atrocitate, atque sæuitia ipsius Domini constet, ita vt factum eius omni iure prohibitum, atque iniustum censeri possit, puta, si nouas atque insolitas exactiones, aliaque onera † præter modum, & morem antiquum, 7
proprio motu pro sua libidine, absque summi Principis (puta Imperatoris) authoritate imponat, vt per multas allegationes notat Mynsingerus *d. obseruat.* 8. *numero* 12. *&* 13. *centur. quinta. & post eum Gail. obseruat.* 17. *per tot. libr.* 1.

Non

Non obstat hisce, quod obiicitur regulari-
8 ter, præsumptionem † pro Magistratu ac superiore militare, vt not. Alciat. *reg. 3. principal. præsumpt. 16.* Quia hoc verum est, nisi alia coniectura sit in contrarium, vt si solitus sit subditos suos vltra modum nouis exactionibus, indictionibus, collectarum impositionibus & similibus oneribus grauare, vel aliud quid iniuste facere (vti Reum nostrum solitum esse, ex multis causis, quarum ipsemet Referens fui) apertissime constet, per notata Innocentii *in c. diuersis. numero 3. de cleric. coniug. Alciat. in supra allegat. præsumpt. 16. num. 6.* Quando enim
9 magistratus † vel Iudex extraiudicialiter & de facto procedit, tunc non pro eo, sed contra ipsum præsumitur, & ideo spoliatus tali casu à superiore restituitur, *cap. conquerente, & ibi Abbas per illum textum in 2. notat. de restitut. spoliat. Pet. de Anchor. consil. 249. incip. ad prædicta dubia, in primo dubio. & Philipp. Decius consilio 125 & in l. factam à iudice. de regul. iuris.* sic cum Ma-
10 gistratus vel Iudex † facit, quod ad eius officiū non pertinet, non dicitur factum à Magistratu, vel Iudice, cum eius potestas videatur esse limitata respectu eius officii, &c. Et hanc conclusionem adeo veram esse affirmat, vt procedat non solum, quando subditi de asperitate Domini conqueruntur, sed etiamsi non conque-
11 rantur, quia Iudex ex officio † prouidere debet subditis, ne indebite, & plus æquo, vel vltra modum solitum vexentur, *per l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de officio præsid. Grammat. decis. 104. numero 15.* Quod bene notandum est, quia per hoc eneruatur sententia illorū, qui sibi persuadent, Iudicem vltra ea, quæ ab Actoribus nostris in narratis expresse deducta atque petita fuerunt, ratione Repressaliarum supplere non potuisse, de qua re infra latius dicam, &c.

Quibus sic positis, quid (obsecro) peccarunt illi Domini, qui in grauioribus terminis, pendente adhuc causa principali, respectu scilicet, aut intuitu subditorum quorundam innocentium, vt quos tanquam tertios, & singulares personas Duci Brunsuicens. ob non solutas collectas & mulctas ipsi Senatui, tanquam vniuersitati impositas, eaque ex contractu vel, quasi. neque ex delicto, vel quasi obligatos esse, notorie videbant, Mandatum sine clausula, wegen deß abgetrungenen Zehendtkorns / & sic super facto omni iure prohibito, illicito atque iniusto decreuerunt? Ex legibus enim & communi Doctorum opinione facile ipsis constare potuit, Senatus contrauentionem (dato, quod is contrauenerit vel in aliquo deliquerit) sufficientem non esse ad hoc, vt singularibus ciuibus innocentibus, per eam præiudicetur, vt notat Bald. *in l. 1. per illum text. ff. de Magistrat. conuen. & plene Decius in c. cum omnes, in 1. lectura, colum. 5. versic. nono fallit. de constit.* Quia contrauentiones, delicta, † & pœnæ suos debent tenere autho- 12
res, nec metus † vlterius progredi, quam ad 13
eos, qui reperiuntur deliquisse, *l. sancimus. & ibi Salycet. C. de pœnis.* Et ita communiter concludunt DD. ex doctrina Innocentii *in c. grauem. num. 1. cum seqq. de sentent. excommunic. & in c. dilectus. el. 12. numer. 2. de simon. Bartol. in l. aut facta. §. nonnunquam. ff. de pœnis. Cynus in l. si quis in tantam, C. vnde vi, & alij, quos refert Gailius libro 2. de pace public. cap. 9. numero 15. facit text. in cap. Romana, in fine, de sentent. excommunicat. in 6.* vbi dicitur: quod in vniuersitatem vel collegium excommunicationis sententia proferri non debeat, ne innoxii puniantur & iniquum esse, damnū vel pœnam † sentire debere eum, qui nullam 14
culpam commisit, *l. si ideo. Cod. de his, quibus vt indign.* vel quod alius † pro alio teneatur, *l. si quis* 15
in suo. Cod. de inofficios. testament. §. legis. facit lex, ob maritorum. Cod. ne vxor pro marito. & l. si pœna. l. crim. ff. eodem tit. l. 3. §. quod pater. ff. de muneribus. & honor. leg. actionis. §. diximus. ff. pro socio. & leg. final. ff. ad Senatusconsult. Velleian. cum similibus, &c.

Nec vtique in contrauentionibus † & iis, 16
quæ strictam interpretationem recipiunt, à ciuitate, vel Senatu (qui ipse ad aliquid faciendum obligatus dicitur) ad singulares ciues, vel econtra recte infertur, licet in fauorabilibus † 17
aliud recte dicamus, *l. item ait, iuncta l. ergo, in fin. ff. ex quibus causis maiores*, vbi tractatur de restitutione ex clausula generali, quæ fauorabilis est, *l. 1. & 2. ff. eodē titul.* Ad idem est textus *in l. 1. cum glossa, in verbo, proponas, C. de iurisdiction. omnium iudic.* quia ibi tractatur de iurisdictione ordinaria, quæ & ipsa fauorabilis est, vt dicit gloss. *in cap. 1. in ver. processus, de rescript. in sexto. Vantius de nullitate ex defectu iurisdict. & vnde &c. num. 25.* & concludendo tenuit Hieronym. de Tortis, in quodam consil. quod est annexum consiliis Antonii de Butrio Reuemensis, *numero 70. versic. & ad prædicta, &c.* Vniuersitas enim & homines de vniuersitate sunt plane diuersa, vna vera, altera ficta, ideo de vno ad alteram non infertur. *Castrens. consil. 104. incip. in causa Hortij n. 1. lib. 2. per l. Papinianus exuli. ff. de minor.* Et delictum vnius † alteri non debet nocere. Valde igitur 18
iniquum foret, in nostra facti specie, si singulares quosdam ciues, ob prætensam contrauentionem Senatus (de qua tamen adhuc sub Iudice lis est) puniri potuisse statuimus, *l. absentem. ff. de pœnis.* facit quod in similibus terminis consuluit Alexander *consilio 114. lib. 4. & Oldrad. consil. suo 100. incip. in executione.* Haud recte igitur procedet argumentatio ista, qua vnus ex dominis, tanquam principaliori fundamento pro cassatione mandati vtitur, videlicet, Senatus Brunsuic. collectarum ac mulctarum impositarum nomine, ob violatam iurisdictio-

risdictionem auff S. B. Stifft Reo obligatus est (quod tamen Actores nequaquam ita simpliciter admittunt) Ergo singulis vel singularibus ciuibus, vnangesehen sie mit der Sachen tanquam tertiæ personæ, nichts zuthun/ suum auferte Duci Brunsuicens. licet, idque sub colore solutionis à Senatu (vti Dux prætendit) sibi debitæ. Quid enim (quæso) hoc aliud est, quam si quis ita argumentetur, Titius mihi ob non solutas collectas, mulctas, vel si quid simile, 1000. aureos debet, Ergo Mæuio, qui nullo iure mihi obligatus est, in vim solutionis à Titio mihi debitæ, suum arripere & auferre mihi licet, iuxta emblema Alciati : *Alius* 19 † *peccat, & alius plectitur* : Certe hæc argumentatio vti omni iuri ac rationi repugnat, sic nullam specialem responsionem vel confutationem meretur : Fateor quidem, Senatum vel ciuitatem singulares suos ciues, quatenus id debito modo (communicato scilicet, ac deliberato consilio, adeoque conuocatis & consentientibus vniuersis ciuibus, vel maioti parte fuerit factum (aliquando obligare posse, per ea, quæ notat Baldus *in l. secunda. colum. tertia. verficulo quero nunquid per partium. Cod. quæ fit longa consuetudo, &c.* Quod autem in proposito casu Senatus B. ciues suos ratione collectarum, vel mulctarum, ipsi Senatui indictarum, singulariter singulos supradicto modo vnquam obligauerit, perinde Dux Brunsuicens. iam dictis ciuibus propter talem obligationem (quæ in rerum natura non existit) frumenta, vel alia bona eorum in solutum (vt ipse ait) accipere, vel (vt rectius ac verius forte loquamur) per vim auferre potuerit, id neque ex actis, neque ex iure firmis ac solidis rationibus demonstrari posse existimauerim, tantum abesse puto, vt ipsosmet ciues singulariter singulos se ita obligasse quisquam dicere audeat. Recte igitur huc succedit regula, qua communiter à Doctoribus traditur, sin- 20 gulos de vniuersitate † non posse compelli ad præceptum vniuersitati factum, vt notatur per Innocentium *in cap. Romana. §. vniuersitatis. de sententia excommunicat. Barth. & Alexand. plenius in l. sicut à principio. ff. quod cuiusque vniuersitatis no-* 21 *mine, &c.* Sic neque singulos † de vniuersitate conueniri posse, pro eiusdem debitis, vt per Bartholum *ibid. §. 1. circa princip. versic. nota diligenter, &c. Et notauit gloss. & Barth. in l. 1. in princip. in vltim. colum. versic. vltim. facit l. ista. ff. quod quisque iuris. & per Speculatorem de censib. §. 2. versicul. quod si vniuersitas, &c.* videatur Barthol. *in l. potest. in fin. ff. de authoritat. tutor. & Innocentius in cap. humilis. de maioritat. & obedien. & in cap. tanta. de excessib. prælat. &c.* nisi Senatus vel Syndicus, habens ad hoc mandatum speciale, obligauerit vniuersitatem, & singulares personas & bona, alias non, nisi Senatus, vel hi tantum, qui Syndicum constituerunt, quia isti tenentur ex proprio mandato, quod in præsenti nostro casu bene notandum. Videatur etiam de hac re Alexand. *in d. l. aut facta. §. fin. C. de pœnis.*

Quapropter Dux B. si quid collectarum atque mulctarum nomine à Senatu sibi deberi putauit, id non via facti, aut propria authoritate, sed debito iuris ordine ac via contra assertos debitores ipsos, hoc est, contra Senatum, & non contra personas singulares, sibi nulla ratione obligatas prosequi, ac petere debuisset : Si quas enim (inquit I. C. *in l. extat. ff. quod metus causa*) putas te petitiones habere, actionibus experiaris. Vnde creditor, † qui 22 per vim (hoc est, propria authoritate) pecuniam vel rem, etiam notorie sibi debitam, accipit, vel sibi solui facit, ius debiti perdit, adeoque omne ius, quod in re, vel pro re habet, vt Barthol. hanc legem ibidem summat. Nec sane tali casu pro Magistratu præsumitur, quin extraiudicialiter spoliatus per superiorem restitui possit. *cap. conquerente, & ibi Abbas per illum textum in 2. notabil. de restit. spoliator. Anchoran. consilio 249. incipi. ad prædicta dubia, in primo dubio. Decius consil. 125. & in l. factum à iudice. de regul. iur.*

Aber dem allem stracks entgegen / so haben vorgemeldte N. Wittib vnd Söhne / jhre Bawren daselbst / von deß von W. D. Iurisdiction vnd gehorsamb jetziger zeit gantz vnbefugt abgezogen / vnd dieselbe wider jhne W. zu offentlicher Auffruhr vnd widersetzigkeit verhetzt / auch mit demselben Bawren jhme seine gerechtsame auff Ober E. H. marckung mit Gewalt zu entziehen vnnd jhnen N. ein zuhemischen vnderstanden / Jnmassen allbereit sie die N. nicht allein einmal / sondern zu mehrmahln die Vnderthanen darzu bewegt / sonderlich aber auff Petri vnd Pauli jüngsthin / solches vnter gesuchtem Schein / als wann sie es von jrem Lehenherrn befelch ins werck zubringen / ernstlich vermeint / vnd hernach auch den 4. Julij berührts verschienen 79. Jahrs / als er von W. D. einen Notarium requirirt, der gantzen Gemein vnder E. H. sie die Bawren wider das R. gewaltsamb vnd vnrechtmässig Fürnemmen / vnd vermeinte verkünden jnen sein von W. Schrifftliche Erklärung / auffgerichte Dorffordnung / verträge / abschiede / auch jhr der R. eynwilligen zu abtheilung deß gemeinen Waldts / ꝛc. der gebühr nach zu insinuiren / vñ sie darbey auch jrer eydspflichte zuerinnern vnd für Schaden zu warnen wöllen / Jnmassen dann ermeldter Notarius Amptshalben schon im werck gewesen / jhnen den Bawren solches alles fürzulesen / aber ermelte N. in continenti die Bawren abgefordert / vnd verbotten solchs nit anzuhörn. Vber solchs auch er E. vñ C. die R. den 6. Iulii mit solchē gantz zornigē geberden vñ worten / jren Bawren abermals verbotten / weder jme vō W. noch jemand andern vō seinet wegē gar nicht / sondern allein jnen den Rūden zugehorsamen / Dann so auch er von W. D. selbst / viel weniger jemandt von seinet wegen / jnen etwas wolt verkünden / verlesen / gebieten oder verbieten / demselben so wenig zugehorsamen / daß sie deme oder dieselbigen viel mehr / wie einen Hundt darnider schlagē / dañ er vō W. D. selbst der jenig / der weder Dorffordnung / verträg / oder abschiedt gehalten / dz könte er jne mit trawen vñ stattlichen vom Adel genugsamb vberweisen / darzu vnverschämpt grob herauß gesagt (mit Ehrn zuvermelden) er hofiere auff die Dorffsordnung / verträg / vñ abschied / samt andern mehr vnwarhafftē vnd ehrnrürigen worten / die er damals wider jne von W. gantz schmehlich außgegossen vñ damit angetastet / vñ als auch viel bemelter vō W. D. damals berührten J. V. Notariū, so wol als zuvor den 4. Iulii, als oberzehlt / wider zu den Bawrē geordnet / davon sie aber damals durch die R. abgehalten / jnen seine Erklärung anderweit zu insinuirn vnd für zulesen / darzu er Notarius seines Amptshalben / billich geleydt vnd sicherheit haben sollen / das aber er E. R. ermeldten Notarium gewaltig / also wann er jnen an Halß schlagē wolte / vberrast / vñ mit ehrnrürigē Lästerworten gantz freventlich angetastet / vñ vnder andn mit reverentz zumelden / einen Plackscheisser gescholtē / darbey auch sich dessen mehr erklärt / wann er W. D. seinē Schreiber vñ Zeugen / so seinē Baursleuten das nouū opus denunciiret betrettē hette / so wolt er sie dermassen mit einander hinauß gefertigt haben / als wann sie Wildprett getragen hetten / Wenigers auch nicht denn E. F. M. Zentgraffen zu B. so E. F. befelch gehabt / den R. Bäurn zugebieten W. D. allen schuldigen gehorsam zuleisten / mit groben vnverschämpten worten / vñ auch gantz schimpfflich angriffen / vnd an solchem allem ist es noch nicht verblieben / sondern als zu morgens frue er vō W. D. in seiner Haußwohnung zum Fenster hinauß gesehen / ermelter E. vnd C. die R. mit Wehrhaffter Handt vnd vielen Gottslästerungen / vnd E. R. jhne von W. mit groben Ehrn / schelt vnd schmehworten angegriffen / so er von W. dann zu gemüt vnd hertzen gezogen / solches vngerechtfertigt auff jme nicht ersitzen lassen wil / vnd hat jne zum Galgen auß seinem eygenen Hause gefordert / mit re-

verentz zumelden/kom̃ herauß du Hundsvotz/daß dich Gotts Sacrament schendt / in gegenwardt vnd beysein seins Bruders S. vnd der R. Bawren / welche mit Sensen gefast / vnd die zum theil auff Zäunen hangen gehabt / die sie auch so baldt zur Handt gezogē/so bald sie die R. ansichtig worden/als ob sie auch darmit fechten/ vnd jhme von W. D. zu nachtheil verhandlē/sich darmit erwehren wolten / alles vber jhr der Bawren geleisten Pflicht vnd Eydt/vnd höchsten vngehorsamb/deme sie doch wie auch obgemeldt/ nicht weniger als denn R. gelobt vnd geschworen.

Auß welchem dann erfolgt/dz sie die Bawren gegen jhme von W. D. als jhren Mitdorffjunckern / auff das eusserst verhetzt / wie sie sich auch darauff dem angelegten W. D. gebott/mit anhörung was der Notarius jhnen fürhalten/oder fürlesen würde/gantz vngehorsamlich widersetzt/vnd damit jhren Eyden vnnd Pflichten zuentgegen/ auch der Dorffsordnung zuwider/ darauff sie gelobt vnd geschworen / vngeacht daß sie dessen mit ernst zum höchsten/ vñ vielfaltig erinnert/darvon gezogen/vnd solches gar nicht anhören wollen.

Mit dem er E. noch nicht gesettigt / daß er sie die Bawren mit solchen stücken zu höchster Auffruhr vnd Vngehorsamb gegen jhme von W. D. getrieben / Sondern bedrawet darzu/ wo er vnnd W. D. einander auffstossen/so wollen sie es recht mit einander außtragē/wie auch gewißlich nichts guts darauß erfolgt were / wo er von W. D. von seiner Haußfrawen/die ob solchem Schrecken in eine grosse Kranckheit gefallen / auch seinen Dienern mit bitten vnnd flehen/ nicht im Hause were behalten worden. Wie auch der ander E. R. sich offentlich vernemmen lassen/vnd bedräuwet / wie sie vnnd er von W. D. noch einander im Feldt weidlich herumb jagen wollen.

Es habē auch sie die R. sein vō W. D. Schäffer vnd Schaffknecht nicht weniger zum höchsten bedräwet/vnd jhnen viel vngebürlicher verbott in Ober E. H. gemarckung/daselbst sie das geringste weder zugebieten oder zuverbieten/sondern die Obrigkeit jhme von W. D. allein/vermög der Verträge zustendig/angelegt / sonderlich aber wo sie jrem gebott nicht Gehorsamen wollen/ jhnen/daß sie hinder den Schaffen müssen sitzen bleiben/ bey kommen / darzu jnen die Schaffrüden zuerschiessen vnderstanden/ wie dann sonderlich E. R. auff den einen loß geschossen / auch allerley mutwillen geübt vnd begangen/Insonderheit aber W. R. so Geistlich seyn soll/ vñ E. Gebrüdere/zu erzeigung mehrers mutwillens/jme von W. D. die Spunten auß seinen Wasserteichen geschlagē/vnd so er seinen Dienern befohlen/die wider zuvermachen/ dieselbigē auch darüber abzuschlagen vñ mit Füssen zutretten bedräwet/ vnd solten sich die W. D. jres Gartens/dardurch der Brunnen geleitet/vñ haben die R. zanck vnd hader zuerwecken/ solchen Garten von einem Baurn erkaufft/gäntzlich enthalten/wolten auch nicht gestattē/daß die Spunt widerum̃ zugemacht/mit diesem vorgebē/sie solten die nit so offt zumachē / sie woltē sie wid auffschlagen/wie dañ offt vñ dick beschehē/ alles denen von jhnen vbergebenen Brieff vnd Siegeln gestracks zuentgegen. Vnd als auch er von W. D. auff den 23. Iuln jüngst verrückt/seinē gescheffren nach verritten/haben beyde E. vñ C. die R. jnen vō W. D. noch mehr an seinē (Gott lob) wolherbrachten Adelichē ehrn vñ gutem leumuth zuverkleinern / vñ ehrnrührig anzugreiffen /vnderstanden / von jme außgeben / vñ damit auch ein schmehlich ehrē verletzlich Landgeschrey auffgeladē/als solte er etliche Baurē/Insonderheit aber/ seinen gewesenē Vnderthanen/ ehrn vnd trew vergessenen Mann/G. G. geschlagen/vñ hinweg geschleyt habē/ darauff auch ein vermeinte nacheil angestellet/Sampt jhren Dienern mit langen Bürschrohren ins Feldt geloffen/vñ zu fuß nach jme gestreifft/ darzu auch etliche jhrer bewehrter Bawren mit Knebelspiessen jhme nachgefolgt / als sie aber nichts vernommen/sie die R. auff die Pferd gefallen/ vnd eylend auff den Waldt das O. genandt / inn E. F. M. Cendtlicher Obrigkeit gelegen/auff freyer Strassen jhne von W. D. gesucht vnd nachgejagt / als sie aber allda auch nichts vermerckt / wie es dann auch ein erdicht Werck gewesen / daß sie nach desselbigen tag in der widerkehr J. V. Notarien obgemeld/bey einem Dorff B. am O. genandt/ der auff einem Wagenpferdt geritten / antroffen/ deme E. R. mit gefertigter Büchsen vnd auffgezogenem Hanen den nechsten zu gesprengt / Vnnd jhnen mit ehrnverletzlichen Worten vnnd grossen Gotts schwürē ernstlich angefahrn/ die Büchsen auff den Leib gehalten / den Schuß an erbotten/ vnd darbey gesagt: wo hat der W. D. mir meinen Bawren hingethan / den er hinweg geführt / vnd als der Notarius erschrocken/vñ geantwortet/Er wisse von keinem Bawren/ daß er R. noch hefftiger mit der gefertigten Büchsen auff jhne getrungen vnd sich vernemmen lassen/ kurtzumb er wölle es von jme wissen/ vnd der Notarius jne wider beantwortet/er wisse nichts darvō/ solle jn mit friedē lassen/dz er also zum dritten mahl jme den Schuß gebottē / darauff sich der Notarius widerumb entschuldigt/es sey W. D. heut frühe verrittē/er wisse nit wohin er sey/ er soll jne auff freyer Kayſ. Landstrassen bey Recht vnvergewaltigt passiren lassen/ welches er schwerlich von jhme erlanget/biß endtlich E. R. das seine auch darzu geredet/vnd er von jme gelassen. Auß dem dañ noch mehr offenbahr/ wie sie jhnen den von W. D. gemeinen / Dieweil sie so ein erdichten streiff auff jn angericht/vnd im Feldt hin vnnd wider gesucht/Als wie man pflegt den Strassenräubern / vnd andern bösen Buben nach zu jagen / Bey dem es doch noch nicht verblieben / sondern in W. D. abwesen/jhre Diener/ Welche neben etlichen jhren Bawren/ V. E. den W. D. Schultheissen in der Nacht vnverwahrt/ Landtfriedbrüchiger Weiß Vberfallen / Vnnd gantz vbel vnnd Mörderischer Weiß geschlagen/

vnd

vnnd zügerichtet/damit auch genötigt/ daß er das Kay. recht anschreyen müssen / auff welches man jhme zu hülff kommen/do er sonsten gewißlich mit der Haut hette bezahlen müssen. Vnnd als auch zwischen jhme von W. D. vnnd den R. vor dieser zeit ein abschied auffgerichtet / in dem versehē/daß der gemeine walt zu E. H. von einander abgetheilt/vnnd immittelst/so schändlich nicht verwüstet werden solte / wie ein zeitlang biß daher geschehen / wie dann die R. inn solche abtheilung eingewilliget/wie beweißlich/ Aber dem zuwider/die R. Bauren/auff jr der R. anstifften/vber solchen abschied/auch jhrer der R. selbst vereinigung vnd sündeß von W. D. angelegt ernstlich verbott/inn solchen gemeinen Waldt mit der that freuentlich gefallen/Bäw/vnnd Brennholtz jhres gefallens/ vñ zu vnzeiten darinn gehawen / vñ vber angelegt verbott auß W. D. einiger Obrigkeit in Ober E. H. solch Holtz / thätlich hingeführt / doch gleichwol in sein von W. D. abwesen/Da es sonst darbey nicht verblieben / sondern er von W. D. sich bey solchem abschied/ vnd der R. zusage gewißlich gehandhabt hette / wz gleich darauß erfolgt were/ Dieweil weder recht/erbar noch billich/daß er von W. D. vnnd die seinen / sich berührts gemeinen Walds enthalten/vnd mit grossem vnstätten/ für sich vñ seine Vnderthanen/mit Bäw vnd Breñholtz/seiner eigenen Höltzern dieweil er benebē den R. die abtheilung eingewilliget / vnnd vngern zu weitterung vrsach geben wöllen / behöltzen / vnnd den R. vnd jhren Bauren frey vnnd offen stehen solt / immittelst solchen muthwillen in dem gemeinen walt zuůben / vnnd denselbigen auff das eusserst zuuerreissen/zuuerhäwen/vnnd vollendts zuuerwüsten/daß der keinem theil mehr nutz / Wañ nicht die theilung würcklich volnzogen vnnd ins werck gericht werden solte.

Dieweil dann Anwalds Principal solchem der R. iniurien vnd schmehens/auch vergewaltigung molestation/vnd turbation/vñ das der Dorffordnung / auffgerichten verträgen vnd abschieden/sogar allenthalbē nicht das wenigst nachgesetzt/sondn mangel gelasse /vnd vnwidersprechlich verbrochen/auch die Vnderthanen auß sein von W. D. gehorsam entzogen / dadurch die Dorffgericht nidergelegt vnnd alle gute Ordnung vnnd Policey verhindert vnd anderst nicht /den auff der Vngerischē Gränzē/ da weder gleich noch recht gilt/bey sammen wohnen/darzu der Gemeine Waldt verwüst/ vnd andere mehr vnerbare vnnd vngebürliche händel geübt /länger zuzusehen nicht schuldig/ sondern alles durch gebürliche mittel der Recht abzutreiben/ vnd zur rechtfertigung genötiget vnd endtlich bedacht ist. Wann dann bemeldte Wittib/vnnd jhre Söhne die R. obgemeldt/gleichwol dem Reich wie auch Anwalds Principal one mittel vnderworffen/aber demnach er W. R. Thumbherr zu B. in personalib. & realibus actionibus dem Fürst. Bischofflichen Vicario daselbst/die andern aber den Willkürlichen Richtern vnderworffen / jhre Bauren aber / so wie obgemeldt inn der sachen auch mit begriffen/ nirgends anderst dann für E. F. Gn. beklagt werden konnen / Damit denn also causæ continentia nicht diuidirt, auch Anwaldts Principal super eadem actione ad eundem finem tendente coram diuersis iudiciis zu litigiren nicht gedrungen werde / vnnd derowegen E. F. G. iurisdiction wol fundirt, so ist an dieselbe Anwaldts Vnderthänige / Jhme wider obgemeldte R. von E. H. Mutter / Söhn/ vnnd Brüder / jhre Bauren vnnd Juden zu vnder E. H. zu rechtfertigung aller obgesetzter Puncten/ ein gebürende Ladung wie gebreuchlich G. erkeñen vnd mittheilen.

Vnnd nach dem / wie auch obgemelt / sie die R. sich noch von Tag zu Tag gegen jhm dem von W. vnnd den seinigen Landtfriedbrüchiger vnnd thätlicher weiß dringen / sie auch je länger je mehr trutzig vnnd muthwillig sich gegen jhm erzeigen/ wider auffgericht Dorffordnung / Verträg/Abschiedt / vnnd anders mehr mit der Taht gewaltsam handeln / daß anders nichts zu besorgen denn wo von E. F. G. nicht friedt gebotten werde / sie in grossen vnraht mit einander erwachsen/ alles beschriebenen Rechten/ Reichs constitutionen auß gekündtem Landtfriedē außtrücklich vnd gäntzlich zuwider/ daß demnach hierinn zeitliches rechtliches einsehens hoch von nöthen. So ist anwalts auch Vnderthänig bitt E. F. G. wöllen jhme ein Mandat de non offendendo Gn. erkennen/ vngeachtet er seiner Person für jnen sich gar nicht fürchtet / sonder seiner Diener vnnd Vnderthanen / so bedräwet /damit bemeldte R. jhren Bauren vnnd Juden bey Peen deß Landtfrieden gebieten/daß sie gegen jhme Klägern / deren Leut/ Haab/ Güter vnd angehörigen ausserhalb Rechtēs mit verbottener gewalt eigens Willens/nichts beschwerlichs durch sich selbsten / oder einen andern/heimlich oder offentlich inn keine Weiß noch Weg/fürnemmen/handlen/vben /oder volnbringen/Sondern jhn bey seinem vblichem gebrauch/ herkommen / Rechten vnnd Gerechtigkeiten/vnbetrübt sicher seyn/ vnd bleiben zulassen/dargegen nicht bedräwen/ anfechten/verfolgen oder beschädigen / noch angefochten / bedräwt verfolgt oder beschwert zuwerden / verhengen / nachsehen oder gestatten / Sondern was sie für sprüch oder Forderung zuhaben vermeinen wolten / derohalben an gebührenden Orten /sich ordenlichs Rechtens zu gebrauchen vnnd dessen außtrag settigen zu lassen.

Vnnd als auch ebenmessig vor angezeigt/ was zuuerderbung vnnd verwüstung deß gemeinen Waldts zu O. W. D. vnmittelbaren einiger Obrigkeit gelegen / von den R. vnnd jhren Bauren gewaltsamb fürgenommen / vnnd wo dem länger zugesehen werden solte/daß solcher gemeiner Waldt gantz vnd gar zu grund vnd oden

gehen / vnnd wenig nutz darauß zu schaffen seyn würde / wenn nit sie die R. vnd Bawrē / mit rechtlichen Mitteln angehalten / dem bewilligten vnnd zugesagtem Abschied / auch bewilligter abtheilung würcklich nachzusetzen vnd den Waldt zutheilen. Dem auch zeitlichen zu begegnen / vnd vorzukommen vnwiderbringlichen Schaden / So ist an E. F. G. Anwaldts auch vnderthänige Bitt / jhme wider viel bemeldte R. vnnd jhre Bawren / ein gebürliche inhibition bey einer namhafften Peen zuerkennen / mit zutheilen vnd außgehen zulassen / dardurch solcher gemeiner Waldt zugeschlossen / vnd jhnen aufferlegt / sich biß zu endtlichem Außtrag der Sachen desselben Waldts gäntzlich mit Baw vnd Brennholtz zuenthalten / vnnd müssig zustehen / darinn nichts verwüsten / hauwen / vnnd verreissen / Inmassen von dem W. vnd den seinen bißhero beschehen / vnd hinführo / auch beschehen soll / dergleichen auch der jungen Häg vñ Schläg / Inmassen sie auff die Dorffordnung gelobt / vnd geschworen / mit allem Vieh ab vnd müssig zustehen / solches also billich vnd von Rechtswegen erkendt werden soll / cum iure communi potior sit prohibentis conditio, vnnd solches alles prout moris & styli est. Vber das E. F. G. hochadelich miltrichterlich / ꝛc.

Decretum.

Citatio, & mandatum, de non offendendo, erkendt / das vbrig begehrn abgeschlagen / in consil. 11. Febr. anno 79. Huic simile extat pro mandato de non offendendo. In causa Closters zu S. P. contra C. F. P.

Referens decernit mandatum. Correferens ex priuilegiis animaduertit, quod prorsus iurisdictione Principis non sint exempti, nec tales minæ hic narrantur, quo subdito, contra Principem suum tale mandatum indulgeri debeat, & quod subditi sint, etiam patet ex situ loci, ideo denegat.

Aliud Votum. Referunt moniales se ad priuilegia sua & confirmationes, sed cum illa penitus introspiciuntur, ideo denegat.

Sequuntur nunc vota cum eorum decisionibus & resolutionibus, ad præcedentes supplicationes mandatorum Camer. Imper. de non offendendo pertinentia.

VOTVM I.

Pro mandato pœnali de non offendendo. In causa D. von S. zu A. contra K. W. H.

SVMMARIA.

1 *Pax publica à Dominis imperio exemptis quando fracta est, an iurisdictio Cameræ Imper. habeat locum.*

2 *Quando timor adest, ne pax publica frangatur, an Camera Imper. implorari possit.*

3 *Mandatum de non offendendo sub pœna banni an decerni possit.*

4 *Processus aduersus R. H. eiusque consiliarios an & quando peti possunt: & quando is imperio immediate subiectus est. num. 5.*

6 *Transactio B. quomodo intelligenda sit. num. 7.*

8 *Dux B. tanquam vasallus Imperij omnino exemptus ab Imper. Rom. non est.*

REferens: Duo hic consideranda puto, primum, quando est fracta † pax à Dominis imperio exemptis: secundo quando timendū † vt pax publica frangatur. Nunc quæritur, an simus fundati in iurisdictione? & puto, quia die Herrschafft (vt statur narratis) immediate imperio subiecta est, & sic Camera in iurisdictione est fundata, posse mandari daß sich die K. hinfürter der Herrschafft G. enthalten / & vasallum imperii coram ordinario seu iudicio Cameræ conuenirent, ne ipsi essent in propria causa Iudices: Allego præiudicium in causa S. contra K. igitur mandatum vt petitum decerno, quia & minæ apparent, mandatum de non offendendo puto non posse denegari. 1 2

2. Anno 50. Dicit se interfuisse, der Fürsten Räthe / da der B. vertrag nicht allein impugnirt, sondern gar vor nichtig gehalten worden. Ergo quoad validitatem istius transactionis B. eam impugnatam assero, quod ad thesin attinet: Quoad Hypothesin igitur, dico nos esse in casu, pro quo iurisdictione imperii pugnatur. Ergo mandatum eo citius & facilius decernitur, quasi iam fracta publica pax esset: mandatum † de non offendendo sub pœna banni decerno. Cum enim supplicans narret, se nulli subiectum esse, nisi imperio, narratis autem standum sit, & iisdem credatur, iuxta stylum Cameræ iurisdictio fundata est. Nec obstat allegata transactio, quia illa valida est in suis casibus, nec hic sumus in illis terminis. Accedit, quod hic B. esset in propria causa Iudex contra ius & æquitatem, posset tamen illa clausula bey einer namhafften Peen in mandato omitti, idque in communi forma decerni. 3

3. Ex subseqq. iurisdictionem fundatam concludo; primo quia submoto priuilegio nihil est dubitationis. Sed & attento priuilegio, ex eo fundata est iurisdictio, quod processus † aduersus Regem vel consiliarios eius petantur, qui in priuilegio exempti non sunt: secundo, quia versamur in causa contributionis, quæ nec ipsa exempta est. Cum igitur priuilegium non obstat, sumus in dispositione iuris communis, quo considerato, Rex imperio † immediate subiectus est, vt taceam quod ipse non potest hic esse Iudex, quia causa ipsum concernit, eique coniuncta est, iuxta iura vulgata. Itaque attentis narratis, decerno mandatum de non offendendo, iuxta *L. Denunciamus. & ibi Cynus & alij C. de his qui ad Eccles. confug.* 4 5

4. Cons

4 Considerando † transactionem B. quia narrat, quod supplicans ipse & eius subditi in G. gessen sey / in iurisdictione nũ essemus fundati. Si vero consideramus narrata supplicationis, q̃ dicit, daß es ein frey Herrschafft sey / & nemini nisi imperio Romano subiecta, ad hæc narrata decerneret processus, ratione mandati pœnalis fractæ pacis, mandatum de non offendendo decernere non potest, qui narrata ad hoc non sunt qualificata. Et quia citati sunt ratione collectarum, mandatum pœnale in communi forma decernerem ad defendendum supplicantem.

5. Non sumus in terminis transactionis B. quia narrat supplicans, se imperio immediate subiectum esse. Cum vero in Camera narratis credatur, vult decernere mandatum in communi forma.

7 Illa enim transactio † intelligenda est de subditis, & agit tantum de meris personalibus non de realibus. Et penitus existimo, Ducem B. pro sua persona †

8 tanquam vasallum imperii, omnino non esse exemptum, præsertim si frangat pacem publicam contra statum imperii: Ideoque contra ipsum vel eius officiales, omnes processus, respicientes pacem publicam posse decerni: Decr. Ist das gebeten mandatum de nõ offendendo in communi forma erkendt / mandatum pœnale ideo denegatur, quia vnum & idem est cum mandato de non offendendo.

VOTVM II.

Mandatum de non offendendo. In causa N. N. *ab* N. *contra* D. N. N. *turbatæ possessionis.*

SVMMARIA.

1 *Turbato in possessione suæ iurisdictionis, vel alterius iuris incorporalis succurritur vtili interdicto vti possidetis.*

2 *Actio ex vtili interdicto vt detur, quæ requirantur.*

3 *In iudicio retinendæ duo probanda, possessio & turbatio.*

4 *Possessio duobus temporibus affuisse probanda est, scilicet tempore litis contestationis, itemque turbationis illatæ.*

5 *Possessio ante cœptum iudicium & turbationem illatam, præsumitur continuata.*

6 *Possessio in solo animo consistit, & retinetur vsque ad litis contestationem, & post, nisi appareat vel probetur contrarium.*

7 *Probatio efficacior nulla, quam quæ fit per confessionem partis.*

8 *Iurisdictionis genericæ, possessionis tres sunt species, merum imperium, mixtum, & iurisdictio simplex.*

9 *Iurisdictionis vna specie probata, nõ continuo probatur altera.*

10 *Testes minus idonei conualidantur per contestes fide dignos.*

11 *Subditi in causa dominorum (relaxato iuramento) deponere possunt, si non sentiant priuatum commodum ex depositione vel testificatione.*

12 *Meri imperii varii gradus, &* nu. 14.

13 *Meri imperii definitio.*

15 *Magnum imperium est, cum alicui vita vel naturaliter, vel ciuiliter adimitur.*

16 *Magnum imperium quibus competat.*

17 *Merum imperium præscribi potest ex communiter recepta sententia.*

18 *Coercitio corporalis, quæ fit ad pœnam debiti, est meri imperii.*

19 *Tortura, quæ fit ad pœnam, est meri imperii.*

20 *Mediocre imperium quod, & in quibus consistat.*

21 *Confinatio quid.*

22 *Imperium paruum quod, & in quibus consistat.*

23 Vrpheden *an, & quando merum imperium probent.*

24 Stock & Halßeyssen *an imperium merum inferant.*

25 *Furca est signum merum imperii: secus in postello.*

26 *Iurisdictio quibus modis acquiratur, & probetur.*

27 *Plus in se complectitur minus, & in toto sunt quælibet eius partes.*

28 *Res intra terminos terræ alicuius domini sitæ spectant ad eum dominum, quoad iurisdictionem, non quoad dominium.*

29 *Merum imperium & ius foresti diuersa.*

30 *A separatu & diuersis male infertur.*

31 *Forestum quid.*

32 *Foresta an necessario importent merum imperium.*

33 *Possessio iurisdictionis retinetur solo animo, etiamsi 40. annis quis non vtatur.*

34 *Imperium merum præscribi potest, dummodo interueniat scientia & patientia eius, ad quem illud pertinebat.*

35 *Scientia quando satis probata dicatur.*

36 *Patientia & conniuentia longissima titulum inducit.*

37 *Vicinus scire præsumitur ea, quæ aguntur in vicinia.*

38 *Iurisdictio per præscriptionem alicui dupliciter adimitur, priuate & cumulatiue.*

39 *Probatio vbi ex vna parte adest plena, ex altera non, possunt connecti imperfectæ probationes ad elidendam probationem plenam.*

40 *Probatio semiplena nihil detrahit plenæ & perfectæ probationi.*

41 *Inspectio ocularis in iure est bona probatio ad docendos terminos.*

42 *Iudex an teneatur ire in rem præsentem.*

43 *Expense specialiter non petitæ, an ex officio Iudicis veniant adiudicandæ.*

IN causa vertente inter Generosum comitem D. N. ab N. Actorem ex vna. Et D. N. N. N.

Baronem Reum conuentum ex altera parte, super assertis quibusdam iurisdictionibus earumque vsibus & exercitiis, quæ præfatus dominus Actor prætendit suos prædecessores habuisse, seque nunc habere in pago N. appellato, eiusque districtu & pertinentiis, visis & ponderatis diligenter omnibus actis & actitatis vtriusque partis, qualiter sit pronunciandum diffinitiue, ex subsequentium quæstionũ resolutionibus manifeste constabit. Prima est, *Quæ actio à præfato Domino Comite sit instituta.* Secunda, *An recte concludenter sit formata.* Tertia, *An Actor suam intentionem satis probarit.* Quarta, *An per Rei conuenti defensionem Actoris intentio sit elisa.* Quinta, *Quid de impensis in hac lite factis.* Primo scilicet videndum, quæ actio intentata? Ex libelli conclusione intelligitur, institutam esse actionem ab Actore in factum ex interdicto vti possidetis saltem vtili, Et-
1 enim ei, qui † turbatur in possessione suæ iurisdictionis, vel alterius iuris incorporalis succurritur vtili interdicto vti possidetis. *secundum gl. & Dd. in l. 1. C. vti possid. pro quo facit l. fin. & l si duo. §. hoc interdictum ff. eodem & probatur in l. ficut. §. Aristo. & l. 2. in fi. l. & si forte. ff. si seruit. vind. glos. magna in c. licet. extra de probat.* Quam opin. sequitur Bar. *in l. 1. in pr. l. fin. ff. eod. Ferrar. in form. libelli turb. poss. nume. 3. & 4.* Secundo videndum, an recte concludenter intentata? Respondetur quod sic: Video enim in libello duo substantialia & principalia huius actionis articulata esse; possessionem
2 † ex parte Actoris, & turbationem ex parte Rei conuenti, in hoc iudicio omnino necessaria, *vt per Dd. in dd. locis, & §. Retinendæ, & §. commodum, Inst. de interdict.* Petitio quoque in libello formalis est, & concludens, dum petit pronunciari, quod Reus cesset à turbatione, nec imposterum turbet Actorem, & desuper cautionem præstet, quod denique restituat, die abgenommene Kleidung vnd Schaub. Hæc enim tria in hoc Iudicio peti debere Dd. communiter tradunt, *vt notatur per Bar. in l. 1. §. interdictum. ff. vti possid. & l. pen. ff. de aqua quotid. & æstiua.* Tertio, an Actor suam intentionem sufficiẽter & satis probauerit? sunt
3 autem duo † probanda ab eo, qui hoc iudicium retinendæ instituit, possessio scilicet & turbatio:
4 Et possessio † quidem probãda est duobus temporibus affuisse, scilicet tempore litis contestationis, itemq; turbationis illatæ. *Bart. in l. 1. §. quod ait Prætor. nu. 14. ff. vti possid.* Ad hoc idem facit *l. 1. §. interdictum autem. & l. 2. eodem, & Ferrar. vbi supra, verbo, hodie tenet & possidet.* Si tamen Actor
5 probet, se possedisse † ante cœptum iudicium & turbationem illatam, per aliquod tempus se possidere allegando, præsumitur continuata il-
6 lius possessio, quia in solo † animo consistit, & retinetur vsque ad litis contestationem, & post, nisi appareat vel probetur contrarium. Et circa tempus possessionis præsumptiua probatio sic toleratur. *Ita Cynus & alij in l. non ignorabis. C. ad exhib. l. siue possidetis. C. de probat. Bart. in l. Celsus. nu. 22. l. iusto. §. non mutat. in fin. ff. de vsucap.* Videamus ergo, an hæc duo probata sint ab Actore, & qualiter. De turbatione nullum est dubium, quin sit probata, non modo per testes, sed etiam confessionem Rei, qui fatetur, quod receperit à N. occisi militis vestes, prætexendo iure se id fecisse, quia merum Imperium in pago N. dicto cum pertinentiis ad se pertineat, de quo suo loco dicemus. Et sic turbatio sufficienter est probata, cum nulla † efficacior sit probatio, quam quæ 7
fit per confessionem partis, *iuribus vulgatis.* Turbatio autem qualiscunque sufficit in hoc iudicio, per quemcunque modum sit facta, *vt per glo. & Bartho. in l. 1. §. restituendæ, & l. vim facit. ff. de vi & vi armata.* Possessio autem vel quasi possessio iurisdictionis an probata existat? Et cum tres sint possessionum † species iuridictionis in genere 8
sumptæ, merum Imperium, mixtum Imperium, & iurisdictio simplex. *l. Imperium. vbi DD. ff. de iurisdict. omn. iudic.* In præsenti casu de mero imperio tantum disceptatur. Nam Actor intendit sese in N. plenam & omnimodam iurisdictionem habere cum pertinentiis &c. alle hohe vnd nieder Ober vnd Gerechtigkeiten. Necesse est igitur Actori ad obtinendam victoriam, vt de mero imperio doceat. Nam cum iurisdictionis genericæ, *vt supra dixi*, tres sint species distinctæ habentes suas proprias & discretas doctrinas essentiales, vna † probata, nõ sequitur quod 9
altera sit probata, *vt docet Pet. Fab. &c.* De mero imperio hic tantum disceptatio est. An igitur Actor illud in N. se habere probauerit? Et testes fere omnes, quotquot ab Actore producti sunt, eõcordantia testimonia dicunt, vt quod nunquam aliter à suis maioribus vel aliis quibuscunque audierint, quam quod Actoris prædecessores plenam & omnimodam iurisdictionem in pago N. cum suis limitibus habuerint, & de facto exercuerint, quamdiu illi meminerint, sine vlla contradictione cuiuscunque alterius. Nam pleriq; testes testantur, quod semper ita viderint. Et cum deponunt ad elisiuos articulos, pleroſque actus iurisdictionales recensent, qui ipsis præsentibus obtigerunt. Sunt autem ipsius Actoris testes pro maiori parte legales, seues & bonæ conditionis, & omni exceptione maiores, exceptis quibusdam paucis, qui Actoris, vel subditi vel proprii homines, quibus tamen iuramenta ad hunc actum testimonii dicendi solenniter sunt remissa. Et cum hi similiter cum aliis testibus deponant, & in vnum consentiant, merito iis fides habenda est, propter regulare dictum: Testes minus † idoneos con- 10
ualidari per contestes fide dignos. *vt per Curt. in tr. de test. Concl. 1. Bald. in l. Gallus. §. ille. ff. de posthum.* maxime cum subditi † etiam in causa domino- 11
rum (relaxato iuramento) deponere possint, si nõ sentiant priuatum cõmodum ex depositione vel testificatione vt in nostro casu, *ita Fel. in c. in literis. vbi multa de hoc de test. Dd. in l. idonei. C. eodem.*

Et

Et maxime probamus p huiusmodi testes, quando sumus in mero possessorio, in quo non tam exactũ requiritur testimoniũ, vt in petitorio. Vt autem de actib. possessoriis iurisdictionis recte possimus iudicare, inprimis ponderandũ, q̃ sint exempla, quiue actus meri imperii, quandoquidem de mixto imperio & simplici iurisdictione nulla est inter partes controuersia. Scio Doctores hac in re variare, varioſq; meri imperii† gradus constituere, *vt per eos in l. 1. ff. de of. eius cui man. est iurisd. l. imperium. ff. de iurisd. omn. iud. Canonista c. quod sedem. de of. iud. ord.* Merum imperium † Vlp. desinit esse gladii potestatem, & animaduertendi in facinoroſos homines. Quam definitionem vtrimque Dd. impugnare videntur multis argumentis. Eam tamen Alc. *in d. c. quod sedem*, satis defendit, multisq; confirmat argumentis, q̃ post ipsum Cantiuncula etiam fecit *lib. 2. de off. Iud.* Huius† meri imperii, tres tãtum gradus, & quidem ex veritate facit Zasius, Magnum videlicet† imperium, medioere & paruũ. Magnum intelligit (q̃ Bar. Maius esse dixerat) cum alicui vita, vel naturaliter, vel ciuiliter adimitur: Naturaliter cum supplicium de criminoso sumitur, vel si corporis pars mutiletur. *Bar. in d. l. imperiũ. & ibi alii Petr. Iac. vbi supra nu.* 8. Ciuiliter, cum Reus in metallũ condemnatur, vel ei aqua & ignis interdicitur, quæ tamen pœnæ in desuetudinem abierunt: Item si in carcerẽ perpetuũ includatur quis pro pœna luenda, Nam & hoc exemplum hodie huc pertinet, *vt per Zasium in d. l. Imperium*, Quod autẽ de maximo imperio Bar. tractat, Zasius non admittit, quia exempla ibi enumerata ad solũ Principem pertinent ratione eminentiæ, propterea reseruata Principi dicuntur. Nõ tamen sequitur, quod meri sint imperi, *vt per eum ibi latius.* Magnum vero imperium omnib. superiorib. † magistratibus, dignitatibus secularibus competit, quales scil. sunt: Duces, Comites, Barones: Hi enim omnes ex dignitate & conditionis excellentia merum imperium habent: Et Zasius etiam hoc imperium ciuitatibus imperialibus (inquit) quæ superiorem nõ recognoscunt, conceditur, siue id ex priuilegio, siue ex præscriptione habeant. Nam merum imperiũ† præscribi posse, licet olim controuersissimæ dubitationis fuerat, hodie tamen communiter à Dd. receptum est. *Bar. & Dd. in l. 1. C. de emanc. li. Iaſ. poſt alios in d. l. Imperium.* Coercitio† quoq; corporalis, quæ fit ad pœnam debiti, est meri imperii *l. magiſtratibus ff. de iuriſd. om. iud. Nou. de defenſ. ciuitat. §. audient. coll. 3.* sic quoq; tortura, quæ fit ad † pœnam, est meri imperii, quia expeditur offi. Iudicis nobili, & ad publicam vtilitatẽ, *Bar. in d. l. imperium. & l. interdum. §. qui furem. ff. de cond cauſſa data, cauſa non ſecuta.* Itẽ si imponitur in causis criminalib. ad eruendam veritatem. Multa alia exempla meri imperii vide apud Chaſ. *tit. de ſ. iudices. Gl. 2. per diſcurſum à n. 69. vſq; ad 77. fol. 19.* Mediocre † imperium in exilio temporali, q̃ relegationẽ dicimus consistit: Item virgarũ castigationem huic imperio annumeramus, *vt §. relegati. Inſt. quib. mod. patr. pot. ſol.* Addit Zasius pœnam † confinationis, cum scil. aliquis confinatur, vt cum alicui certus locus, certi fines, in quibus maneat, & quos non excedat, decernuntur. Ita dicitur confinatio. *l. relegati. de pœn. l. relegati. de inter. & releg.* De quo vide Zasium *in l. certiſſimus. § fi. de verb. obl. § ſi quis poſtulante. Inſtit. de act.* Paruũ deniq; † imperiũ in leuiore castigatione versatur, videlicet cum in quibusdam Sueuiæ ciuitatib. quis scandali lapidem ferre cogitur, vel in columna toti populo Reus publicatur. Et has leues castigationes intelligere debes tunc meri imperii esse, quæ propter alicuius maleficii vindictam imponuntur, alias non dicerentur meri imperii. Ad propositũ redeũdo, multos actus iurisdictionales deduxit Actor in suis articulis elisiuis, quorũ aliqui sunt meri imperii: (de reliquis enim, quæ, vt vocant, bassam iurisdictionem respiciunt, nihil curandum, cum de illis nulla sit disceptatio) puta actus articulati, in 3. 4. 7. 10. & 12. Elisiuis articulis, ab Anno 1440. vsque ad annum 1547. successiue. Et hi quinque articuli probati sunt per missiuas literis B. C. F. G. & H. signatas, quarum contenta omitto referre, cum alias annotata à Dominis in relatione sint. Item probatum extitit, Dominum Actorem seu ipsius prædecessores in loco litigioso iustitiam administrasse, & delinquentes coercuisse, quæ omnia sunt iurisdictionis & meri imperii signa *d. l. imperium.* Ex quibus resultat prædictæ quasi possessionis meri imperii probatio, *vt notat Innocent. in capitul. licet cauſam. de probat.* similiter probantur actus meri imperii per aliquot literas AA. BB. CC. iudicialiter productas ab Actore, welche nichts anders sind / dann Vrpheden deren / die von wegẽ jrer mißhandelung hettẽ mögen an Leib vnnd Leben gestrafft werden. Et hæ omnes literæ cum sint † antiquæ & sigillatæ, earumque sigilla ab aduersa parte recognita, quin fidem faciant tam de iure, quam de notissima consuetudine Germaniæ, nulli dubium est, per illa, quæ scripsit Zas. *in repetit. l. adimendi. numero 91. ff. de iureiurand. Bartol. & DD. in l. nuda. ff. de donat. Canon. in cap. prius ceßionem. extra de probat. cum simil.* Accedit etiam quod 9. 12. 13. 14. 16. 17. 19. Elisiui articuli, qui omnes & singuli meri imperii actus & exercitia continent, fere per omnes testes approbantur, asserentes, se interfuisse & vidisse huiusmodi actus exerceri. Sic etiam probatus esse secundus articulus elisiuus per 15. 18. 28. & 29. testes. Et sic plures actus possessorii meri imperii adducti & probati sunt, tam per literas, quam testes fide dignos. Concludo igitur quoad hoc iudicium retinendæ, Dominum Actorem suam possessionem, vel quasi meri imperii sufficienter probasse ab Anno 1440. vsque ad tempus præsentis litis, & quidem continuam, non interruptam, nec obtentã vi, clam aut precario. Prædicta corroborari dicuntur per 7. articu-

articulum positional. in quo asseritur signum meri imperii reperiri in pago N. videlicet Stock vnd Halßeysen. Et hunc articulum omnes testes
24 paucis exceptis, verum dicunt. Quanquam † magnum dubium est apud DD. an huiusmodi signa
25 necessario merum Imperium inferant. Furca † quidem seu patibulum inferunt & designant merum Imperium, quia in pœnam quis ibi ad mortem punitur: sed postellum volunt DD. esse simplicis, siue vt illi loquuntur, bassæ iurisdictionis, quia ibi punitur quis pro leuioribus criminibus, *vt docet Petr. Iacob. in sua practica in libello iurisdictionis. nu.* 14. Tametsi ego cum Zasio malim hunc mero Imperio paruo adscribere, propter ea, quod ibi criminosus ad publicam vtilitatem multitudini ac vulgo ita exponitur, vt & supra dixi. Interim tamen verum est, signa prædicta nō inferre; nec probare necessario iurisdictionem, quia quis non habet propter furcas, vel propter postellum iurisdictionem nisi alias probetur ac-
26 quisita, *ita Petr Iacob. vbi supra nu* 14. Quibus † autem modis acquiratur iurisdictio, Ferrar. docet *in actione confess. verb. plenam & omnimodam. num.* 4. *& seq.* Equidem quasi possessio iurisdictionis dicitur quæsita exercendo actus iurisdictionales. Imo etiam per vnicum actum exercitii iurisdictionis solet quæri q. possessio iurisdictionis, *vt plene declarat Bar. in l.* 1. *§. hoc interdictum. ff. de itine. actuque priuat. Innoc. & Canon. in ca. cum Ecclesia Sutrina, de caus. poss. & propriet. ca. olim. de restit. spol. plene Soc.* 187. *controuersia quæ vertitur*, vbi plene ponit, quomodo probetur iurisdictio tam in petitorio quam in possessorio. *Lud. Rom cons.* 70. *visis themate & quæstionibus.* vbi ponit per quos actus probetur iurisdictio *à n.* 10. *vsq; ad finē*, vbi ad nauseam videre est. Postremo multum facit pro Actore, quod in hoc iudicio retinendæ suam possessionem corroborauit etiam cum titulo: Nam literas siue inuestituras imperiales produxit N. 15. 16. 17. 8. & 19. signatas, in quibus successorio veluti ordine Imperatores ab Anno 1479. vsque ad annum 1547. & sic 70. annis continuis concedunt Baronibus de N in jrer Herrschafft gericht/ wo jnen das gefällig/ Stocke vnd Galgen vff zurichten/ auch in denselben jren gerichten/ den bañ vber das Blut zurichten/ &c. Sed ante hanc concessionem pagus N. cum pertinentiis venerat ad Barones de N. nempe Anno 1399. iure emptionis, vt ex literis venditionis N. 20. constat: Et per consequens hæc quæstio imperialis etiam intelligenda est de pago N. & eiusdem attinentiis & similibus tanquam parte, &c. Et hoc quoad probationes Domini Actoris.

Quarto videndum est, *an per Rei conuenti defensionem Actoris intentio sit elisa.* Est autem summa defensionis partis Reæ hæc: Comitatus N. pertinet pleno iure ad Reum, & pertinuit à multis annis ad prædecessores suos, sed pagus N. situs est inter districtum. Ergo quantum ad iurisdictionem, subiectus est. N. ipsi Reo, nisi specialis exemptio doceatur. Est argumentum à toto ad partem. Regula enim iuris est, quod plus † in se 27
complectitur minus; Et in toto sunt quælibet eius partes, de quo gl. & DD. *in c. si diligenti. de præscript. & c. fi. de off. ord. & ibid. Ioan. Andr.* Et dicit Panormit. post Hostiensem *in d. ca. si diligenti*, quod hac ratione communiter Domini temporales fundant suam intentionem, quoad † res intra ter 28
minos suæ terræ sitas, saltem quoad iurisdictionem, non autem quoad dominium rerum corporalium *vt per Chassan. titu. des meir. mortes, §. 4. in pr. nu.* 2. *vbi plene hoc tractat. facit not. per Ioan. And. in c.* 1. *in fin. de off. Areti. in cons.* 166. *lib.* 2. *& cons.* 86. *libr.* 1. Sane hæc defensio in iure satis fundatur, & multum vrgeret aduersus Actorem, si in facto probaretur vera. At quia in proposito totum non est circumscriptum cum suis limitibus, id est, quia Comitatus N. non est designatus cum suis finibus & terminis, quod omnino necesse erat, de toto ad partem hinc male agitur.

Nec refert, quod ad testes Rei conuenti dictus Comitatus circumscribatur quoad ius foresti. So viel den Forst/ vnd Förstliche Obrigkeit belangen thut, quia cum merum † imperium & 29
ius foresti sint diuersa & separata, necessario sese non inferunt, cum ex separatis † male inferatur, 30
iure vulgari. Est autem forestum † locus, in quo fe- 31
ræ habitant & includuntur, & in quo quis vsum venandi habet. *gl.* 1. *in c. cum dilecti. de donat.* Et dicunt ibi Ioan. Andr. & Cardin. quod hæc vocabula sunt vulgaria Angliæ & Franciæ, vbi sunt talia loca. Dictum forestum latum nemus sine clausura & sine aqua, vbi flumen dicitur syluа, vbi circumdatur aqua insula dicitur, vbi autem includitur muro vel palis dicitur Barcus. *secundum Ioan. And. vt supra.* Quod Felinus *in c. Rudolphus. n.* 21. *de rescript.* dicit notandum pro Barco ducis Ferrariensis & Mediolanensis. Vide & Chassan. *in consue. Burg in tit.* deß Forst 13. *in pr.* Vbi distinguere videtur inter altam forestam & bannalem. Hinc forestæ, Was den Forst anlangt/ vñ darzu gehöret. Sed foresta † necessario non important 32
merum imperium, licet aliquando contingat, quod quis ibi merum imperium habeat, vbi forestum habet. Præterea dato, citra tamen præiudicium veritatis, Reum habuisse, vel eius prædecessores merum imperium, in N. cum pertinentiis, nulli tamē actus possessoris allegantur, quos exercuerint ibi vnquam. Nam si per totum Catalogum à parte conuenta productum discurramus, ne vnū quidem interuenire est casum meri imperii, quem Reus, eiusq; prædecessores exercuissent, cum tamen intra 60. & 70. annos: plures contigisse manifestum sit. Nec me quicquā mouent duo casus à testibus Rei conuenti allegati, qui contigere ante annos 20. mit N. N. vnd N. N. cum huiusmodi homicidia non fuerint perpetrata intra fines N. Prius enim in districtu oppidi N. posterius vero in territorio N. contigere, quæ loca Reo conuento subiecta sunt, &

per

per consequens, ipse tanquam Dominus loci ius habuit in occisores iurisdictionem exercendi: Nec hoc Actori in N. districtu seu territorio obesse vel præiudicare potest, maxime cum postea ipse malefactor à Domino N. Actoris prædecessore in pago N. captus fuerit, & in H. vltimo supplicio affectus, quem casum Actor pro probanda sua quasi possessione meri Imperii etiam articulauit. Ex prædictis sequitur, quod etiamsi Reus & eius prædecessores quandoque habuissent merum Imperium intra limites N. ab eo tamen iure eiudemsque quasi possessione iampridem cecidissent per non vsum, quia, *vt supra dixi*, nullum omnino actum vel deducit vel probat Dominus Reus meri Imperii à se, vel suis maioribus exercitum fuisse. Non obstat, si dicatur, possessionem † iurisdictionis retineri solo animo, etiamsi 40. annis quis non vtatur. *leg. iusto. §. non mutari. ff. de vsucap. Can. in capitu. querelam. de elect.* quia respondeo hoc verum esse, vbi quis non impeditur, secus si impediretur per alium, vel alius interim non vteretur tali iurisdictione, *vt per Doct. in præfatis locis.* quemadmodum vltra 70. annos continua serie exercuerunt merum Imperium intra fines N. dictus Actor, suique prædecessores, sicque præscriptionem pro se quoque habet Actor. Merum Imperium † dixi supra præscribi posse, Et plenissime hoc Iason probat *in d. leg. imperium*, dum tamen interueniat scientia & patientia eius, ad quem illud pertinebat. *Barth. in d. leg. iusto. §. non mutari l. DD. in d. l. Imperium. Socin. dict. consilio centesimo octuagesimo septimo, numero vigesimoprimo.* Scientia † autem satis probata dicitur per frequentiam actuum iurisdictionalium, quos publice & palam Actor & sui maiores continue exercuerunt, *iuxta Fabr. in §. æque. Instit. de act.*

Imo huiusmodi † longissima patientia & continentia etiam titulum inducit. *l. Labeo. ff. de aqu. plu. arc. & ibi DD.* In nostro casu etiam vicinitas loci aliquid operatur, inducit præsumptionem scientiæ, quia vicinus † præsumitur scire, quæ aguntur in vicinia *l. si vicinis. Cod. de nup. Et plene traditur in l. 1. ff. si cert. pet.* Adimitur autem alicui iurisdictio † per legitimam præscriptionem dupliciter, priuate scilicet & cumulatiue. *capit. irrefragabili. §. excessus. de offi. Iud. ord. Felin. late in capit. auditis. de præscript.*

Hic dici potest priuatiue ademptam Reo fuisse iurisdictionem, quia Actores soli eam exercuerunt in districtu N. neque vllum casum reperio pro Reo facientem, quod vel ipse vel sui prædecessores ibidem vllum actum meri Imperii exercuissent.

Cum ergo Actor non solum quasi possessionem meri imperii probauerit, (quod sufficiebat in hoc possessorio iudicio) sed etiam titulũ habeat pro se, nempe imperialem cõcessionem eaque cessante posset esse tutus præscriptione legitima, *vt supra diximus*, non possum non pro eo iudicare. Accedit communis Germaniæ consuetudo, quæ comitib. & Baronib. in suos subditos plenã & omnimodã iurisdictionẽ regulariter tribuit. Quod autem Reus in scriptura multa adminicula cõfingit, ad docendũ sese in districtu comitatus N. non tantũ ius forestæ, sed etiã merũ Imperiũ habere, nihil obfuit Actori, cũ is merũ imperium ad se pertinere, seq; in eiusdem q. possessione esse multis iurisdictionalib. actibus plenissime probarit: Theorica enim DD. est, q vbi ex † vna parte plena adest probatio, ex altera non, possint connecti imperfectæ probationes ad elidendam probationẽ plenam, *vt in repertorio Milis, verbo probatio.* Et probatio † semiplena nihil detrahit plenæ & perfectæ probationi. *Anto. de But. in c. ad nostra. de testib.* Ex prædictis omnib. sic breuiter deductis concludo, per defensiones Rei Actoris intentionẽ & probationes non esse elisas, & per consequens, pro Actore in hoc possessorio iudicio pronunciari debere. Sed hic aliud dubium oritur, quandoquidem Reus in priuata scriptura sua probatoria, alias retulit sese ad ocularem inspectionem, auff den augenschein/ eamq; fieri petiit ad cognoscendum, quousque Comitatus N. se protendat, & an pagus N. in eiusdem districtu situs sit, an huic petitioni acquiescendum? Quod videtur: Est enim huiusmodi inspectio † ocularis bona probatio in iure ad docendos terminos, *glos. sing. in leg. stipulatio ista. §. hic quoque, vbi DD. de verb. obl. Bart. in l. de ætate. vers. sed iuxta hoc quæro. ff. de minor. l. 1. §. sed dices, ff. si cert. pet.* Contrarium tamen, quod scilicet Iudex non habeat † se intromittere, nec teneatur ire in rem præsentem, mihi videtur verius, tum quod hic in mero possessorio sumus, tum quod testes loquentes von der bereittung deß bezircks der Grafschafft N. loquuntur solum de iure forestæ, de quo non est in præsentia lis, tum quia hic in nostro casu non concluditur recte de toto ad partem, vt supra dictum est. Dato enim quod districtus dicti comitatus N. protendatur vsq; ad N. illũq; includat: tamen ideo nõ sequitur necessario quod Reus iurisdictionẽ siue merũ Imperium ibi habeat, quia videmus quotidie quod comites, Barones siue nobiles, in alicuius principis districtu castra & villas habeant & circumquaque ius forestæ eidem Principi competat: huiusmodi tamen Castra & villæ quoad iurisdictionem ei non sint subiectæ. Adde quod de iure forestæ male infertur ad merum imperium, quia, *vt supra quoque dixi*, sunt diuersa & separata, habentia suas proprias & discretas differentias essentiales, & sic vna probata, non sequitur, quod etiam sit altera probata, quemadmodum in simili de trib. specieb. iurisdictionis dicitur, *vt per DD. in leg. Imperium, ff. de iurisdictio. omn. Iud. Petr. Iul. lib. de iurisdict. nu. 6. & 7. sic Chassan. in consuet. Burg. tit. des iust. in princ. nume. 31. fac. l. 1. de tut. & curat. &c.* Postremo hic sumus in iudicio mere possessorio, in quo Actor multos actus possesso-

possessorios iurisdictionales deduxit & probauit, vt merito in sua q. possessione veniat tuendus, donec Reus instituendo petitorium ipsum ex huiusmodi q. possessione eiiciat, quod manet ei saluum, etiamsi hic succumbat. Quinto & vl-
43 timo† hic quæritur de expensis in hac lite factis, cui sint adiudicandæ? Sane Actor in suo libello expensas in specie non petiit, ideoq; penes Iudicem stabit, num cõdemnare Reum velit, an rem silentio præterire. Item verum est, Iudicem ex officio suo aduersarium victum posse cõdemnare in expensis post litem contestatam factis, *l. ædiles. §. item sciendum ff. de ædilit. edicto.* Attamen nihil Iudici imputari potest, quod expensas non petitas in sententia prætermiserit, neque eo nomine victori tenetur. *vt probat Bart. secundum Dynum in l. 4. §. hoc autem iudicium, ff. de damn. infecto. idem Bart. in l. perpetrandum, §. alterutra. C. de iudiciis.* Quare Practici non tantum vtile, sed etiam necessarium esse existimant, expensarum condemnationem petendam esse specialiter. Ego crediderim, satis expensas petitas etiam videri propter clausulam libello adiectam: *Peto mihi ius & iustitiam administrari, &c.* quæ eius virtutis est, vt videatur Actor omne suum ius qualitercunque competens deduxisse secundum communem DD. sententiam *in c. cum dilectus. de ord. cogn. & c. 2. de off. ord. Iason post. Angel. in §. omnes, Inst. de act. idem Iust. in l. petens. C. de pact.* Quare cum Actor iustissimam causam foueat, vt qui plene probarit suam intentionem, vellem eidem Reum in expensas condemnare, per regulam *victus victori, &c.* Et ita in præsenti causa iudicandum censeo. Saluo, &c.

Sententia: Jn sachen/ꝛc. ist allem vorbringen nach zurecht erkandt/daß gemeldten beklagten nit gebürt noch geziemet habe/den Klägern beklagter massen an seiner possession vel quasi der hohen Obrigkeit zu N. vnd das zugehörende zu turbirē/ vnd zu verhindern/sondern von solcher turbation abzustehen/vnd jme derohalben gebürliche caution zu thun/auch die abgezogene Kleider vñ schauben zuzustellen schuldig/ Als wir jhnen auch hiermit zu solchem allem/darzu jm die Kosten derowegen auffgelauffen/nach richtlicher ermässigung zu entrichten/ respectiue condemniren vnd verdammen.

VOTVM III.

Pro mandato de non offendendo, & pro citatione ad prosequendam principaliter nullitatem, inhibitione & compulsorialibus. In causa consulum & oppidi H. contra Episcopum L.

SVMMARIA.

1 *Iurisdictio Cameræ Imper. in criminalibus non est fundata.*
2 *In criminalibus per viam nullitatis Cameræ iurisdictionem fundari, & processus infringi potest.*
3 *Caluinismus rebellionem magis vrget, quam religionem sapit.*
4 *In atrocioribus criminibus solemnitatibus iuris non est opus.*
5 *Vniuersitas quando citatur, non opus est singulos citare.*
6 *Consules & Magistratus tolerantes concionatores hæreticos, correi sunt.*
7 *Multa mala hodie sub prætextu religionis latitant.*
8 *Nullitas ex quanam causa hic originem ducat.*
9 *Nullitas nec statuto, nec constitutione alia tolli potest.*
10 *Nullitates hoc loco quænam.*
11 *Episcopus tanquam status, an in præiudicium imperii Rom. Oppidum imperii aratro subiicere possit.*
12 *Quam viam quilibet sibi elegerit, ea sibi pateat.*
13 *Exceptio nulli prorsus est deneganda.*
14 *Nullitates in criminalibus inhiberi certum est.*

REfer. Narrant supplicantes se solum per edictum citatos esse, neque consules seditioni ansam dedisse, sed Episcopum præmonuisse, vt hunc tumultum præcaueret, quo non attento sententiam ab Episcopo latam esse, oppidum aratro subiiciendum, nullo habito discrimine mulierum, pupillorum & aliorum innocentium, ideo petunt citationem super nullitate. 1. videndum est, an simus fundati in iurisdictione ordin. de nullit. *p. 2. tit. 8.* Et licet in criminalibus † nos nihil possumus, Reus tamen per 1†
viam nullitatis † in criminalibus etiam Cameræ 2
fundat iurisdictionem processumque potest infringere. Verum quia hic Episcopus est superior H. & ipsimet narrant, se contra religionem sui superioris alios concionatores in ciuitatem induxisse, non tamen specificant, an sint Caluinistę vel similes, cum in iis partibus Caluinismus† vr- 3
geat rebellionem magis, quam religionem sapiat, & quia adhuc in facto perseuerant, nec vllam gratiam precantur, nec veniam apud suum superiorem, quod illis maxime obstat, vnde Episcopus eos potest punire, nec Episcopus tenebatur cum ipsis, suis scilicet subditis processum instituere: potuit enim de facto procedere, cum in tali atroci † crimine solennitatibus iuris non 4
sit opus, & quando vniuersitas † citatur, non o- 5
pus est singulos citare: consules † tolerant con- 6
cionatores: Ergo correi sunt. Præterea etiam quod alterius religionis quam superior est, se esse ostendunt, debebant se emigraturos respondisse, quod etiam non est factum, & hæc res † 7
multa in se habet mala propter consequentias, quę originem suam ex religione ducunt: etiamsi decernerentur processus ad iuuandos innocentes, magis tamen inobedientes confirmaremus. Et cum tales rebelles nec sint pontificii, nec Augustanæ confessionis: igitur ordinatio vult in tali casu

li casu religionis nullos processus decernendos esse, neque præsumitur hanc sententiam Episcopum ad effectum tracturum esse. Obstat præiudicium in causa M. contra eundem E. L. quod idem cum hac causa est, & vbi processus sunt denegati.

Verum contraria opinio præualuit hisce rationibus iurisdictionem ex capite nullitatis fundatam esse. Non hic considerandum est, ex qua
8 causa nullitas † originem ducat. Nam certi iuris
9 est, quod nec statuto, nec alia constitutione † nullitas possit tolli. Quod ad fundamẽtũ attinet videndum est, an commissa sit nullitas, & dico quod sit commissa: Nam pręsuppositò illo quod est iuris & styli Cameræ, semper standum est narratis, quo ad impetrationem processus, nul-
10 litates sunt † omissio citationis, libelli recusatorii, probationis & omnis ordinis iudiciarii, quæ omnia euidentem nullitatem præ se ferunt. Iam vero & hoc factum esse criminale, est dubium, quamuis atrocissima & facti instãt nominentur. Pœna accedit, quod Episcopus tanquam status
11 † non potest in præiudicium imperii oppidum imperii aratro subiicere.

Nec obstat, qud allegetur, nos hic esse in casu religionis: Videtur quosdam ex communitate hoc fecisse, illis narratis in dubio statur, nec petunt processus super religione, quia narrata supplicationis Episcopum accusant super crimine
12 læsæ Maiestatis, & iuris est, quam viam † elegeris, hæc tibi pateat. Et Senatus Episcopum admonuit, vt sibi præcaueret, quo non attento o-
13 mnes per edictum citauit. Cum ergo exceptio † nulli sit deneganda, & Iudices competentes contra eos in causa quasi religionis intuitu sententiam, quæ pœnam grauiorem ipso facto continet, & contra innocentes & supplicantes afferant principaliter, se velle nullitatem deducere, puta citationem, & compulsoriales decernendas esse.

Etiam dato nos esse in ipso casu religionis, tamen adhuc super nullitate eiusmodi processus sunt decernendi propter oppidum imperii, & ratio nullitatis quæcunque censetur exclusa in processu *ad apertissima iura*. Præiudicia non mouent. Nam ibi vnanimi consensu susceperunt alterius religionis concionatores, & irrisorie, & satis ignominiosè exceperunt. De inhibitione attento stylo Cameræ possit dubitari. Nam in
14 causis criminalibus † nullitates inhiberi certum est, prout in causis Iudæorum multa extant præiudicia. Sed quia hoc periculum hic non militat illam denegandam putarem, sed tamen mandatum de non offendendo in communi forma decernerem, quia narratur circulum W. paratum ad instantiam supplicantium de causa cognoscere. Constat autem Episcopum illo circulo subiectum, sed tamen recusasse circuli iudicium in hac causa. Tandem citatio & compulsoriales decretæ; reliqua petita denegata sunt, &c.

VOTVM IV.

In causa Schuldtheiß Gericht vnd Gemein zu N. *Actorum contra* die Statt N. *nempe* Bürgermeister vnd Raht *Reos*

De iure pascendi: turbatæ possessionis.

SVMMARIA.

1 *Possessione sua nemo priuandus.*
2 *Seruitutum nomina innominata sunt.*
3 *Seruitutum diuisio in continuas & discontinuas. Seruitus pascendi causam habet discontinuam.*
4 *Interdictum* vti possidetis *datur pro tuenda quasi possessione iurium incorporalium.*
5 *Præscriptio respicit petitorium.*
Libellus attendi debet tam circa substantiam, & effectum, quam circa generalitatem eius in modo concludendi, & non in modo narrandi.
Superflua vel generaliter narrata, non alterant conclusionem libelli.
6 *Cautio, se posthac non turbaturum tam in petitorio, quam possessorio exigitur.*
7 *Interdictum* vti possidetis *non datur pro seruitute causam discontinuam habente, sed interdict.* de itinere actuq; priuato *instituendum.*
8 *Interdictum vnum per alterum non tollitur.*
9 *In interdicto vti possidetis vtili duo probanda: possessio à parte Actoris, & turbatio à parte Rei.*
Interdictum vti possidetis *vt habeat locum, possessio requiritur tam litis contestatæ, quam turbationis tempore.*
10 *Possidet tempore litis contestatæ, qui probat se iure possidere, vel antea possedisse, & asserit se hodie possidere.*
11 *Possessio præsumitur continua, nisi contrarium probetur.*
12 *Possessio vt in incorporalib. acquiratur requiruntur 1. exercitium illius iuris. 2. scientia & patientia Reorum. 3. vsus. 4. possessio vel quasi, nec vi, nec clam, nec precario.*
13 *Solemnitates requisitæ propter diuturnitatem temporis adhibitæ præsumuntur omnes.*
14 *Reus vincit vel ex iure suo, vel ex non iure Actoris.*
15 *Domino non licet turbare possessorem in sua possessione, etiamsi vitiose possideat.*
16 *Exceptio dominii quando admittatur.*
17 *Possessorium & petitorium quando possint cumulari, & n. 19.*
18 *Reus conuentus interdicto* vti possidetis, *quando possit agere negatoria.*
20 *Sententia lata in possessorio, si de petitorio constat, parum prodest, nec mandatur executioni contra Reum.*
21 *Iudex non admittens art. super dominio contra agentem super spolio, dicitur Reum grauare.*

22 Exce-

22 *Exceptio dominii, quæ in possessorio non debet admitti, si admissa & probata fuerit per confessionem vel alias, præiudicat Actori, & Reum absoluit.*

23 *Clausula,* saluo iure impertinentium, *quid operetur.*

24 *Possessorum maior ratio habenda, quam petitorum.*

25 *Super petitorio quando iudicandum.*

26 *Sententia debet esse conformis libello. Contrarium,* ibid.

27 *Iudex ex officio tenetur iudicare super omni eo, quod probatum fuerit.*

28 *Iudex ex iis, quæ constant sibi ex actis, potest ex officio iudicare.*

29 *Acta faciunt notorium.*

30 *Protestatio, quæ contrario facto tollitur, nihil releuat.*

31 *Dominium præsumitur probata possessione territorii.*

32 *Territoriorum loca distincta sunt.*

33 *Testes dicentes se vidisse vnam partem possidere à tali flumine aduersus frontem talis castri, vel à tali lapide insigni, nunquid flumen illud, vel lapis præsumatur esse terminus, nec ne.*

34 *Fines probantur per lapides antiquos, & testes, qui dicunt se audiuisse à senioribus, & contrarium nunquam percepisse.*

35 *Senes vicini præsumuntur habuisse notitiam limitum.*

36 *Testes auriti in antiquissimis probant.*

37 *Confinia probantur per possessionem, & per signa.*

38 *Confines per custodes locorum,* die Feldtschützen/ *& per pignorationis ac iurisdictionis exercitium probantur legitime.*

39 *Instrumenta inter alios confecta, enunciatiue duntaxat confinium limites probant.*

40 *Loca quæ sunt intra fines, præsumuntur esse illius, cuius sunt fines.*

41 *Probationibus peremptis dicitur peremptum negotium principale.*

42 *Negatiua non est coarctata loco & tempore, & ideo improbabilis videtur.*

43 *Testis dicens,* scio *quia vicinus, concludenter probat, etiam in negatiua: & non super mera negatiua solum, sed etiam super implicita affirmatiua, n. 44.*

44 *Vicini præsumuntur scire, quæ communiter accidunt.*

45 *Scientia vel patientia Reo ignoranti præiudicare aut damnum afferre non potest.*

46 *Possessio vel quasi in iuribus incorporalib. non quæritur, nisi data scientia illius, ad quem ius spectabat, & cui præiudicium fiebat.*

47 *Patientia habetur pro quasi traditione.*

48 *Traditio quasi tacita non plus operatur quam expressa.*

49 *In quasi possessione tradenda, requiritur scientia & patientia eorũ, quorum auctoritas requiritur.*

50 *Quasi possessio vt acquiratur contra plures, exigitur scientia & patientia omnium.*

51 *Clam vt quid dicatur factum, sufficit si taliter fiat, vt non possit peruenire ad notitiam eorum, quorum interest etiamsi coram aliis fiat.*

52 *Testes negantes pro Reis, præferuntur affirmantibus pro Actoribus.*

53 *Res quælibet præsumitur libera.*

54 *Testibus dicentibus,* quod non habet seruitutem, *creditur.*

55 *Testes verosimiliora deponentes, præferuntur cæteris.*

56 *Verosimiliora quæ dicantur.*

57 *Prædium quodlibet præsumitur liberum nisi probetur seruitus.*

58 *Ius pascendi requirit præscriptionem vltra memorialem, quia habet causam discontinuam.*

59 *Testimonium de auditu vltra 40. annos est probatio possessionis difficillima.*

60 *Documenta legitime non recepta, non probant.*

61 *Solemnitates extrinsecæ interuenisse non præsumuntur, nisi probentur.*

62 *Solemnitas extrinseca, propter diuturnitatem temporis præsumitur.*

63 *Ius compascendi an consuetudine probetur.*

64 *Actor si non probauerit de dominio vel iure, quod asserit sibi competere, Reus autem contra id faciat, pro Reo non solum absolutoria, sed etiam declaratoria dominii, vel iuris ad eum pertinentis ferri potest.*

Causa cœpta est in Camera Anno 1539. die 7. Martii, quo die petitio summaria exhibita, cuius tenor sequitur.

COmparet Syndicus Schuldtheissen / Gericht vnd Gemein zu N. vnd vbergibt gegen vñ wider die Erbare vñ Weise Herrn Bürgermeister vnd Raht der Statt N. & quamcunq; personam pro ipsis comparentem, &c, & dicit, wiewol in gemeinen Rechten vnd deß Reichs Ordnungen löblich versehen / daß keiner den andern seines wolhergebrachten innhabens vnnd beysitz vel quasi turbiren/betrüben/bekümmern / oder in einigen Weg am brauch desselben verhindern solle.

Vnd dann Schuldtheiß/Gemein/vnnd Gericht zu N. 1. 2. 3. 10. 20. 30. 40. 50. Jahr darob vnd nit darunter /vnd also vltra hominũ memoriam mit jrẽ grossen vñ kleinẽ vieh/ als Pferdten/ Rindtvieh/Schafen vnd Schweinen bey tag vñ Nacht/mit jhrem gemeinen Hirten / vnd nach jedes Gelegenheit jeder insonderheit von N. auß biß auff die steinen Brück / da N. Straß vbergehet/vnd weiter biß auff N. N. von einem Loch zum andern/biß auff die N. Straß gen N. vñ von dannen herein biß auff S. N. Capell vnnd der Straß nach an die N. Warth/davon widerumb

gehn

gehn N. den Weidgang gesucht/ gebraucht/ vnd also jhr Vieh an bemeldten Orten geweidet/ deß seyn sie auch angeregte Zeit her ohn männiglichs vnnd insonderheit der beklagten oder dero Schützen zu N. jrrung / eintrag / vnnd verhindern inn rühigem Beseß / biß auff nach benante Turbierung vnnd Verhinderung / gewesen/ vnnd billich noch bleiben sollen / So haben doch die Beklagte dessen alles vnangesehen / durch jhre Schützen oder Hirten Mittwoch vor Luciæ nechstuerschienen 38. Jahrs dermindern zahl/ der gemein zu N. Schaffhirten / so inn obbemeldtem Bezirck die Heidt genant / der gemein zu N. Herdt Schaf langherbrachtem Posseß nach geweidet / wider recht vnnd billichkeit vnterstanden zu pfänden / auch derohalben von solcher jhrer Herdt Schaf auff 62. Schaf vngefährlich in die Statt N. getrieben / vnnd damit vnnd nachsolgendt die Kläger an gemelter jhrer wolherbrachter Possession / vel quasi wider recht vnnd billichkeit mercklichen turbirt /bekümmert / vnnd an gebrauch derselbigen verhindert / vnnd vber das sie die gemein solcher vermeinten thätlichen Pfändung halb / zwen auß jhnen gehn N. an der Beklagten Schützen die eingethane Schaf zuerfordern geschickt / haben Jhnen aber die nicht widerfahren mögen / sondern als für beklagte Bürgermeister kommen/ derselbig sich bescheiden/ sich mit dem Schützen zuuertragē/ vnd von einem Schaf 2. pfennig zu Einigung zu bezahlen. Als nun die Gesandten dessen kein befelch/ auch kein Geldt bey jhnen gehabt / vnnd von wegen der Bezahlung geloben / solche Gelübd aber von jhnen nicht angenommen werden wollen / sondern getrungen worden / einen Bürgen zugeben / Damit sie die Schaf erlediget / welches alles aber die Kläger/ als die Gesandten wider anheimisch kommen/ Als wider recht vnd billichkeit beschehen seyn mit nichten ratificiren wöllen / vnnd noch nicht ratificiren / sondern sich dessen gegen jhrem Ampman beklagt/ vnnd vmb Abschaffung gebetten/ der aber bey den Beklagten in der güte nichs erhalten mögen.

Dem allem nach petit Syndicus decerni & pronunciari, daß die gemeldte Beklagten den Klägern die angeregte Turbierung / Belestigung vnnd Gebrauch jhrer der Kläger herbrachten Possession vel quasi inn bemeltem Zirck der Heiden jhre Herde schaff zu weiden vnnd den weidgang zusuchen/ vnbillich gethan/ daß sie auch daruon abzustehen / vnnd forthin die Kläger an solchem jhrem Besitz vel quasi gemeldts Weidtgangs mit allem jhrem grossen vnd kleinen Vieh/ wie obgemeldt / vnturbirt vnnd vngeirret / brauchen vnnd geniessen zulassen / vnd dem also nachzukommen gnugsame Versicherung zuthun/ mit Erstattung aller Kosten/ Schäden vnnd interesse darin sie Kläger gemeldter turbierug halb kommen/ außzurichtē pflichtig vñ schuldig seyn sollē.

Was auch sonst nach gestalt der Sachen dieser Partheyen zu nutz seyn soll/ kan oder mag von rechts wegen oder auß richterlichem Ampt erkant werden/ das will er auch zuerkennen gebeten / vnd von rechts wegen begehrt haben/ Implorando officium cum refusione expensarum, petit aduersarium ad respondendum & litis contestationē anzuhalten.

Saluo iure.

D N. animo litem cōtestandi auff einbrachte Petition saluis exceptionibus hernacher darzu thun / gestehe er der Petition nicht / bitt sich zu absoluiren cum refusione expensarum.

N. generalia, repetirt petitionem, obtinuit ad vlteriora terminum.

N. post litis contestationem factam dedit articulos defensionales & peremptoriales, vnd als etliche Zeugen / schwach vnnd alt/ bat er reseruatis aduersariis exceptionibus illos ad perpetuam rei memoriam zu verhören.

Articuli defensionales & peremptoriales admittuntur per sententiam.

N. dedit mandatum, quod est sufficiens, item dedit positiones & exceptiones contra articulos defensionales, sed illis exceptionibus non obstantibus, articuli defensionales admittuntur per sententiam 18. Augusti, *vt supra scriptum est.*

Sequuntur positiones Actorum.

Positionales. Quod Actores per 1. 2. 3. 4. 5. 6. 10. 20. 30. 40. 50. Annos & vltra hominum memoriam mit allem jhrem grossen vnnd kleinen Vieh/ als Pferden/ Rinderuieh / Schafen vnnd Schweinen bey tag vnnd nacht mit jhren gemeinen Hirten / vnnd nach jedes gelegenheit für sich selbst / insonderheit inn nachbestimptem Bezirck auff der Heidt genant / die Weidt gesucht / gebraucht vnd geweidet haben.

Sequuntur vnterschiedtliche Posten/ so in dem ersten artickel angezogen.

1 Item von N. auß biß auff die steinen Brück/ da die N. straß vbergehet / vnnd weiter biß auff die N. Lauche.

2. Item von einem Loch zu dem andern biß auff die N. Strasse gehn. N.

3. Von der N. Strasse gehn N. Sellstat herein biß auff S. N Capell.

4. Item von S. N. Capell vñ der Straß nach biß an die N. Warth.

5. Von der N. Warth wider gen N.
Ex his quinque nullum credit.

Sequitur II. Articulus.

1 Quod Actores obarticulirte Zeit inn bestimpten Bezirck auff der Heiden mit gemeldtem jhrem Vieh offentlich geweidet / vnd den Weidgang gebraucht. negat.

3 Quod Actores in obberührtem Bezirck ohn Männiglichs molestation, maxime Senatus & consulum ciuitatis N. oder dero Schützen oder Hirten/excepta præsenti turbatione, in pacifica possessione vel quasi, iuris pascendi fuerint, & adhuc esse debeant. non credit.

4 Item quod prædictis non attentis, Rei per eorum Schützen oder Hirten Mercurii ante Luciæ communitatis N. opilionem, id est. Schaffhirten / propterea quod in supradicto districtu auff der Heyd genandt/ipsius cõmunitatis Herdschaf/gregem, geweidet/vnderstandē zu pfänden/ vnd de grege 62 oues vngefährlich abegerit N. credit. dieweil sie die Schaf auff d. N. Weidt vnd Marck getrieben / für die Ainung beschehen seyn.

5 Item quod cum primum communitas N. illam pignorationem vnnd der von N. Schützen thätliche Handlung vernommen/ haben sie zween auß jhnen ad eorum Schützen geschickt/ vt repeterent abactas oues, *Credunt sed non* thätliche handlung / sonder *vigore* der einigung *exceptâ violentia.*

6 Item præmissi duo legati requisiuerunt, siue petierunt ab ipsis, N. Schützen / & deinde à Consule eorum H. R. in beysein der Schützen/ abactas oues. *Credunt.*

7 Item quod Consul H. R. respondit duobus illis legatis, sich mit den Schützen zuvertragen/ vnd von einem jeden 2. Pfennig zugeben. *Credunt.*

8 Ohn daß gemeldte Gesandten Heller oder Pfenning sich mit den N. zuvertragen mandatum habuerint, ratione der angemasten Eynigung/ nihilominus conuenerunt, pro oue zugeben 2. Heller. Et cum non habuerint pecuniam, dederunt fideiussorem einen N. *Prima pars facti alieni & non responsalis, postremam partem credunt, sed quod non coacti dederunt fideiussorem.*

9 Item postquam legati redierunt ad N. & retulerunt de transactione prædicta, & quod dederint fideiussorem, quod eorum factum communitas, vtpote sine mandato factum ratum non habuerit, sed contradixerit, & conquesti sint hoc suo Amptmann / vmb Abschaffung solcher thätlicher Handlung vnnd Turbirung / wer aber in der güte nichts zuerlangen gewesen. *Priorem partem vti facti alieni negat, posteriorem credit.*

10 Item ex quibus sequitur, quod Rei & eorum Schützen/per articulata facta turbauerint & impediuerint Actores in eorum longæua & pacifica possessione vel quasi, pascendo in prædicto districtu contra ius & æquitatem. *illatium non credit.*

11 Item vltimus & generalis de fama, credit de creditis, & negat de negatis.

Sequuntur additionales 6. Octob. Anno 39. producti.

N. dedit additionales, quorum primus est.

1. Quod Actores vnnd deren Voreltere vnnd Vorfahren zu N. solche Weid vnnd Weidgang mit ermeldtem jrem Vieh an obgemeldten Orten vor 10.20.30.40.50. darob vnd darunter Jaren die nechsten & vltra hominum memoriam als jr alt Herkommen/Gebrauch vnd Gerechtigkeit gebraucht vnd geübt haben. *non credunt.*

2. Item / daß sie solches mit gutem glauben gethan haben.

3. Quod Actores eorum maiores & prædecessores articulato tempore solchen Weidtgang mit jhrem Vieh/vnd an Orthen obgemeldt zugebrauchen / jrem Jarspruch zu den vier vollen Gerichten/ als jhr alt herkommen / gebrauch vnd gerechtigkeit auff jhre Eyd gewiesen vnd gesprochen haben/& adhuc. *est facti alieni & non responsalis, negat, quia nemo* in seinen eygenen Nutzen sprechen soll.

4. Item / daß von den Voráltern vnd Vorfahren zu N. nie anderst gehört noch gesehē / dann daß sie gesagt/die von N. haben mit jhrem Vieh/ vnd Schafen an Orthen obarticulirt allwegen geweidet / vnd die Weidt gebraucht. *facti alieni & non responsalis.*

5. Daß Actoribus mit jrem Vieh vnd an Orten obgemeldt den Weidgang als jhr Gerechtigkeit zugebrauchen ein gemeine Sag sey / deß anfang niemandt gedencke. Non credunt.

6. Quod Actores iusserint & mandarint incolis in N. solche Weidt vnd Weidgang mit jhrem Vieh an obarticulirten Orten zusuchen / vnd die Innwohner auch als der Gemein zu N. alt Herkommen / Brauch vnnd Gerechtigkeit gebraucht haben. *prior pars facti alieni, alteram partem negant.*

7. Quod N. Feldtschützen vnnd Schäfern die Innwohner zu N. an obarticulirten Orthen/mit ermeldtem jhrem Vieh den Weidtgang læpe viderint, ohne daß sie den Innwohnern zu N. oder jhren Schäfern eynige Jrrung oder Eintrag biß auff articulirte zeit gethan haben. non credit.

N. dedit defensionales & peremptoriales.

1. Primo verum, daß die Statt N. mit allen ober / herrlich vnd gerechtigkeiten vltra hominum memoriam als ein freye Reichsstatt nemini quam Cæsari & sacro Imperio angehörig gewesen / den selbigen gedienet/vnd noch. *Credit* außgenommen die Wort / aller Ober / herrlich vnd gerechtigkeit/ vnd die Wort/gar niemand anders.

2. Item / quod dicta ciuitas je vnnd je als ein frey

frey Reichstatt Kayser. May. vnd dem Reich angehörig / von anstossenden Herrschafften / Dörffern vnd Gemarcken / ein vnderschiedliche anstossende Gemarck herbracht haben / vnd noch. *Credit* daß die von N. an etlichen Orten ein vnterschiedliche Marcken herbracht / aber an etlichen Orthen nicht war.

3. Item / daß die Statt N. vltra hominum memoriam, vnd dero Gemarcken / mit vielen eingesenckten auffgerichten Steinen / eingegrabenen Löchern vnd andern Gemarcken bezeichnet gewesen / vnd noch. *respondet vt ad secundum.*

4. Item / daß der N. Gemarckstein / außgestochene Löcher vnd ander Gemarcken durch jr Jnwohner vnd andere vmbliegende je vnd je als der Statt N. Gemarck erkandt / geacht vnd gehalten worden seynd. *Credit.*

5. Item / daß der Statt N. Gemarcken / neben dem Landtgraben von der N. Warth gegen dem Dorff N. fortziehen / an die Ganerben stossen seyen.

6. Item / daß daraffter dieselbige der Statt N. Gemarcken von den Ganerben gegen N. sich erstreckt / vnd desselben orts zwischen N. vñ N. marcken mit vielen Lochgruben vnterschieden sind. non credit.

7. Item / daß neben gemeldter Lochgruben der Statt N. Gemarcken sich auff einen Stein / so an der N. Strassen / die auff N. zeigt / neben dem Weg stehet / thue erstrecken. non credit.

8. Item / daß von gemeldtem Stein durch den Waldt mit einem groben / vnnd daraffter mit vnterschiedlichen Marcksteinen der Statt N. Gemarcken von der N. N. vnnd N. Marcken abgesondert vnd vnterschieden seye. *negat.*

9. Item / daß die Felder in obgemeltem Bezirck gegen der Statt N. zu gelegen / der Statt N. Gemarck sey / vnd von den anstossenden darfür gehalten worden. non credit.

10. Item / daß in obgemeltem Bezirck als der Statt N. Gemarcken Bürgermeister vnd Raht zu N. die Ober / vnnd Herrligkeit / auch Gerichtzwang herbracht / vnd noch haben. non credit.

11. Item / daß ein jeder Schäffer zu N. als der Statt N. angehöriger in obarticulirtem Bezirck vnd Feldern / als in der Statt N. Gemarcken mit seinem Vieh vber Menschen Gedencken den gebürlichen Weidgang gesucht / gebraucht vnd herbracht haben. non credit.

12. Ohne daß Actores von alten Jaren hero je im Gebrauch gewesen / oder daß sie mit jrem Vieh von N. auß gegen dem Steinen Brücklein zu / ferner dann biß an den N. Fußpfad zutreiben vnd zu fahrē geziemet noch gebürt habe. *negatiuum dicit & non responsalem, casu autem quod responsalis sit, non credit.*

13. So Actores vber d' N. Fußpfad / vñ sonderlich vber die N. Straß gegen N. zugetrieben / vnd man sie betretten / daß jnen solches nicht gestattet / sonder daselbst abgetrieben vnd wider hinder sich gegen dem Dorff N. zugewiesen worden sind. *non credit excepta præsenti turbatione.*

14. His omnibus non attentis haben Actores vmb Luciæ Anno 38. eygenwilliger weise mit jhren Schafen nicht allein vber der N. Fußpfadt / sondern auch vber die N. Strassen gegen N. zu jhre Schaf zu weiden getrieben. credit ausserhalb eygenwilliger weiß / dann sie den Weidtgang vnd das treiben der Ort vltra memoriam hominum gebraucht.

15. Quod Reorum Feldtschützen (Camparii) als sie Actores an articulirten Orthen mit jhrem Vieh zu weiden betretten die gepfändt / vnd jhnen gebürlich Einung abgenommen haben.

16. Item Iuris, dz solch Gerechtig oder Dienstbarkeit (die deß Menschen Werck vnnd mit der Handlung erfordern / also daß sie von notwehrlicher Krafft vnnd Würckung nicht selbst stättig mögen vollbracht werden) zu Latein discontinuam habentes causam genandt / wie solche Dienstbarkeit deß Weidgangs in gegenwertigem Fall auch ist / inn eines andern oder frembden Grundt nach vermög der Rechten nicht noch nimmer / oder aber allein mit verlauffung der aller letzten Zeit / darinn Menschen gedencken nicht erreichen kan / Welche Zeit nach Außweisung der Rechten sich auff vnd vber die hundert Jahr erstreckt / prescribirt vnd verjart werden können. Iuris esse & non responsalem.

17. Item ist dergleichen Iuris zur præscription vnd verjarung solcher Dienstbarkeit von nöthen / wo sie nicht mit rechtlichem Titul vnd Grundt befestiget ist / daß sie ja mit gutem Glauben vnd vnverweißlicher Conscientz deß brauchenden angefangen vnd prescribirt werden / sonderlich dermassen / daß sich ein solcher derselben mit Sinn vnd Muth / als zustehenden Rechtens vnnd Gerechtigkeit vnternemen vnnd gebrauchen / vnd wo er anderst wust oder vorneme / daß jhme zu ewiger Zeit kein rechtliche præscription erwachsen / noch Krafft oder Macht gewinnen köndte.

18. Item Iuris, continuationem possessionis, quæ medio tempore non fuit interrupta, requiri.

19. Item iuris, quod vsus fuerit sciente & patiente aduersario, id est, Domino prædii.

20. Item iuris, quod supradicta requisita necessaria sint, vnd andere mehr / maxime deficiente titulo, & quod alias nulla præscriptio currat.

21. Item absque eo, quod Actores habeant supradicta requisita in prætenso iure pascendi in articulatis limitibus. Negatiuum dicit esse & non credit.

22. De fama, credit de creditis, & negat de negatis.

Infert, & postea petit declarari & pronunciari, vt circa litis contestationem petitum fuit.

Vnd das mehr / daß Actores an articulirten Orthen in der Statt N. Gemarcken mit jhrem Vieh den Weidgang zu besuchen / weder fug noch recht haben / vnd sich hinfürter an solchen Orthen in Reorum Gemarcken / jhr Vieh zu weiden / oder vnd müssig zu gehen schuldig seyen / vnd was sonst zum guten erkandt werden mag / cum expensis, implorando officium.

Productæ sunt exceptiones contra articulos defensionales, quod sint compositi ad petitorium.

Item quod non mediante iuramento vbergeben.

Sed illæ exceptiones sunt reiectæ, & iurauerunt partes dandorum & respondendorum articulorum iuramenta.

Haben beyde Partheyen jhnen den Augenschein zuführen vorbehalten / vnd einander zugelassen.

Productæ sunt attestationes Actorum per N. deren von N. Procuratorn.

N. recognouit sigilla bona fide.

Imperator delegat N. N. procuratori & aduocato commissionem.

Sequitur Votum referentis Domini. C. K.

Dominus referens, non putat opus esse vlteriori Augenschein / oder daß man sie iustificire.

Diuidit totam causam in quatuor puncta. 1. *Qua actione sit actum, & an illa actio competierit Actoribus.* 2. *An intentio Actorum sit probata.* 3. *De defensionibus Reorum, & an per easdem intentio Actorum sit elisa.* 4. *Quid & quomodo sit pronunciandum.*

An seruitus acquiri vel constitui possit in alieno fundo.

PRÆMISSA.

2 I. Zas. scribit esse † seruitutum nomina innominata, quem vide in intellectibus. *pag. 84. & in §. æque. Institut. de action. Corneus cons. 148. colum. fin. vol. 1. & cons. 63. volum. 4. & consil. 188. eodem volum. Zas. cons. 6. lib. 2. responsorum.* Eius sententiam sequitur Referens, & putat ius lignandi, & ius pascendi esse seruitutes. II. Seruitutes quasdam esse reales, & habere factum continuum, alias 3 factum discontinuum. Quare † seruitus pascendi dicitur habere causam discontinuam. *Guido Papa decis. 573. Hieron. Schurpff. consil. 69. centur. 1.* III. Pro seruitutibus duo competere iudicia, petitorium & possessorium.

Cap. 1. His præmissis respondet, ad primum caput ex narratis, & præsertim ex petitione vel conclusione libelli colligi posse, interdictum vti 4 possidetis intentatum esse, quod † datur pro tuenda quasi possessione iurium incorporalium. *l. sicut. §. Aristo. in fin. ff. si seruitus vindicetur. l. fin. ff. vti possidetis. vbi Barthol. idem Barthol. l. 1. in princip. & l. si duo. §. hoc interdictum. eod. tit. Alexan. consil. 136. volum. 2.* Nec obstat, quod Actores asserunt, se in possessione vel quasi iuris pascendi in locis libellatis fuisse vltra hominum memoriam, & sic præscriptionem allegauerint in libello: Respicit † autem præscriptio petitorium. *iuxta ea* § *quæ habentur in authent. nisi tricennale. Cod. de bonis mater.* Quia libellus debet attendi tam circa substantiam & effectum, quam circa generalitatem ipsius in modo concludendi, & non in modo narrandi: Superflua enim vel generaliter narrata, non alterant conclusionem libelli, & ipsius naturam. *text. in capit. ex parte. extra. de foro compet. & ibi Abb. in 2. notabili. & capit. literæ tuæ secundum primum intellectum. vbi idem Abbas in 1. notabili. de dilat. Las. in leg. si prius. nume. 33. de noui operis nunciat. Feli. in c. licet causam. colum. 2. notab. 2. de probat.*

Si quis autem obiiciat, etiam in conclusione libelli ea petita esse, quæ petitorium & non possessorium intentatum esse arguunt, vt est cautio, quæ in petitorio præstatur, non in possessorio retinendæ, quia & ibi non imponitur perfectum silentium, sed donec de proprietate agatur: Imponitur enim ei silentium facti non iuris. *Bald. in leg. harum, ff. si seruitus vendi. Innocent. in capit. Abbate. de verb. sign.* Huic respondet Referens, non solum in petitorio, sed & in possessorio concludi & peti, vt Reus compellatur † ca- 6 uere, se posthac non turbaturum vel impeditum Actorem, *leg. 3. §. in hoc interdicto. ff. de itinere actuque priuato. l. penultim. ff. de aqua quotidian. & æstiua. & Barthol. in l. 1. §. hoc interdictum. prope fin. ff. vti possid. Angel. Aret. in §. quadrupli. Institut. de actionib.*

Sed videtur, Actores male intentasse interdictum vti possidetis vtile, quod † non compe- 7 tit pro seruitute causam discontinuam habente, qualis est seruitus pascendi pecudes, sed interdictum de itinere actuque priuato instituendum fuisse *leg. 1. §. 2. & ibi gloss. & late Barthol. ff. de itinere actuque priuato. & leg. 1. in princip. ff. vti possidetis. Angel. Aret. in §. æque. colum. fin. Institut. de act.* non negauit vtique Referens, illud interdictum intentari potuisse, sed non ideo prohibentur etiam interdictum vti possidetis vtile instituere: nec enim † vnum per alterum tollitur, Quod 8 Petrus Iacob. recte scripsit *in sua practica. tit. de interdicto vtili vti possidetis, & pro seruitutibus in libello super via.*

Concludit igitur quoad 1. caput, actum esse vtili interdicto vti possidetis, pro tuenda quasi possessione iuris pascendi, illudque interdictum iure competiisse, & competere Actoribus ad compescendum turbationem Reorum.

Cap. 2. *An intentio actorum probata.* Duo autem

9 tem † sunt probanda in hoc interdicto: ab Actoribus inprimis possessio à parte sua: Deinde turbatio ex parte Reorum. *Bartol. in d. leg. 1. §. quod ait Prætor. numero 18. ff. vti possidetis. Practica Pap. in form. libelli pro turbata possessione. in gloss. super verbo hodie tene. Alexand. consil. 88. incip. quoniam omne. in princip. volum. 5.* & requiritur quem possidere duobus temporibus, videlicet litis contestatæ & turbationis. §. *retinendæ. Institut. de interdictis. pract. Pap. vbi supra. Angel. Aret in d.* 10 §. *quadrupli.* Et dicitur tempore † litis contestatæ possidere, qui probat se iure possidere, vel antea possedisse, & asserit etiam se hodie 11 possidere: Nam † continue possedisse præsumitur, nisi contrarium probetur. *text. vulg. in l. siue possidetis. vbi gloss. & D D. C. de probat. Bald. in l. 1. in vltim. colum. C. vti possidetis. Afflict. decis. 394. vbi allegat multa consilia Alexandri ad illud propositum.*

Videamus igitur, an probauerint possessionem vel quasi, iuris pascendi in districtu in libello specificato & articulato. Requiruntur 12 autem aliqua † ad requirendam quasi possessionem in istis iuribus incorporalibus, de quibus Barthol. *d. l 1. §. hoc interdicto. ff. de itin. actuque priuato. Abb. in cap. cum Ecclesia. de causa possess. & prop. Matth. de Afflict. decis. 67.* Et in primis requiritur exercitium illius iuris, quod quidem probatum esse videtur, hoc est, quod Actores vel eorum opiliones & bubulci pecudes vel pecora pauerint in districtu articulato, non semel atque iterum, sed sæpius & ante multos annos vt deponit secundus testis, ante triginta annos, se oues ibi pauisse, item sub 12. 16. & 20. Imo etiam exercitium iuris pascendi videtur probatum per testes Reorum. Secundo principaliter requiritur, scientia & patientia Reorum *l. 2 ff. de seruitut. l. si à te. ff. si seru. vend. l. quoties. ff. de seruitutib. tit. generali. Barth. in l. seruitutes. eo. titu. Panorm. in cap. bonæ memoriæ.* Quæ scientia & patientia probatur in nostro casu per testes ad septimum additionalem articulum. Tertio requiritur, quod Actores vsi fuerint iure seruitutis credentes sibi competere. *l. fin. ff. quemad. seruit. amis. l. 1. §. Iulianus. l. fin. & ibi not. ff. de itinere actuque priuato.* Quarto requiritur, quod Actores fuerint in possessione vel quasi, nec vi, nec clam, nec precario, sed bona fides est probata & præsumptiue. *Bar. l. fin. in fin. Panor. in c. si diligenter. de præscrip.* Ex quib. omnibus videntur Actores sufficienter probasse intentionem suam quoad possessorium retinendæ.

Messuarii, Camparii, Saltuarii, dicuntur custodes illi, quos vulgo appellamus Schützen oder Banwarten. Sed & petitorium, id est, ius compascendi videtur probatum per arrestationes antiquas. *Bald. in l. si filius, ff. de petit. hered.* vbi dicitur, 13 quod propter diuturnitatem † temporis præsumuntur omnes solennitates requisitæ adhibitæ. *l. sciendum. de verborum obligationibus, ibi 7.* Concludit Actores suam intentionem sufficienter probasse, quo ad petitorium & possessorium.

Cap. 3. consistit in defensionibus Reorum: vincit autem † Reus vel ex iure suo, vel ex non iu 14 re Actoris. *tex. l. si. C. de rei vendicat. l. qui accusare. C. de eden. Corneus cons. 46. num. 11. volu. 3. & cons. 219. volu. 4.* & in istis duobus occupati sunt Rei, imprimis enim deducunt ius suum, videlicet dominium illius districtus vel territorii, in quo Actores prætendunt, se esse in quasi possessione iuris compascendi, & hoc deducitur in defensionalibus articulis à principio vsque ad articulum 12. exclusiue. In reliquis articulis ostendunt Actores nullum ius habere, quorum probationes passim impugnant & confutant, petuntq; non solum absolutionem, sed etiam pronunciari & declarari, quod N. non habeant ius nec illis liceat in locis articulatis, & vltra confinia vel limites oppidi N. pecora sua compascere, Et quod posthac teneantur abstinere, & desistere vna cum refusione expensarum. Vt igitur ordine procedamus, circa ius Reorum, tria potissimum examinanda sunt. Primum; *an articuli defensionales ipsum petitorium, hoc est, dominium & proprietatem Reorum concernentes admittendi fuerint.* Secundum, *an admissi & probati repellant agentes possessorio.* Tertium, *an probati sint sufficienter.*

Ad primum dicit proprietatem deduci posse in iudicium, aut per modum exceptionis aut via actionis. Si per modum exceptionis proponitur, tunc est admittenda aliquo modo in interdicto vti possidetis, quia non licet Domino turbare possessorem † in sua possessione, etiamsi 15 vitiose possideat. *Bartol. & cæteri DD. in leg. si de eo. §. fin. ff. de acqu. possess. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. eodem titul. vbi est locus & sedes ordin. l. si de vi. ff. de iud. & ita crebrius receptum est, vt testatur Franc. Aret. in d. l. si de eo. §. fin.* Si tamen † proponens exce- 16 ptionem dominii habeat ius commune pro se, vel si ius suum sit notorium & manifestum, tunc admittitur illa exceptio. *Ioann. Fab. in §. retinendæ, Instit. de interdict.* Sed etsi possessorium & petitorium per Actorem deductum fuerit, vt in corporalibus simul deduci † possunt, tunc Reus & pos- 17 sessor potest petitorium deducere per viam exceptionis ad defensionem sui iuris & possessionis, dicendo, ius illud incorporale non competere aduersario, quia sic negando videtur negatorium deduxisse, & in vim huius exceptionis sine alia expressa petitione potest Iudex ab impetitione Actoris Reum absoluere, & eidem Actori super illo iure perpetuum silentium imponere: Casus est *in c. cum Ecclesia Sutrina. vers. verum. de caus. poss. & propr. vbi glo. & Inn. super verbo, vtraq; pars. Et ibi Ant. de Butr.* Quod nedũ in corporalib. sed etiã in incorporalib. locum habet. *Io. Milis in rep. suo, in verbo possess. §. vltimo.* Si autem petitorium à Reo deducatur per viam actionis, & concurrat cum possessorio, putat Petr. Iacobi *in sua practica. in tit. de interdict. vtili, vti possidetis pro seruitu-*

tute. quod hoc non sit prohibitum, videlicet Re-
18 um † conuentum interdicto vti possidetis posse agere negatoria. Et Io. Fab. *in d. §. retinenda*, consultum videtur, & expedire Reo conuento interdicto vti possidetis, quod reconueniat Actorem super proprietate, si habet promptas probationes super ea, vel ius commune pro se. Nec Bart. negat, quando possessorium ab vno, & petitorium ab altero intentari possit, quando nulla regula impedit, quin concurrere possint, prout in no-
19 stro casu † pro iure incorporali petitorium & possessorium cumulari possunt. *Bald. & Castr. in d. l. si de vi. ff. de iud. Bar. d. l. naturaliter. §. nihil commune. in tertio membro primæ combinationis. Idem in 5. & 6. combinatione.* Cuius sententiam acceptiorem esse testatur ibid. Ias. *nu. 143. cum seq. Afflict. decis. 155.* Et si tunc constat de vtroq;, pronunciandum quidem est super possessorio, sed illa sentẽtia non mandabitur executioni contra Reum, quia petitorium, de quo constat, per sententiam in execu-
20 tione præfertur possessorio: Et sic † sententia lata in possessorio parum proderit. *c. cum Ecclesia. c. cum dilectus. de caus. poss. & propr.* Concludendo dicit, Articulos super dominio per Reos se defendentes propositos admittendos fuisse, nec tanquam impertinentes reiici potuisse, *vt per Bald. in l. vni. C. si de mom. possess. fuerit appell.* vbi dicit, quod
21 si Iudex † non admittit articulos super dominio contra agentem super spolio, dicitur grauare Reum, quia Iudex tales articulos debet admittere in possessorio recuperandæ etiam quod præiudicent agenti. Et sic fuit conclusum in concilio Neapolitano. *Afflict. decis. 7.* Et in fine causæ videbitur, quæ ratio habenda sit de exceptione dominii. Et quamuis loquatur de interdicto recuperandæ, multo tamen magis admittendi sunt in interdicto retinendæ, cum illud recuperandę magis sit priuilegiatum, quam hoc retinendæ interdictum. Concludit defensionales super dominio Reorum recte admissos esse. Quoad secundum; *An articuli super petitorio admissi & probati repellant Agentes super possessorio?* Respondit, exceptionem dominii, quæ in possessorio iudicio nõ
22 debuit admitti, si admissa † fuerit & ꝓbata p confessionem vel alias præiudicare Actori & Reum absoluendum. *Ioan. Fab. in d. §. retinenda.* vbi dicit, fatuum esse aduocatum, qui talem exceptionem admittit. *Abbas c. si. de ord. cognit. Afflict. decis. 193.* Et in nostro casu Actores exceperunt contra articulos defensionales Reorum, quod essent impertinentes, & reiiciendi, tum propter alias causas, tum quod petitorium respicerent, nihilominus autem per Cameram admissi sunt, saluo ta-
23 men iure † impertinentium, quæ clausula id operatur, vt si in futurum appareat, quod non debeant admitti, habeantur pro non admissis, & reiiciantur etiam depositiones testium receptæ super iis. *gl. & Dd. in c. cum contingat. de officio delega.* Est locus ordinarius. *Ias. in l. si duo. §. Iulianus. numero 31. cum seq. ff. de iureiurand. cons. in notabilib. in verbo iudex §. 3.* Nunc igitur examinandum erit, præiudicent ne probationes super dominio factæ Actoribus vel non, cum per contradictionem eorum non videantur consensisse in admittendis vel articulis, vel eorum probationibus: Sed verius est, eos admisisse probationes super petitorio vel dominio Reorum, & per proprium ipsorum factum sibi nocuisse, quippe quia à libello, siue à petitione summaria, in qua possessorium vtile retinendum instituerunt, recedentes, prosecuti sunt tam petitorium, quam possessorium, vt aperte conuincitur ex articulis additionalibus, quos Actores post admissos defensionales produxerunt in petitorio. Communis autem conclusio Dd. est, magis habendam rationem † pro- 24
secutorum quam petitorum. *l. de rebus. ff. de arbitris. & ibi. Dd. l. sub prætextu. l. 2. & ibi plenissime DD. tractant, maxime Ias. column. penultim. numero sexto, C. de transact.* Et quia de vtroque, videlicet petitorio & possessorio constat per probationes hinc inde productas † & factas: Idcirco iudican- 25
dum etiam erit super petitorio. *d. capitu. cum dilectis traditur in capit. Cum pastoralis. de causa possess. & dict. §. nihil commune. Alexand. consilio 88. col. 3. versic. 8. vol. 5.* Nec obstat, quod † sententia debeat esse 26
conformis libello. *c. licet Heli. de simonia l. fin. de fideicommiss. lib. cum similibus*, quia in multis casibus hoc non procedit, & potissimum, quando vltra deducta in libello, alia prosecuta sunt & probata, tunc enim sententia debet esse conformis prosecutis & probatis, & non libello. *Bald. l. fin. C. de fideicommiss. libert. Felin. d. c. licet Hel. colu penult. in limitatione 10.* vbi limitat supra dictam regulã, nisi ex actis constet Iudici plus quam in libello actum sit, quia ex officio potest iudicare † super o- 27
mni eo, quod probatum fuerit. *Imola in capitu. ex tenore. in fin. per tex. de rescriptis.* qui dicit, quod Iudex † ex eis, quæ constant sibi ex actis, potest ex 28
officio indicare, cum acta faciant † notorium. *A-* 29
lexand. in l. vn. numero 6. C. vt quæ desunt. Fel. in d. cap. ex tenore prope finem. Quapropter Actores articulando petitorium, & probationes super eodem producendo sibiipsis incommodarunt, & causam dederunt, vt eo minus Reorum probationes super petitorio reiici possint, cum consentientibus Actoribus Reorum testes super dominio recepti videantur: Idque eo magis, quod Actores non fuerint protestati tempore productionis: Quæ cautela à DD. traditur ad excludendum consensum. *Alex. in d. §. nihil commune. alleg. Angel. in l. Si quis ad se fundum. C. ad legem Iuliam. de vi publica.*

Et si quis obiecerit, Actores satis protestatos fuisse, & contraxisse, eo ꝙ exceperint contra articulos defensionales, ea de causa impertinẽtes, quod petitoriũ cõcernerent: Is vicissim perpendat vult referens, ꝙ Actores deinde ab ea protestatione (si modo protestatio dici debet) sua sponte discesserunt, quando in articulis additionalibus ipsissimum petitoriũ deduxerunt: Certissimi

30 tissimi autem iuris est, protestationem † quæ contrario facto tollitur, nihil releuare. *cap. sollicitudinem. Ext. de appell. & ibi omnes DD. maxime in pen. & vlt. notab. & col. pen. Barth. & omnes alij in l. non solum. §. morte. ff. de noui operis nunciat. in prima specie protestationum cum similibus.* Quibus omnibus consequens est, articulos Reorum defensionales quantumuis petitorium concernant, super quo lis principaliter mota non est, quia admissi sunt à parte & à Iudice, si fuerint probati, subuertere & absorbere possessorium ab Actoribus intentatum.

Descendit itaque ad tertium, quod versatur circa probationes Reorum in petitorio factas, vbi in primis præmittit, quod in negatoria, quæ competit Reis, qui prætendunt territorium eorum liberum esse à prætenso iure compascendi, ipsis non incumbat probatio, quod eorum territorium sit liberum, quia eo ipso hoc iuris præsumptione probatum est, donec contrarium non fuerit probatum. Solum ergo probandum est in negatoria, ipsos Reos Dominos esse territorii vel districtus, quod contendunt esse liberum. Sufficit autem probare possessionem ter-
31 ritorii, qua probata † præsumitur dominium, quia incidenter in hoc iudicium inducitur. *l. 1. ff. famil. herciscundæ. glos. & DD. in l. quadam. in fin. ff. de conditionib. institution. l. sicuti. §. si quæritur. ff. si seruitus vend. glo. & Bart. in d. l. Item si prius. ff. de noui oper. nunciat.* Quod autem Rei sint Domini eius districtus vel territorii, ex eo ostendere & docere conantur, quod iste districtus vel ista loca sita sint intra confinia, limites, vel terminos territorii oppidi N. Deinde, quod in eo districtu Rei habeant omnem iurisdictionem & superioritatem: & demum quod opiliones Reorum in N. vltra memoriam hominum in eo districtu oues pauerint. An autem ista probata sint, quatenus probari debent, in negatoria expendendum erit. Et quoad limites attinet, specificati & designati sunt illi nominatim in 8. defensionalibus articulis vsque ad nonum articulum exclusiue, quos articulos Reorum testes fere omnes attestantur veros esse, reddentes rationes suæ scientiæ, eo quod viderunt lapides vel terminos, vnd die Lochgruben / audiuerunt à Maioribus, & Senioribus, vicinisque, per eos territorium N. à vicinis separatum & distinctum esse, adduntque tempus, hoc est, ante 30. 40. & 50. annos, semperque quamdiu Rei recordantur, ita audiuerunt, & quod à vicinis ita habiti & re-
32 putati fuerint pro limitibus. Distincta † autem sunt loca territoriorum. *Vt Bald. eleganter scripsit cons. 420. vol. 1.* Quandoque per vias regales, quãdoque per flumina, aliquando per montes vel valles, interdum per lapides, vel signa multum apparentia, & istis modis territoria communiter distinguuntur. Et si dicunt testes, quod
33 viderunt † vnam partem possidere à tali flumine versus frontem talis Castri, vel à tali & insigni lapide & immutabili, numquid præsumatur flumen illud vel lapis insignis esse terminus nec ne? Respondet Baldus, quod præsumitur quia sic consueuit fieri. Similiter dicit Guido Papa *decis. 193.* vbi dicit, fines † probari per la- 34
pides antiquos. Probantur quoque fines per testes, qui dicunt, se audiuisse à Senioribus, & contrarium nunquam percepisse. Ea causa scientiæ legitima & fundata est, quia vicini † se- 35
nes limitum notitiam habere præsumuntur. *Text. est in l. 1. in princip. ff. de fluminib. fac. c. quomodo. de præscript. & cap. quanquam. de Elect. Bald. d. consil. 420. Idem cons. 266. c. 2.* Nam in istis antiquissimis 36
† probant testes auriti, qui deponunt de auditis *Abbas in c. tam literis, vbi Aret. de testib. & cap. licet ex quodam. eod. tit.* Accedit & id quod 13. testis N. deponit, lapides illos finales se vidisse esse signatos insigniis Hospitalis N. vnde eo magis præsumendum est pro Reis, quia *vt dicit Matth. de Afflict. decis. 23.* † probantur per possessionem, 37
& per signa: per significatum enim probatur dominium. Probatus est etiam 11. articulus defensionalis per testes Reorum, & per confessionem Actorum: Tum quod secundum eorundem attestationes agti, fundus & prædia sita in eo districtu, pertinent ad N. vt deponit quartus ad 6. articulum, qui rationes reddit. Quartus præterea super 10. articulum deponit, quod Rei in eo districtu jhr eygen Schützen vnnd Feldtschützen zu setzen vnd zu rügen haben. Est autem 38
& ille modus probandi † confines, scilicet per custodes locorum, die Feldtschützen / perque pignorationes & exercitium iurisdictionis. *Bald. d. cons. 420. & Guido Papa decis. 193.* Adminiculatur testium productionibus exemplum, vel vidimus productum ex protocollo Notarii *per text. in d. cap. cum causam.* Et tanto magis, quod principaliter super confinibus confectum, quoniam instrumenta † inter alios etiam confecta 39
enunciatiue duntaxat confinium probent limites. *DD. in d. cap. cum causam. l. cum aliquis. C. de iure delib. Decius cons. 42. 1. parte.*

Et vt tandem in hoc puncto concludat, Referenti ex probationibus Reorum dubium non est, eos quod ad petitorium attinet, sufficienter docuisse, se esse dominos illius territorii vel districtus, in quo Actores prætendunt seruitium compascendi, quia loca, † quæ sunt intra fines, 40
præsumuntur illius esse, cuius sunt fines. *Bald. in rub. C. de contrah. empt. Cast. in l. 1. ff. de acq. poss. Zas. cons. 12. num. 9. lib. 1.* qui multa iura ad hoc allegat. Et ista sufficiant quoad ius Reorum, quod suo iudicio satis fundatum & probatum est. Nunc restat, vt videamus de nõ iure Actorum, hoc est, quomodo Rei p suas exceptiones & ꝓbationes Actorũ ꝓbationes eliserũt, peremptis n. † ꝓbatio- 41
nibus per oppositionẽ, dicitur peremptũ negotium principale, *not. in c. ex parte. de testib. & ca. 1. de excep.* Et in primis q̃ ad possessoriũ attinet, negãt Rei Actores vnq̃ fuisse in quasi possessione iuris

compascendi vltra den M. Pfad / & sic quando deprehēsi fuerunt, vlterius pauisse, retracti fuerunt. Et quamuis isti testes negatiue deponant;
42 & illa negatiua non sit † coarctata loco & tempore, & ideo improbabilis videatur. *c. cum Ecclesia Sutrina. de cauſ. poſſ.* Possunt tamen verisimiliter ea scire, quippe qui in N. loco vicino istis pascuis, partim nati & educati, ibiq; aliquot annis tanquam opiliones seruierunt, ac oues in litigioso districtu quotidie pascentes, propter vicinitatem & assiduam præsentiam, vidissent vtiq; Actores in illis locis pascere. Non enim ignotum est, cōcludere hanc actionem, etiam in ne-
43 gatiua probanda, si testis † dicat, scio quia vicinus. *Bart. in l. 1. ff. si cert. petat.* præsertim in illis, quæ à communiter accidentibus vicini scire solent. *Bald. in l. conuenticula. C. de Epiſc. & Cler.* Deponunt insuper illi testes non super mera negatiua, sed
44 etiam implicita † affirmatiua, hoc est, cum opiliones & bubulci peruenissent Actorum cum pecoribus ad loca iam dicta, tunc non sunt vlterius progressi: sed reuersi ad N. quod testes fere quotidie in illis locis cōmorantes & præsentes videre potuerunt. *Bald. in l. Actor. C. de probat. gl. in d. l. 1. §. hoc interdictum. ff. de itin. actuque priuato. Fel. in c. tertio loco. de probat.* Tandem & ista negatiua eo ipso probata est, donec de contrario nō constiterit. Nec Reis ignorantibus potuit aut potest
45 damnum adferre vel præiudicare † scientia vel patientia, campariorum & opilionum, *vt legitur & notatur in l. quamuis, §. 1. ff. de acq. poſſ. Panormi. conſ. 23. parte 2.* Nam in istis iuribus incorporali-
46 bus non quæritur quasi possessio, † nisi data scientia illius, ad quem ius illud spectabat, & cui præiudicium fiebat. *l. penult. ff. de ſerui. Bart. l. 1. § ſi. ff. de aq. plu. ar. in l. 1. & 2. C. de ſeruit. Alexand. conſil.*
47 *94. col. 3. in fin. volum. 5.* Nam † cum patientia habeatur pro quasi traditione *l. 1. in fi. ff. de ſeruit. ruſt. præd.* eorum nimirum patientia requiritur, qui illud ius, si vellent, expresse possent tradere, non eorum qui nihil possunt opitulari in traditione.
48 quia non † potest plus operari tacita quasi traditio, quam expressa. *Bald. l. 2. C. de ſeruis.* Item requi-
49 ritur scientia & patientia eorum, † quorum auctoritas requiritur in quasi possessione tradenda. *l. quamuis pupillus. ff. de acqui poſſeſ.* Et si quis vult
50 acquirere † quasi possessionem contra plures, exigitur scientia & patientia omnium. *Milis in ſuo repert. in verb. poſſeſſio. §. 62. Capitius in deciſ. Neapolit. deciſ. 57.* Quapropter in nostro casu requirebatur scientia & patientia vniuersitatis, cuius est districtus, vel maioris partis, vel saltem magistratus repræsentantis vniuersitatem N. *Arg. l. 2. ff. de acquir. poſſ. Panorm. conſ. 18. colum. fin. parte 2. Carol. Ruin. conſ. 67. n. 15. vol. 5.* Sufficit ad hoc, vt dica-
51 tur clam † quid factum esse, si taliter fiat, vt non possit peruenire ad notitiam eorum, quorū interest, etiam si coram aliis fiat. *Bart. l. 2. C. de his qui ex pub. rat. lib. 10. per tex. l. clam poſſidere. ff. de acq. poſſ. vbi Alex. & Iaſon l. diem proferre. ff. de arbitris.* Quia testes negantes † deponunt pro Reis, ideo pro- 52
feruntur affirmantibus testibus pro Actoribus. *Abbas in c. cum P. de accuſat. Felin. in c. ex literis. col. 2. de probat.* præsertim in hoc casu, vbi negatiua habet Iuris præsumptionem pro se, quia † quælibet res 53
præsumitur libera. *tex. l. alius. C. de ſeruit.* Et ideo si testes dicunt, quod non habet † seruitutem, cre- 54
ditur illis: Cum nulla sit seruitus originalis, sed ex accidenti, *Bald. in l. ſi quis diuturno. ff. ſi ſeru. ven. Afflict. deciſ. 400. nu. 9. & 10.* Quare isti testes Reorum cum quibus multi Actorum concordant, præferuntur aliis, vt qui † verisimiliora depo- 55
nant. *vt habetur per omnes in c. licet. de probat. & in c. in nomina. de teſtibus. & vtrobique Felinus.* Verisimiliora † enim dicuntur, quæ consonant iuri com- 56
muni, quod præsumit quodlibet prædium † li- 57
berum, nisi probetur seruitus, *in d. cap. licet. notab. 10.* Probarunt autem Rei eum districtum, in quo Actores ius compascendi habere volunt. *l. Teſtatrix. §. 1. ff. ſi ſeruit. vend.* vbi habetur textus de iure compascendi vel compascuo.

Constat autē notorie de proprietate & quasi dominio Reorum per testes productos, in causa, in qua conclusum est, *vt d. gloſ. c. ſignificauerunt. in verbo liquere, de teſtib. & ipſi omnes notant, maxime Felinus.* Porro ipsos Actores articulasse dominium in additionalibus, sed an probauerint deductum in additionalibus petitorium: Ius compa- 58
scendi habet causam discontinuam, ideo † requirit præscriptionem vltramemorialem, quam Actores minime probarunt, quia Testes, qui eam probare volunt, debent ad minus esse 54. annorum, vel saltem temporis tanti vltra 40. annos, quod fuerint capaces doli, tempore quo videre inceperunt actum, *Gem. in cap. 1. de præſcript.* Qui deponere debent de communi opinione & fama eorum, qui circa id arbitrātur, scilicet quod omnium talium est opinio & fama communis, quod non viuit aliquis, qui viderit videntes, & audiuerit audientem contrarium eius, quod in articulo continetur. Et quod semper viderunt & audierūt ita esse, & quod nunquā viderunt & audiuerunt contrarium, & quod non extet contrarii vel initii memoria, quin & de visu saltem 40. annorum possessionem & præscriptionem probare debent, & non sufficit testimonium de auditu, nisi vltra 40. annos, quæ probatio † ab 59
omnibus difficilis reputatur. *gl. d. c. 1. de præſcrip. lib. 6. vbi Gemi. & Philip. Francus, Oldrad. conſ. 172. (quem vocant Patrem veritatis) Spec. tit. de probat. verſ. vlt. requiritur. Papienſis in forma actionis confeſſoria. verb. ſeruitus aquæ ductus, vtiliſ. in verb teſtis, ad probandam memoriam.* Negat ducumenta per Actores producta quicquā probare: quia † non legitime sunt 60
recepta. *Caſt. conſ. 50. incip. in cauſa quæ vertitur inter reuerendum Patrem.* Neque præsumuntur † solen- 61
nitates extrinsecæ interuenisse, nisi probentur, *vulgata l. quæcunq; ff. de publiciana. Bar. & alii in l. ſciendū. ff. de ver. obl. Abb. in d. c. ſignificauit. de teſtib.* Nec obstat, q; solennitas extrinseca de iure præsumē-

da

62 da † sit propter diuturnitatem, vel vlteriorem processum temporis, quia respondetur, sicut etiam responderi potest, illud esse verum, & bona consequentia procedere, nisi ex instrumento vel scriptura attestationum appareat, quod non interuenerunt requisitæ solennitates, aut non debito modo, scilicet eo, quo decuit, intercesserunt, tunc demum cessat ea præsumptio. *Castrens. dict. consi. 50. Fel. in c. sicut. coll. 50. vers. 7. & cap. vltimo declarat. de re iudic. Affl. decis. 107. Textus clarus c. pen. de iureiur.*

Quod testis deponat scilicet per iuramentum, quod antehac idipsum etiam deposuit coram suo magistratu, & quod non valet tale iuramentum.

Tandem nec consuetudine debita & præscri-
63 pta illud ius † compascendi comprobauerunt testes Actorum. *Papa decis. 573. Petrus Iacob. in sua practica in tit. de seruitute pecoris pascendi.*

Concludit igitur & pro certo statuit in hoc puncto Actorum petitionem, tam in possessorio quam in petitorio satis superque elisam esse, per oppositas Reorum defensiones, exceptiones, oppositiones & probationes. Ad vltimum punctum nunc vlterius progrediendo, quartum scilicet ex ordine, breuiter respondet, pro Reorum parte & contra Actores sententiam nimirum esse ferendam, absoluendo Reos ab impetitione Actorum. Jedoch sollen die Kläger von N. auß/biß auff die steinen brücken/da N. Straß vber gehet/vnd zu demselben Bezirck zwischen N. vnd obgemelter steinen brücken vberall mit allem jrem beyd grossem vnd kleinem Vieh den Weydtgang zu suchen vnd auch zu fahren/ bey jrem Gebrauch vnd besitz vel quasi vnverhindert der Beklagten bleiben/vnd gelassen werden/vnnd seyndt die erpenß vnd Gerichtskosten auß beweglichen Vrsachen allerdings gegen einander compensirt vnd verglichen

Quod vero ad petitionem Reorum articulis defensionalibus annexam attinet, vbi scilicet super petitorio pronunciari vehementissime efflagitant & petunt, quæ petitio tendit ad negatoriam actionem, subsistit: Videt enim Reos satis superque probasse ea, quæ in petitorio probanda sunt, *vt supra ad longum deduxit.*

Sibi quoq; ex omni parte constat, crebriorem & frequentiorem omnium Dd. esse opinionem
64 & sententiam: Si Actor non † probauerit de dominio, vel iure, quod asserit sibi competere, aut ad se pertinere, Reus autem ex diuerso super eodem exhibito libello probauerit dominium vel ius suum, quod pro Reo non solum absolutoria, sed etiam ferri possit sententia declaratoria dominii, vel iuris ad Reum pertinentis, quantumuis non reconuenerit Actorem, nec ex parte Rei etiam hoc petitum sit. *Inn. in c. ex conquestione. de restit spoliat. Alex. & Iason. in leg. Sed si possessori. ff. de iureiur. Fel. in c. cum causa. de re iud.*

Et hæc est communis opinio omnium Doctorum, sed propius est, vt & consultius apud se statuit, Reos duntaxat absoluendos, & Actores Reis condemnandos non esse, tum quod Rei Actores non reconuenerunt, tum quod super eorum petitione lis non sit contestata, sed in litis contestatione simpliciter petierunt absolutionem ab impetitione Actorum. Et quia opinio Doctorum iam allegata procedit in directo contrariis, verbi gratia, vbi Actor intentauit Rei vendicationem vel confessoriam, Reus vero dicit se Dominum, vel negat prætensum ius ad Actorem pertinere, vbi non est opus contrario libello. *Bal. in l. fi. C. de fideicommiss. libert.* Sed videtur libellus oblatus, & lis contestata super iure vtriusq; partis, & vtriusq; partis ius in iudicium deductum esse, quod Hostiensis recte censuit *in d. c. ex conquestione.* In nostro autem casu Actores instituerunt possessorium, Rei vero deduxerunt ius suum in petitorio. Quæ iudicia non sunt directo contraria, & probationes Reorum valent ad reprobandum vel excludendum probationes Actorum, iuxta ea quæ supra deduximus.

Votum Correferentis.

In eadem materia de iure pascendi, turbatæ possessionis.

SVMMARIA.

1 *Turbato in possessione quasi seruitutis aut alterius iuris incorporalis, quibus remediis succurratur.*
2 *Interdictum* de itinere actuque priuato *prohibitorium est, & ad rusticas tantummodo seruitutes tuendas pertinet.*
3 *Seruitutes rusticæ sunt discontinuæ.*
4 *Seruitus pascendi pecoris est rustica tantum.*
5 *Libellus eo modo debet intelligi, quo fauorabilius.*
6 *Possessorii retinendæ requisita.*
7 *Possessorium retinendæ pro iuribus corporalibus potest cum petitorio cumulari, secus pro re corporali.*
8 *In interdicto* vti possidetis *quæ probanda.*
9 *Circa locum, vel extra locum, vel in loco differunt.*
10 *In loco id dicitur fieri, quod fit intus locum.*
11 *In ostio quod fit, non dicitur fieri in domo.*
12 *Testibus vltro se offerentibus, non citatis à Iudice suo, non iuratis, non deponentibus ad materiam legitime propositam, non seorsum examinatis, non parte citata, suspectis, non est fides adhiben-*

hibenda. & numero 13. 14 15. 16. 17. & 18.

19 Testes concordantes an probent.

20 Sigillatio suspecta, non probat.

21 Testes singulares in prædicamento vbi non probant.

22 Præscriptio requirit bonam fidem.

23 Turbari nemo potest nisi possideat. Domino prædii licet pignorare.

24 Pecora in vinea mea deprehensa possunt per me includi & detineri pignoris loco, donec de Domino mihi constiterit, & de damno per pecora illato satis factum fuerit.

25 Exceptio dominii vel proprietatis non obstat agenti possessorio retinendæ.

26 Actio ex vna parte, & exceptio ex altera possunt proponi ad eundem finem, secus si ad diuersum.

27 Exceptio dominii quando possit in continenti probari.

28 Probatio non admittendorum nihil nocet.

29 Fines & confinia quomodo probentur.

30 Domini temporales fundant intentionem suam de iure communi, quod res sitas infra limites suæ terræ.

31 Dominium an probetur ex eo quod locus intra confinia & limites meos situs sit.

32 Non probat hoc esse quod ab hoc contingit abesse.

33 Actore non probante, Reus absoluitur.

34 Sententia lata super negatoria præiudicat, & parit exceptionem in confessoria.

35 Succumbens in possessorio, nō prohibetur agere in petitorio.

36 Sententia lata in possessorio non præiudicat vel parit exceptionem rei iudicatæ in petitorio.

37 Cumulatio petitorii & possessorii quando fieri possit.

Præmittit quatuor capita. 1. Qua ratione sit actum, & an competierit Actoribus actio. 2. An in facto probata. 3. De iuribus & defensionibus Reorum. 4. Quid pronunciandum, & de expensis.

1 QVoad primum, licet multis remediis succurratur ei, qui turbatur in possessione † quasi seruitutis, aut alterius iuris incorporalis, quemadmodum ex ordine refert eiusmodi remedia, *Ferrar. in sua pract. in forma Libelli Turbatæ possess. in prin.*

Tamen ex narratis & petitione Libelli constat, quod per Actores actum sit pro violentia turbatiua, scilicet ratione seruitutis pascendi pecoris, nudo possessorio iudicio, videlicet reti-
2 nendæ magis & interdicto † de itinere actuque priuato, quod prohibitorium est, pertinens ad rusticas tantummodo seruitutes tuendas, quam vti possidetis. *Bar. l 1. ff. vti possid. idem l. 1. §. hoc interdicto. ff. de itinere actuq; priuato.*

Et maxime habet illa distinctio locum in mere realibus & rusticis seruitutibus, *vt ibi latius per Bartholum.* Quod autem communiter † Rusticæ 3
seruitutes sint discontinuæ, tenet Paulus Castrensis *in l. seruitutes. l. 4. ff. de seruitut. in prin ip. Petrus Iacob. in forma libelli pro seruitute pecoris.* Item † 4
quod seruitus pascendi pecoris sit rustica tantum *text. l. 1. §. in rusticis. ff. de seruitut. rust. præd. & Institut. de seruitut rust. præd. §. Rusticorum.* Quia petitio agentium † vel Libellus debet intelligi eo 5
modo, quo fauorabilius potest intelligi eorum intentio. *Ias. §. Instit. de act.*

Et libellus noster omnia habet requisita, quæ communiter † necessaria sunt ad possessorium 6
retinendæ.

Primo, vt recte petitur, quod desistant à turbatione Rei. Secundo, quod in futurum non turbent. Tertio, quod condemnenturRei ad interesse turbationis præteritæ. Quarto, vt cogantur cauere de non molestando in posterum. Et sic vbique bene petitum, *iuxta Lanfrancum in repetit. rub. de cauſ. poſſeſſ. & propriet, verſ. nunc eſt tranſeundum.* & Bart. *l. 1. §. interdictum. ff. vti poſſid.* Nec apparet, vna cum possessorio actum esse confessorio vel petitorio iudicio, sed multis locis protestati sunt desuper, quod animus attendi debet, nisi quis hinc colligere velit actum esse petitorio iudicio: Et sic ius ipsum seruitutis deductum esse, quod Actores articularint tempus vltramemoriale, & sic per consequens præscriptionem, ex qua acquiritur vtilis seruitus. Et per hoc ponderari possent verba in articulis defensionalibus, als ihr alt Brauch vnd herkommen/ sed non obstat. Sed an demum post litis contestationem ista, quæ ad petitorium spectant, saltem ad colorandum possessorium deducta sunt per Actores, nec lis desuper contestata, certe dici non potest, quod petitorium vere sit intentatum cum possessorio, præsertim cum petitio ad petitorium referri non possit, licet alias negari non possit, quando possessorium retinendæ pro iuribus incorporalibus possit † cum petitorio cumulari, 7
Secus autem pro re corporali, quod tum intelligitur procedere, si Actor sponte vult in quolibet iudicio onus probationis subire: Secus autem si Actor vellet propter eius possessionem ab onere probandi releuari. *Lanfranc. in rubric. de cauſ. poſſeſſ. in verſic. His itaq; expeditis. num. 18. Bartol. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. poſſeſſ. num. 18. ibi, nunc videamus. Alexand. d. §. nihil commune. nu. 27.* Vbi dicit cautelam esse, vt primo Actor intēdat possessorium. Concludit actum esse nudo possessorio retinendæ, de itinere actuq; priuato. Et tantum de primo.

Sequitur secunda quæstio, *An in facto probata.* Respondet duo principaliter † proban- 8
da esse. Primo possessio ex parte Reorum. Secundo, probatio quod per Reos turbati fuerint. *c. olim. de reſtitu. ſpoliat. Barol. in l. 1. §. interdictum. ff. vti poſſid.*

Videtur autem exactis Libellum supra dictis duobus, in quibus tota vis residet, proba-

probatum esse, *per* 2.3.5.6.7.8.9.11.12.13.16. *&* 19. qui testes omnes videntur quasi possessionem probare. *Abbas in c. cum Ecclesia Sutrina. de caus. poss. & prop.*

Sed prædictis non obstantibus, dicit, quod Actores non sufficienter probarunt intentionem suam, suo iudicio bene examinatis testibus & documentis Actorum. Nec obstat, quod plerique testes dicunt, quod viderint Actores pascentes apud S. N. Item apud Lochgruben. Differunt † 9 enim, aliquem circa locum vel extra locum, vel in loco esse. Facit ad hoc, quod alias dici consueuit multum referre, an quid fiat ad scalas vel in scalis. Nam id dicitur † 10 fieri in loco, quod fit intus locum. *leg.* 1. § *in flumine publico. ff. de fluminib. & l. si alius. §. Notandum ff. quod vi aut clam.* Et ideo † 11 etiam illud, quod fit in ostio, non dicitur fieri in domo. *not. Bart. l.* 1. *§. hoc interdictum. ff. de cloacis. & ibi in Apostillis Bartol. in l. item. § conuitium. ff. de iniur.* Ex quibus colligitur, non sequi, Actores vsi sunt apud S. N. Item bey der Lochgruben/ igitur in der Lochgruben/ & S. N. in loco litigioso. Nec obstant documenta per Actores producta, quia nihil probant, quoniam huiusmodi 12 documentis non est fides adhibenda, quia † 13 testes vltro se obtulerunt. Secundo non fuerunt † 14 citatia suo Iudice. Tertio † non iurarunt iuxta formam *in c. fraternitatis. glossa vltima de testib.*

15 Quarto non † deposuerunt ad materiam legitime propositam, nulla nimirum articulorum 16 propositione facta. *c. si. de testib. cog.* Quinto † non seorsum examinati per Iudicem, Commissarium vel Notarium: cum Iudex secreto examinare debeat.

17 Sexto † nec pars citata fuit.

18 Septimo † sunt suspecti, quia capitulo iurati.

19 Octauo † concordant. Nono † sigillatio suspecta 20 per duos Nobiles in aula Episcopi. Concludit igitur apparere ex prædictis, neq; per documenta neque per testes Actorum intentionem esse probatam, sed in quolibet teste aliquid desiderari, & recte cum de loco non concordant, nec recte de foueis deponunt. Est igitur quod ex diuersitate locorum resultet testium singularitas: sunt 21 enim singulares † in prædicamento vbi, & non probant, *Bald. l. de quibus.* 14. *col. de leg. & est glos. not. in l. ob carmen. §. fin. ff. de testib. in verb. assistit.* Vbi dicit, quod testes reprobet locorū varietas. Quod 22 bona † fides requiratur in præscriptione, vide Bald. Porro autem, quod Actores multo minus ipsum ius seruitutis nempe præscriptionem talem, vnde oritur & acquiritur vtilis seu quasi seruitus, probarint, omnino manifestum est ex fundamentis & iuribus per referentem deductis.

An autem fuerint turbati? videtur, quod sic. *l. quamuis. ff. ad leg. Aquil.*

Sed non obstante illa lege dicit, Actores non fuisse turbatos: cum possessionem nullam habuerint.

23 Nemo enim † potest turbari, nisi possideat. *l. eius qui. ff. si cert. petat.* De consuetudine Domino prædii licet pignorare, non obstante. *l. quamuis est* opinio Gandini *in titul. de furibus & latronibus, in versicul. pone qnæstionem de facto, & in titu. de pœnis Reorum. versicul. penult. & vltim.* vbi vult, quod de consuetudine possint † pecora in alterius vinea 24 deprehensa per Dominum includi, & detineri pignoris loco, donec constiterit sibi de Domino, & donec sibi satisfactum fuerit de damno illato per pecora, & ista opinio videtur sibi esse optima, pro qua opinione faciunt, quæ scribit Io. Andræ. *in c. si læserint. ff. de iniur. Alb. in d. leg. quamuis vbi remittit se ad Gandinum.*

Sequitur tertia principalis quæstio. Videndum de defensionibus Reorum. Et licet videatur superuacaneum, multum insistere circa defensiones eorum, tamen dicit omnino necessarias esse Reorum examinationes, propter petitionem Reorum dictis defensionalibus annexam: qua petunt super negatoria Actione, & sic petitorio iudicio pronunciari. Sed apparet Reos duas habere defensiones. Prima super exceptione dominii & Actione negatoria, in qua deducunt Actoribus nullo modo ius seruitutis competere.

Secunda est, quod Actores non probarint eorum intentionem. Circa primam igitur defensionem oritur quæstio, quæ partim in iure, partim in facto consistit, nempe talis: An dominium vel negatoria Actio in nostro casu potuerit per defensionis vel exceptionis modum Actoribus, qui in possessorio iudicio retinendæ egerant, obiici, vel opponi: Adeoque posito etiam casu, quod negatiua vel probatoria actio probata existat, an pronunciandum sit iuxta petitionem defensionalibus annexam vel non? Ad illam quæstionem dicit, articulos defensionales, peremptoriales, & annexam petitionem nihil aliud in se continere, nisi meram exceptionem dominii & negatoriæ petitionis formam: Refert se ad articulos, in quibus expresse negatur seruitus per Reos, qui se Dominos loci litigiosi esse asserunt. Nec dubium est, quin in hoc casu per viam defensionis vel exceptionis negatoria actio sit intentata, & non principaliter, vel per modum reconuentionis vel actionis: Refert se ad articulos defensionales, & eorum præfationem. *Iaſ. in l. si is qui. §. qui petitor. ff. de iureiur. Alleg. Bald. & Inno. alleg. Bar. in l. omnes. ff. de regul. iur. l. Si autem. §. fi. ff. de neg. gestis.*

Sed prædictis & aliis, quæ cumulatiue huc adduci possent, non obstantibus, respondet ad prædictam quæstionem, quod agenti possessorio retinendæ † non obstet exceptio dominii 25 vel proprietatis, *vt voluit gloss. quam multi reputant singularem in leg. si de eo. §. finali. & ibi Castrens. Barthol. & Doctores communiter. ff. de acquir. possess. Barthol. in l. natur. aliter. §. nihil commune, eodem titu. versicu. 2. oppono & vers. 3. contra prædicta. & idem Bartol. in consilio.* 81. *in ip. Martinus. gloss. in*

capitul.

capitul. cum veniſſent. ſuper verbo abiuraſſet. Vbi etiam Doctores maxime per Abb. numero 19. de inſtitutio. Angel. in §. quadrupli. colum. fin. inſtitut. de act. Nec obſtant ſupra dicta, quę per Iaſonem dicuntur *in d. l. ſi is qui ff. de iureiurando.*

Quod videlicet poſſet pronunciari ſuper exceptione dominii, etiamſi dominium non principaliter per modum actionis deductum ſit, quia procedit hoc. quando † actio ex vna parte & 26 ex altera parte exceptio proponuntur ad eundem finem: ſecus ſi ad diuerſum. *iuxta Bart. in d. l. omnes. ff. de reg. iur. & idem Barto. leg. ſi autem. §. fin. ff. de neg. geſtis.*

Sed in noſtro caſu ſecus eſt, vbi Actores egerant interdicto retinendæ & poſſeſſorio nudo iudicio, & non ad ipſam rem vel iure dominii vel iure ſeruitutis dominii vel quaſi, & ſic petitorio: Rei autem viciſſim exceptionem dominii & ſic petitorium oppoſuerunt, & ſic hæc nihil commune habent. *vulg. l. naturaliter.*

Nec igitur ex diuerſis recte infertur: ſecus autem eſſet, ſi Actores egiſſent confeſſoria, vna cum poſſeſſorio iudicio, (quod fieri poteſt in incorporalibus, ſecus in corporalibus) & Rei obiecciſſent per modum exceptionis negatoriam, tunc illa exceptio tenderet ad eundem finem: Vide hic pulchre in terminis Alexand. *in leg. 1. §. in operis. numero ſeptimo. ff. de noui oper. nunciat.* Ita etiam ex prædictis apparet, quod in noſtro caſu Rei per viam exceptionis conſequi non poſſunt vt pronuncietur ſuper petitorio, vel negatoria Actione.

Nec tamen diffitetur, quod multum ſit probare dominium & proprietatem. *Felin. in capitul. cum cauſam. de probat. Bald. l. ordinarii. Codic. de iudic. Itē in l. momentan. C. qui habent leg. perſo. ſtand. in iud.* Nec obſtant, quæ dicit Petrus Iacob. *in ſua practica in tit. vti poſſidetis.* Quia ibi Petrus Iacob. hoc procedere vult, ſi agens in continenti velit docere denegatoria actione. Et Bartol. *numero 16. in dicto §. nihil commune, & Iaſ. ibi numero 41.* Imo Alexander *ibi numero 35.* dicit, quod ſi agens interdicto retinendæ nullam reſtitutionem petat, vt in noſtro caſu, ſed petat ſaltem condemnari aduerſarium ad deſiſtendum à turbatione, quod tunc non admittatur vlla Exceptio dominii, licet excipiens ſe offerat in continenti dominium probaturum, *vbi latius Ioan. Fab. in §. retinendæ. inſtitut. de interdict.*

In noſtro caſu non per modum actionis Rei propoſuerunt petitorium vel negatoriam, ſed ſaltem per modum defenſionis, nec incontinenti probarunt, imo nunquam ſe ad id obtulerunt. Igitur iuxta prædicta fruſtra quodammodo videtur proceſſum ſuper tali probatione dominii vel negatoria ad iſtum effectum, quod ſcilicet iam ſuper petitione & defenſionalibus Reorum pronunciari poſſit.

Concludit itaque non eſſe pronunciandum ſuper petitorio.

Quando autem exceptio † dominii in continenti probari poſſit, docet Bart. *l. 4. ff. de reiud. Abbas in c. dilecti. §. fin. de donat.* 27

Nec obſtat Actoribus, aut prodeſt Reis, quod defenſionales admiſſi ſunt: nam illud non factum eſt ſimpliciter, ſed cum clauſula, *ſaluo iure impertinentium & non admittendorum.* Itaque cum iam apparet de eorum impertinentia, vt ſupra oſtendit, perinde eſt ac ſi illi admiſſi non eſſent: dicta enim admiſſio fuit conditionalis, & ideo ſi † non erant admittendi, habentur pro non ad- 28
miſſis: Nec igitur nocere poteſt illorum probatio. *per id quod vult Io. de Imol. in l ſi quando. deleg. 1. & Bald. leg. momentanea. circa fin. Codic. qui legit. perſo. ſtand. in iud.*

Huic non obſtat *cap. primum, de reſtitut. ſpoliat.* Vbi dicitur, quod quādoq; admittatur dominium in cauſa ſpoliationis: quia loquitur eo caſu, quo ille, contra quem opponitur, paſſus eſt fieri probationem dominii, & quaſi conſenſerit, *Bar. l. ſi duo. §. Iulianus. verſiculo quarto, iuxta literam. ff. de iureiuran.* Id quod in noſtro caſu factum non eſt: nullus enim conſenſus vel patientia Actorum acceſſit vel interuenit, ſed renitentibus illis admiſſi ſunt articuli, quantum enim potuerunt Actores iuxta doctrinam *Ioann. Fabri in §. æque inſtitut. de act. numero vigeſimo ſexto,* reſtiterunt, petierunt ac inſtiterunt vehementer, vt repellerentur articuli. Nec igitur nocet Actoribus admiſſio, cum illis culpa imputari non poſſit: Nec propterea accuſat illos, qui admiſerunt articulos, ſed illam ſententiam laudat, quia Iudex ſemper debet omnes probationes & articulos, maxime ſi contenditur de poſſeſſione, admittere, ſiue faciant plenam ſiue ſemiplenam probationem, ſiue indicium, vel aliquod adminiculum. *Pulchre Affli&tus deciſ. 7.*

Concludit, quod exceptio dominii agentibus poſſeſſorio non recte oppoſita fuerit. Iam videndum, *an dominium & negatiua ſit probata?* Et videtur dominium per eos ſufficienter probatum. Quomodo diſtinguantur † fines & confinia, Io. 29
de Imola *in c. cum cauſam. de prob. & Innoc. in c. ſuper eo. de parochijs.*

Concludit, quod limites articulati ſufficienter ſint probati, adeoque locum litigioſum eſſe intra eoſdem limites, quantum ad ius eſt iuris in 30
dubitati, quod temporales † domini fundant intentionem ſuam de iure communi, quoad res ſitas intra limites ſuæ terræ. *Not. in c. ſi. de of. Archidiatoni. tex. ibi cum Monaſterium. & c. de Xenodochijs. de religioſis domib. Et per ea quæ voluit Bal. in l. Inſulæ. ff. de iudicijs. Socin. conſ. 166. 2. vol.* Sibi videri ex hoc capite non vſque adeo bene probatum eſſe, videlicet locum litigioſum pertinere quo
ad dominium ad Reos, quia † non ſufficit, quod 31
teſtes deponunt ſitum eſſe locum infra confinia Reorum & limites. Nam quod ſupra dictum eſt per multa iura, hoc procedit & intelligitur verum eſſe, quoad iuriſdictionem, non autem

tem ad dominium, vel respectu proprietatis rerum & bonorum intra limites existentium iuxta DD. *& Abb. in c. si diligenti. de præsc. in primo notabili.* Cum esse possit, quod ista bona ad extraneos pertinere possint iure dominii. Non
32 igitur † probat hoc esse quod ab hoc contingat abesse, sed inde potius intelligere possumus, quod Rei interesse habeant, vel saltem in iure, quia locus de quo controuertitur, pertinere videtur ad prædium N. & per consequens ad N. quod Hospitale, cuius est prædium, defendunt, de quo tamen non vsque adeo constat: nisi per testes Actorum ad 15. & 16. Interrog. *Bald. in c. 1. quid sit inuestitura.* Quantum ad negatiua concludit, cum Referente, quod negatoria Reorum satis sit probata. Et tantum de prima defensione. Quoad secundam defensionem concludit vt supra, quod non probarunt, & quod secunda defensio non obstet.

Quarto quid pronunciandum? Concludit, cum Actores in probatione defecerint, nec suam intentionem in possessorio plene probarint, Reos absoluendos esse ab impetitio-
33 ne ex communi regula *actore non † probante:* Ita tamen, vt in sententia expresse illis reseruetur possessio iuris pascendi, vt Referens sentit. Et ita sententia sit concipienda, vt maneamus in nudo possessorio, & non vtamur verbis pertinentibus ad petitorium, &c. Cæterum quantum ad secundam petitionem attinet Reorum scilicet annexam peremptorialibus, concludit & dicit ex antea deductis, quod modo iuxta huiusmodi petitionem, quæ valde est generalis, non est pronunciandum pro Reis. Primo quod Rei non negant, imo Actoribus permittitur quasi possessio in multis locis sitis intra limites. Secundo ex illa ratione, cum ex parte Actorum nudum possessorium sit productum, ideo super petitorio nihil pronunciandum putat, aut si opus sit sententia, vult partibus expresse petitorium hinc inde reseruari, quia si super negatoria iuxta petitionem Reorum, iam pronunciaremus, huiusmodi sententiam omnino Actoribus præiudicaret in petitorio, id est, confessoria actione, cum sententia lata super ne-
34 gatoria † præiudicet, & pariat exceptionem rei
35 iudicatæ in confessoria, & succumbens † in possessorio, non prohibeatur agere in petitorio. *& l. an § fin. ff. de except rei iud.* Nec sententia
36 lata in † possessorio præiudicat vel parit exceptionem rei iudicatæ in petitorio. *Alexand. in d. §. nihil commune. numero 90. & numero 53. & ibi DD. & alij & numero trigesimo nono.* Quoad expensas, compensandas putat: cum in aliqua parte obtineant.

D. N. dicit actum esse interdicto retinendæ possessionis. Secundo, *An probata intentio Actorum;* Dicit, nec vnum nec alterum esse probatum, nec possessionem, maxime quoad terminos articulatos, & prout loca fuerunt circumscripta. Ea autem loca contra Rei in defensionalibus met ponunt, & sunt fassi, scilicet quod ex N. an die N. Strassen zutreiben haben. Ista loca post confessionem Reorum non modo fuerunt litigiosa, & sic quoad hoc caput simpliciter absolui possent: Rei turbationem non probant, quia turbatio facta est intra terminos, quia fuerunt Actores in quasi possessione pascendi, constat ex articulo 14. Defensionalium, & desuper data responsione, & sic simpliciter absolui possunt Rei sine præfinitione terminorum.

Quoad tertium, defensiones Reorum & petitionem annexam, hic punctus est disputabilis, quem multis tractauit superiori anno in causa N. contra N. sed ibi in prima instantia obiecerant Rei exceptionem dominii, & produxerunt literas transactionis cum petitione, vt Actores desisterent, & tali exceptione Reorum probationes receptæ & in causa conclusum, Iudex in prima instantia pronunciauit, deferendo iuramentum suppletorium ad fidem faciendam sufficientem instrumento producto non satis fide digno, vbi concluſit, quod talis † cumulatio petitorii ex parte Re- 37
orum ad Actoris possessorium fieri possit, & condemnauit tum Actores vt desisterent, & Reos amodo non molestarent: Adduxit ad hoc Bologn. *in repert. §. nihil commune. Anto. Boer. in c. cum dilectus, de cauſ. poſſ. & ibi Panorm.* vbi dicit, quando Iudex pronunciat in tali causa in petitorio & non in possessorio; quod hoc non sit peruersi ordinis iudiciarii, sed executionum. In nostro casu cum Referentibus concludit, non esse pronunciandum super Reorum petitione super petitorio, maxime cum hic simus in prima instantia, & Actores contra exceptionem dominii exceperint. Quartum quo ad sententiam, putat absoluendos Reos ab impetitione Actorum, & licet Actores intentionem non probarint, cum tamen confessione Reorum appareat, si non in totum, tamen quoad partem Actoribus quasi possessionem articulati iuris competere, putat adiudicandum illud ipsum, quantum confessum est per Reos, & testibus insuper probatum est: Licet dici posset, quod plus petendo hoc loco actor succumbere debeat, tamen quia hoc non temere, nec dolo per Actores putat factum, cum aliquot testes habeant pro se, ex æquo & bono pronunciandum existimat. Concludit cum Referentibus vt exprimantur termini von N. auß auff die steinen Brücken / von dannen langs den N. Pfadt biß auff N. Warth / von dannenlangs den Landgraben biß gen N. compensando expensas.

D. N. Concludit cum Dominis Referentibus.

D.N. Concludit quoad actionem, quod illa est accipienda ex petitione libelli, videtur resultare in vtrumque interdictum vtile retinendæ, vti possidetis, & interdict. de itinere actuque priuato. 2. Intentionem Actorum nō satis probatam esse. 3. Refert se ad Referentem & Correferentem. 4. Concludit cum illis, quoq; vult exprimere terminos, vt ipsi, compēlat expēsas.

D. N. Ego concludo, actionem esse mixtam cum confessoria & vtili possidetis. Nec satis probatā intentionem Actorum. Intentionem Reorum probatam in petitorio & possessorio Non volo specificare terminos, absoluo Reos simpliciter, compenso expensas. D. N. Concludit cum Referentibus, compensat expensas.

D. F. dicit dominium per Reos satis probatum simpliciter absoluit, & nollet terminos exprimere: propterea quod tametsi Rei Actoribus aliquid confiteantur, hoc tamen aliquoties fiat, cum ea adiectiōe, Es seye auch zur zeit kein streit darumb/vñ lassens noch zur Zeit darbey bleiben. Et quia principalis lis orta est propter hunc locum, die Lämmerweydt/vellet in genere Reos an dem streittigen Ort absolueren / compensando expensas.

Sententia diffinitiua.

IN Sachen Schultheiß Gericht vnd Gemeindt zu N. Klägern an einem/ wid Bürgermeister vñ Raht der Statt N. beklagte anders theils/ist nach allem Fürbringen zu Recht erkeñt/ dz gemelte Beklagte von fürbrachter Klag zu absoluiren vnd erledigen seyen / Als Wir die hiemit absoluiren vnd erledigē/jedoch der gestalt/dz gedachte Klägere von N. aussen biß auff die steinen Brücken da die N. Straß vbergehet/ vñ vō dannē dieselbige straß hinab biß an die N. Wart/ auch von derselben neben der Landtwehrn widerumb gehn N. jhren Gebrauch / Besitz vel quasi mit jrem Vieh den Weydtgang zusuchen/vñ zu fahren / der Beklagten halben vngeirret bleiben/ vnd gelassen werden sollen/vnd seyn die Gerichtskosten/derhalben auffgelauffen/auß bewegenden Vrsachen/gegen einander hiemit verglichen.

TITVLVS XI.

De mandatis auocatoriis.

1. Supplicatio pro mandato auocatorio. In causa B. contra B.

HOchwürdiger Fürst/ Rom. Kayſ. Mayest. Cammerrichter/gnädiger Herr.

E. F. G. bringet Syndicus der Ehrnuesten fürsichtigē hoch vnd wol weysen Herrn B. M. vñ R. auch GM. G. G. der Statt B. vnderthänig lich klagendt für / wiewol in deß Heyligen Römischen Reichs Satzungen / vnd Ordnungen/ bevorab in der heylsamen vnd hochverpeenten Constitution deß Landfriedens ernstlich gebotten vnd verbotten/daß niemandts / was Würdens/ Standts oder Wesens der sey/vñ keinerley Vrsach willen/wie die Namen haben möchten/auch in was gesuchten vnd gefärbten Schein das geschehe/einē andern so das Recht vnd dessen außtrag an gebürenden Orten wol dulden mag / befehden / bekriegen / berauben/ fahen/ vberziehen/ belägern/noch denselben seiner Possession Inhabens oder Gewehr / es weren Schloß / Stätt/ Dörffer/Zehenden/ligendt vnd fahrendt Haab/ vnd Güter/Regalia/Jurisdictiō/Gericht/ hoch vnd Obrigkeiten/Geistlich vnd Weltlicher Zoll/ Wasser / Weyde / vnd aller anderer Gerechtigkeiten / nichts außgenommen / mit gewehrter Handt / vnd gewaltiger That freuentlich turbieren / beleydigen / entsetzen/ auch dem jenigen/ so solch vnzimliche Friedbrüchige Thaten fürnimbt / Niemandt weder für sich selbst noch jemandt von seinet wegen / er sey gleich desselben geschworner Vnderthan/beampter/Lehenman/ bestalter Obrister Rittmeister/Hauptmann Capitan/Soldat/oder wie es Namen haben möcht zu derogleichen hochsträfflichem Beginnen in einzige Wege dienen/rathen/helffen/Beystande oder Fürschub leysten soll / sonder da solches geschicht/als dann ein hochlöblich Kayſ. Cammergericht auff ansuchen deß/der sich Vberzugs besorget vnd sich gebürlichen Rechtens erbeut / denen/so in Werbung/ vnd Rüstung stunden/ bey der Peen vnd Straff der Acht zu gebieten / von solchem gewaltigen thätlichem Fürnemmē/ vnd Vberzug abzustehen/vnd sich gebürlichen Rechtens benügen zulassen / vnd dann gegen allem vnd jeden Helffern / deß oder derjenigen / so in Rüstung vnd Fürnemmen deß gewaltigen Vberzugs stehen / eine gemeine Abförderung bey Peē der Acht zum fürderlichsten außgehen lassen sollen/deßgleichen die andere benachbarte Stände zu Handthabung deß heylsamen / Landtfriedens erfordern vnd ermahnen/ den jenigen so also vberzogen vnd verwaltiget werden wolten mit thätlicher Hülff zu zuziehen vnd Rettung zuthun.

Wiewol auch hiebevor von der Röm. Kayserlichē Mayestat dem hochwürdigen F. H. B. vielfältig bey Peen deß Landtfriedens Constitution eynuerleibt/ernstlich gebottē worden / daß seine Fürstliche Gnad gegē Supplicanten/allen jren Bürgern/Vnderthanē auch dero allerleib/ Haab vnd Güter/ mit verbottener Gewalt außerhalb Rechtens / dem außgekündigten Landtfrieden/gemeinen Rechten/vnd Reichs Abschieden zuwider / nichts feindtliches Fürnemmen/ vben/handlen oder zuhandlen verschaffen/ selbst oder durch andere / heimlich oder offentlich / in keine Weise noch Wege / sonder sich fürder aller gefährlichen Thathandlungen enthalten/vnd sie Supplicanten vnd die jhrigen vnbetrübet

gerühw-

gerühwlich bleiben lassen soll/jnnsonderheit aber seiner Fürstlichen Gnaden/nemblich den zwölfften Decemb. durch ein offentlich Kayserl Mandat ernstlich gebotten worden / syndici günstige Herrn Principaln/ander freyen ab vnd Zufuhr der Commercien in vnd von der Statt B. in keine Weg zuverhindern/sondern die deßwegen gegeben/widerredtliche Befelch vnd Sperrung der Landtstrassen/als baldt wider abzuschaffen/ vnd sich hinfürter gäntzlich zumässigen / alles nach fernerm Innhalt deß bemelten Kayserlichen mandati so hieneben sub litera A. copeylich beygelegt.

So ist doch dessen allen vngeachtet hochgedachter H. zu B. newlicher Zeit zugefahren vnd seythero deß jüngst außgangenen vnd verbundten Kayſ. mandati sine clausula, mit einer gröſſern Anzahl Kriegsvolck zu Roß vñ zu Fuß/die strassen zu der Statt hin vnd wider belegen lassen/vñ den Wanderte bevorab der Statt B. am Holtz/ Getreydig Wein / Bier /vnd anderer Notturfft nichts außgenommen/etwz zuführenden Mann nit allein in S. F. G. territorio, sondern auch in Fürstenthumb/E. wider deß Durchleuchtigen H. E. zu B. Danck vnd Willen / abwehren vnd zu ruck treiben lassen/nach Außweiß beygelegter vñ mit litera B. vnd C. gezeichneter instrumentorũ, wie dann gemelts Kriegsvolck / biß in syndici günstiger Herrn Principaln deß Rahts zu B. Landwehr/vnd fast an der Stattpforten mit solchem verbottenem Gewalt verfahren/ laut ds sub litera C 1. vnd 2. beygefügter Vrkundẽ/daneben auch der Bürger Gesinde/welche den Ackerbaw zuversehen auß der Statt sich begeben/der gestalt feindtlich zusetzen/dz sich keiner darauß sicherlich wagẽ noch findẽ lassen darff/ wie dz sub litera D. bey gefügtes Instrument bescheinet/auch vndsteher sich bemelt Kriegsvolck Anw. günstige Herrn Principaln zu verdrieß den gebürlichen Zoll zuentziehen/die gewöhnliche vñ durch die Statt gehendte Landtstrassen abzuwenden vnd abzulegen nach Besag hiebeygelegten Instruments mit E. gezeichnet. Wann derowegẽ/diese hochsträffliche Landtfriedbrüchige Vberhandlũgẽ/den obangezogenen heylsamen Reichsordnũgen vñ Abschieden/wie mit weniger den außgägenen/ vnd Verkünden Kay. Mandaten Schnurstrack zuwider/ vnd darauß nichts anders zugewarten/dann wo fern denselben durch E. F. G. bey Zeiten nit gewehret / daß dahero im H. Röm. Reich jnnerlichen weitaußsehenden Empörũgen/auch Blutvergiessen vnd Verhergügen Landt vnd Leute gewißlich erfolgẽ/vnd endlich Anwaldts Principalen die in aller Völcker vnd den natürlichẽ Rechten erlaubte Defension abgenötigt vnd abgezwũgen werden wirdt/jnnmassen dañ J. F. W. auff den Fall jnen per viam iustitiæ nit geholffen werden kan od mag/mit Anneñung etlicher Kriegsleute dazu zimlich Præparation zumachen angefangen / vnd viel lieber Leib vnd Leben zuverliren Als sich in obangemutete Dienstbarkeit bringen/ vnd obangedeuter massen mit vnwiderbringlichẽ jrem Schaden vnd Verderben/in die länge/ belägern zulassen entschlossen seyn. So ist dẽnach an E. F. G. Anwaldts in namen vnd von wegen seiner günstigen Herrn Principaln gantz vnderthänige hochfleissige Bitt dieselbe geruhen jm zu Abwendung deß vorangenschwebenden grossen Vnheyls/auch Erhaltung gemeinen Friedens/ vnd Errettung vieles vnschuldigen Bluts/ wis mehr hochgedachtẽ Fürst. vnd S. F. G. Kriegsvolck/dero oberste Rittmeister/Hauptleut vñ Befelchshaber/benanntlich aber NN. auch alle andere S. F. G. Landtsassen/Lehenleut/Räthe vnd Amptleut/so sich obgeschriebener Landtfriedbrüchiger Handlung begeren beypflichtig zumachen nach Besag obägeregter heylsamer Constitutiõ/ deß Landtfriedens/vnd deß H. Römischẽ Reichs Cammergerichtsordnung ein mandatum auocatorium, darinnen S. F. G. von oberzehlten gewaltthätigen Landtfriedbrüchigẽ Fürnehmẽ abzustehen / jnen den Rittmeistern / Hauptleuten/ Befelchshabern/auch gemeinẽ kriegsvolck/ reutern vnd knechten/Landsassen/Lehenleuten/ Räthen vnd Beampten / zu solchem vnzimlichen hochsträfflichen Beginnen kein Hülff/Beyständt Fürschub/Raht od That zugeben/ ohngeacht wz sie dessen vber jre Person zugesagt / verheissen od gelobet haben möchten/bey Peen vnd Straff der Acht/ernstlich gebotten werde/in Gnadẽ zuerkennen vnd mitzutheilen. Daneben auch alle nechst anwenende Fürsten/Graffen/Prælaten/ Stätt vnd andere Stände deß Reichs erfordern/vñ ermahnen/Anwalds günstigen Herrn Principaln wider solchen vnbillichen Gewalt mit gebührender Hülff beyzuspringen vnd Rettung zuthun. Hierüber vnd was sonsten nachgestaltẽ Sachen vñ hochtringender Not gebettẽ / erkañt vnd mitgetheilt werden mögte/E. F. H. hochadelich milt richterlich Amt in bester beständiger Form Rechtens vnderthäniges demütiges Fleiß anruffend.

Decretum: ist iudicialiter erkennt in Consil. 22. Decembris, Anno 600. In secunda vero supplicatione ist petitum mandatum auocatorium erkennt/reliqua denegata in Consil. 23. Febr. Anno eod.

2. *Supplicatio pro aduocando militi de restituendo & amplius non offendendo* auff die Constitution deß Landtfriedens. *In causa M. P.* zu *B. contra H. I. C. A. C. F. P.*

WJewol de iure ac constitutione pacis publicæ, auch darauff verbesserter Executions ordnũg vnd Reichs Abschiedt versehen/darzu bey hoher Peen gebottẽ/daß deß Kriegsvolcks Werbung/Musterplatz/ Einlägerung durch/an oder Abzug imperio vnd dessen zugehörigẽ Vn-

derthanen vñ Verwandtē aller Dings vnschädlich seyn/vnd sie auch mit Namb/Raub/Brād/Ranzionierung/Blünderung vñ dergleichē Beschädigung nit beläſtigt/beschwerd/verhergt noch verderbt werden sollen/deßwegē auch ein jedtweder Kriegsoberster dē Kreigßlanden gnugsamb Caution zuleisten schuldig/ Eo non attento vnd dem allem zuwider/hat Reus sich newlich gelüstē lassen/als er im verschienen Monat Martio/Aprili vnd nochlauffendem Maio/ etlich Fahnen Kriegsvolck geworbē/dasselb mehrertheils in die gemeine Amptsdörffer der Graffschafften S H. oder W S. ꝛc. Doch vnersucht Actoris als vnzweiffenlichen Mitgemeiners eyngelegt vnd gefurieret/gleichwol mit dem versprechen/daß jnen nit mehr dann Feuwr/Liecht vnd Losament vergönnt/in dem vbrigē aber auff allbereit beschehen Versehung deß armē Mañs durchauß verschōt werden solt/darbey es aber nit lang verblieben/noch die Kriegsleuth vñ P. Beampte damit ersätiget/sonder vber das sie nun/mehr dann sieben Wochen dem armen Mann vnd Vnderthanen an erstgenandten Gemeins Orthen vberm hals gelegen/das jrige verāzt/außgefressen/vnd verzehret/darzu allen Muthwillen vnd Vngebür gāz vnchristlicher Weiß gevbt mit Namñ/Raub Ranzionierung/Brandt vnd Blünderung die arme Vnderthanen in eusserst Verderben gesteckt vnd dahin getrungen/daß sie sich laut beyliegenden Schreiben mit A. B. C. vnd D. signiert dahin erklärt/da jhnen nit geholffen vnd solcher Vnrath nicht abgeschafft würde/daß sie endtlich Hauß vnd Hoff verlassen/mit Weib vñ Kind davō ins elend/vñ an Bettelstab ziehē müssen/in Betrachtung der gleichen vnträglicher Beschwernussen kein Auffhörens/sonder sich solches nur von Tag zu Tag hauffen vnd mehren thät/auch sich die Soldaten vnd Befelchsleuth offentlich verlauten lassen/daß sie noch zur Zeit zu weichen oder die Quartier vnd Losament zuendern nit bedacht/darauff von den M G. Beampten/so doch mit diesem vnnötigen Kriegswesen jres Theils nichts zuthun Mangel in Prouiandts bey den Vnderthanen so nun mehr gutē Theils/wie gehört/auffs eusserst erschöpfft gar verderbt vnd verhergt/ab den F. M. Kästen vnd Speichern Frucht begert/mit angeheneckter Bedrawung/do jnē solche verweigert/dieselbe selbst abzuholen/darauß dann endtlich nichts anders dann allerhandt Vnrath/gemein Landtverderben/Jammer vnd Noth zubefahren/derwegen auch solchs Kriegswesen/vnd vor augen schwebende Gefahr dessen gröſſer vnd vielmehr in Acht zunemmen vnd abzuschaffen/je vngewisser der Außgang desselben/vnd der Abzug eines so vbel disciplinierte Kriegsvolck ist/bevorab dieweil all schrifftlich Ersuchen/vnd Bitt vmb Abschaffūg solcher Vngebür vnd vnleydtlicher thätlicher Beschwerungen/bey C. F. P. so solcher thätlichheiten in obangeregten gemeins dörffern/one verwilligūg deß mitgemeins Herrn Anw. G. Herrn Principals am wenigsten nit befügt/durchauß nichts verfangen/Dannenhero solches beschwerlichen wesens kein Endt noch Auffhörens/Wañ dann vielberührte Eynlegung deß Kriegsvolck/deren vberläſtige Atzung/Namb/Raub/Brädt vnd Blünderung/auch andere dergleichen Thätlichkeiten/zugefügte Beschwerungen/vnd Beschädigung der armen Vnderthanen/obangezogenen Rechten vnd Reichs Constitutionen vnd Abschieden stracks zuwider/vnd bey hoher Peen verbotten/auch summum periculum in mora vnd vnwiderbringlicher Schad zubefahren. Als ist Anwaldts an E. F. G. vnderthänige Bitt vñ hochfleissiges begeren zu Abhelffung erstägedeuten hochbeschwerlichen Obligēs/vnd verhütūg eusserster Landverderbung/E. F. G. wollen jhme mandatum auocatorium auff die Constitution deß Landfriedens/vmb ernstliche Abschaffūg deß eyngelegten Kriegsvolck an obspecificirtē gemeiner Oerter/dann auch ratione connexitatis mādata de restituendo & resarciendo damno dato, & non amplius offendendo seu turbando wider hochgedachtē J. C. C. F. P. Administratorn vnd Vormūdt/auch jr F. G. beampte zu A. vnd C. darinn jnen solches alles bey nähaffter Peen aufferlegt vnd befohlen werde/gnädig erkennen E. F. G. hochadelich/ꝛc.

DECRETVM.

Ist das gebetten mandatum auocatorium sine die vbrige Proceß cum clausula erkendt An. 88. Quamuis supplicans nō petierit citationem auff den Landtfrieden/tamen fuit iniunctum Protonotario mandatis de restituendo vt citationem inseret, &c. Hæc enim cū fuit necessaria, sine principali consistere nō potest, siquidem alias Camerę iurisdictio non esset fundata. sola autem citatio eam fundat, principaliter per se & in consequentiam etiam pro accessoriis. *Gail. lib. 1. de pac. publ. c. 4. numero 1. & c. 5. numero. decimoseptimo & decimooctauo*, ista omnia dilucide probat. Adde Memorialvisitation de Anno 79. §. fernerꝛ.

Huic simile votum extat pro mandato auocatorio in causa E. contra G. Die Fraw Ebtissen vnd dz Stifft supplicieret cōtra G. & consortes, p mandato de auocando die eyngelegte præsidiaros, relaxando captiuo & restituendo ablata & deteriorata, ist das gebetten Mandat de auocando bey Peen hundert Marck lötiges Goldts vnd relaxando sub consueta pœna erkendt/das vbrig begehren abgeschlagen den siebenden Septembris Anno &c. octuagesimoseptimo Refer. D. N. Consent. B. A. M. & B. Reꝰ hat in Actri cū statt/die jm mit Schuß vñ Schirm verwādt/viel Kriegsleut/welche er zu Beschützung seiner Landt ein gute Zeit gehaltē/eyngelegt/welche cōtra omnia iura humanitatis nedū hospitii dermassen

Massen mit Actricum Vnderthanen erbärmlich haußgehaltē/ dz billich nit allein à præcepto ciuili, sonder ab executione banni wol gegen jhnen hett verfahren mögen/dañ sie auch ein Hüdt in die Leinwad eyngewickelt/vnd zur Tauff getragen/ob dem Baptisterio getaufft/darnach ein Gevattermahl gehalten/die Kirchen vnd was dariñ gelehret worden/ geraubt/ spoliiret/ zerrissen / die Leut verwundt/geschossen/geschlagē/ bey Nacht geplündert/gefangen/ &c. Quod factum tam paci quam omni iuri, humanitati ac æquitati contrarium, ideo à præcepto sine clausula incipi potest. Nota tamen mandatum auocatorium non est decretum, sed solum de auocando, quo iniungitur Reo, daß er sein militem ausser d Kläger Orten anderswohin transferire. Ideo non fuit sub pœna banni mandatum, cum Camera illum militem immediate non auocet, & plus fuerit consideratum, quod narratum factum nullo iure sit iustificabile, dañ daß es wider den Landsrieden were/so ist auch Actricibus mehr geholffen per pœnam pecuniariam, dann per pœnam banni, welche inconsulto Cæsare contra Principes Imperii nit kan suscipirt werden. Mādatum de restituendo sine clausula non decernitur, quia nulla præcedente probatione vel liquidatione ablatorum, iniquum foret præceptum executiuum.

3. Supplicatio pro mandato, de auocando & non offendendo, item pro citatione ad videndum, & mandato de restituendo. In causa N.N. contra B. zu N.

